

konst. — 206

Zentralinstitut

Oberschlesische Landesforschung

Bücherverzeichnis Nr. 1373

Buchzeichen Nr. B / 20. C. 200

Standplatz Nr. III / 22

Bibliothek

des

Zentral-instituts

für

Oberschlesische Landesforschung

SILESIACARUM RERUM SCRIPTORES

ALIQUOT ADHUC INEDITI:

QUIBUS

HISTORIA AB ORIGINE GENTIS

AD OBITUM USQUE

D. IMPERATORIS

RUDOLPHI II.

GERMANIÆ:HUNGARIÆ:BOHEMIÆ-

QUE REGIS POTENTISSIMI

SPECIATIM RECENSETUR:

ACCEDUNT

TABULÆ GENEALOGICÆ

SERENISSIMÆ GENTIS LOTHARINGICÆ:

QUÆ DUCATUM SUPERIORIS SILESIÆ

TESSINENSEM:

CELISSIMÆ FAMILIÆ LICHTENSTEINENSIS:

QUÆ DUCATUS SUPERIORIS SILESIÆ OPPAVI-

ENSEM ET CARNOVIENSEM:

CELISSIMÆ FAMILIÆ LOBKOWITZIÆ:

QUÆ DUCATUM SILESIÆ INFERIORIS SAGANENSEM:

ET

CELISSIMÆ FAMILIÆ AUERSBERGICÆ:

QUÆ DUCATUM SILESIÆ INFERIORIS MON-

STERBERGENSEM HABET:

EX MONUMENTIS FIDE DIGNISSIMIS:

CONFECIT TOMUM HUNC II. NON SILESIÆ MODO

SED ET VICINARUM GENTIUM RES

ILLUSTRANTEM

FRIDER. WILH. DE SOMMERSBERG:

EQUES SILESIUS.


ⒸⓅ):

):ⒸⓅ

LIPSIAE:

SUMTIBUS MICHAELIS HUBERTI: BIBLIOPOLÆ WRATISLAVIENSIS.

A. O. R. clō lō cc xxx.



224556 III



2

Bibliothek

des

Zentral-Institut

Österreichische Landesrechnung

** Dr. Michaelis
Kreuzer*

CAPITA QUÆ HOC VOLUMINE CONTINENTUR:

I.



CHRONICI SILESIE VETUSTISSIMI Fragmentum.

II. BOGUPHALI II. EPISCOPI POZNANIENSIS: (qui an. 1253. V.
Id. Febr. obiit) CHRONICON POLONIE: cum Continua-
tione

BACZKONIS: CUSTODIS POZNANIENSIS.

III. ANONYMI ARCHIDIACONI GNEZNENSIS BREVIOR CHRONICA CRACO-
VIE: ab Orbe Condito ad A. C. 1395.

IV. VITA THOMÆ I. EPISCOPI WRATISLAVIENSIS ex variis Testimoniis
EPISCOPI: CAPITULI: & ABBATIS S. VINCENTII congesta.

V. JOHANNIS LONINI sive DLUGOSI: CANONICI CRACOVENSIS: EPI-
SCOPORUM SMOGORZOVENSIS: ET PITZINENSIS, quæ nunc VVRA-
TITZLAVIENSIS, ECCLESiarUM Historiæ & Acta.

VI. ANNALES VVRATISLAVIENSES ab A. C. 1149. ad A. C. 1490.


VII. ANONYMI VITÆ EPISCOPORUM ECCLESIE: quæ OLIM SMOGRO-
VIENSIS: DEINDE RYTZINENSIS: mutato Loco & Nomine VVRATIS-
LAVIENSIS appellatur, ab an. C. 965. ad a. C. 1539.

IIIX. NICOLAI HENELII AB HENNENFELD: S. C. R. M. nec non Illustrissimi
DUCIS LIGNICENSIS CONSILIARII: DUCATUS MONSTERBERGICI
Pro-Cancellarii: Inclytæque REIP. WRATISLAVIENSIS OLIM SYNDICI:
ANNALES SILESIE ab Origine Gentis ad obitum usque D. IMP. RUDOLPHI
II. ex Cod. ipsius Autoris Manu Scripto editi: & Observationibus necessa-
riis instructi.

IX. Tabulæ Genealogicæ SERENISSIMÆ GENTIS LOTHARINGICÆ: & CELSIS-
SIMÆ LICHTENSTEINENSIS: LOBKOVVITZIE AC AURSBERGICÆ
FAMILIÆ ex Monumentis Fide dignissimis: quarum LOTHARINGICA:
Ducatum superioris Silesiæ Testinensem: LICHTENSTEINENSIS: Ducatus
Silesiæ superioris Oppaviensem & Carnoviensem: LOBKOVVITZIA: Duca-
tum Silesiæ inferioris Saganensem: AURSBERGICA Ducatum Silesiæ inferioris
Mousterbergensem habet. Præmittuntur Tabula I. Accessiones quædam
ad Historiam Genealogicam Ducum Silesiæ Piasteorum: Tomo I. Scriptorum
nostrorum insertam.

X. STATUTA CIVITATIS SVIDNICENSIS ex vetusto Cod. Msto Membranaceo.

XI. MANTISSA DIPLOMATUM.



DEO T. O. M. DUCE!

PRÆFATIO.



Ulit proinus & Voti & Consilii sui Pretium Orbis Terrarum Res-que Publicæ Romana, cum C. OCTAVIUS CÆSAR subactis Noricis: fractis Illyriis: domitis Pannoniis: casis Dalmatis: ter-ritis Mylis: victis Thracibus: sublatiis Dacis: fugatis Sarmatis: prostratis Cantabris: debellatis Asturibus: Africa demum Asia-que Gentibus eo adactis, ut Victorem sentirent populum Roma-num, ob hæc tot facta ingentia AUGUSTI & PATRIÆ PA-TRIS nomina reciperet, dignissimus Lauro, dignissimus Curru CÆSAR, sed jam tantus, ut posset Triumphos contemnere. Majestati tamen & Amori, duplici hoc Titulo provisum: illa Imperium obtinuit amplissimis sine Finibus circum-scriptum, hic tot diversissimarum Nationum conjunxit Animos, nec quid supererat, quam ut Pace Terra Marique parta JANUS CLUSUS Nominis Augusti augeret Magnitudinem, quod & omnium hominum, Ordinum & ætatum Applausu factum fe-liciter. Hinc obvia omnibus, Salutis, Quietis, Pacis & Tranquillitatis Monumenta: Afflu-entia Annonæ, instar perpetui Congiarii, Portus patefacti, Itinera Terris reddita, diver-sa: Genes utili mixta Commercio, imo Ingeniorum summa undique fecunditas, sum-ma & militaris & maritima Rei Scientia, aliarum quoque Artium tantæ Segetes, ut cum feracissimis Terris, quasi nunquam cessura certaret Urbs & Italia. Elatus ergo hac Ævi sui Felicitate Q. Horatius Flaccus, dum MÆCENATEM dulce decus & Præsidium Litteris, Hostibus vero AGRIPPAM Martem esse Tunica tectum adamantina, C. OCTAVIO CÆSARE AUGUSTO Imperante sensit, Antonium Julum ad AUGUSTI Laudes canendans excitans, addit:

Hoc nihil majus meliusve Terris
Fata donavere bonique diui:
Nec dabunt, quamvis redeant in Aurum
Tempora præscum.

Ibit ergo in Secula numerosa TANTI PRINCIPIS Gloria, & perpetua quæ meri-tis & Virtute prorogatur AUGUSTUM manebit Fama. Quem vero inanes Deorum Imagines nec meliorem nec Majorem Terris dare poterant, quæque in Aurum præscum redire Tempora vix dubia spe optare poterat Vates, omni nunc Superstitionis & Adu-larionis nube discessa sentire sibi FELIX gratulatur GERMANIA, CÆSAREM in-quam Meliorem AUGUSTO, Feliciorem TRAJANO: de quo Claudiani Verba me-rito Ævi nostri repetit Felicitas:

En! cui distulimus melioris Secla Metallis,
CÆSAR adest, ite optati morralibus Anni.

Testis est HISPANIA & remotus OCEANUS, fulgentissimum Juventutis Prin-cipem, in Spem AUSTRIÆ & Solatium GERMANIÆ natum, disjunctissimos subdi-tos ut proximos amasse, & ad opem illis ferendam, diversam Aquarum Coelique Tempe-riem, ut patrios Fontes, Patriumque Sidus ferre consuevisse. Cantabros & Astures, duas HISPANIÆ Gentes, AUGUSTUS CÆSAR, ast CAROLUS NOSTER AUGU-STISSIMUS omnem a Pyrenæo ad ultimas usque Gades interjacentis Soli vastitatem Tro-phæis lustravit. Sub mœnibus Belgicæ AUGUSTUS CÆSAR Floro Teste præliatus est, latissimo Campo & Montibus immensis Romanorum Armis jam occupatis: ast CARO-LUS NOSTER AUGUSTISSIMUS cinctam validissimo Hostium Exercitu & ad summas redactam Angustias Barcionem suæ quoque salutis Periculo indefessa Alacritate

salvam

salvam & incolumen præstitit: taceo tot alia Victoriarum Monumenta, quæ posteri vivenda tradent minoribus suis, & AUGUSTISSIMI IMPERATORIS iisdem in locis SACRA VESTIGIA. Gloria tandem Terra Marique parva & magna per aquora vectum, GERMANIÆ tamen Precibus reducem, supplex excepit ITALIA, Hostium quondam Armis concussa, nunc in sinum EIUS confugiens: quam multis Civilibus Bellis superatis vix olim pacare poterat AUGUSTUS CÆSAR: inde & RHENO quies AUGUSTISSIMI NOSTRI IMPERATORIS Munificentia restituta, quam avide quoque Manifestum ac Præsentem Salutis nostræ Conservatorem verita, amplexa est Gallia. Sed non nisi ad numerosam Gloriam natus CAROLUS MAXIMUS, cum Humeris EIUS Romanum sederet Imperium, & Insolentiam Ferociamque Turcarum perhorresceret Pannonia, lacrimis & Precibus Regni cari exoratus, communique CHRISTIANI ORBIS Utilitati Ejusdem LOCUPLETATOR providens, collectas Asiæ & Africæ Vires reperito ad Temesvarium & Taurunum Fulmine disjecit, Urbes has Nobilissimas Pannoniæ asseruit, SERVIAM in Provinciæ Formam redegit, DACIÆ MOESIÆQUE libertatem vindicavit, cumque ad Byzantium pateret Iter, & ad Adventum FORI UNÆ AUSTRIACÆ VICTRICIS titubaret Thracia, Eadem ac DEUS T. O. M. Clementia Solem post Nubila Tempestatesque indulgens, Barbaro Regi sed victo & supplici ignovit, Pacemque dedit, AUGUSTO CÆSARE novis hæc Titulis iterum Major, cum Florus ipse de illo confiteatur, Daciam non victam ab eo, sed summo atque dilatam fuisse. Oriente itaque & Occidente Tropæis lustrato, & Pace Terra Marique parva, magnum illud & augustum Opus supererat. Janum claudere, quod & ex uno omnium hominum Voto, neglectisque ob communem CHRISTIANI ORBIS Utilitatem privatis AUGUSTISSIMÆ DOMUS commodis factum feliciter: hinc circumferens Regnis Suis Præsentia Sua Pacis Bona AUGUSTISSIMUS IMPERATOR, Vias reclusit, Portus patefecit, diversas Gentes pulcherrimo miscuit Commercio, Congiaria gaudentibus obtulit, & in subditorum omnium ut in unius salutem intentus, ubique par Gaudium, paremque excitavit Applausum. Et quis jam Locus Amabili, quo Bellicis Laudibus fulgentissimus, Litteras tamen Bonas excipit Vultui, nec enim minus Gloriæ addit, qui Sudores AUGUSTISSIMI IMPERATORIS hausit HISPANIÆ Campus, quæ refectiones gesto feliciter ad Ilerdam d. 31. Julii an. 1710. Prælio Humus, quæ denique Somnum Tecta, reportata d. 20. Aug. anni Ejusdem ad Casam Augustam Victoriæ prætexerint, quam Historiæ Studiis MAXIMUM IMPERATOREM delectari, Antiquitatum Studia Curæ habere, eruditos homines nunciata quoque familiari salute recreare, Bibliothecam Vindobonensem toto Orbe Celeberrimam inter Delicias suas primo loco numerare, & SCIPIONIS AFRICANI instar Carmen amare, dum Carmine digna gerit. Honor ergo æternus Annalium AUGUSTISSIMUM MAXIMUMQUE NOSTRUM IMPERATOREM colat, quem Toga & Arma, raro omnium Laudum Concentu honestarunt, Talem esse oportuit, cujus Humeris tot Gentium disjunctissimarum bene sedeat Imperium, cui ut Jus & Amor & Gaudium tulit acclamamus:

TE nihil majus meliusve Terris

NUMEN ÆTERNUM dedit ET SECUNDUM,

Nec dabit, quamvis redeant in Aurum

Tempora præsum.

Unus C. OCTAVIO CÆSARI AUGUSTO Agrippa: unus Mæcenas: sed AUGUSTISSIMO IMPERATORI NOSTRO plures in omnibus quibus imperat Regnis, quare abunde experiuntur singula, quantum Ævi hujus Felicitati debeant: & ingentia quidem tot Belli Ducum Nomina, qui sub TANTI IMPERATORIS Auspiciis hostem moenibus depulerunt, Campis exegerunt, Urbes validissimas expugnaverunt, Regnaque in fidem Clientelamque AUGUSTISSIMI CÆSARIS receperunt, Arcus & Statuæ loquuntur, quos nulla unquam obscurabit Oblivio: imo tot Mæcenatum undique Gloria efflorescit, ut si singulos recensere, in immensum sese diffunderet Pagina. FELIX BOHEMIA cum omnibus sibi adjunctis Terris, & cum toto Eruditorum Orbe de SUMMO sibi MÆCENATE: EXCELLENTISSIMO DOMINO DOMINO FRANCISCO FERDINANDO CHINSKY S. R. I. COMITE DE WCHINICZ ET TETTAU: DOMINO IN CHLUMETZ: CHOTIEBORZ: KRATTENAU: MATZEN ET ECKERZAU: S. C. R. M. ACTUALI INTIMO CONSILIARIO: CAMERARIO: SUPREMO REGIS BOHEMIÆ CANCELLARIO: & CURIÆ REGIÆ IN BOHEMIA PRÆFECTO: merito gratulatur, qui tot inter venerandas Majorum Imagines, sive quod idem est, tot

inter Fabricios, Scipiones & Camillos, suis quoque factis egregiis parva fama præminet, in commune Seculi nostri Bonum natus. Etenim primum in Regno Bohemiæ locum Virtute mereri, salutares Rei Germaniæ Publicæ Legationes suscipere, Temporum Fortunæ summa Cura Prudentiæque admirabili consulere, omnibus in Justitia sua Præsidium offerre, MAXIMI CÆSARIS Imperium ad omne Votum exequi, Spiritum denique Sanguinem & Patriam Studiis conferre, magnum omnino, sed CHINSKYORUM est. Enituit olim hisce Laudibus, pulcherrimam æternamque Nominis Famam adeptus ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTISSIMUS DOMINUS DOMINUS FRANCISCUS UDALRICUS CHINSKY: S. R. I. COMES DE WCHINITZ ET TETTAU: DOMINUS IN CHLUMETZ: AUREI VELLERISEQUES: S. C. R. M. ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS: CAMERARIUS: SUPREMIUS REGIS BOHEMIÆ CANCELLARIUS: ET CURIÆ REGIÆ IN BOHEMIA PRÆFECTUS: tot Legationibus præcipue Neomagenfi, magna in CÆSAREM Fide, magnoque Rei Publicæ Bono peracta inclutus, cujus Occasum D. LEOPOLDUS M. IMP. AUG. an. 1699. d. 27. Febr. inter FILII LECTISSIMI: ROMANORUM REGIS D. JOSEPHI nuptiarum Solemnia contingentem, acerbum sibi luctuosumque hac Imperatoria Voce restatus est: Celebramus festa Sale & Aceto condita. Eadem Honoris Meritorumque in AUGUSTISSIMAM DOMUM Præmia Frater consecutus est: ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTISSIMUS DOMINUS DOMINUS WENCESLAUS NURBERTUS OCTAVIANUS CHINSKY: S. R. I. COMES DE WCHINITZ ET TETTAU: DOMINUS IN CHLUMETZ: S. C. R. M. ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS: CAMERARIUS: SUPREMIUS REGNI BOHEMIÆ CANCELLARIUS ET CURIÆ REGIÆ IN BOHEMIA PRÆFECTUS: unam TRIUM IMPP. AUGUSTISSIMORUM D. LEOPOLDI M. D. JOSEPHI: VICTORIS: & OPTIMI MAXIMI CÆSARIS CAROLI VI. Gratiā colligens, quare inter fulgentissimos Aurei Velleris Equites d. 5. Jan. 1712. AUGUSTISSIMI CÆSARIS NOSTRI Munificentia adscitus, primum post Duces Aureo Vellere insignes Locum occupare iussus est. Tandem BOHEMIÆ Rebus optime ordinatis incredibile sui Desiderium d. 3. Jan. an. 1719. defunctus apud omnes reliquisset, nisi qui MAGNI PARENTIS Virtutes mira Similitudine exscripsit Filius, Nestoreis Annis dignissimus superfuisset, de Cujus manifesto nunc latatur Præsidio BOHEMIA: & omnes latamur qui non publicis saltim Negotiis ad Votum summi Principis conficiendis AGRIPPAM: sed & Bonis Litteris MÆCENATEM natum cognovimus. FELIX itaque & nimium FELIX hoc Sydere BOHEMIA: a quo suam quoque Utilitatem redundare sentit SILESIA; verum & hæc felix prædicanda, duplici imprimis quo illustratur Mæcenatum Sydere. Etenim Regio PIASTEO Sanguine genitus ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTISSIMUS DN. DN. JOHANNES ANTONIUS SCHAFFGOTSCHUS: S. R. I. COMES ET SEMPER FREY: DE ET IN KYNAST: L. B. DE TRACHENBERG: DOMINUS DOMINORUM GREIFFENSTEIN: KYNAST. ET IN BOBERROEHR. ET SOHOSDORF: BUCHWALT: BREYLSDOFF: ET HARTAU: S. C. R. M. ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS: IN DIETALIBUS P. T. PRÆSES: ET AD SUPREMAM CURIAM DUCATUS UTRIUSQUE SILESIAE DIRECTOR: FIUSDEMQUE CÆSAREÆ MAIESTATIS CAMERARIUS: NEC NON DUCATUM SVIDNICENSIS ET JAVORIENSIS CAPITANEUS: SUPREMIUS HÆREDITARIUS AULÆ PRÆFECTUS ET JUDEX AULICUS: tot inter officiorum eminentes Dignitates, tot inter Fidei & Virtutis singularis qua Saluti Patriæ consulit abunde Monumenta, tot denique inter Majorum Splendidissimas Imagines, victuri Nominis famam non minus sua in eruditos omnium Ordinum, Indigenas & Advenas, Mansuetudine & humanitate prorogare nititur, Litterarum amantissimus Mæcenas, quas colit & fovet & protegit, & inter Sudetum suorum Spatia, elegantissima Hermisdorffii Bibliotheca condita recepit, quasi Cælum sua ibidem natura frigidum & gelidum, hac tamen humanæ felicitatis Dulcedine temperaturus. Eandem SUPREMI quam Rebus SILESIAE AUGUSTISSIMI IMPERATORIS Benignitate præesse contigit CANCELLARIUM veneramur Gratiā: ILLUSTRISSIMUM ET EXCELLENTISSIMUM loquor DN. D. LAZARUM AMBROSIUM: L. B. DE BRUNETTI: DOMINUM IN GROSMALENDORFF ET GOLDSCHMIEDEN: S. C. R. M. CONSILIARIUM INTIMUM: AD SUPREMAM CURIAM DUCA-

DUCATUS UTRIUSQUE SILESIE CANCELLARIUM: ET COLLEGII QUOD COMMERCIORUM SALUTI CONSULIT PRÆSIDEM DIGNISSIMUM: In CUIUS Laudes, five quod idem est, in tot tantaque Boni Publici Præsidia & Ornamenta, secundo dicendi Flumine, longe lateque excurrendi pareretur omnino Campus amplissimus, & efflagitarent grata Mentis Officia, nisi serena fronte, illoque Ore, quod mearum Grande Decus Columnque Rerum, profiteor, Falcem meam in hanc Messē immittere IPSE MÆCENAS vetuisset, probe gnarus, ut ILLE libuit asserere, nimium jam & sæpe plus justo Blandimentis concedi, neque in eamnos Temporum Felicitatem incidisse, ubi quod unusquisque veresentit, & absque adulationis nota aut Odii metu valeat depromere. Cum itaque Entomia mereri malit quam legere, hoc unum tamen Compendii loco in medium proferre Benevolentie Gratia concessit, quod natione ITALUS eam in Idiomate Germanico Exempli raritate natus sit Peritiam, ut quæ ipsi Germani Artis secretioris alioquin peritissimi scite conciperent, ILLE pro SUI MUNERIS arbitrio sæpe ac multum elegantiores sensus cancellaret, hinc ad Res UTRIUSQUE SILESIE fulciendas, uno omnium Applausu vocato, jam a teneris Italiae Regio præfagiit, quarendum esse aliquando procul & in finibus Terræ Pretium EJUS. Lucem ergo SILESIE attulit, & asserit cottidie, qui ad Opera magna & ardua, ex publicæ Rei Voto conficienda, divino quodam Consilio, non Italiae magis quam Silesie natus est, quid mihi ergo magis in Ore & Animo, quam ut Hunc SILESIE NOSTRÆ, Titulis omnibus speciosiore ac Monumentis æternæ laudis Dignissimum PARENTEM: & EXCELLENTISSIMUM COMITEM SCHAFFGOTSCHIIUM: BENIGNISSIMUMQUE quo recreamur BOHEMIE SYDUS: MAGNUM ILLUM COMITEM CHINSKYUM, grata Musarum Ancilia, DEUS T. O. M. ad seram usque Ætatem nobis præstet salva: AUGUSTISSIMUM vero IMPERATOREM NOSTRUM: CAROLUM MAXIMUM: in CUJUS Venerationem Orbis Terrarum astringit, manifestum ac præsentem aurci nostri Seculi Conditorem & Conservatorem, non nisi sancta longissima Statione mortali & Victoriarum Filiorumque Numero fulgentissimum recipiat in Cælum.

Ex hoc, five ab immensis AUGUSTISSIMI CÆSARIS Laudibus, in Terram, vel quod idem est ad tenues nostros Labores redeundum, & reddenda hujus quoque operis ratio, in quo prioris, qui Res SILESIE carundemque Scriptores protulit, Tomi Vestigia secutus, Scriptores alios edidi adhuc ineditos, Tabulas denique Genealogicas, quibus SERENISSIMAS SILESIE DUCUM GENTES, quæ nunc supersunt, complexus sum. Et ut singulorum horum Capitum Summam edam, ad Scriptores quod attinet: I. inter illos loco retuli: ANONYMI ANNALES SILESIE: breves quidem, sed antiquissimos, Seculo nempe XIII. confectos, multumque Historiæ Genealogicæ DUCUM SILESIE PIASTI Sanguine oriundorum inservientes. Polonis inde & Silesis diu expectatum opus exhibere contigit: (II.) Boguphali II. Episcopi Poznanienfis, Chronicon Poloniæ cum Continuatione BACZKONIS. Custodis Poznanienfis: Refert Samuel Joachimus Hoppius, Soltquella - Marchionis in Schediasmate literario de Scriptoribus Historiæ Poloniæ §. XII. Kadlubkonem in Ordine Temporis excipere BASKONEM: Custodem Poznaniensem, qui scripsisse feratur Historiam Polonicam Anno 1370. Tempore CASIMIRI M. REGIS teste Christophoro Varsevicio, in Catal. Scriptorum Polon. quæ tamen Historia in MSto tantum habeatur, quod ipse Hartknochius moneat in Catalogo quorundam Scriptor. Polon. qui non diffretur, quoties in Tr. de Rep. Polon. a se citetur, hoc ex fide aliorum fieri. Omnem nunc hanc Dubitationem Opus ipsum dirimit, quod Boguphalus II. Episcopus exarare cepit: Baczko vero Custos Ejusdem Poznanienfis Ecclesiæ, qui vero nomine Glosdlaus dicebatur, perfecit. Et Testimonium quidem, quo Boguphalum Episcopum Poznaniensem Chronicon illud inchoasse dicimus, ipse ad an. 1249. edit, hæc scribens: „Eodem Tempore in prima nocte post Diem B. Johannis Baptistæ EGO BOGUPHALUS: EPISCOPUS POZNANIENSIS: audivi licet Peccator, per Visum quandam Religionem mihi dicere: Infra XXV. annos tota Polonia consummabitur. „ Obiit quarto post anno, V. Id. Febr. uti Dlugossus ad an. 1253. refert: „V. Id. Febr. Boguphalus Poznanienfis Episcopus, Vir doctus & Litterarum Amator, libris insignibus quorum multitudo abundabat, Ecclesiæ suæ præfata Poznanienti largitis, in Prædio Episcopatus sui Solecz, cum Annis decem, hebdomadis sex & diebus novendecim vixisset in Pontificali Sede, moritur, & in Ecclesia Poznanienti sepelitur. Cujus opera Chorus, priore propter varias rimas deposito novus & pulcherrimus muro a fundamentis, largiori

„giori Stemmata, secundo Pontificatus sui Anno erectus est.„ Idem Autor ad an. 1257. de Morte Przemislai Ducis Poznanienfis locutus, addit: „Hunc Principem Baczko: Custos Poznanienfis in suis Scriptis & Annalibus plurima laude celebrat.„ Et Baczkonem eadem quidem Tempestate vixisse, ex Chronico a nobis allato elucescit, plurimis enim Przemislaum hunc an. 1257. itaque Boguphalo Episcopo jam defuncto mortuum, ornans laudibus Autor, addit quis fuerit: „Qualibet Quadragesima, ut dicebatur, Cilicio utebatur (Przemislaus Dux Poznanienfis) sub Vestibus aliis & hoc feceretur quidem Cilicium EGO BASKO CUSTOS POZNANIENSIS ECCLESIAE post mortem ipsius vidi ferre quendam Sacerdotem, & erat satis spissum. Inde cum an. 1265. mortuo Boguphalo III. Episcopo Poznanienfi Discordia ingens Capitulum Poznaniense in Partes scinderet, missum se ad Summum Pontificem hisce Verbis proficitur: „Dominus Johannes Decanus & Petrus Scholasticus & alii Fratres Canonici habito Consilio miserunt ME GLODZILAUM: CUSTODEM EJUSDEM ECCLESIAE: BACZKONEM cognomine, cum litteris Domini Papae & Episcopi Wratislaviensis ad Curiam: Et cum venissem ad Curiam, venit etiam post me dictus Fallantha: & cum essemus in Praesentia Domini Papae, praefatus Fallantha exhibuit Litteras suae Provisionis, sed Dominus Papa visis & perlectis ipsius Litteris invenit ipsum male tenere Episcopatum Poznaniensem: Ipse sicut justus Judex ad Instantiam dicti Johannis Archidiaconi & Electi, tam ad Instantiam meam & etiam Jure, ab Episcopatu Poznanienfi amovit praefatum Fallantham: videns etiam Dominus Johannes Archidiaconus & Electus quod differebatur Negotium suae confirmationis & ex hoc gravabatur non modicum Ecclesiae Periculum, Jus quodcumque habebat in sua Electione Domino Papae renunciavit. Dominus vero Papa cum Jus conferendi haberet, Magistro Nicolao Capellano suo, qui tunc erat pro Canonizatione B. HEDWIGIS per Poloniam missus Episcopatum Poznaniensem contulit & ipsum in Viterbio in Episcopum consecravit Poznaniensem.„ His ergo Chronici ipsius, scire inter perditam relati, nunc vero ab Interitu vindicati, Testimoniis, Boguphali illud Episcopi Poznanienfis Manu inchoatum, Baczkonis vero Custodis Poznanienfis continuatum fuisse probavimus; hunc vero Annum etiam 1370. scribendo attigisse, ut loco antea citato, Hoppius dixit, negamus, cum Hominis unius Aetatem hoc inter an. 1253. & an. 1370. Temporis Spatium exceperit. Aliud vero (numero III.) BREVIUS CHRONICON CRACOVIAE Anonymi Auctoris edimus, eoque porrectum, & singularia de Rebus Poloniae & Silesiae continens. Ecclesiastici Ordinis Hominem & Illustri Dignitate, nempe ARCHIDIACONI GNEZNIENSIS conspicuum fuisse Auctorem, ipse ad an. 1372. confitetur, de Jaroslao Archiepiscopo Gneznenfi agens, quod caecus factus fuerit, his Verbis: „Anno igitur DOMINI 1372. Reverendus Pater Dominus Jaroslau: Ecclesiae Gneznenfis Archiepiscopus, cum feria sexta proxima ante Nativitatem CHRISTI & alii in Spegna Scaccos lulumus, & mane Sabbatho in vigilia B. Thomae Apostoli EGO Gnezniam ad recipiendum quadraginta marcas grossorum quas MIHI mutuaverat ipso adhuc clare vidente recedissem & ulterius Poznaniam misissem, & expeditis quibusdam Negotiis in Vigilia Vigiliae, hora Prandii Zneynam veni & ibi cum aliquibus audissem eundem Patrem excacatum fuisse non credidi, donec tamen eodem die Zneynam venissem & ad Eum cum aliis Dominis ut cum eo Cenam facerem intrassem, Ipse intelligens meum Adventum & aliorum dixit: ARCHIDIAcone ECCLESIAE nihil video. De cujus tam subita Excecatione sibi & plus Ecclesiae & nobis omnibus compatiabamur, plurimum condolentes.„ Mortem CASIMIRI III. POL. REGIS, cui moribundo adfuit, Ejusque Circumstantias singulares, Iuxta praeterea Regi Cracoviae soluta, quibus & ipse interfuit, Faciem Regni Poloniae priusquam LUDOVICUS M. Hungariae Rex, defuncti Regis CASIMIRI ex Sorore ELISABETHA Nepos ad Gubernacula accederet, Ejusdemque Regni hoc sub Rege formam asperioem, Testis quo melior vix desiderari potest, multo Candore, Industriaeque laudabili descripsit, nec SILESIAE immemor, cujus Res saepius scribendo attigit, solus omnium quotquot adhuc evolvere licuit, Rerum Polonicarum Scriptorum, qui veluti nos Diplomatum fide ad Tom. I. ad Tab. nostram Genealogicam II. probamus, Henricum III. Ducem Glogoviensem ad Regni Poloniae Gubernacula vocatum, quinque Filiis relictis an. 1309. obiisse tradit, videlicet: HENRICO: CUNRADO: JOHANNES: BOLEZLAO & PRZEMISLAO.„ Idem Henricorum I. & II. Ducum Silesiae & Cracoviae Fata curatius edit, & Casimirum, Ducem Bithoniensem an. 1312. VI. Id. Martii defunctum scribit, quod ipse in Genealogica Ducum

Tessi-

Tessinensium Tabula nescivit Eleasar Tilefius: Hæc & alia plura legentibus occurrent Specimina, grata & accepta ut nullo dubitamus, quæ singula testatum relinquent, nos & Silesiorum & Polonorum Rem Historicam duobus hisce Chronicis in Lucem prolatis non parum auxisse. Desinit vero hic ARCHIDIACONI GNESNENSIS Labor Ortu Stemmatum Polonorum Regii Jagellonici, dum Jagyellonem Magnum Lithuanorum Ducem an. 1386. in Crastino S. Valentini die Jovis 14. mensis Februarii per Dominum Bodzantam, Archi-Episcopum Cracoviensem baptisatum & Wladislai Nomine donatum, HEDWIGEN Reginam Polonia: LUDOVICI M. UNGARIÆ & POLONIÆ REGIS Filiam alteram duxisse, & ad Regni Polonia: hac ratione Imperium accessisse testatur. Excipit hos Annales: (IV.) Vita THOMÆ I. EPISCOPI WRATISLAVIENSIS ex variis Testimoniis Episcopi: Capituli & Abbatis S. Vincentii congesta: cui Scriptioni Simon ab Hanniwald de Eckersdorff: Pifficz & Rothfirben locum dedit: Serenissimi Polonia: Regis MAXIMILIANI: ARCHIDUCIS AUSTRIÆ: & Ordinis Teutonicæ in Germania & Italia supremi Magistræ Consiliarius & Secretarius inde & S. C. R. M. & Illustriss. Præ. & Stat. Utriusque Silesiæ Consiliarius, Pilsnici an. 1599. d. 4. Nov. ætatis anno LXX. defunctus. Petiit is an. 1588. ab Andrea: Episcopo Wratislaviensi XL. Historiam vel vitam THOMÆ I. EPISCOPI WRATISLAVIENSIS XXI. electi an. 1232. & defuncti an. 1267. Historiarum amore ac Studio incensus, quare locum dedit Andreas Episcopus Precibus, & Vitam hanc ex Archivis Episcopi authenticis ut ipse loquitur depromptam, trium Codd. MSS. fide concessit: ex quibus tertii Autorem Johannem Lonium sive Longinum esse, quem nunc publici Juris Tomo hoc fecimus, legentibus patet. Non contentus ob prolixum in Historiam Patriam Animum hisce Scriptorum Testimoniis Dominus ab Hanniwald, conquisivit plura, Capitulum ECCLESIAE WRATISLAVIENSIS adiit, & ab Eodem Vitam THOMÆ I. ex authenticis Capituli (procur loquuntur) Archivis obtinuit, eandem, qualem primo loco Episcopus Andreas dederat, ex eodem Codice MSto Auctoris Anonymi, quem hoc Volumine numero VII. exhibemus. Moram etiam Precibus Domini ab Hanniwald Johannes Abbas ad S. Vincentium Wratislaviæ gessit, eandemque ex Archivis THOMÆ I. EPISCOPI WRATISL. vitam dedit, qualem secundo loco Episcopus Andreas, atque ex his collatis trium Archivorum Testimoniis illa Thomæ I. vita confecta est. JOHANNIS LONII sive LONGINI facta a me est mentio, quem Canonicum Cracoviensem, unum eundemque ac JOHANNEM DLUGOSSUM qui Historiam Polonicam scripsit, Auctorem esse Vita docet abunde, Operi Ejusdem præfixa: quod locupletius an. 1711. Lipsiæ prodit. Idem ergo EPISCOPORUM quoque vitas scribere aggressus est, quod hoc Negotium suscipere posset optime ipse Canonicus: itaque tribus libris S. STANISLAI: EPISCOPI CRACOVIENSIS ET MARTYRIS vitam confecit, an. 1511. Cracoviæ primum editam, inde Ploccensium Episcoporum Vitas in Operibus posthumis Stanislai Lubienky Antwerpæ 1643 fol. obvias: Poznanienfium quoque Episcoporum Seriem, quam a Jacobo Brzemerzkiõ continuatam Thom. Treuterus: * Canonicus Warmienfis, Brunsbergæ an. 1604. 4. edidit: WRATISLAVIENSIVM prætera EPISCOPORUM Vitam ab interitu vindicare conatus, quam olim Urbem Legatus Regis Casimiri IV. inviserat, cum Elisabethen, ALBERTI II. ROM. IMP. HUNGARIÆ BOHEMIÆQUE REGIS Filiam, Regi Polonia: Uxorem peteret. Qui ergo Viri Industrii labor adhuc in MSto latuit, in lucem nunc prodire jussus est, ut Codex Musæi nostri MStus isse obtulit, hoc Titulo: (V.) JOHANNIS LONINI: Canonici Cracoviensis: Episcoporum Smogorzoviensium & Pitzinensis, quæ nunc WRATISLAVIENSIS, Ecclesiarum Historiæ & Acta. Descripsit hoc Opere EPISCOPORUM WRATISLAVIENSIVM ab A. C. 966. ad Rudolphum usque, sive Episcopum Wratislav. XXXIII. Seriem & Vitas Auctor, Integritate & Studio laue laudabili, circa an. tamen 1468. desinit, quare Johannis IV. & V. Episcop. Wratislav. XXXIV. & XXXV. Vitæ, Codici nostro MSto adjecta, recentioris Auctoris sunt, cum Michovio Teste an. 1480. die Veneris 29. Maji decesserit Dlugossius, hoc quoque opere, quo uti Ploccensium & Posnaniensium Episcoporum, sic & WRATISLAVIENSIVM famæ consuluit, immortale sui nomen promeritus. (VI.) ANNALES inde sequuntur WRATISLAVIENSES, sub Wladislao Hungariæ & Bohemiæ Rege an. 1513. conscripti, quibus Spiritum &

Sanguis-

* Plura de Scriptis Dlugossi Celeberr. Dn. Joh. Gottlieb Krause: Prof. Histor. Academiae Wittebergensis meritissimus, pag. XI. Præf. ad Lector. quam Tom. II. Dlugossi, uti an. VIII. Lipsiæ prodit, præmisit.

Sanguinem dedit Cura Senatus Wratislaviensis conservandæ Historiæ Patriæ: quare & Auctorem Officio apud Wratislaviensem Curiam publico functum fuisse non est quod dubitem. Rerum hi in Silesiæ gestarum Seriem a Seculo XII. ad finem usque XV. variosque Casus Patriæ, & multa memoratu digna fide debita exponunt, imo Vestigia legunt Chronici Silesiæ vetustissimi, quod primo hoc Volumine Loco retuli. Majoris tamen Momenti opus est (VII.) * ANONYMI, quo Vitas Episcoporum, Ecclesiæ quæ olim Smogroviensis, deinde Rytzinenfis, mutato loco & nomine VVRATISLAVIENSIS appellatur, descripsit: Industria & fide laudabili, Exemplo forte aliorum incensus, majore tamen Styli flumine, a Godofredo Episcopo, ad Jacobum usque a Saleza, sive Episcopum Wratislaviensem XXXVI. Addidit & Episcoporum Insignia, suis Coloribus distincta, quæ Æri incisa exhibere Opera Pretium duxi, unde Episcopum II. Urbanum: Illustrissima Romana Columnensium Gente oriundum fuisse elucescit, cumque Tomo I. ad Rositzium Indicem omnium Episcoporum ad hanc usque nostram Ætatem subjunxerim, hac Tabula ænea in hoc Volumine obvia omnium quoque a Jacobo a Saleza ad præsentem usque SERENISSIMUM ELECTOREM MOGUNTINUM, qui VVRATISLAVIENSI EPISCOPATU ab An. O. R. M DC LXXXIII. rara sed meritum Amplitudini pari felicitate gaudet, EPISCOPORUM Insignia proferre placuit. Excepit Jacobum a Saleza: an. 1539. defunctum: Balthasar a Promnitz: cujus vitam uti & Successorum Casparis a Logau: Martini Gerßmanni: Andrea Jerini: Bonaventuræ Hahn: & Pauli Alberti: idem Codex MSus habet, sed Manu Auctoris recentioris ex Henelii Catalogo Episcoporum & aliis Fragmentis collectas, quos hoc loco repetere nolui: Illustris olim Scholiasten Silesiographiæ Heneliam renovatæ, & horum & sequentium Episcoporum Wratislaviensium Vitas & memoriam Opera elegantiore ab Interitu & ab Oblivione vindicasse haud immemor: Tandem ad pulcherrimum quod Historiæ Silesiæ superest Monumentum deferor (VIII.) NICOLAI HENELII AB HENNENFELD: S. C. R. M. nec non Illustrissimi Ducis Lignicensis Consilarii: Ducatus Monstbergensis Procancellarii: Inclytæque Reipublicæ Wratislaviensis olim Syndici ANNALES SILESIE ab Origine Gentis ad obitum usque D. IMPER. RUDOLPHI II. scriptos. Hos pulcherrimum Historiæ Silesiæ Monumentum affirmare jubent: Materiæ Dignitas, quæ universam Patriæ Historiam ab ipsa Gentis Origine ad annum usque REDFMTORIS CARISSIMI 1612. sive ad obitum usque D. IMP. RUDOLPHI II. exponit, Auctoris Præstantia, qui non in Otio privatus delituit, sed publicis magnisque SILESIE negotiis adhibitus, vitæque ex Patriæ Voto transacta, nomen immortale promeruit, Diplomatum quoque, Litterarum ineditarum ac Codicum MSSorum, quibus innituntur Copia, Rerum denique vicinarum Gentium, quibus Curæ Annalibus præminent, Abundantia: quare Henelium omnes Historiæ Silesiæ Scriptores, Simplicitate, Candore, Veritate, cæterisque Historici Dotibus vincere Jure Balbinus testatus est. Hos itaque Annales nemini adhuc ex iis qui vitam Henelii ediderunt, visos, nec operum ab Eo editorum sive confectorum numero unquam illatos, sed obscuro Loco reconditos, ipsius tamen Auctoris Manu scriptos, primus ab Interitu vindicare aggressus est, Nestoræa vita dignissimus, sed præmatura morte an. 1722. d. 7. Maji Ætatis anno XLI. nobis ereptus Illustris Dn. Ferdinandus Ludovicus de ** Bresler & Aschenburg: S. C. R. M. Consiliarius: Reip. Patriæ Wratislav. Senator & Ærarii Præfectus: dum Corpus Scriptorum Bohemicorum & Moravicarum & Silesiacorum adhuc ineditum meditaretur, cujus egregii Operis una omnium erat expectatio. Emotionis ergo Titulo ad Agnatum DN. JOH. THEOPHILUM de Bresler translatos Annales HENELII, ne diutius tanti Viri Labore careret SILESIA, ut huic nostro Volumini jungerentur, boni publici Gratia concessit: quare Patriam hoc nomine locupleticrem reddere in sinu gavissus sum. (IX.) Fidem quoque, quam in Præfatione Tomi I. Scriptorum nostrorum dedi, de exhibendis Ducum Sileiæ qui nunc supersunt Tabulis Genealogicis, hoc Volumine solvere mearum fuit Partium, præmissæque Tabula I. Generali, quæ in omnes Ducum Piastecorum Tabulas, Tomo I. expressas, Accessiones quasdam habet, Tab. II. Cenealogica SERENISSIMAM GENTEM LOTHARINGICAM, cujus nunc superioris Sileiæ Ducatus Tessinensis Possessio est, exposui, Diplomatum & Scriptorum præstantissimorum fidem secutus, imo Vestigia Celebrissimi Lipsiensium Senatoris: Amici Integerrimi DN. JOH.

* Si Conjectura Locus, hoc Opus primus Diugosii Labor est, præcedens No. V. tantum Ejus Excerptum, quod cuilibet insipienti patebit.

** vid. Bibliothéque Germanique dans le IV. Tome: & dans le X. Tom. p. 97. & 98.

JOH. JACOB. MASCOVII: J. U. D. qui d. II. Martii anni 1728. pulcherrimam Juris Publici Exercitationem edidit: De Nexu REGNI LOTHARINGIÆ cum Imperio Romano-Germanico: Diplomatum omnis Ævi fide suffultam, quorum præcipua subjunxit integra. Et quod ad ortum SERENISSIMÆ GENTIS attinet, Eam a Leuthario I. Alemanniæ Duce, si paternum Sanguinem recipias, descendere, maternum vero Sanguinem a CAROLO M. per Alpaidem: LUDOVICI PII IMP. Filiam, Begoni sive Alberico II. Alsatiæ Comiti, an. 817. defuncto junctam derivari, sicque ejusdem cum AUGUSTISSIMA GENTE AUSTRIACA Originis esse, jam an. 1721. in Originibus SERENISSIMÆ FAMILIÆ HABSPURGICO-AUSTRIACÆ: Illustris Dn. ab Eccard abunde testatus est. GERARDUM DE ALSATIA: an. 1048. Ducatum ad Mosellam sive Lotharingiæ Superioris, Beneficio Imperatoris Henrici III. accepisse Sigebertus tradit, novum vero Ducem, Imperatorem summa Neecessitudine attingisse Tabula nostra Genealogica commensurat. THEODERICUM: Gerardi F. LOTHARINGIÆ DUCEM: Ludovicus Comes Barri & Montionis bello petiit, quod Ducatum Filio suo deberi contenderet, Jure Matris Sophiæ, quæ FRIDERICI II. DUCIS Filia erat, sed ipse fortuna adversa & IMP. HENRICI IV. Gratia THEODERICUS usus est, qui in feminam non cadere Ducatum hunc asseruit, sed ad posteros THEODERICI transire jussit. Ex his FRIDRICUS III. DUX: quem communis Tabularum Genealogicarum occurrentium Error an. 1213. defunctum tradit, turbatis Imperii post Obitum Conradi IV. & Wilhelmi Hollandi Rebus, scissisque in contrarias Alphonfi & Richardi partes Electorum Suffragiis, Alphonsum secutus & Toletum profectus est, ibidem an. 1258. prid. Id. Martii quinque Vexillis Investituram accipiens: (1.) Ducatus Lotharingiæ, quo & summus Mareschallus in Aula citra Rhenum constitutus est: (2.) quod debeat reaccipere duella nobilium commorantium inter Rhenum & Mosam: (3.) de Comitatu Romanicensi: (4.) quod debeat habere Custodias publicarum stratarum in dicto Comitatu tam per aquam quam per Terram: (5.) pro Regalibus Imperatoris in Monasteriis S. Petri Metensis & in alio Monasterio S. Martini Metensis, & quod debeat habere Custodias Ecclesiarum in Ducatu Lotharingiæ: uti cumulatim singula exponit Diploma Alphonfi Romanorum & Castellæ Regis apud Vignierum in Genealogia Domus Alsatiæ: Leibnitium C. D. P. I. & Auctorem libri cujus Titulus: *Traité Historique & Critique sur l'origine & la Genealogie de la Maison de Lorraine*. FRIDRICUS IV. LOTHARINGIÆ DUX: AUGUSTISSIMÆ GENTIS AUSTRIACÆ ad Imperii Romano-Germanici Fastigium evectæ Sanguinem primus Familæ suæ intulit, ISABELLAM: ALBERTI I. IMP. Filiam: RUDOLPHI I. IMP. Neptem ducunt: inde FRANCISCO: Duci LOTHARINGIÆ ET BARRI, CATHERINA nupsit, Christiæni: Regis Daniæ: Sveciæ & Norwagiæ ex Isabella Sorore CAROLI V. IMP. Filia: anno denique 1678. d. 6. Febr. CAROLUS IV. DUX LOTHARINGIÆ ET BARRI ELEONORAM MARIAM duxit: D. FERDINANDI III. ROM. IMP. P. F. A. Filiam: D. LEOPOLDI M. ROM. IMP. Sororem, ex quo Connubio solus nunc superest SERENISSIMUS PRINCEPS AC DOMINUS: DOMINUS LEOPOLDUS JOSEPHUS CAROLUS: DUX LOTHARINGIÆ ET BARRI: REX HIEROSOLYMORUM: quem Neecessitudine SIBI conjunctum AUGUSTISSIMUS NOSTER IMPERATOR an. 1722. d. 12. Maji Superioris Silesiæ Ducatu Tescinensi donavit: (vid. Dipl. XXXVIII. p. 813. Tom. I. Scriptor. nostror.) Ex duobus, quibus numerosa Prole orbatus adhuc gaudet Filiis, natu major FRANCISCUS STEPHANUS: Juventutis Princeps Eminentissimus, AUSTRIACAM ipso Vultu spirans MAJESTATEM, Bellique & Pacis Artibus innutritus, Patriæ, Reique GERMANIÆ publica Spem alit amplissimam, & AUGUSTISSIMI IMPERATORIS Lateri adhærens, tot EJUS Virtutes incomparabiles ac pene divinas mira Similitudine exseribit, cui perpetuos Soles & ingentia indies Fortunæ obsequentis Specimina apprecamur.

Inde LICHTENSTEINIAM GENTEM, quæ SILESIÆ Ducatus Oppaviensem & Carnoviensem habet, Tab. III. Genealogica curatius explicavi, fidem secutus Chronicorum Zwettlensium, quæ publici Juris Tomo I. Script. Rer. AUSTRIACARUM, R. P. D. Hieronymus PEZ fecit. Affirmant Eorundem Auctores Canonitæ, Sec. XI. „Azonem, Cognatum Marchionum AUSTRIÆ & Signiferum, Ungarorum, Babarorum & Bohemorum Victorem tres habuisse Filios: Anselmum: Alberonem & Nitzonem: „Nepotes vero ex Nizone: HADMARUM & Pilgrinum. Pilgrinum vocant Presbyterum: „HADMARUM autem Virum bellandi gnarum, qui CHRISTUM portaverit sub „Chlamyde, illudque Tempore accepto manifestum fecisse in Opere. Nempè Virum

„Castum & Continentem ex Uxore bona & devota Gertrude Prolem non habuisse, itaque CHRISTUM sibi Haredem instituisse, Conventumque Monachorum Cisterciensis Ordinis ad Locum Clarum, quod lingua Slavica Zwetele dicitur, convocasse & rebus mobilibus & immobilibus sufficienter ditasse, sed filios filiorum non vidisse. Quare incepto opere, Uxore præmissa, cum feliciter ad DOMINUM migraverit, Locum Sepulturae in Kotewico sibi invitum elegisse, metuentem Casum imperfecti Operis. Azoni vero ex Adalberone filio Nepotem fuisse ejusdem nominis, & Cognominis de Chunring, huic acceptam ferre Dedicationem Domum S. MARIE in Zwetl, quam an. 1159 peregerit, adducto ad Monasterium consecrandum Chunrado Episcopo Patavienfi. Filius hujus Adalberonis HADMARUS in expeditione Sancta diem suum obiit: circa an. 1147. relinquens filium HADMARUM * de Chunring: Dominum in Tyernstein & LICHTENSTEIN, cui Rex Angliæ Richardus I. prope Viennam a Duce LEOPOLDO VI. captus custodiendus traditur: Testimonio Cœnobii Zwetlensis recentioris Tom. I. p. 532. Script. Rer. Austr. R. P. Dn. Hieronymi PEZ. Filius Ejus Natus major HENRICUS I. Dominus de Chunring IN LICHTENSTEIN: quem FRIDRICUS II. AUSTRIÆ DUX: Stirpis Babenbergensis ultimus auxilia Teutonico Ordini Borussia occupanti, contra Svatopulcum Pomeraniæ Ducem an. 1245. ferre jusserat, victor rediit, AUSTRIÆQUE DUCE an. 1246. in Prælio cum Ungaris gesto, occiso, ad Henricum Illustrem: Misniæ Marchionem, Ordinum Provinciae nomine & Marefchallus AUSTRIÆ missus est, ut Provinciam is sibi vindicaret Maritus CONSTANTIÆ: Sororis DUCIS FRIDRICI II. sed testantibus Mathæo Hagenio in Germanico AUSTRIÆ Chronico Tom. I. p. 1073. Script. Rer. Austr. R. P. D. Hier. PEZ. & Thoma Ebendorfero de Haselbach in Chron. Austr. I. c. Tom. II. p. 728. accidit, ut Bohemiam cum Domino de Schenk in Hauspach transeuntem REX interciperet, eoque adigeret, ut in Filium Ejus Marchionem Moraviæ Ottokarum postea BOHEMIÆ Regem Ducatum AUSTRIÆ Ordinum nomine transferrent. Leutoldum de Chunring. an. 1300. post Nativitatem DOMINI: Dominam AGNETEN DE SVEVIA: COMITISSAM DE HABSBURK duxisse Chronicon Zwettlense recentius I. c. p. 533. affirmat: Johannem de Lichtenstein: Curia Austriacæ Magistrum an. 1397. circa S. Valentini Diem Feldsbergæ obiisse Appendix ad Chronicon Hageni p. 1164. I. c. tradit: Ottonem de Lichtenstein: Hartneidi I. F. Henrici I. Nepotem, Virum prudentem & AUSTRIÆ fidelem vocat Anonymi Leobienfis Chronicon Lib. VI. p. 940. I. c. Eundem STYRIÆ CAPITANEUM fuisse datum refert Hageni Chronicon I. c. pag. 1093. & pag. 1097. hisce verbis, quæ Monumentum dixeris Ære perennius: „In der Zeit waz Herr OTTO VON LICHTENSTEIN: Hauptmann in Steyr: der sich also hat gehalten in der Hauptmannschaft, daz ihn Reich und Arm an der Steyermarch Here lobeten.“ RUDOLPHUM DE LICHTENSTEIN: Ottonis F. FRIDRICI PULCHRI: ARCHIDUCIS AUSTRIÆ: postea ROMANORUM IMPERATORIS an. 1313 ad Jacobum II. Aragoniæ Regem Legatum fuisse, ut FILIAM Ejus ELIZABETHEN ARCHIDUCI Uxorem peteret, citatus antea Anonymus Leobienfis I. c. ad ann. hunc lib. IV. testatur: ULRICUM DE LICHTENSTEIN: ab Ottokaro Bohemiæ Rege CARNIOLÆ CAPITANEUM fuisse constitutum Mathæus Hagenius I. c. p. 1082. confitetur: HARTNEIDUM II. DE LICHTENSTEIN: bellica Virtute fulgentissimum Johannes Bohemiæ & Poloniæ Rex inter carissimos Expeditionum suarum Comites habuit, & in Ejusdem & Posterorum Gratiam Arcem Moraviæ Lichtensteinensem Niclasburg ab omni Berna immunem dixit, affirmante id diplomate Parisiis an. 1342. edito: GEORGIUS I. DOMINUS DE LICHTENSTEIN: HARTNEIDI I. F. natus major, ALBERTI II. ARCHIDUCIS AUSTRIÆ Camerarius, solus ex tribus fratribus Gentis suæ propagator extitit, cujus Filius GEORGIUS: Episcopus Tridentinus ingentem Nominis Famam adeptus est, & ab IMP. SIGISMUNDO Princeps Aulae & Consiliarius intimus dici meruit: JOHANNES DOMINUS DE LICHTENSTEIN: EPISCOPI Frater, Moraviæ fuit Capitaneus, & quartus Fratrum HENRICUS: DOMINUS DE LICHTENSTEIN: LEOPOLDI III. ARCHIDUCIS AUSTRIÆ cognomine PROBI, Aulae Præfectus: Nepos hujus HENRICUS V. DOMINUS DE LICHTENSTEIN:

* Diploma LXXIX. Lib. I. P. I. p. 34. in Excerptis Genealogico-Historicis R. P. Dn. Raimundi Duellii: a DUCE FRIDRICO II. an. 1241. in S. Yppolito: prid. Kal. Aug. editum: DITMARUM DE LICHTENSTEIN vocat.

STEIN: ALBERTI VI. ARCHIDUCIS AUSTRIÆ CONSILIARIUS INTIMUS: & ad Georgium Bohemiæ Regem an. 1463. Legatus, tandem a Mathia Hungariæ Bohemiæque Rege: MORAVIÆ CAPITANEUS constitutus est: sed fratri saltim natu minori GEORGIO III. DOMINO DE LICHTENSTEIN datum erat Genus proferre, ex quo ob tot & tanta Majorum, imo propriæ Virtutis & fidei pulcherrima Merita Hartmanni IV. Domini de LICHTENSTEIN Filium natu majorem CAROLUM an. 1569. natum, quem D. IMP. RUDOLPHUS II. Consiliarium Intimum & Supremum Aulae Præfectum habuit, D. IMP. MATHIAS an. 1612. S. R. I. PRINCIPUM numero adjunxit, exactoque biennio Ducatu Superioris Silesiæ Oppaviensi auxit, & D. IMP. FERDINANDUS II. Regni Bohemiæ Gubernatorem constitutum, an 1623. Ducatu quoque Superioris Silesiæ Carnoviensi donavit. Uterque ad Posterum transit & Filius quidem unicus CAROLUS EUSEBIUS: S. R. I. PRINCEPS DE LICHTENSTEIN: DUX SILESIAE OPPAVIENSIS AC CARNOVIENSIS: VTRIUSQUE SILESIAE CAPITANEUS constitui meruit: Nepos vero CAROLI: JOHANNES ADAMUS ANDREAS: S. R. I. PRINCEPS DE LICHTENSTEIN: DUX SILESIAE OPPAVIENSIS ET CARNOVIENSIS: summa rem familiarem Sapientia curans, ideoque ad immensas Opes evectus, ab IMP. D. LEOPOLDO M. Camerarii & Consilarii intimi Dignitate, a REGE vero HISPANIARUM CAROLO II. aureo Vellere donatus, multam insignemque ad pacandam Hungariam, sub D. IMP. JOSEPHO : operam impendens, anno tandem 1712. d. 16. Jun. filiis orbus decessit, quare ad Agnatum Proximum, GUNDACCARI: Junioris CAROLI PRINCIPIS Fratris, quem cum altero Fratre MAXIMILIANO, Sago inclyto, D. IMP. FERDINANDUS II. an. 1623. in S. R. I. PRINCIPUM numerum recepit, Nepotem. HARTMANNI V. Filium secundo genitum, ANTONIUM FLORIANUM S. R. I. PRINCIPEM DE LICHTENSTEIN IN NICLASBURG. D. IMP. LEOPOLDI M. ad Pontificem Romanum an. 1687. Legatum fulgentissimum: Consiliarium Intimum & Camerarium: cui SPES ORBIS TERRARUM fuit commendata, CAROLUS inquam IMPERATOR NOSTER AUGUSTISSIMUS: ARCHIDUX AUSTRIÆ educandus, CUI ad occupanda HISPANIAE Regna profecto perpetuus Comes, Custosque SACRATISSIMI CORPORIS adfuit, dignissimus ergo quem & aureum Hesperia Vellus & Magnatis Hispaniæ Primi Ordinis Splendor decorarent, Ducatus hi Silesiæ Oppaviensis & Carnoviensis pervenerunt. Illi cum satis & naturæ & Gloriæ vixisset an. 1721. d. 11. Octobr. defuncto superstes Filius unicus, Paterna Virtute & Gloria Eminentissimus successit, CELSISSIMUS PRINCEPS AC DOMINUS: DOMINUS JOSEPHUS JOHANNES ADAMUS: S. R. I. PRINCEPS AC REGENS DOMUS LICHTENSTEINENSIS IN NICLASBURG: DUX SILESIAE OPPAVIENSIS AC CARNOVIENSIS: COMES RIETBERGENSIS: S. C. R. CATHOL. MAJEST. CONSILIARIUS ACTUALIS INTIMUS: ET CAMERARIUS: EQUES AUREI VELLERIS: MAGNAS HISPANIAE PRIMI ORDINIS.

Tabula IV. Genealogia LOBKOWITZIAM GENTEM CELSISSIMAM edidi, quæ Ducatum inferioris Silesiæ Saganensem adepta est, ex Regno Bohemiæ oriunda: antiquissimis Temporibus Gentilitio Cognomine de LOBECZ inclyta, quod mutavit cum arcem Lobkowitz, hodie adhuc superstitem extruxisset. In duos inde Ramos effloruit, Hassensteinensem & Popeliam. Ex illa inclaruerunt: JOHANNES: DOMINUS a LOBKOWITZ, sub IMP. & REGE BOHEMIAE WENCESLAO Aulae Marchallus, qui Regis Jussu arcem Hassenstein, ea Tempestate Dominis a Schönburg subditam expugnavit: Filius Ejus NICOLAUS: DOMINUS a LOBKOWITZ: Tabularum Terræ Regni Bohemiæ Proto - Notarius, cui Tutela Regni Bohemiæ vivente etiam WENCESLAO IMP. & BOH. REGE oblata, auxilia suo Ære Imperatori Regique Bohemiæ SIGISMUNDO in Bello Hussitico ferens egregia: a quo & Pragæ coronato an. 1420. „ Militiæ Cingulo glorioso S. WENCESLAI Ensis publico Verbere insignitus est,“ testante Dipl. CXXI. Diplomatarii nostri Bohemo-Sil. Tom. I. Nepos quoque NICOLAUS: DOMINUS a LOBKOWITZ: paterna Vestigia mira similitudine premens, unde opum amplissimarum Incrementum, ingensque Fama, quare „ cum uxore SOPHIA DE ZIEROTIN IMP. FRIDRICUS III. in Con- „ fratres Societatis atque Amprisiæ Stolz albæ cum tribus Liliis a Rege Aragonum con- „ stituta Brunna an. 1459. d. 4. Aug. testante id. Dipl. l. c. CXXXII. adscivit. Præterea ex Posteris NICOLAI hujus inclaruerunt: BOHUSLAUS DOMINUS a LOBKOWITZ:

KOWITZ: quem litteris immortale nomen nactum Ulyssēm & Plinium Bohemiæ appellarunt, quippe Europa, Asia & Africa peragrata, Musarum quasi Sedem in Arce Hassenstein fixit, immensis Bibliothecam pulcherrimam Sumtibus colligans, ut in unum Platonis Opera complectentem Cod. MStum Græcum, duo florenorum millia impenderet. Balbinus quoque Testis est in Miscell. Histor. Reg. Boh. Dec. II. lib. I. Cap. IX. hunc „Eruditorum Phœnicem, a Canonicis Olomucensibus rite electum fuisse Antistitem, Rege WLADIZLAO Electionem adprobante, imo & a Wratislaviensibus Canonicis postulatum fuisse, sed Artibus non bonis Honorem tanto Viro interversum, neque Thronum Episcopalem unquam conscendisse.“ Et BOHUSLAUS FELIX DOMINUS A LOBKOWITZ: sub D. FERDINANDO I. Imp. & Hung. Bohemiæque Rege Inferioris Lusatiæ Præfectus, tandemque Supremus Regni Bohemiæ Camerarius constitutus: taceo tot alia & Illustria Hassensteinensis LOBKOWITZIORUM Familiæ Nomina in Tabulis Regni & Templis fulgentissimis obvia; sed Ramus ipse exaruit Sec. XVII. inchoante, nec Balbinus quod miror, cumulatius eum explicavit, Popelium descripsisse contentus, quem & nos prosequimur. Auctor Ejus PETRUS POPEL DOMINUS A LOBKOWITZ: Nicolai I. Senioris Domini a Lobkowitz in Hassenstein, cui Tutelam Regni Bohemiæ sub WENCESLAO commissam fuisse, antea Diplomatis Testimonio dixi, Frater, cujus Filius JOHANNES II. DOMINUS A LOBKOWITZ: Regum Sanguine natam ANNAM SVIHOUSKYAM duxit. Ex Posteris Ejus Illustre nomen fortiti sunt: LADISLAUS II. POPEL A LOBKOWITZ: D. D. IMPP. MAXIMILIANI II. & RUDOLPHI II. Consiliarius intimus: Supremus Regni BOHEMIÆ aulæ Præfectus & primus Appellationum Præses: an. 1584. defunctus: JOHANNES Senior POPEL A LOBKOWITZ: D. IMP. FERDINANDI I. Consiliarius intimus & Supremus Curia Regiæ Bohemiæ Præfectus: JOHANNES Junior POPEL A LOBKOWITZ: D. IMP. RUDOLPHI II. Consiliarius intimus: Germanicorum Feudorum Capitaneus & Camera Bohemicæ Præses: THEOBALDUS MATHÆUS POPEL A LOBKOWITZ: Magnus Ordinis Melitenensis per Bohemiam: Silesiam: Moraviamque Prior circa an. 1621. defunctus: CHRISTOPHORUS POPEL A LOBKOWITZ, Annæ de Bibersteyn & JOHANNIS III. POPEL A LOBKOWITZ Filius: Ursulæ Ducis Silesiæ Monstbergensis ac Olsnensis Nepos: S. C. R. M. RUDOLPHI II. Consiliarius intimus, supremus Regni Bohemiæ Camerarius: Aulæque Præfectus, & ad Polonia Regem SIGISMUNDUM III. anno 1581. Legatus prudentissimus: an. 1604. d. 14. Maji Praga mortuus: CHRISTOPHORUS FERDINANDUS POPEL: S. R. I. COMES A LOBKOWITZ: Dynasta Bilini: S. C. R. M. Consiliarius: Camerarius: Camera Silesiæ Præses: Ducatus Glogoviensis Capitaneus: & ad Res Silesiæ Bellicas AUGUSTISSIMI Imperatoris nomine an. 1648. Generalis Commissarius: WENCESLAI FERDINANDI POPEL S. R. I. COM. A LOBKOWITZ Pater S. C. R. M. Consilarii intimi: Camerarii: adque HISPANIARUM & Galliarum Reges Legati Splendidissimi, in Reditu vero ex Hispania cum Italiam adpulisset an. 1697. defuncti, & qui inter omnes præeminet ZDENCŌ ADALBERTUS POPEL A LOBKOWITZ: D. D. IMPP. RUDOLPHI II. & MATHIÆ: Consiliarius intimus: Regni Bohemiæ supremus Cancellarius: quem PHILIPPUS III. HISPANIARUM REX aureo Vellere: & ob immortalia in DOMUM AUGUSTISSIMAM inter sanctissimas BOHEMIÆ Turbas Merita D. IMP. FERDINANDUS II. an. 1624. Dignitate S. R. I. PRINCIPIS donavit. Filius Ejus WENCESLAUS EUSEBIUS: S. R. I. PRINCEPS A LOBKOWITZ: A D. IMP. FERDINANDO III. Dynastiam Neostadientem sub Comitatus Principatus honore gaudentis Titulo, Ducatum quoque Silesiæ Inferioris Saganensem obtinuit, postea sub Rege FERDINANDO IV. Consilii Aulici Bellici constitutus Præses, supremus quoque sub D. IMP. LEOPOLDO M. Aulæ Præfectus, Consilio, Labore, Vigilia, & Periculo invictus, consultisque facta conjungens, verus AUGUSTISSIMI CÆSARIS Agrippa: qui splendidissimo Connubio Genti Sux Palatinum Sanguinem intulit. Filius Ejus nati major FERDINANDUS AUGUSTUS LEOPOLDUS S. R. I. PRINCEPS A LOBKOWITZ: DUX SILESIÆ SAGANENSIS: d. 7. Septembr. an. 1655. natus: Consilarii Intimi S. C. R. M. munus an. 1689. subiit, exactoque biennio Ratisbonæ Principalis AUGUSTISSIMI IMPERATORIS Commissarius Rebus Germaniæ consuluit, Supremus inde IMPERATRICIS WILHELMINÆ AMALIÆ: ab an. 1699. ad an. 1708. Aulæ Præfectus, & aurei Velleris Eques dignissimus, d. 3. Octobr. an. 1715. carus omnibus


ac desiderandus obiit, Filios Tres Paternarum Ditionum & Virtutum Hæredes relinquens: CELSISSIMUM PRINCIPEM AC DOMINUM DOMINUM PHILIPPUM: S. R. I. PRINCIPEM AC REGENTEM DOMUS DE LOBKOWITZ: DUCEM SILESIE SAGANENSEM: PRINCIPEM COMITEM IN STERNSTEIN-DYNASTAM IN CHLUMITZ ET RAUDNITZ: S. C. R. CATHOL. MAJ. CAMERARIUM: JOSEPHUM ANTONIUM AUGUSTUM S. R. I. PR. A LOBKOWITZ: qui felici d. 16. Aug. 1717. ad Taurunum Prælio gesto, ferociam superbiamque Turcarum incredibili Ardore cohibuit, & Vulnerum Atrocitate victus, tamen Victor pro Salute Orbis Christiani latus occubuit, S. C. R. M. Campi Marschalli Locum tenens Meritissimus: & GEORGIUM CHRISTIANUM S. R. I. PRINCIPEM A LOBKOWITZ: cui Agnatorum Comitum Lobkowitziarum Bielinesium & Eisenbergensium Ramum exarcescentem filiis reficere & recreare contigit, Eorundem Hæredi Dignissimo.

Ad Tabulam deinde Genealogicam V. accedenti CELSISSIMA GENS AUERSBERGICA occurrit, quæ Silesiæ Inferioris Ducatum Monsterbergensem habet, Germanicæ & ipsa Originis, quare Lazium miror, ipsos Romano Sanguine natos affirmare, ac si Arminium Maroboduumve imo tot alios Heroës præstantissimos & Romanos certe Nominibus Majores nesciret Germania, a quibus Sanguinem derivare poterant Gentes Illustrissimæ. Arcem CAROLI M. Tempestate, Aursberg dictam, Sedem Familiz hujus in Svevia fuisse, hæc vero relicta eam in Carniolam migrasse Joh. Ludovicus Schönleben Auctor est, optimorum ipsius Gentis Monumentorum fide Historiam Ejus Genealogicam scribens, adhuc ineditam, ab Adolpho I. Domino ab AUERSBERG dicere orsus, qui an. 1060. defunctus est. Hujus Vestigia legere Opera Pretium duxi, additis & Silesiæ, Carinthiæ ac Carniolæ Annalibus, apud quos ingens AUERSBERGICORUM Nominum Fama, quæ nulla unquam obscurabit oblivio. Præcipua Gentis ex Bellis Turcicis & ob servatam Carniolam Gloria, quare FRIDRICUS III. ROM. IMP. AUG. Neostadii an. 1463. die Mercurii ante festum Trium Regum AUERSBERGIOS Marschallios Hæreditarios Carniolæ & Marchiæ Vinidorum constituit, hinc TROJANUS: DOMINUS AB AUERSBERG: Camerarius Hæreditarius Carniolæ & Marchiæ Vinidorum: IMP. CAROLI V. Consiliarius: pro liberanda an. 1529. a barbaris Hostibus Vindobona mira Alacritate advolavit, Ferociamque Turcarum egregia Virtute cohibuit, in S. R. I. Baronum Numerum ob merita hæc adscriptus: JOHANNES quoque IX. AB AUERSBERG: Capitaneus Carniolæ, fortissimus IMP. MAXIMILIANI I. Bello Dux, cum an. 1529. ad liberandam Viennam occurreret, vitam & Sanguinem pro Salute AUSTRIÆ effudit. HERBARDUS VIII. L. B. AB AUERSBERG: Trojani F. Supremus Capitaneus Carniolæ: Victoris Turcarum perpetui Cognomen meruit, Croatiam Salvam præstitit, Prælioque ad Budatsekum an. 1575. d. 22. Sept. cum Barbaris gesto, non Virtute sed numero hostium victus occubuit, quod Christiani Orbis ingens Damnum ANDREAS I. L. B. AB AUERSBERG: reportata an. 1593. a Turcarum Duce Hassan Bassa Victoria incomparabili refarcire studuit: nec Silentio prætereundus CHRISTOPHORUS II. L. B. AB AUERSBERG: Herbardi VIII. F. natu Major, Supremus Hæreditarius Camerarius & Præfectus Carniolæ: Expeditione contra Turcas Croatiam an. 1589. pervasantes ex Voto gesta Celeberrimus, communis S. R. I. PRINCIPUM ET COMITUM AB AUERSBERG: qui nunc supersunt Parens: ANNÆ L. B. DE MALTZAN: ortu Silesiæ Maritus. Filius Ejus THEODERICUS, & ex Seniore Filio Herbardo Nepos JOHANNES ANDREAS Ordini S. R. I. COMITUM accesserunt, Theoderici vero Filium JOHANNEM WEICHARDUM: supremum Aulae Præfectum apud D. FERDINANDUM IV. ROM. BOH. ET HUNGAR. REGEM: quem aureo Vellere Rex Hispaniarum PHILIPPUS IV. donavit, an. 1653. S. R. I. PRINCIPUM Numero inseruit D. IMP. FERDINANDUS III. anno sequenti 1654. d. 28. Febr. in Principum S. R. I. pauloque post in SILESIE quoque Ducum Confessum receptum, cum Ducatum Monsterbergensem & Territorium Francotteinense in Eum AUGUSTISSIMI IMPERATORIS Gratia transferret. Filius Ejus Secundo-genitus FRANCISCUS CAROLUS S. R. I. PRINCEPS AB AUERSBERG ET SILESIE DUX MONSTERBERGENSIS bellicis laudibus a prima ætate innutritus, liberandæ ab hoste barbaro Vindobonæ an. 1683. opem tulit admirandam, pulsque ferocissimis Genibus primus tanti Gaudii Nuncius ad D. IMP. LEOPOLDUM M. adpulit: in Silesia vero Carolum I. Ducem Monsterbergensem Henrici I. F. Georgii Regis Bohemiæ Nepotem imitatus, qui

qui Ducatum Monſterbergenſem & clariorem & feliciorẽ reddere ſtudioſiſſimus anno quoque 1524. novam Francoſteinii Arcem erexit, & poſtea totius in ſe Sileſiæ Curam Capitaneus D. IMP. FERDINANDI I. Mandato ſuſcipere juſſus eſt: ſic Sereniſſimus ille & æterna laude digniſſimus Princeps Auersbergicus, loco collapſæ & Belli Tricennalis Vi dirutæ Arcis Francoſteinienſis aliam Spiritum recipere, Ducatum pulcherrimis Legibus effloreſcere, annoque 1709. Comitibus Sileſiæ Principum præſidere ab AUGUSTISSIMO CÆSARE juſſus, omnium in ſe Vultus & Animos converti fecit. Humanis an. 1713. d. 6. Nov. Rebus exentus Filium reliquit unicum, Paternarum Virtutum & Terrarum Hæredem Optimum, CELSISSIMUM PRINCIPEM AC DOMINUM DOMINUM HENRICUM JOSEPHUM JOHANNEM: S. R. I. PRINCIPEM AB AURSBERG: DUCEM SILESIÆ MONSTERBERGENSEM: PRINCIPEM COMITEM IN THENGEN ET MITTERBURG: COMITEM IN GOTSCHÉ ET WELS: DYNASTAM IN SCHOEN-ET SEISSENBERG: SUPREMUM HÆREDITARIUM MARESCHALLUM ET CAMERARIUM CARNIOLÆ AC VINIDORUM MARCHIÆ: S. C. R. CATHOL. MAJ. CAMERARIUM: cui Caroli III. Ducis Sileſiæ Monſterbergenſis Annos & numeroſam Sobolem, Tantum Principem non abſque Delectatione in Memoriam revocans vovet Sileſia. Atque hæſce Principum Sileſiæ Imagines Venerandas, LOTHARINGIÆ, LICHTENSTEINENſIS: LOBKOWITZIÆ & AURSBERGICÆ GENTIS in novum quaſi hoc Atrium collocare, ſuaſit Pietas, juſſit tantorum Nominum Dignitas, ingensque Gloria, latatur Eorum Virtute non ſolum Sileſia, ſed & Bohemia, Moravia, Carniola, Carinthia, & Gentium Regina AUSTRIA, felix denique hoc Præſidio Germania Univerſa, quæ uti AUGUSTISSIMÆ GENTI AUSTRIACÆ, ſic & ſingulis hiſce Ducum Sileſiæ Familiis Æternitatem apprecatur. Atque hoc Voto finiendus erat Labor noſter, quo Rem Sileſiæ Hiſtoricam & Genealogicam illuſtrare ſaltem & adumbrare licuit, perfectum fieri nihil Horatius olim cecinit, & Experientia Teſtis affirmat, ad quam mortalium Genus omne ſingulis diebus provocare conſuevit, idem ergo in hoc negotio conſiciendo mihi cogitandum, & imperfectum Laborem reliquiſſe conſtitendum, utilem tamen & Patriæ & Vicinis noſtris ſore conſidendum. Indices quos locupletiſſimos eſſe volo, ad Illuſtrium Familiarum Majores eruendos, & firmandam Hiſtoriam earum Genealogicam neceſſarios, denique Supplementum in Hiſtoriam Ducum Sileſiæ Genealogicam quod promiſi, & Continuationem Diplomatarii Bohemo-Sileſiæ hiſce Paginis addere, uti conſtitutum erat, una plures prohibere Cauſæ ſuo loco indicandæ, ſingulari ergo Volumine, * Supplemento in Scriptores noſtros: Hiſtoriamque Genealogicam Ducum Sileſiæ, cui Tabulas Genealogicas EXCELLENTISSIMORUM COMITUM Qui liberæ Sileſiæ Dynaſtias Sex habent, addere apud animum cõſtitui, conſulere Operæ Pretium eſſe reor, Diplomatum inde Seriem & Indices Ampliſſimos Rei noſtræ Hiſtoricæ & Genealogicæ univerſæ interſervientes exhibere, ſupplicamus itaque SERENISSIMIS ET CELSISSIMIS SILESIÆ PRINCIPIBUS: rogamus EXCELLENTISSIMOS AC ILLUSTRISSIMOS MÆCENATES ET COMITES: imo VENERANDOS COENOBIORUM SPLENDIDISSIMORUM PRÆSULES: ut tot ingentia Nomina PIASTEÆ, ataviſque Regibus editam Progeniem, cui Spiritum & Sanguinem debet Sileſia, Diplomatum & Annalium MSSorum Monumentis Clementiſſime & Benevolæ conceſſis Nobiſcum ab Interitu & ab Oblivione penitus vindicent, quo facilius Porrum conſequi, Patriamque Suaviſſimam augere ingenti Felicitate contingat. Appendicis Loco huic TOMO STATUTA CIVITATIS SVIDNICENSIS ex vetuſto Codice MSto Membranaceo deſcripta adjeci, Egregium. Juris Patrii quod ſuper eſt Monumentum, ut quam pulcherrimis Legibus Civitates Sileſiæ ab Antiſſimis Temporibus gaviſæ fuerint conſtet, Ego vero hanc mihi ipſe Legem conſtitui, in id omnibus incumbere Viribus, ut quam adtulerint Opem Singuli, ſentiat Patria Univerſa, & qua Pietate & Obſequio in Eam ſerar univerſam, ſentiant Singuli.

I. CHRO-

* Cui duos Celeberrimi Henelii Labores egregios: Breslographiam Renovatam & Episcoporum Wratislaviensium Catalogum, ex Codicibus ipsius Autoris Manuscriptis depromptos inferere Animus est.



I. CHRONICI SILESIAE VETUSTIS- SIMI FRAGMENTUM.



Nno DOMINI ab Incarnacione M. CC. XXX. VIII. obiit Dux II-Henricus Bar-
lustris Dux * Henricus dictus cum Barba: Maritus S^ce HED-
WIGIS: X. III. Kal. Aplis. barus: Dux Si-
lesia moritur:

Anno DN. M. CC. XL. VII. obiit ** S^ca HEDWIGIS X. s. HEDWI-
Kal. Novembr. que multa miracula DEUS per eam facere di-
gnatus est: canonizata est per Dominum Clementem Papam
Quartum. An. Dn. M. CC. LX. VII. GIS obiit: &
canonizatur:

Anno DN. M. CC. LVI. captus & tentus est Dominus Thomas Wrat. Episcopus per Discordia inter
Ducem BOLEZLAUM filium Ducis HENRICI: Nepotem S. HEDWI-
GIS VI. Non. Octobr. & tentus usque ad Pascha. Episcopum &
Ducem Bolez-
laum.

Anno DN. M. CC. XLI. obiit DOMINA *** ANNA Ducissa Slezie VI. Non. De- Anna Ducissa
cembr. Silesia mori-
tur:

Anno DN. M. CC. LX. nono: fuit exaltatio S^ce HEDWIGIS, sequenti Die Sti Exaltatio S.
Bartholomei. HEDWIGIS:

Anno DN. M. CC. XLI. fuit occisus Dux HENRICUS a Tartaris & devastaverunt HENRICUS
totam Silesiam & Poloniam. PIUS. Dux Si-
lesia a Tartaris
occisus:

Anno DN. M. CC. LXXX. VII. occisus fuit Dux **** Pulko de Stinavia circa Przynicko Dux
Sevior. Stinavia a Po-
lonis occisus:

Anno DN. M. CCC. III. habita fuit hyems estualis quod homines nullum frigus sen- Hyems aestua-
ferunt. lis:

Anno DN. M. CC. L. quinto canonizatus fuit S. STANIZLAUS Martyr & Episco- Canonizatio S.
pus Kracoviensis. STANISLAI:

Anno DN. M. CC. L. nono terre Motus fuit magnus VI. Kal. Febr. Sequenti vero Au- Tartarorum in
no Tartari Sendomiriam Cracoviam & circumjacentes Provincias invaserunt Poloniam Ex-
& multa millia hominum occiderunt. curiones.

Anno DN. M. CC. LX. homines egerunt primam enormem contra constitutionem
Ecclesie Sancte.

Anno DN. M. CC. LX. III. visa est Cometa V. Kal. Augusti que stetit usque ad VI. Cometa appa-
Non. Octobr. que multam famem, effusionem Sanguinis, mortem Animalium
& Principum signavit: Tanta enim fames in Almania extitit, ut multi venditis
gris

* Adde Scriptorum Testimonia, quæ ad Tab. Genealog. nostram I. illustrandam p. 311. Tom.
I. allata sunt.

** Adde quæ ad no. 12. l. c. dixi: unde an. 1243. d. 9. Octobr. obiisse constat.

*** An. 1265. demum defunctam loco c. ad no. 22. probamus.

**** Non Boleskonis sed Przemislai nomen habuit Dux Sprottaviensis & Stinavia an. demum
1290. IV. Kal. Martii in Prælio cum Polonis circa oppidum Szewior gesto occisus. vide
no. 5. Tab. nostræ Genealog. II.

Agris suis fugerint in Poloniam : Exitit mors animalium, ut nullas Carnes Bovinas comedere vel emere presumerent.

- Manfredus a Anno DN. M. CC. LX. V. Karolus occidit Manfridum qui Patruus vocabatur.
Carolo occisus:
- HENRICUS Anno DN. M. CC. LX. VI. obiit Dux * HENRICUS : frater WENCESLAI :
III. Dux Wratisl. Nepos B. HEDWIGIS III. Non. Decembr.
- Ecclesia S. MARIE reconciliata : Anno DN. M. CC. LX. III. reconciliata est Ecclesia S. MARIE in Wratisl. per Dominum Anshelmum Episc. S. Sedis Apostolice Legatum Id. Dec.
- Conradinus caplexus : Anno DN. M. CC. LX. VIII. in Vigilia B. Bartholomei Apli devictus Conradus, filius Conradi, filii Fridrici Imperatoris ab Illustri Rege Sicilie Karolo & captus demum in Vinculis & ab eo Capite celsus.
- Henricus IV. Anno DN. M. CC. XC. obiit Dux ** HENRICUS Dux Slezie : & Dominus Wratislav. & Cracovie & Sendomirie.
Dux Wratisl. moritur :
- OTTOCARUS Anno DN. M. CC. LXX. VIII. RUDOLFUS Rex Romanorum occidit Ortocarum
Rex Bohemie Regem Bohemie in crastino S. Bartholomei.
- Bellum Silesie Civile, Anno DN. M. CC. LXX. VII. in crastino S. Georgii Dux HENRICUS habuit conflictum cum Duce Boleslao & filio suo.
- Bolcko : Dux Anno DN. M. CCC. Primo : in Vigilia Vigilie S. Martini Epi obiit *** Bulko Dux
Svidnicensis obiit : Zlezic.
- Henricus VI. Anno DN. M. CC. XC. IV. in crastino Gertrudis Virginis natus fuit HENRICUS :
Dux Wratisl. nascitur : filius HENRICI quinti Ducis Zlezic : existente Patre suo in Captivitate Ducis Glogovic.
- Wladizlaus Anno DN. M. CC. XC. VI. in crastino S. Bonifacii natus fuit WLADIZLAUS fili-
Dux Silesie us HENRICI quinti Ducis Zlezic mortuo Patre suo.
Lign. nascitur :
- Boleslaus : Dux Anno DN. M. CC. XC. I. in crastino S. Mauricii natus BOLEZLAUS filius HEN-
Silesie Lign. RICUS Quinti Ducis Zlezic & Domini Wratisl.
nascitur :
- Elizabeth : Du- Anno DN. M. CCC. III. in Vigilia S. Michaelis obiit DOMINA **** ELYZA-
cissa Wratisl. moritur : BETH Ducissa Slezie : Mater eorum.
- Vratislavia Anno DN. M. CC. LXX. VI. in die S. Marci Evangel. combusta est Wratisl. per
conflagravit : totum.
- ALBERTUS I. Anno DOMINI M. CCC. VIII. in die Philippi & Jacobi occisus fuit ALBERTUS
IMP. ROM. REX Roman. per Johannem filium fratris sui.
occisus.

Eod. Anno in Carnis brivio obiit Hermannus Zacharie Civis Wratisl.

Eod. Anno obiit Peregrinus de Lubavia dictus Civis Gorlicensis in Die B. Margarete Virginis.

II. BOGUPHAI II. EPISCOPI POZNANIENSIS CHRONICON POLONIÆ: CUM CONTINUATIONE PASKONIS: CUSTODIS POSNANIENSIS.

IN NOMINE DOMINI Amen. Quamvis Historiographi Lechitarum, qui nunc Poloni a Polo Arctico nominantur, & alias a Castro Polan quod in finibus Pomeranie situm est, cui dominabantur, tatis ample & verissime originem Regum & Principum Polonorum & eorum gesta & actus mirabiles & strenuos ; precipue Reverendus Pater Dominus Vincentius olim Episcopus Cracoviensis ac ceteri descripserunt, ac perenni memorie suis posteris scripture testimonio reliquerunt ; tamen quia in scriptis suis de quibus

* In vigilia S. Andreae Apostoli : vidè quæ ad no. 24. Tab. nostræ Genealog. I. Tom. I. exstant Scriptorum Testimonia.

** vid. no. VI. Tab. I. Genealog. Tom. I.

*** vid. no. I. Tab. IV. Genealog. I. c.

**** vid. no. 50. Tab. I. Genealog. Tom. I. & lin. 7. pro Mauritius : leg. Henricus.

quibus Ducibus majoris Poloniæ, præsertim de Premislo, Rege, terræ ejusdem mentionem facientes, videntur ipsius Genealogie processum obmittere, id circo ut ad ipsius genitores descendatur, necessarium est, ut progenitores ejusdem & aliorum ducum ac principum latissimi Regni Poloniæ seu Lechitarum, per nomina & terras designentur. Nam quia Lechite Poloni dicuntur, scire convenit, unde hoc nomine vocentur: Scribitur enim in vetustissimis codicibus, quod Pannonia sit mater & origo omnium Slavonicarum nacionum. Pan enim juxta Græcam & Slavorum Interpretationem dicitur totum habens; & juxta hoc dicitur Pan in Slavonia major dominus, licet alio nomine juxta diversitatem linguarum Slavonicarum dicatur Gospodzyn Xandzi; Xandz - - - autem major est quam Pan, veluti princeps & superior Rex. Omnes enim domini Pan appellantur, duces vero exercitus VVoyewodi nominantur, & hinc Panonii a Pan dicti, a Jano nepote Japhet ortum habere dicuntur. Quorum primus Princeps ille robustus Nemroth dicitur fuisse, qui primo homines fratres suos cepit subjugare & obedientie sue subdere. Ex hiis itaque Pannoniis tres fratres, filii Pan, principis Pannoniorum, nati fuere; quorum primogenitus Lech, alter Rus, tertius Czech nomina habuerunt; & hii tres hæc tria regna Lechitarum, Ruthenorum & Czechorum, qui & Bohemi, ex se & sua gente multiplicati possederunt & in presenti possident & imposterum possidebunt, quam diu divine placuerit voluntati: quorum majoritas semper apud Lechitas & Domini ac totius superioritatis imperii prout tam ex Chronicis quam ex gradibus apparet, habebitur. Sunt autem Slavorum multimoda genera linguarum se mutuo intelligencia; licet in quibusdam vocabulis & pronuntiatione verborum aliquantulum discrepare videantur, quæ tamen ab uno patre Slavo, unde & Slavi originem habuerunt, qui & huc usque isto nomine uti non obmittunt, videlicet Thomislaus, Stanislaus, Jaroslaus, Venceslaus &c. Ab isto etiam Slavo Nemroth originem asseritur habuisse. Nemroth enim in Slavonico dicitur Nynerza, quod in Slavonico interpretatur non pax seu non mensurans pacem; a quo servitus cepit esse in hominibus; cum alias erat omnibus inconcussa libertas, qui fratres suos subiugare sue dicioni temere attemptavit. Cuius temeritatis audacia non solum fratribus suis gentis Slavonice sed toti mundo servitutis legem induxit. Per præmissa autem quatuor Regna Slavonica, videlicet Pannoniorum, Lechitarum, Ruthenorum & Zechorum seu Bohemorum designata habentur. Et quia post modum plura alia Regna & dominia Slavonice nacionis crexerunt dignum est, ut eorum nomina & interpretatio designetur. Regnum itaque Bulgarorum a Bulga fluvio nominatur; item regnum Ruthenorum a Rucz quod vestigium equorum multitudinis exercituum in unum congregatorum dicitur nominatum. Nam ex hoc Slavi multitudinem equitancium dicunt Ruczi. Item Regnum Dalmacie dicitur ab eo, quia Pannoniorum Regina filio suo partem illius maritimam donavit, ipsumque in regem coronari fecit, & creditur quod illa fuit regina Austri Saba nomine, que ad regem Salomonem venerat sapientiam ejus audire: nam & fluvijs Pannoniorum Saba dicitur, qui ab ipsa nomen sumpsisse perhibetur. Dicitur quoque Regnum Dalmacie dala macz, quasi dedit mater. Item Ram seu Rama dicitur ex eo, quia semper in conflictu hostium vociferare solebant: Ram; Ram id est: Vulnera Vulnera. Item Sorabe dicitur, a Soroban quod duplicem interpretationem designat. Nam Gallici appellant illam regionem Seruiam valente diem, quod vincti per Nemroth veluti serui ejus ibidem fuissent locati, quod nomen videtur rationi congruere, cum non solum illa modicissima pericula Stirpi Slavonice sed potius tota gens Slavonica sibi obnoxia censetur. Verius tamen creditur, quod Sorabe a Sarb, quod & Sarban nomen accepit, sicuti a Juda Judei, inde a Lech Lechite & ceteri nominantur. Est quedam gens Slavonica, que Cassubite dicuntur & hy a longitudine & latitudine vestium, quas plicare ipsos, propter earum latitudinem & longitudinem oportebat, sunt appellati. Nam Huba in Slavonico plica seu ruga vestium dicitur. Unde Cassubia dicitur. Sunt & alii Slavi idem qui Drewnane vocantur, has Theutonici Halcze appellat. Horum castra capitalia fuerunt Buccowecz, quod nunc Lubick dicitur: Ham quod & Hamberg ac Breme quod caput & sedes fuit eorundem. Ibidem est etiam Blefink Castrum Ducale & Civitas Czelznya, his præfuerunt Comites quos Henricus Imperator postquam easdem patrias Slavorum Imperiali dicioni subiugasset, in Comites asseritur creasse. Hæc autem gens a densitate Silvarum seu lignorum nomen accepit. Nam Drewnane a lignis nuncupantur. Nominantur etiam a quodam fluvio qui Trawnadicitur: unde Trawnani sunt appellati. Scire autem dignum est, quod Slavi & Theotoni

Origo Lechitarum: S. Polonorum:

Pannonia Mater Slavonicarum Nationum.

Historiola de Lecho: Russo: & Czecho:

Quatuor Regna Gentium Slavonicarum:

imo & alia:

Ortus Regni Bulgaria: Russia:

Dalmatiae:

Rama:

Sorabia: S. Ser-viz:

Origo Cassubitarum:

Germania per
Fluvios defri
pta :

nici a duobus germanis Japhet nepotibus Jano & Kiffz -- dicuntur habuisse (originem,) prout Isidorus in libro *Æthimologiarum* & Martinus in *Chronica Romana* videntur declarasse. Describunt namque germaniam per fluvios, ut puta per Danubium, per Renum, per VVislam seu Vandalum, per Oderam seu Guttalum, & per Albeam seu Bab, designantes per hos fluvios maiores ab exitu usque ad infimum descensum eorundem. Nam Renus & Danubius sunt gentis Theutonice fluvii maiores. Vandalus vero, Odera & Albea Polonic & Bohemicæ Regnorum. Circa hos autem tres fluvios ultimas mediasque regiones inter eosdem obtinentes ac adhaerentes eisdem olim possederunt & adhuc usque ad mare septentrionale possidere cernuntur regiones, licet Saxones terras suas strictissimas & rura sue nationis relinquentes ad amplum solum Slavorum se transferentes perpetuas sedes sibi possederunt in eisdem. Hiis omnibus autem Slavorum nationibus Pannonia duntaxat excepta, sed iuncta Carintia, cuius inhabitatores Czernichane vocantur Akanita quod Canalia interpretantur semper Lechitarum imperio subiecti tributa reddebant usque ad tempora Regis Kasimiri moachi; cuius tempore priusquam cum dispensatione Domini Papæ de monasterio Cluniacensi, in quo professus fuerat, eductus plures nationes obediencie Lechitarum recedentes tributa Lechitis consuecta dare denegarunt. Item alia interpretatione germanorum dicitur Agerman quia unus alterum fraternitatis consanguinitate attingebat. Nam Gerzmo est instrumentum, in quo duo boves simul iuncti trahendo aratrum seu plaustrum incedunt; sic & Theutonici cum Slavis Regna contigua habentes simul conversatione incedunt, nec aliqua gens in mundo est, sibi tam communis & familiaris, veluti Slavi & Theutonici. Sic etiam per latinos decet --- a quo Theutonici, & Slavis a quo Slavi germani qui & fratres sunt appellati. &c.

Origo Hun-
garorum:

Item de Hungaris, qui & ipsi Slavi sunt, non est obmittendum. Hungari enim dicuntur a quodam fluvio qui Wtra nominatur, de quodam magno lacu defluens, circa quem nunc civitas Przemislaw est situata, versus mare septentrionale; qui postquam Gothi ad depopulandas nationes de insulis, quæ Stanfze & Gorthlarich appellantur exiissent, & ipsos in eorum habitationibus molestassent, ac nimirum perturbassent, congregati cum uxoribus & paruulis proposuerunt ad terram Panoniorum, unde ortum habuerunt, reducere ad habitandum perpetue in eisdem. Verum quia Deus quarundam peccata nationum per ipsas punire decreverat, id circo non recto tramite ac sue genti Slavonice in eundo damna & molestias inferrent; sed per Theutoniam & per Burgundiam ac deinceps per Lombardiam usque ad terras Slavonic transiitum, non sine magna urbium delezione, & humani sanguinis inhumanissima effusione valde periculose fecerunt. Quorum rex Thila, qui in scripturis Attila nominatur, veniens Pannoniam sibi perpetuam in ea constituit mansionem. Et quia multe nationes Slavorum ad ipsos confluerant, unde tunc non Wtrane, sed Wandali sunt appellati. Pars autem illa Slavorum, quæ a fluvio Wtradicebatur Wtrane, quod postmodum a commixtione gentis Hunorum, qui de montibus Sicilie, prout Martinus in *Chronica sua Romana* de iisdem plenius describit, exeuntes, & Pannoniam plenius introeuntes & eam sub dominio obtinentes Hungaria Hinis sicut & Wtralis sunt appellati. Postquam autem Lech cum sua progenie nemora latissima ubi Regnum Polonia constitit, peragrasset, tandem veniens ad quendam lacum amenissimum, agris fertilissimum, piscium & ferrarum habundancia repletum, tentoria sua fixit in eodem, ibique primam habitationem pro sui & suorum conservatione edificare cupiens dixit: Nidificemus: unde & lacus ille usque ad presens Gnezna, aut nidificatio appellatur.

Lechus Poloni-
am occupat &
Gneznam con-
dit:

Quia aliquammodo a materia, de qua scribere intendebam, digressus fueram; jam nunc ad nostrum propositum redeamus; & ut brevitatis scribendi non obscura aditum memorie valeat commendare, sub brevitate Reges, Principes atque Duces, ac multiplicationem eorundem totius regni Poloniæ seu Lechitarum latissimi imperii, prout ex hystoriis annalibus Polonorum reperi que in diversis diversarum ecclesiarum conspexi, & aliqua ex narratione seniorum procerum Poloniæ quibus actus bellici & gesta temporum non ignota primo nota fuerunt, didici & memorie commendavi scribere, Dei Omnipotentis adiutus auxilio, incepti.

Institutum Au-
ctoris scriben-
di Hystoriæ Le-
chitarum:

Primo itaque, unde Reges Lechitarum procefferunt, videamus: tempore siquidem Regis Asueri, cum Galli diversa regna & provincias invaderent, ac invasa occupassent, Lechite qui nullum Regem, seu principem inter se, tanquam fratres & ab uno patre ortum habentes, habere consueverant; sed tum duodecim discretiores & locupletiores ex se eligebant, qui questionem inter se coniungentes diffiniebant, &

Origo Regum
Lechitarum:

rem

rem publicam gubernabant, nulla tributa seu inuita seruicia ab aliquo exigentes, Gal-
lorum impetum formidantes, quendam Virum strenuissimum, nomine Crak, cuius CRACUS
mansio protunc circa fluuium Wislaw fuerat, forte sibi diuinitus inter fratres suos Le-
chitas attributa, in eorum capiteum seu ducem exercitus, ut verius dicam; nam
iuxta Polonicam interpretationem Dux exercitus Woyewoda appellatur, unanimiter
elegerunt. Iste Crak, qui legitime Coruus dicitur, victor effectus per Lechitas est Cracoviam
condit:
in Regem assumptus. Hic edificavit castrum, quod suo nomine Cracouia est appella-
tum, quod antea Wawel nomen habebat; Wawel enim quidam tumor dicitur, quem
homines in montibus demorantes ex potatione Aquarum in gutture habere consueue-
runt; sic & mons, ubi nunc castrum Cracoviense situm est, VVanwel dicebatur; ibi
prope ab alio latere VVisle parvus monticulus consistit, in quo nunc ecclesia sancti Mi-
chaelis de Rupella est edificata; qui VVanwebnicza diminutive nomen habet; sub quo
monticulo civitas magna & fortis fuerat edificata; quam Alexander Magnus asserrit
solo stravisse: Fertur namque duos habuisse filios & unam filiam, quorum vnus Crak CRACI pro-
genies:
iunior vocatus, fratrem seniore dolo ut patri in regno succederet, clandestine inter-
fecit; solus quoque sine prole decessit, sola sorore, VVanda nomine, qua legitime Ha-
mus nominatur, remanente. Scribitur namque tam decora & grata aspectu fuisse, Forma WAN-
DAE
quod omnes ipsam intuentes in amorem sui suo aspectu speciosissimo attrahebat; un-
de ex hac VVanda, id est Hamus, extitit nominata; hec prudentissime thori spernens
ponsorcia, regnum Polonie iuxta vota populi saluberrime gubernabat, donec ad quen-
dam regem Almanorum, cuius de eius pulcritudine corporis fama pervenisset &
ipsam nec donariis, nec precibus ad suum consorcium acclinare potuisset, minis ho-
stilibus & exercituum suorum insultibus ipsam ad sua vota flecti cupiens atque sperans,
congregatis nimis exercitibus, terris Lechitarum appropinquans, easdem hostiliter Victoria
VVANDAE:
invadere conabatur; cuius potencie Wanda regina Lechitarum predicta, cum suis
occurrebat ac minime formidavit; quam rex prefatus cum suis turmis ferocissimis
cernens aduenisse, in tantum amore vel indignatione consternatus ait: Wanda mari,
Wanda terrae, Wanda aeri imperet, diisque immortalibus pro suis victimet, & ego
pro vobis omnibus o proceres sollempnem hostiam in sacris devoveo ut tam vestra,
quam vestrorum successorum perpetuas sub foemine senescat imperio; & mox inni-
xus gladio vitam finivit. Wanda vero dextris Almanorum fidelitatis & omagii re-
ceptis, ad propria rediens se ipsam pro tam magnifica gloria & prosperis successibus
Diis victimans in Wislam fluviū sponte saliens humane nature debitum persolvit, Mors VVAN-
DAE:
Fluvius VVan-
dalus:
ad inferorum limina descendens, unde fluviū Wisla a Wanda Regina Wandalus no-
men accepit; a quo Polonie & ceterae Slavonice gentes eorundem dicioni adherentes
non Lechite, sed VVandalite sunt appellati.

De primo Lestkone.

Post decessum igitur VVande Regine multis annis Lechitæ rege carebant; sed Quomodo
LECK ad im-
perium perve-
nit:
tum VVoyewodam & duodecem gubernatores eligeant, usque ad tempora Regis A-
lexandri. Cuius tempore quendam virum fortissimum aurifabri artificio qui arte &
industria plusquam fortitudine, potencie Alexandri resistens, ipsum absque omni glo-
ria de terris Lechitarum, non sine confusione exire coegit. Ob hoc Lechite sibi no-
meo Lestkim ponentes ipsum in regem elegerunt. Dicitur namque Lesck quasi dolo-
sus; quia dolo & arte superavit invictissimum Regem Alexandrum, qui tandem sine
prole decessit.

De secundo Lestkone.

Mortuo vero Lestkone inter regnicolas Lechitarum multa disturbia fuerant susci-
tata; quod tam proceres, quam communitas in unum diffinierunt locum convenire,
de electione principis tractaturi; ubi convenientes quorundam ambiciosorum senten-
tia extitit diffinitum, ut quicumque in equo maculas habente prior ad statuum percur-
reret, hic Rex ab omnibus haberetur. Vnus autem ad regni gubernacula improvide
ambiens, campi latitudinem, per quem ad statuum perveniri debebat, ferreis exigo-
nis caute repieuit, una tamen semita, per quam solus incederet, vacua dimissa. Duo Quomodo LE-
STVS II. ad
imperium per-
venit:
iuvenes tenue conditionis pedestri cursu ad statuum currere se obligarunt, ut victus
precursorem semper Regem nominaret; cumque ad palmam currere vellent, statim
subsistunt ab eculeis, quos doli artifex in campo strauerat, in pedum foliis lesti. Ad-
ueniente itaque die, quo equestres currere disponebant, ille dolosus semitam, quam
designauerat, temptat, qui etiam calces equi sui bene munierat, quod ab eculeis fer-
reis, quos sparserat ledi minime potuisset. Equestribus autem ad statuum currentibus,
alter

alter illorum duorum iuuenum pedestrium minus lesus, & iam linitati pristinae restitutus, cursu transuerso, non sine populi ridiculo, vehementi rapitur per anfractus campi mente cautus appropinquit, quem ille doli artifex iam precurrebat, unde & Rex ab omnibus nominatur. Hii autem, quorum equi ab exigonis lesi fuerant, considerantes equum precurrentem ferrimenta in calcibus habere, dolum eiusdem cognoverunt quem Lestkonem, id est dolosum appellarunt, & tandem sententia super ipsum lata membratim discerpitur, & pedester loco sui per proceres regni & vniuersitatem populi in Regem assumitur & Rex ab omnibus salutarur, ac Lestko secundus, nomine Lestkonis supplicio traditi ab omnibus appellatur. Verum cum in Throno Regio collocari vestibus quoque Regalibus indui deberet, paupertatis vestimentum in dextra parte solii collocauit, in hoc condicionis sue & humilitatis virtutem ostendens etiam posteris cupiens relinquere, quod Regem plus humilitas, quam purpura reddit conspicuum ac decorum. Fuit autem magne libertatis: ita quod ex virtute prius sibi in defectum euenire voluit, quam ex tenacitate habundanciam. Fuit etiam prudentissimus & semper sobrius, multisque clarens virtutibus, relicto filio unico, nomine Lestkone feliciter in Domino obdormiuit.

De tercio Lestkone.

Fabula de Julio Cæsare in Lechitis cum Exercitu profecto. Tempore autem huius Lestkonis Julius Cæsar Slavorum regna Romanorum imperio subiicere contendens, etiam fines Lechitarum inuasit. Cui Lestko præfatus, cum suis Lechitis fortissimis pro viribus resistens ter conflixit cum eodem, stragem permaximam de populo Julii Cæsaris faciendo. Hic etiam quendam Tirannum Crassum nomine, qui Partis præerat in Persia, devicit prelio commisso & aurum quoque liquidum in os ejus fecit infundi, dicens: Aurum sisti, aurum bibe. Huic Lestkoni Julius Cæsar in Slawonie partibus existens, sororem suam coniugio sociavit, terram Bawarie loco dotis sibi assignando; Que Julia duo castra fortissima de voluntate sui mariti construxerant, quorum uni nomen fratris Julius, quod nunc Lubus; aliud vero Julin, quod nunc Welin dicitur appellavit. Hec cum filium cum viro suo procreasset & fratri suo Cæsari nunciasset, Julius Cæsar, cum adhuc in Slawonie partibus moram faceret, de ortu Nepotis letus effectus Pompilius nomen imposuit eidem. Verum cum Julius Romam de Slavis victor existens, Lechitarum gente ipsum associante, rediisset & post Lechitarum ad propria reditum, Romani sibi multum molesti extiterunt, pro eo quod Bawariam dicioni Lechitarum subdidisset, donacionem de Bawaria per ipsum factam reuocavit; propter quod Julia Soror sua a Lestkone, rege Lechitarum repudium fuit passa, parvulo suo Pompilione de quo predictum est, apud Lestkonem relicto. Ille Lestko de aliis uxoribus, Julia uxore sua repudiata, ex concubinis viginti filios procreavit; quibus Terras maritimas Ducatus & provincias assignavit, quorum nomina sunt hec que sequuntur. Boleslaus, Kazimirus, Wladislaus, Wrocislaus, Odo Barnim, Przibislaus, Przemislaus, Jaxa, Semianus, Sobeslaus, Zemomislus, Bogdalus, Spicigutus, Spicimirus, Sbigneus, Sobeslaus, Wislymirus, Czestmirus & Wislaus. Ex his aliqui Castra & Civitates quas fundarunt suis nominibus appellarunt, quibus pater juxta mare septentrionale & usque ad Westwariam Saxoniam Bawariam Duringiam singulis singulos Principatus assignavit, Pompilium vero veluti primogenitum in Regem omnium statuit atque coronari iussit. Tempore autem huius Lestkonis Christus de Virgine natus esse estimatur. Imperante autem Nerone Romanorum Principe Lestko felicissimus auctor Regni Lechitarum debitum Carnis in senectute exsolvit.

De primo Pompilione.

Quomodo POMPILIUS I. ad Imperium pervenerit. Successit igitur huic Lestkoni Pompilius filius eius senior, quem fratres sui superius nominati promptissimis obsequiis fidelissime fuerunt profecti in tantum quod amore fraterno suavia cognoscens ipsum languescere, festino cursu ad eum visitandum Cruschwiciam tandem pervenerunt, ubi ipsum mortuum invenientes filium suum iuvenem Pompilium in Regem exulcerunt. Quo in Regem coronato & aliquamdiu cum eodem commorantes fideliter homagia preparantes ad propria feliciter remearunt.

De secundo Pompilione.

Vituperium Pompilii II. Ille Pompilius flagitiosissimus fuit. Nam plus coreas virginum, quam bella attemptabat, & impudentissimo luxurie fluxu & ignavia dissolutus, primus in fuga, postremus in bello, in omnibus flagitiosis conatibus exercitissimus. Hic tyrannide suorum fidelissima obsequia repensavit. Nam ad suggestionem sue Uxoris impudice Patris suis

suis odio gratiam, infidiis amicitiam, crudelitate pietatem immaniter demonstravit. Qui se languidum & morti appropinquantem simulans patruos conuocat, quos affatibus melissuis in lecto simulate egritudinis quiescendo demulcens, seque vivere non posse pronucians, ut de Rege, qui sibi succederet, pertractent, hortatur atque deposcit. Quos postremo in potu valedictionis, eis per suam vxorem propinato, crudelissime mortificauit. Quorum corpora tyrannus potius quam Rex inhumata, veluti diuinitus percussa, iussit permanere. Iste Pompilius pessimus cognominabatur Chofzifzco, ex eo, quia paucos pilos & paucos oblongos in capite habebat, Chofzifzco enim scopa dicitur; unde Chofzifzco diminutivum, quasi scopula parua fuerat appellatus. Nec scelus in patruos commissum inultum remansit, quia putredine per cadauera patruorum suorum per ipsum intoxicatorum, quos inhumatos permanere iusserat, mures insolite magnitudinis procreari prefatum Pompilium inuaserunt. Ita quod nec igne, nec ferro seu fustibus poterant prohiberi, quin ipsum insequentes momordebant. Qui tandem ad quandam altissimam Turrim in Castro Crufzuiciensi sitam fugiens, cum Vxore & duobus filiis, per mures comesus, diem clausit extremum.

Scelus Ejus in
Patruos com-
missum:

A muribus de-
voratur:

De Electione Regis nomine Pasch.

Stirpe itaque Pompilii, dicti Chofzifzconis, radicitus euulsa, proceres Regni ad urbem Crufchuiciensem predictam, que preterea inter vrbes Lechitarum maior & fortior habebatur, conuenientes; ceperunt de futuri principis electione tractatum habere. Et quamuis aliquem de filiis intoxicatorum principum eligere disposuissent; tamen diuersis in diuersos sua vota dirigentibus in vnum ex ipsis non poterant concordare, proprium plus quam commune bonum preferendo. Deceuerunt itaque aliquem infime & modice cognacionis eligere, quam ingenuum; tamen non ex Lechitarum propagine procreatum. Fuit namque quidam pauper agricola, nomine Pasch, & nomen coniugis eius Rzepicza in vrbe Crufzuiciensi morantes predicta, qui alias tempore Pompilii seu Chofzifzconis duos hospites, qui creduntur fuisse angeli, seu secundum quosdam Johannes & Paulus martires, Quos Yanitores prefati Chofzifzconis Principis, a ianua eiusdem ipsis ingressum prohibentes, repulerant, receperat hospicio. Ad cuius hospicium tempore electionis duo hospites prefati redeuntes, prefatum Pasch, hospitum eorum, miraculose in Regem eligi fecerunt. Nam cum tante multitudini inopinata ad electionem principis congregatorum potus cereuicie defecisset, & Pasch in sua domicula modicum mellis, pro se & sua familia braxauerat, & in tantum liquor mellis, qui medo polonice dicitur, habundauit, qui toti populo habundantissime de eodem medone dare quantum cui placuit tollere, ministrarunt. Quo miraculo viso & diuina disponente clemencia memoratum Pasch in suum regem vnanimiter elegerunt. Hic ob hoc dictus Pasch est, quia fuit statura brevis, sed robustus corpore & decorus aspectu.

Quomodo PL-
ASTUS ad Im-
perium perue-
nerit:

Miraculum
quod in Comi-
tiis contigit:

De Primo Semouito.

Pasch igitur regalibus insigniis decoratus, ac Regni gubernacula prudenter disponens, ex Rzepczica, coniuge sua, filium vnicum suscepit, quem post annos puericie Semouit appellat. Qui quatuordecim annos sue etatis habens Patri in Regno successit, & ob hoc Semouit tam a patre, quam ab aliis fuerat appellatus. Semouit enim dicitur iam loquens, quia annum quartum decimum sue etatis aetate mortem patris conscenderat. Iste Semouitus plura per Gofzifchonem deperdita recuperauerat, & in omnibus strenuus & felicissimus habebatur, in cunctis agens prospere & semper de hostibus triumphans. Non tamen illorum principum toxico nepharie interemptorum filios & nepotes ad sui obedienciam bellicosis insultibus, minis seu donariis flectere potuit, quin semper sibi & suis successoribus usque ad tempora illius Magni Boleslai pro posse resistebant. Duplicem etenim suo patri Pasch & sibi obedienciam denegabant. Prima fuit hoc inhumanissimum scelus in patribus & awiseorum per Chofzifchonem crudelissime commissum, qui veneno fraudulenter fuerant interempti; Secunda, quia ipsis obmissis Pasch infimus genere in Regem fuerat assumptus. Terre autem predictorum Principum fuerunt hec: Boleslai Pomerania inferior, Kazimiri Casubia, Vladislai Pars Vngarie, que inter fluuios Czissam, Danubium & Morawam consistit. Jaxa Sorabia, VVraczislai Rama, Przibislai & Odonis Drowina, Przemislai Sgorzeczia, que nunc Brandenburg appellatur. Et ceteri Terras Albeam, Odram, Pyanam, Dolosam, VVtram, Bekniczam, Warnam, Hawlam, Sprowam, Hylam, Sudam, Mecczam, Trawnam & circa alias perpetuo dominio possederunt. Quorum duo Wislaus Castrum dictum

Defuncto PL-
ASTO succe-
dit SEMOVI-
TUS R.

Facies Sarmatice SEMOVI-
TO imperante:

dictum Medziboze, quod nunc Meydeburg dicitur, & Sobeslaus aliud castrum, Dalen dictum, quod Daliburg Theutonici appellant, Czeszmirus autem partem Drewine, quod nunc Olfacia dicitur versus Slesuik, & Wissimirus castrum in ripa maris Septentrionalis, ubi nunc ciuitas nomine suo Wissimiria sita est, fundauit. Fuerunt etiam castra principaliora principum predictorum versus occidentem & mare septentrionale, Bremen dictum de pondere, quia pondus inimicorum, ut puta Westualium & Frisonum & aliarum nationum sepius ipsos invadendo, eisque resistendo sufferebat. Item castrum Luna, quod nunc Lunborg appellatur. Dicitur namque luna, quia petra larissima in medio camporum erupit: unde sicuti salus splendorem lune in nocte lucentis lumina appellant: Sic castrum predictum in camporum planicie splendentem lunam appellarunt. Fuit etiam ibi prope ciuitas magna, que Barduika nominatur. Consuetudinis enim est Slauorum ciuitates vicos appellare. Vicus enim in Slawonico proprie ciuitas, in qua forum exercetur. Nunc aliquando dicunt: transeamus ad ciuitatem, sed vadamus ad Wik, & sic Barduik a fluuio, qui ibi fluit, & a vico nomen compositum accepit. Sic & Szleszwik a Szlesz, qui Slawonice Allec dicitur. Item castrum Buccoweg, ubi nunc Monasterium fratrum predicatorum in Lubek constructum cernitur. Slauo vero inibi morantes Lubieccensem ciuitatem non Lubek, sed Buccoweg appellant. Item Bathibor castrum; item castrum Swerin, quod castrum quidam Imperator deuicto Rege Slauorum, nomine Mikkol cuidam nobili viro de Dalewo, alias de Dalemberg fertur donasse, ipsum in Comitum Swerinensem imperialem, quam idem Imperator ibidem fundauerat a filiis Miklonis protegi deberet. Iste etenim Mykel castrum quoddam in palude circa villam, que Lubow nominatur, prope Wissimiriam edificauit, quod castrum Slauo olim Lubow nomine ville, Theutonici vero ab ipso Miklone Mykelborg nominabant. Unde usque ad presens princeps illius loci Mykelborg appellatur, latine vero a camporum magnitudine magnus plan nuncupatur, quasi ex latino & Slawonico compositum quia in Slawonico Pole campus dicitur. Item Castrum Gylowa transitu dicitur. Item Rotoky a disfoluione aquarum. Item Castrum Bela a crudelitate. Item Swanowo a nomine proprio. Swan enim dicitur quasi vocatus. Item Ofrow ab insula. Item Thofzin Marlow Bolek Trzebofzow. Demum Wlogosch Kaszam Walmieg, quod alias Iulm dicebatur. Tamen hec castra circa mare septentrionale sita fuisse scribuntur. Alia vero castra Duces Saxonie, Marchiones Brandenburgenses, Duces Stenineses possident; quedam tamen ex ipsis nouis nominibus antiquis mutate, quedam vero iuxta priorem impositionem nominantur.

De Quarto Leskone.

Quomodo LE-
SCVS IV. ad
Imperii Gubernaculum accesserit:

Semouito itaque breui annorum curriculo regnante natus fuit filius, cui nomen Lescko imposuit, qui Patris vestigia sequens in omnibus virtutibus existens, liberalis in statu adolescencie, filium procreauit, cui nomen Zemomisl imposuit, quod interpretatur, terras precogitans. Nam cum eodem filio terras dominio suo subiectas in pace gubernauit, quod a nullo vicinorum regnorum molestias aliquas capiebat; Sed pace tranquilla omnes nationes dicioni sue subdite letę gaudebant. Sequitur de Primo Mefzkone.

De Primo Mefzkone.

MIESKO I. nascitur:

Unde i nomen habuerit:

Semomisl autem de vxore sua genuit filium, qui cecus natus, per septem annos cecus educatur. Quod Poloni cernentes & quod alium filium infra septem annos Rex Semomisl non procreasset turbati dicebant: Ecce iterum Myfzka in Regno. Myfzka, id est, confusio, seu turbatio aut commocio dicitur. Sciebant enim quod post decessum Chofzifconis, quem mures deuorauerunt, multe commociones in Regno Polonie fuerant exorte, quas iterum euenire formidabant. Et ob hoc filium Regis cecum Mefzkam nominauerunt. Semomisl vero anno Domini DCCCCXIII. prout Annales Polonorum narrant hystorie, patri suo Lesckoni quarto in Regno successit Polonie, & Mefzkam filium suum predictum XXXI. procreauit. Qui Mefzka septimo anno etatis sue diuinitus lumen oculorum accepit. Et tandem DCCCCLXV. anno Dambraucam, sororem sancti Wenczeslai duxit in vxorem. Anno sequente cum tota gente Lechitarum seu Polonica Vxore suadente ac diuina gracia inspirante sacrum baptismum suscepit, de qua vxore Anno DCCCCLXVII. filium generauit; Cui nomen Boleslaus in sacro baptismate imponi fecit. Anno vero DCCCCLXVIII. Iordanum in Episcopum Polonie ordinauit.

Sarmatia
CHRISTIANA
NAM fidem recipit:

De Primo Boleslao.

Boleslaus Primus, magnus dictus, & animosus, qui in Polonico Chabri nuncupatur, terminos Lechitarum ab aliis deperditos strenue recuperauerat, & sex Cathedralis Ecclesias, videlicet Poznaniensem, quam primo fundauerat; In cuius medio Ecclesie tumulatus quiescit; Gneznensem, post Mazouiensem, que nunc Ploccensis dicitur, Cracouiensem, Wratislauensem, & Lubuczensem. Cuyaiuensem vero filius eius post eum Metzko nomine, que Vladislauenfis nuncupatur, fundauit. Et multa Monasteria fundauit, dotauit, reconstruit, de cuius miris actibus non videtur necesse scribere, quum in Cronica Vincenciana de Magnifica suarum probitate virtutum satis ample scriptum reperitur. Ipse tamen quoddam tributum in Polonia, quod Strosza dicitur, fertur statuisse. Ita quod quilibet de aratro siue vae vnam mensuram filiginis & aliam anone ad Regis granarium annis singulis presentabat, pro republica militantibus duntaxat exceptis, hoc attributum frumentorum ideo Strosza dictum est, quia hominibus in castrorum custodia degentibus, precipue in extremitate Regni consistentibus, ad usum ducebatur. Nam Rex prefatus Boleslaus cum metas Polonie in Kyow, quod est Russie Metropolis, & Czissowa ac Dambino fluuios Hungarie ac Corincie & Zalawam fluuium versus partes Diringie ac mare Septentrionale statuisset, viriliter recuperando, per suos progenitores deperditas, edificat castra plurima in extremitate Regni sui, pro conseruacione Regnorum suorum & resistencia inimicorum suorum; & precipue in rippis fluuiorum Zalawa & Albea, ultra quam Albem versus Vestualiam edificauit quoddam Castrum dictum Brema, cui de hoc nomen imposuit, quia omne Terrarum suarum onus ferebat, inimicos compescendo & a suis Iniuriis propulsando. Brema enim onus siue pondus dicitur in vulgari. Huic etiam dicitur per angelum gladius fuisse datus, in quo omnes suos aduersarios cum Dei iuuamine vincebat. Nam gladius usque ad presens in Armario Cracouiensis Ecclesie conseruatur, quem Reges Polonie ad bella euntes deferre & semper cum eo triumphare de hostibus consueuerunt. Obiit autem anno Domini Millesimo XXV. in Castro Poznanienfi, ibique in medio Ecclesie maioris tumulatus requiescit. Huius tempore Otto Imperator tercius, dictus Rufus, gratia visitandi Sancti limina Adalberti, quem in vita valde dilexerat, Poloniam intrauit; quem Boleslaus honorifice suscepit & magnifice pertractauit. Ipseque vicem in bono rependens, Boleslaum conforment Imperii ordinauit, sibi que dyadema Regium imposuit, ac filio suo Metzconi forem suam uterinam in vxorem desponsauit & pro munere lanceam beati Mauricii & clauum domini Boleslao donauit. Boleslaus autem Ottoni brachium Sui Adalberti martiris in signum dileccionis mutue & ob reuerenciam Imperialis dignitatis inter cetera dona redonauit, & hoc anno Domini millesimo primo; Appellaturque gladius Regis Boleslai, de quo premissum est, sibi datus per angelum Sczirzbez pro eo, quia ad amonicionem angeli Russiam veniens Portam auream, qua castrum Kyow in Russiam claudebatur, cum eodem prius percussit; ex qua percussione gladius lesuram modicam suscepit, que lesura in Polonico Sczirvina dicitur, & ideo Sczirzbez appellatur.

BOLESLAI I.
Merita in Regnum Polonie:

De Tributo
quod Strosza
dicitur:

Gladius Regibus Polonie ab Angelo datus:

OTTO III.
IMP. S. ADALBERTI gratia in Poloniam proficiscens BOLESLAUM I. REGEM adpellat

De Secundo Meskone.

Mortuo itaque magno Boleslao, filius eius Metzko secundus eidem in Regno successit, qui solum sibi & non reipublice vacabat. Tempore etenim suo extere nationes ab obediencia sua recesserunt & desidiu suam considerantes tributa patri suo consueta dari, soluere denegarunt. Ymo castra fortissima per Boleslaum patrem suum, ut predictum est, in extremitatibus Regni & precipue in Albea constructa prefecti eorundem usurpauerunt, sibi & suis posteris ipsa perpetuo relinquentes. Iste Metzko de sorore Ottonis Imperatoris genuit duos filios, videlicet Boleslaum & Kazimirum. Quo Anno Domini *millesimo XXXIII.* mortuo Boleslao filius eius primogenitus eidem successit, qui priusquam in Regem coronatus fuisset, matri sue multa obprobria inferebat. Cuius nequiciam mater sua Nobilissima ferre non valens, recepto filio suo Kazimiro parauulo, Saxoniam versus Brunsszwig ad suum patrimoniu remeauit; ibique puerum literis imbuendum disponens monasteriu quoddam sanctimonialium dicitur intrauisse. Boleslaus autem propter seuiciam & inhumanitatem scelerum, quam exercebat, dyademate Regio insignitus minime, vitam male terminauit, nec in numero Regum & Principum Polonie propter suam nequiciam reperitur; post cuius obitu multae commotiones & bella plus intestina, quam extranea in Regno Polonie sunt exorta. Dum autem iam Regnum Polonie fere ad nichilum fuisset per bella redactum, continuu pro-

BOLESLAO I. defuncto MIESKO II. F. succedit:

hoc post Interregnum

CASIMIRUS
ex-Monacho
REX factus
prævia P. R.
Dispensatione

ceres Regni versus Saxoniam, ad dominam suam Reginam, pro suo domino Kazimiro iter assumpserunt, a qua cum didicissent, qualiter ipsum versus Parisios, ratione arcium liberalium, destinasset, in quo flans & desudans, ordinem Sancti Benedicti in Monasterio Clunacensi assumpsisset. Ad quem festine properantes invenerunt eum in Diaconum ordinatum; consilio aurem Abbatis habito non repatiantes Romam iuverunt, & Domino Benedicto Pape nono obnixè supplicarunt, ut eis principem eorum restitui mandaret, cum eodem misericorditer dispensando, ut uxorem posset ducere, ne Regnum Polonie herede careret, calamitates Polonie, profanacionem Christiane fidei & effusionem sanguinis per Thartaros & alias naciones paganicas circumquaque positas assidue effundi & inferri consuetas. Quorum dicto Apostolicus vir paterno affectu compaciens & genti Polonice carenti principe ducem Kazimirum, qui in Saxoniam non Kazimirus, sed Karolus, & in Monasterio Lampertus fuerat nominatus, ad tenendum Regni gubernacula exire de Monasterio concessit, & ut uxorem posset ducere, misericorditer dispensavit. Racionem huius dispensacionis dux Kazimirus cum gente Polonica pro luminariis Sti Petri, & fabrica Ecclesie eiusdem denarium de quolibet capite se soluturos perpetue submiserunt. De Cluniacensi Monasterio Saxoniam ad dilectam genitricem suam, & ad Duces Saxonie, auunculos suos veniens, fuit cum ingente gaudio receptus; qui sibi non modicam armatam miliciam associantes, Ipsum in Regnum Polonie non sine bellorum gerendis certaminibus deduxerunt. Hic Kazimirus multe probitatis audacia viriliter assumpta, hostibus hinc inde fugatis Regnum Polonie possedit in pace, dictusque est restaurator, pro eo quia quamplurima tempore patris sui Meszkonis deposita strenue recuperavit, & ad solum reducita feliciter restauravit, Terrisque Polonorum pro ipsum sic mirifice pacificatis duxit uxorem filiam Romani principis Ruffie, filii Odonis, nomine Dobronegam, alias dictam Mariam. Ex qua genuit quatuor filios Boleslaum Effierum, Largum seu Bellicosum, interfectorem Sancti Stanislai, Wladislaum pyum, Meszkonem tertium & Odonem primum. Iste Odo & Metzko sine prole decesserunt. Huic Kazimiro licet tota gens Polonica ac quedam Slauonica gratabundo assurgens animo ipsum in suum Regem acclamassent, sola Mazouia resistere non expauit. Nam quidam de infimo genere; strenuus tamen ac robustus animo, ferox ac bellorum exercitacione confuētus, Meczlaus nomine, Mazouientem provinciam occupauerat, procures provincie illius quosdam muneribus, quosdam tyrannide ad sui obedienciam attraxit. Ducesque Gothos seu Pruthenos & Ruthenos sibi in auxilium contra Kazimirum invocavit; quorum adiutus presidio bellum campestre Kazimiro inducere presumpsit. In quo deuictus & de finibus Mazouie cum sibi adherentibus fugatus, ad Pruthenos fugam inivit, ibi sperans salutem sibi conseruare. Sed Prutheni nece suorum plurimum fauciati, sibi culpam inferunt suam & suorum cedem & iniuriam satagentes; sicque eundem Meczslau capientes, & diuersis penis afflictum tandem altissimo patibulo affigunt, dicentes: Alciora tu quesiuisti, alta teneas. Vnde poeta: Turpe viris non esse viros, seruos trabeari, Turpe teri luteo candida colla iugo. Item versus: Nec pete, quos natura vetat, transcendere fines; Nec pete, quod iusto pondere non trutines. Prouincia itaque Mazouie ad unitatem Regni Polonie reducta & totius Regni Finibus in tranquillitate pacis rite ordinatis Anno Domini millesimo quinquagesimo viii in domino felicit erobdormiuit.

De Boleslao Effero.

CASIMIRO
defuncto BO-
LES LAUS
F. natu major
succedit:

Post decessum itaque Regis Kazimiri Monachi, seu Restauratoris, predictus Boleslaus Largus & Efferus, filius eius senior primogenitus eidem in Regno successit. Hic fuit liberalissimus, nullam hominis reputans maiorem virtutem quam liberalitatis excellentiam; Dyademate uero regio insignitus, cogitare cepit magni Boleslai, Regis Polonie, sui proauis, audaciam velle inducere; & pro recuperandis terris Polonorum, quas prefatus Rex Boleslaus statuerat, & Successores Reges Polonie usque ad sua tempora amiserant, vires exponere bellicas, labores preferens commodo & quieti; sicque Terras Ruffie potenter ingressus, ad castrum Kyow multis preliis cum Principibus Ruffie commissis, plurimisque ex ipsis prostratis, usque peruenit. Qui Kazimirus, quamuis aliquo tempore rebellassent, tamen ultimis resistere non ualentes, se gracie ipsius committere decreverunt; quibus & gratiam & fidelitatem ab ipsis graciose receptis, ad alios fines Ruffie se transtulit; ibique per plures annos castra Ruthenorum potenter expugnans ac imperiose utriusque Ruffie partibus peragratis; ipsam tamen pro sua & sui exercitus necessitate maxime in victualibus spoliando; tandem sopita rebellione post victoriam, quam in Rege Ruthenorum habuerat, quem in cam-

Qui Ruffia de-
victa Hunga-
riam adiit:

pestri

pestri prelio victum occiderat, quendam ex suis nobilibus, qui Ruffie preceset principibus statuit. Post hoc Hungariam adiit, volens metas Regni Polonie in Danubio & Trissawa fluuijs rehabere. Cui Salomon, Rex Hungarorum, cum suo exercitu in montanis Ruffie & Hungarie ad suum Regnum volens prohibere ingressum, occurrit; Sed plurimis de suo exercitu in primo progressu prostratis, ad Castra confugit, se in eisdem concludendo, & cerneus, sibi & sue genti imminere periculum, pacem precatur, centum milia auri talenta offerens Boleslao, ut ab impugnatione sui desistat. Cui Rex Boleslaus respondit: Polonos, inquit, aurum habere non delectat, habentibus imperare. Turpius enim, ait, vinci precio, quam prelio. Victum itaque Rex Salomon se cognoscens tam bello, quam parte sui Regni, inter fluuios predictos consistente, cessit, felicem se reputans, in alia parte Regni ultra Danubium posse manere. Interea vero * Leo, Rex Bohemorum, cum Morauis & Australibus finibus Polonie invadens, ipsos crudelissime deuastabat. Quod Rex Boleslaus intell^{endo Bohemorum Ducem fugat:} gens, ad ipsum festino cursu properat; quem licet inopinate a tergo invadere potuisset, noluit dicens: titulos victoriae ascribi non debere insidias more latrocinii faciendo. Nunciauit igitur Leoni, ut se promptificet cum Boleslao in campo prelium commissurus. Leo uero Leonina feracitate deposita, astuciam induit vulpinam, & Regi Boleslao intimat, indignum se asserens cum tam paucis tam magnifico Regi velle resistere, sed obnixè deprecans, vt sua obsequia recipere dignaretur, cum eius tributis. Sed hæc intimens fugam nocte inivit, nusquam in vno loco Regem Boleslaum prestolari presumens. Quem Rex Boleslaus per Morauiæ fines insequitur, & non parcens etati, vel sexui, omnes aut morte trucidat, aut vinculis constringit. Tempore autem, quo in Terris Bohemorum & Australium Rex Boleslaus intraret, eorum terras hostiliter deuastando Prutheni & alie nationes paganice, de reditu Boleslai dubitantes, Pomeraniam hostiliter inuadunt. Quod cum ad noticiam Boleslai peruenisset, Bohemorum & Australium impugnatione obmissa ad propria conuolat, & hostes in Pomerania reperiens inuadit; quos fugientes in Sarum fluuium insecutus, ibique non pauci de suis, non ab hostibus, sed armorum pondere pressi in profundum demerguntur. Ob hoc Poloni in antea plenis armis nolebant; Hostibus itaque sic fugatis, eorundem hostium & aliorum dominia decreuerant impugnare. Sed quia septimus annus ab exitu sui ad prelia iam finem dabat; in quibus septem annis tam ipsi quam proceres Regni illius Polonie vxores & pueros non viderant; veluti qui bellicis tumultibus insudantes, extra domicilia morabantur, extraneas nationes subiugantes; interim vxores ac filias eorum serui seu famuli ad sua vota flectunt, quasdam diuturna expectatione confessas, quasdam uero magna desperatione deceptas, nonnullos oppressionem ad suos amplexus pertrahentes domicilia muniunt & domos occupant dominorum. Comperta igitur fama tante prodicionis ac nefarii sceleris perpetrati, nobiles, qui cum Rege in castris predicto tempore fuerant demorantes, zelo nimio excitati, eciam Rege prohibente ad propria sunt reuerfi, seruusque de suis domiciliis que firmissime munierant, tandem cum magno labore repulerunt, expugnatis ipsis, prout eorum demerita exposcebant supplicia addiderunt; vxores autem suas, veluti prevaricatrices & adulteras penis diuersis crudeliter extinxerunt.

De Sciuicia Boleslai.

Rex uero Boleslaus de recessu suorum procerum turbatus nimium, & contra eosdem zelo iracundie concitatus, beluinam sciuiciam induens ad propria rediit & suis proceribus bellum inflixit, dicens: Viros luxuriosos deleri debere, quibus plus causa feminea placet, quam Principis obsequia. Conqueriturque non tam apud hostes derelictum, quam hostibus studiose expositum; propter quod primos Polonorum, qui ab eo discesserant, capitis obruncatione dampnat; alios quos perimere non valeret, insidias latenter parare non cessat; mulieres quoque, quibus mariti humana ducti mansuetudine scelus indulerant, persequitur, ac earum infantulis abiectis catulos non perhorruit applicare; in tantumque cultum detestabatur femineum, quod loco vxoris purpura iumentum & bisso decoratum ad omne iter; quo ibat, secum duci faciebat. Aiunt quoque quidam, quod versus in sensum reprobum abutebatur eodem. Quedam autem scripture, quibus standum est verius, asserunt, quod non: Sed in detestacionem sceleris per mulieres nobiles in suorum maritorum absencia perpetrati hoc se facere demonstrabat. Verum cum nimia efferitate in suos descuire non cessaret;

* Wratislaus: Dux Bohemæ: vid, Dlugossius lib. III. ad An. 1062.

Domum redux-
Savitiz Speci-
mina varia e-
dit:

monitus a Sta-
nislao Episco-
po Cracouien-
si irascitur:
eumque truci-
dat:

Exul inde in
Hungaria de-
cessit:

Succedit
WLADIZ-
LAVS I.
princeps lau-
de dignissimus
qui Precibus S.
Ægidii Sterili-
tatem Conjugis
de pellit.

ret; & hoc ideo, quia propositum sui negotii, quod pro recuperandis metis Polo-
nicis in animo conceperat, nec redire, donec easdem recuperasset, mente firmasset,
ad finem debitum propter suorum Nobilium ad propria regressum, minime perduxisset.
Sanctus Stanislaus, Episcopus Cracouienfis, cernens Boleslaum, quasi beluam
seuientem in oues defleuire, & gladio tyrannico sanguinem innocentem effundi, Ju-
ra queque thori violari DEI timore postposito homines non vereri ac honore Regio
oblitos iusticiam opprimi, ipsum paternam monitione aggreditur, & post hoc Ecclesie
denegat ingressum. Ipse uero paternam correccionem despiciens, ac malis accumu-
lare priora proponens stum virum in Capella Sti Michaëlis in Rupella missam cele-
brantem manu truculenta gladio suo extrinxit; ipsumque de Capella extrahens dimembra-
uit. Cuius gesta vite & miracula in vita ipsius beati martiris plenius continentur. Pas-
sus est autem anno Dni millesimo septuagesimo nono. Post hoc autem videns Boleslaus,
quod sui Terrigene, tam procures, quam populares se a sua familiaritate abstraherent
ad Wladislaum, quem in Regno Ungarie in Regem prefecerat, secessit. Qui Wla-
dislaus humilem reuerentiam exhibere exposcens pedestri veneratione occurrit. Boles-
laus vero Rex, tamquam superbus & elatus, manum sibi porrigere ac osculum dare
contempsit, inquit: opifici non competere, ut suam veneretur creaturam. Nec
decere virum fortem & potentem exilio pressum miserabiliorem esse; vel casu fortui-
to deiectionem debere videri. Wladislaus vero Rex hoc patienter sustinens, ipsum
benignissime amplectitur, omnem ei humilitatis exhibens affectum. Apud quem
non multo tempore, tactus pessimo vlcere, in amenciam cecidit, sicque miserabi-
liter vitam finiuit. Filius quoque eius unicus, Mészko nomine, post hoc ad propria
per patros reuocatus, priusquam uxorem duxisset, & florem pubertatis atti-
gisset, vita functus de hoc seculo transiit ad patres; Reuelatumque est quibusdam
viris religiosis sanctam vitam ducentibus; quod sicut Boleslaus stum Stanis-
laum in partes minutas seccauisset, & in lacum dispersisset; sic Deus Regnum
Polonie deinceps scindens plures Principes in eo dominari fecit. Nihilominus vero,
prout corpus viri sancti reintegratum extitit: sic in futuro tempore, cum Deo placuerit,
in statum pristinum & ad vnitatem vnus principis reducetur.

De Primo Wladisla.

Wladislaus itaque, dictus Pyus, fratri suo Boleslao Effero in Regno successit;
cuius fratres iuniores Mészko & Odo sine prole decesserunt; Et ipse similiter cum prole
careret, & de ipsa nimium anxius existeret; tandem de consilio Lamperti, Episco-
pi Cracouienfis, ymaginem auream artificiose ad instar pueri fieri fecit, quam deuoci-
one ductus & voto allicitus ad Monasterium sancti Aegidii, quod in prouincia Pro-
uincie consistit, ad honorem eiusdem sancti per sollempnes nuncios cum ornamen-
tis Ecclesiasticis Abbati & fratribus in dicto Monasterio degentibus destinat; cum epistola
infra scripta: Patribus venerabilibus beati Aegidii Abbati cum vniuersitate cenabii Wla-
dislaus Dei gracia, Rex Polonorum, & coniux ipsius deuociones omnimodas cum re-
uerentia filiali. Et si vlla posset esse humana felicitas; perfecta tamen esse non potest.
Nemo enim tam felix est, quin aliqua sue felicitatis parte rixetur. Et nos quidem
de nostri generositate sanguinis, de corporis & animi elegancia, de culmine Regie
dignitatis, de fame & omnimoda gloria & copia rerum gloriari non oportet, nec
expedit quidem; sed humilime lacrimari conuenit, quod inter florentissimos rerum
successus, datus est nobis stimulus, qui nos colaphizat infecunda sterilitate sobolis; que
non solum paternum pellit solacium, sed & graue quoddam ingerit obprobrium orbi-
tatis. Proinde coram vobis, Patres sanctissimi, nostra prostermitur deuocio, ut vestro-
rum meritorum sterilitatis infortunium pyus oracionum tollat interuentus. Non enim
est impossibile apud Deum ullum verbum. Intellecta itaque Regis & Regine deuoci-
one facer ille conuentus, triduanum oracionibus continuat ieiunium cum psalmo die
instanciore vigilancia atque precum. Sed priusquam legati ad propria redierunt, Re-
gine fecunditas predicatur; nasciturque tertius Boleslaus. In cuius partu mater sua
nobilis dolore rapta nimio diem clausit extremum. Sicque Wladislaus gaudium dolo-
re miscetur, & meror gaudio temperatur. Et quia Regem tam Illustrissimum, cui
nil de humana existimatur felicitate defuisse, absque uxore non decuit esse; ideo foror
Imperatoris Henrici tercii, relicta Salomonis, Regis Hungarorum sibi matrimoniali-
ter copulatur. De qua tres filias procreauit. Et quamuis iam corpore esset grande-
wus, noluit tamen ignauia deti neri; sed hostibus rebellantibus crebrius, militarem
industriam

industriam exercebat. Quum vero plerique confulerent, ut sue etati parceret, responderebat: Licet detrimenta sentiam in corpore; animi antiquitate probari virtutes, augeri non minui, omniumque rerum exercitamina virtutis esse, non etatis. Verum quia maritime prouincie prefectos, quos eisdem Rex piissimus Wladislaus prefecerat, contumeliis apposis inuitiose eiecerant; ex qua re ipse animosior effectus, robustorum suorum manu in vnam recollecta maritimas prouincias potens inuadit, fortissima municipia eorum dirupit pariter & comburit, colla indomita domat, quosdam ex ipsi capitibus priuat, quosdam captiuos ad propria remittit; sicque maritimis prouinciis subactis, & prefectis propriis constitutis ad propria reuertitur cum honore, in nullo sue fenciens grauedinem senectutis.

De Sbigneo, filio suo Naturali.

Habuit itaque Boleslaus, Rex piissimus, filium, nomine Sbigneum, ex concubina procreatum, quem propter insidias nouercales sub cura prefecti Szlesziani, cui nomen erat Magnus, in finibus Bohemorum fecit delicatissime educare; qui ob hoc dictus est Sbigneus, qui latine interpretatur: Equasit iram; quia mortua Regina Nouerca eiusdem, ipse de latibulis, in quibus souebatur, ad patris amplexum fuit reuocatus. Nam quamdiu Nouerca eius vivebat, eius iram metuens, Patris prouinciam adire non presumpsit. Hunc postmodum pater piissimus plus dolo, quam consilio Przeczslao, Principi Bohemorum, de quo Wladislaus, Rex decrepitu, plurimum confidebat, ut rueretur Regni Lechitarum gubernacula, ac Patris vices gereret, improuide prefecit. Huic quidam Szczech seu Szethegius nomine, Princeps milicie Polonorum, qui rempublicam inconsule & iniuste expensabat, non quod rectum vel virtus exposcebat, sed quod pecunia, dona & affectus carnalis iubeat, non quod quis meruit, sed quantum dare potuit, inspexit. Cum prefecto Szlesiane prouincie, nomine Magno, de quo premissum est, contra pyum Regem Boleslaum conspirant, ac Sbigneum prefatum Wratislaue ac Szlesiane prouincie principem constituere presumunt. Wladislaus vero Rex mellicus hoc graue in animo gereret; non tamen ad vindictam precepisse voluit. Sed Szetegius Princeps milicie & prefectus Szlesiane prouincie predicti Wladislaui Regis & Regine indignationem in se feruere considerans, & periculum ex facto, quod presumerant, sibi euenire presumens, Wladislaum, Regem Hungarie & Przeczslau, Principem Bohemie, donis ac promissionibus ad partem Sbignei flectunt, & ne Regi Wladislaui contra Sbigneum prestent auxilium inducunt. Instantiis itaque Wladislaui, Hungarie Regis & Przeczslai, Principis Bohemorum, coactus est Wladislaus, Rex Lechitarum cum Sbigneo, filio suo prefato sedus pacis inire; quem Pater pyus pristine restitutum gratie ut experiretur & languore simulato filium Sbigneum prefatum ad se venire iubet; qui non submissa facie, sed hilari animo, cum tympanis, fistulis & symphoniae choris aulam Regis pompatice ingreditur, non compacientem, sed de Patris languore magis gaudentem se ostendens, juxta dictum Poeticum: Filios ante diem patrios suspirat in annos. Quamuis igitur agnouisset; paterno amore ignoscit, illumque exultans dixit in rebus iocundissimis ex industria ad Patris solacium aduenisse, cum flammis nec meror merore temperatur, sed eger exhilaritate medici hilarescit. Verum tamen ut tumorem filii superbientis perdomaret, illius fiducialisima presidia caute dissoluere cogitauit, & Primates Slesinorum quosdam viribus, quosdam arte donoue ab ipso retraxit; propter quod Sbigneus in precipitem furorem excandescens Wratislaviam secessit, & deinde Cruszuiciam, robustorum manu collecta, festine properat, ibique Cruszuicie fex acies instruxit, ac Pomoranorum non modico iutus presidio patri bellum campestre inducere presumpsit. In cuius congressu succumbit, & captus in patris custodia carceri mancipatur. Fuit quoque in congressu tanta multitudo hostium prostrata, ut vrbis Cruszuiciensis campestria & lacuum profunditas cadauerum & cruore repleta fetoribus horrorem habitatoribus induceret, & esum Piscium totaliter prohiberet. Et quantumcunque Sbigneus Patre atrocior extiterat; tanto pater ei fuit prestancior pietate: ita quod non solum illum a carcere absolui iuberet; sed etiam illi partem Regni in Castellania, Sira dictam, ab herede legitimo fecernit. Iste Wladislaus, piissimus Princeps, ad honorem Sti Wenceslai martiris olim ducis Bohemie, in Castro Cracouiensi Cathedralem Ecclesiam Primus fundauit. In qua XXIII. Canonicos instituit, quibus prebendas magnificencia Regali donauit. Nam primitus non Canonici; sed Clerus Episcopum Cracouiensis dioeceseos eligebat. Hic Anno Dni millesimo CILdo decessit. Cui Boleslaus dictus Krziwousti, filius suus legitimus, in Regno successit.

Fata Filii Huius
Naturalis Sbig-
nei:

WLADIZ-
LAUS Poloniarum
Dux moritur:
succedit
BOLEZLAUS
Filius legitimus;

De Boleslao Krzywousti.

Boleslaus itaque sicut meritis sancti Aegidii Abbatis successor patris & heres legitimus, adeo impetratus; ita morum gratissima venustate & virtutum felicibus studiis ceteros principes antecellit. Quod cernens Szezech, princeps milicie, de quo premissum est, prodiciones, quas Sbigneo, illegitimo Wladislai filio improvide apponens commiserat, in animo rememorans formidare cepit, ne Boleslaus patris iniurias in eo vindicaret. Sbigneum itaque, ut fratri sedicionem moueat, & aduersus eum concitat, & diuersa machinamenta flectere non obmittit. Boleslaus vero, quamuis adolescentulus, tamen prudentia & circumspicione sufficienter dotatus, illorum machinamenta intercipit, & Szezechonem, veluti malorum comentatorem, perpetuo exilio proscribit. Iste Boleslaus ob insignem Patris dileccionem nomen patris sui, Wladislaus in lamina aurea fecit exculpi, quam in collo appensam ante pectus assidue deferabat. Sicque omnia fando & agendo faciebat, ac si Pater presens adestet, vicia cauens & virtutibus se ornans, nunquam turpia aut inhonesta proferendo; Turpe existimans, si presente Patre turpe aliquid dicere, seu agi videretur. Fertur etiam in veste lugubri quinquennio patrem luxisse. Et licet Sbigneum fratrem suum illegitimum sibi inuidiari nouisset: nihilominus tamen, quidquid reuerencie Patri debuerat, in Sbigneum, fratrem suum predictum, caro affectu conuertit.

De Construptione Fortalicii ante Santok.

Pomorani vero fines Polonie aggredientes Fortalitium quoddam prope Santok extruxerunt; Quod Sbigneus, qui in ducatu Poznanienfi plura municipia ex donacione patris habens expugnare contendit. Sed Pomorani ipsum confuso ad propria redire compellunt. Quod audiens Boleslaus Rex festine accelerat, & non solum fortalitium predictum prostrernit; sed etiam Medzyecz ceperat, & plurima alia castra Pomoranorum dirumpit, & manu forti euincit. Demum Sbigneo muliebriter ocio vacante, iterum Pomorani fines Polonie inuadunt, predam capiunt, captamque abducere conantur. Quos Boleslaus animose insequitur, debellat ac prostrernit, & predones in prede predam conuertit. Quod Sbigneo erga Boleslaum maioris inuidie somitem generauit: Nam cum Boleslaus ipsum ut suis interesset nupciis per sollempnes nuncios rogare fecisset, ipse locum & tempus, ubi & quando festiuitas nupciarum celebrari deberet, inquirens, Bohemos incitat suadet & animat, ut Boleslao festis nupcialibus insisteret, fines Slesianos invadant. Bohemi itaque suasionibus dicti Sbignei, Boleslao nupciarum conuiuio occupato, Slesianam provinciam hostiliter invadunt, prostrernunt, quos reperit, predam insimul recolligunt, moram protrahunt, securati a Sbigneo, quod Boleslaus conuiuias suos lesificat, suis minime presidia ferre curaret. Sed cum rumor de hostium insultu auribus Boleslai sonitum fecisset, conuiuantibus valesfactis, hostes insequitur, debellat & prostrernit, predamque captam non solum recuperat, sed auget, & post modicum tres electorum turmas, ut Morauiam inuadant, igneque appposito devastent, ac more hostili desolare curent, mittit; ubi captam hominum, quam animalium preda multiplici, incendioque & gladio Morauiensibus finibus turbatis ad propria redeunt. Quos festinans Swanthopelk, Dux Morauie, insequitur, animose invadit. Fit itaque utrimque conflictus non sine vtrorumque lesione discursus, in quo Princeps milicie Regis Boleslai Zeslaus nomine, manu mutilatur. Sed Boleslaus ob insignem virtutis audaciam illi auream donauit. Iste Boleslaus duxit uxorem, de cuius nupciarum sollempnitate premissum est, filiam Regis Halicie vnicam, de qua genuit Wladislaum secundum & vnam filiam. Demum cernens Sbigneus, quod tantus amor belli gerendi inesset Boleslao, ut grauiorem putaret ocii torpedinem, quam morbi languorem simulato amore concepto. In suspecto tamen nocendi desiderio amicitiam simulat, constantiam fidei pollicetur. Fratrem Boleslaum crebris nunciis sollicitat, supplicat & affectat, ut Iusiurandi obsecratione se invicem obstringant; ut neuter sine altero de pace vel hostilitate cum quocunque pertractet, & se mutuis presidiis fidelissime promoto animo iuuare paciscatur. Quibus peractis, Boleslaus fratri iam credulus exponit, quomodo maritimas prouincias, quarum quidam prefecti, obediencie fidelitate ablata, tributa, Boleslao dare consueta, reddere contumaciter recusarunt, ad sui obedienciam eorum improbitatem proponens reuocare. Sbigneo itaque hoc annuente tempus educendi exercitus eligunt, & locum conveniendi statuunt. Sed mox a colloquio recedentes, maritimis presidibus nunciat, & amicissimos Boleslai, promptis finos quoque obsequiales ab ipso falsa suasionem abstrahit, eosque ut Boleslao arma moueant

Ejus amor in
Patrem defun-
ctum.

Pomoranorum
in Poloniam
Excursionem:

Bohemi Silesi-
am dilacerant:

Wladislaus
Dux Silesie
nascitur:

ueant, inducere non expauit. Cuius suafu maritimorum exercitus valida manu fines Polonie infiliunt, predia concremant, predas capiunt. Quos Boleslaus veloci cursu infectatus, suorum cum octingentis viris pugnatorum animosè tria ipforum milia aggregatur, fitque hostibus hostis infestior, cuneos hostium penetrare non desinens, donec deterius intestinis effusus procubuit. Nec cessat pedester accedere hostium turmas, nec declinat a loco certaminis; sed virtute indefessa instat pugne forcius. Nam & quidam miles Strenuissimus princeps milicie Scarbimitz dextro oculo orbat non instat segnitus, tanto atrocior, quanto cruentior, sui quoque per omnia cedunt hostes & sternunt. Quorum quidam non victi, sed vincendo fatigati inter stratorum hostium catheruas dormiunt & quiescunt; quod enim paterne suscipitur, amor est non furor, virtus est non temeritas: dileccio enim fortis ut mors dicitur esse, que quanto est meticulosior, tanto audacior. Nihil namque animosius ciues ad arma prouocat, quam ciuilis timor discriminis; iuxta sententiam Salomonis, qui Atheniensibus scribens ait: Non minus vos timidos esse velim, quam audaces; quia timor circumspeditionem suggerit; circumspectio vero parit confidenciam & audaciam gignit; quia homo se ipso fit animosior. Non est ergo alienum a virtute publica animo veluti proprio, presertim ubi eciam de suo agitur, pro viribus insudare. Rumore tandem prelii per ampla municipia Polonie diffuso, fit ex omni parte ad principem fidelium concursus, iam turmis hostium in diuersa dispersis, ex quibus quidam Regem Boleslaum presumeret arguere, cur tantam particulam se minus consulte subire attemptus sit; ipso respondente, cotem esse debere principem, qui suos exacuet, non obtundat. Cumque Pomoranos insequi proponeret, ecce Bohemorum acies in finibus Polonorum nunciant, quos Sbigneus ex concepta nequicia in fratris excidium sollicitus incitauit. Verum Boleslaus Rex animosissimus hostem fugitium, an nouiter aduenienti resistere debeat, a suis proceribus percunctatur. Illi autem hoc inquiunt, & tucius illud honestius; ad vtrisque tamen operam dare vir industrius festinat. In duas itaque partes exercitum diuidit. Cuius partem cum Scarbimiro, comite seu Principe milicie, hostes fugitios iubet insequi, ut de Pomoranis victoriam referat & ipse Bohemorum acies reprimat; sicque iniuriam propulset & patriam in pace conseruat.

Virtus Scarbimi-
ri: Ducis
Exercitus

De Exustione Castrì Cozle.

Interim autem Castrum Cozle in ducatu Oppoliensi, Morauië finibus vicinum, per desidiã prefidis proprio incendio fuit exustum. Quod Rex Boleslaus ne per Morauos occupatum muniretur, festinus ad reedificandum accelerat, fratrique Sbigneo, quasi non sui egeret auxilio, sed ut fiduciam & sponsonem alias vtrunque habitam experiri possit, supplicat, ut ipsum in reedificando castro iuuare festinet; sibi que talia per solito nuncios intimare studet: Nimis delicatus est, qui honorem appetit sui euenire. Nam etsi honesta sit principandi solercia, honesta tamen videtur esse & utilis. Et nos quidem eiusdem orti carpinus delicias, sed modo dispar ortum excolimus; cum tamen ratio exigat, ut quem vititas & preesse delectat, laboris difficultas non terreat. Decet enim eum principari debere, qui primogeniture preeminet dignitate; quod si laboris sarcinam potius declinare eligis, meorum saltem ac meis confave laboribus, & tuorum presidia michi non deneges impertiri. Penes te itaque sit iubendi potestas; penes me maneat obsequendi promptitudo. Turpe enim est luctare cum onere, quod semel susceperis. Sbigneus uero non solum fratri subsidia prebere cotempnit; sed legatos capitiens in vincula retrudit, ac Bohemorum, Morauië & Almanie duces & principes in fratris excidium fuscitat, ipsumque a Regno propulset. Maritimos quoque presides non tam ab obediencia fratris sui Boleslai dolosis suasionibus retrahit; sed ut in fratrem insurgant, flectere presumit. Horret hys auditis Boleslaus, & hesitat, quibus hostibus se primitus opponat; tamen prout erat animi prudens & in bellicis actibus exercitissimus, diuine se gracie committens, quibusdam hostibus pacatis, quibusdam deuictis, Sbigneum fratrem suum insequitur, castra & municipia eiusdem alia igne deuastans, alia retinens; sicque omnibus municipiis Sbignei interceptis, ipsum persequi non cessat; donec veniens Mazouiam, ubi Sbigneus gracia vite conseruande confugerat, ipso Sbigneo humillime ad pedes Boleslai provoluto vix optimatum tandem interuentu benigne suscipiens, ut miles saltem fratris, non Regni coheres estimetur. Pietate Regia, qua erat peditus, concessit sibi quasdam possessiones in castellania Siradiensi largiendo hoc pacto, quod nec noua erigere, nec vetera alias demolita fortalicia reparare presumat.

Boleslai Regis
& Sbignei Dis-
cordia:

Qualiter Sbigneus perpetuo exilio dampnatur.

Boleslao igitur in Maritima provincia constituto, Sbigneus a consueta prodicione, in fratrem ex invidia concepta, non cessans, cuiusdam Maritime provincie prefecto insultus in exercitum Boleslai tempore nocturno, suasio Sbignei, fortuna favente volente annis mutatis Sbigneus prefatus hostes accedit, ipsosque confortatos precedens castra fratris cum hostibus aggreditur & hostiliter invadit, gregarium militem se simulat; quibus noctu exploratis cum hostibus impetum facit. Erat interim Boleslaus extra castra suorum diligenter explorans excubias. A tergo igitur hostes invadit, quibus dispersis hinc inde Sbigneus doli artifex casu deiecta galea deprehenditur coram primis proceribus presentatur Lechitarum & sistitur de crimine lese maiestatis accusatur; qualiter cum hostibus castra fratris, pro quibus mortem subire debuerat, invadere presumpsit. Non diffiteor, quod hostes impetum ferentes precessi, eorum impetum vobis cupiens nunciare. Cumque rei & facti perueritatem totus stupeficeret exercitus, & Sbigneus verba vix finiisset; omnis vero exercitus in Sbigneum arma tollunt dicentes: Non tam ensibus & hastis, seu alio ferri instrumento confodi; sed eciam dentibus discerpi dignum fore acclamantes. Quorum tumultu vix sedato princeps milicie Regni, Boleslao proximus, in medium protulit: Indignum esse & Juri contrarium, quod pena sententiam precedat; & nos in quempiam ferre sententiam non possumus, nec debemus; nisi aut in Iudicio confessus fuerit, aut per fide dignorum testimonium convincatur: presertim iuxta dictum Poeticum: Sit piger ad penam Princeps, ad premia velox. Mane igitur Magistratui placuit, ut notorius patrie emulus ac insidiator manifestus exilio perpetuo proscribatur. Sicque Sbigneus, sicuti meruerat, perpetuo proscribitur exilio; unde sic peccant, qui se prodesse fatentur & obsunt. Discat in auctorem pena redire suum. Cuius calamitati & plus uxori & liberorum defectibus post tempus non longum benigne compaciens sibi quasdam hereditates uti fruendas concessit. Post enim igitur sedicione excussa, hoste Patrie per fugato, Sere-nissimi Boleslai fidus rutilaciores virtutum radios expendit pro amplissimis Pomorano-rum municipiis, hys in fauillam redactis, illis ultro se subdentibus, soli Albenfes, qui Balgradenses in vulgo appellantur, resistere contendunt; quos vrbis famosissime, que est Pomeranie, Boleslaus sagacissimus inclusor, obsidione cingit, & obsessis duoscuta ostentans, unum rubeum, alterum album; quod, inquit, istorum eligitis? At illi album, quia in se pacis blanditur candorem. Illud, quia terribilem cruoris minatur aspectum, quis est ille sane. Si ergo album, vultis esse nostra sub ditione, candidetur; sin autem novum clipeum eligitis, illi cruor nomen inscribat, ut non alba vrbis, sed cruenta nuncupetur. Pertinaciori illi audent respondere contumacia; ymmo & alba vocetur & cruenta, ut albam predicet nostre successus victorie: cruenta vero tuorum preconetur occisio. Ad hec Boleslaus: heu proceres, videntur isti, vernacula eciam probis contendere. Respondeo quod talpa lincem tigridem, quod aquilam in confictum provocat scarabeus. Sed armis viro, non verbis, opere opus est, non querela: proinde manus omnis euolat vallum aggeris impetu transilit precipiti. Inaudita audi viri audaciam: non hostium multitudo, non tantus armorum fragor, non ulla vis telorum tenet illum, non saxorum moles obterit, primus valvas hostium pertransit, primus urbem ingeditur, tot milium cohortes hos cedit, illos passim fugere coegit, omnes denique velut cuiusdam terrore maiestatis percussi armis abiectis proni in terram procidunt. Ignosce postulant: illorum non suam necem deprecantur. Aiunt sese crucibus magis, quam venia dignissimos esse. Cumque nec etati, nec sexui fore indulgendum precipuorum iuberet finem, Indulgentissima tamen Principis clementia omnibus ignoscit. Justior enim esse censuit piam humanitatis indulgentiam, quam severissimam iusticie ultionem; que res non modicum illi opus peperisse edocuit. Sua etenim sponte tot Solibrigenium, quam Caminenium, Vealmienium, Cosomensem & aliarum munitissimarum vrbium presides non ceruicose, ut pridem presumptuosos sed obnoxios concurrunt ceruicibus & illius sese obsequiose humillime prosternunt.

Nemo misericors tamen, nisi iustus; nemo iustus, nisi misericors. Nam Justitia sine misericordia crudelitas est. Et misericordia sine Justitia fatuitas. Mitibus est mitis capris Leo, tigribus asper. Sed permira huius leonis animositas, qui leones ipsos non solum in capreas, sed in meticulosos vertit lepusculos. Nec secus ut Alexander, qui Ambrorum & Sicambrorum LXXX milia peditum, LX milia equitum confecit. Qui vrbis muros primus conscendit, & vacuam estans salit, infiluit, hostibus ambitur solus contra tot milia preliatur, dictum incredibile, ut solus tot legionum tyr-

Sbigneus exilio
dampnatur:

Boleslai de Po-
meranis repor-
tata Victoria:

mas ceciderit & fugaret. Hic ubi se obrui multitudine videt, & trunco prope murum se stanti applicat; cuius suspensio innixus tam diu turmas irruentes sustinuit, donec periculo cognito amici ad eum defiliunt; tandem abjectis muris omnibus exercitus subvenit; tunc sagitta sub mammam traiectus cum sanguinis fluxu deficeret, genu flexo tamdiu preliatus est, donec volneris auctorem occidit. Et quanto vincendis asperior: tanto victis fuit clemencior.

Quomodo Henricus Quartus Imperator pugnaverit.

Hys itaque peractis, Henricus Imperator, Romanorum quartus, per crebras suggestiones B. Ducis Bohemorum inductus ad deustandum Regnum Pannoniorum, multa milicie comitua stipatus studiose processit. Quod vero Pannoniorum Rex certis rumoribus ad se delatis intelligens, & se Imperialis potencie disparem existimans, Regis Boleslai imploravit auxilium, scribens in hec verba: Illustrissimo Polonorum ac Maritimorum Monarcho Colomannus, Hungarorum Rex, quicquid amicissimorum intimo poterit reuerencie & honoris. Racio suadet, honestas postulat, ut communi communiter occurratur incendio. Juxta verum: nanituares agitur, paries dum proximus ardet. Et neglecta solent incendia sumere vires. Nec enim ob aliud Almanorum locuste ad nos usque irrepere, quam ut nostris, quod absit, depastis vineis, veltris infiliant facilius oliuetis. Boleslaus itaque comperto, quod Imperator iam fines Pannoniorum depopulandos potenter fuisset aggressus; Bohemiam cum suo valido exercitu ingrediens, vrbes capit, subuertit & ad solum prostrernit municipia, queque dirripit & depopulatur. Et tandem vias occupat, per quas imperator cum exercitu fuerat reuersus, insidias tendit, cum redeuntibus confligit, & viriliter triumphat. Sicque nece graui in gente Imperatoris & delecione vrbiu Bohemie non modice facta, quorum dolo & suggestionem cognouerat Imperatorem Pannoniis seu Hungaris bella mouisse, ad propria reuertitur cum triumpho.

Henricus IV.
Imp. cum Ex-
ercitu Hunga-
riam ingredi-
tur;

De Gnewomiro, preside maritime provincie.

Porro Gnewomirus, cuius vitam alias Boleslai Regis pietas in excidione Balgar- denfi, seu Albenfium reservaverat, de sacraque leauerat donis Regalibus extulerat, par- tis quoque maritime regionis presidem prececerat, mendaciter confingens Boleslaum in Bohemorum provincia per Imperatorem Henricum esse devictum captum & vin- culis confictum, in remotas quoque Almanorum partes perpetue captiuitati mancipa- tum, Pomoranis premissa suggerens, plures de Boleslai Regis obediencia retrahens ad sui vota induxit; prefectos Regios, quos ab obediencia Regis Boleslai minis & pro- missionibus auertere non potuit, per potenciam hostilem a prefecturis removit & eie- cit. Qui cum Boleslao Regi rem huiusmodi nequissime presumptam patefecissent. Et licet Rex zelo iusticie accensus in vindictam consurgere festinuo voluisset: Ad se tamen rediens animi sui modum studuit temperare. Jubet nichilominus, ut sui pro- ceres arma preparent. Sicque morose progrediens Pomoraniam ingreditur. Cuius adventum qui primi & natu maiores prescientes sibi festine occurrerunt, proni adorant, colla submitunt deprecantes; & Gnewomiri nequiciam, qua se sefellisse asse- runt detegentes, quibus Rex pyssimum veniam largiens omnia indulget. Castra tamen & queque municipia destruit & ad solum redigit. Solo Gnewomiro, qui sibi male con- sciis de venia desperaverat, in rebellionem permanente. Hunc Rex Boleslaus cum suis agminibus fortissimis in castro Welomenfi, ad quod confugerat, obsedit & impugnat. Qui, cum proceres veniam obtinere, ut se gracie Regie subderet, renuit afferens; pro- dicionem maioris nequicie esse suam, quam venie indultum. Sicque Castro Welin discriminose & difficulter per vim obtento, ceteris gladio necatis, Gnewomirus fuste capitalem sententiam excepit.

Gnewomirus
rebellis suppli-
cio ultimo af-
fectus;

Pomorani Archiepiscopum Gnezensem inuadunt captiuandum.

Huius Boleslai tempore erat Sancte Gnezensis Ecclesie Archi-Episcopus, nomi- ne Martinus; cuius industria & consilio res publica in regno Polonie salubriter regeba- tur. Sed quia Pomeranos a ritu paganico, quod ydololatriam sapiebat, retrahere nite- batur. Ad prestacionem quoque decimarum & primiciarum iam prius monicionibus, iam censura Ecclesiastica coarcebat, ipsi fomentum discipline renuentes dolosa nequi- cie machinamenta componunt, ipsum sacrum antistitem occidere aut captiuare dispo- nentes. Boleslao itaque extra Regnum suum cum suis exercitantibus diucius demo- rante; Pomorani tandem de loco mansionis sacri pontificis per nuncium informati de

Pomoranorum
Archi-Episcopo
Gnezensi il-
late Injurie;

castro Nakel exeuntes festine properant & quodam mane Spiezmirz aduenientes Archiepiscopum Oracionibus cum suo Clero in Oratorio Spiezmirzensi insistentem incipinate vallant, comprehendere gestientes. Clamor ergo atrollitur, imperus hostium in ipsis foribus nunciatur. Quo quo fugiendum dum scindens mucro in hostiis corrumpari videtur. Verumtamen prouterat contemplacione suspensus, sic cum inuamine suorum per quandam scalam sursum ascendens inter laquearia refedit iuxta versum: sic senio vires, pedibus timor addit. Alias Pomorani autem sacris non parcentes, Archidiaconum circa aram posstratum conspiciunt; & Archiepiscopum putantes fore ipsum leti comprehendunt, thesauros & omnem suppellectilem Curie Archiepiscopalis ac ipsum predium Spiezmirz deuastantes ad sua redeunt festinanter. Jubent itaque Archidiacono, quem Presulem estimant, ut decimis & primiciis renunciet, ipsisque ritus consuetos celebrare permittat ac pecunie innumerabilem quantitatem exsoluat. Ipse uero dum sic vita ipsius precio taxaretur, nichil horum annuit, sed fiduciam habens in domino, & de sui Antistitis consilio suffragiis, Deo se totum commisit. Presul autem post hostium recessum per triduum oracionibus & lacrimis ac vigiliis insistent in ipso oratorio continuo permansit, rem sacrilegam luctuose deplangens. Sed DEUS omnipotens sui deuoti Presulis iniuriam inultam esse non sinens, quadam peste repentina inualet sacriligos, coniuges & liberos ipsorum subito percussit; sic ut sese velut vesani invicem nunc ferro nunc saxis appeterent, & suos quosque legitimos tanquam incognitos & hostes a suis domiciliis expularent. Dumque alios attingere non possent se ipsos dentibus & ungibus discerperunt. Ex qua peste nonnulli ex ipsis vitam miserabiliter terminarunt. Tamque diu sic vexati fuerant, donec causa supplicii & vesanie ipsorum intellecta omnia rapta pontifici ibidem remittunt, fidemque Catholicam recognoscunt, ydololatriam penitus abnegant, Archidiaconum cum reuerencia abire permittunt, primicias & decimas perpetuo se prestaturos fide data promittentes.

De Expugnacione Castri Nakel.

Post hoc Rege Boleslao ad propria redeunte, Regnicole sibi occurrentes nunciant, qualiter Pomorani rem nephariam presumentes, contra venerabilem Antistitem attemptassent. Quod Rex preclarissimus intelligens, licet graue suscepisset: tamen mortum animi sui prudenter temperans, ulcionem ad tempus suspendit. Sed modico temporis interuallo morose progrediens ad urbem Cruszuiciensem cum suis agminibus fortissimis, ulterius versus Pomoraniam procedere cupiens peruenit. Quod Pomorani prescientes urbem nobilem, quam ex commissione Regis Wladislai & adnatum ipsius tenebant, tam gente armata, quam expensis sufficientibus copiose onustarent, hac intencione, ut non tam Regi rebellionem demonstrarent; sed ipso in Terris Pomoranie demorante ipsi Terras Hungarie & Polonie liberius possint crebris invasionibus perturbantes deuastare. Rege itaque Boleslao de vrbe Cruszuiciensi ad propositum suum peragendum proficisci volente apparuit in pinaculo oratorii Sancti Viti, quod in vrbe Cruszuiciensi consistit, quidam inestimabilis forme adolescens, cuius splendor mirabilis non solum per ipsam urbem, sed etiam ipsius urbis campestria miro splendore perlustrabat. Hunc cunctis cernentibus & stupore nimio concussis, de pinaculo oratorii saliens exercitum versus Nakel recto tramite ducens, precessit, donec ad urbem Nakel veniens pilum aureum, quod in manu tenebat, quasi vmbrans in urbem iaciens disparuit. Hac ergo fiducia animatus Rex urbem Naklensem obsidione includit, machinis impetit & aliorum generum instrumentis, veluti inimicam & temere sibi rebelantem feruenter impugnat. Quod oblecti cernentes, dum virtute resistere nequeunt, dolo vincere proponunt. Treugas itaque humili prece petunt, & impetrant, quo usque primos Pomoranorum proceres consulant & requirant. Interea Pomorani insidias parant, ut incautos Boleslaides occupent & prosternant. Sed cum Boleslaides circa Ecclesiam Beati Laurentii & in nocte eiusdem secure quiescerent, nichil doli de Pomoranis suspicantes, subito ad morem locustarum in vineam editam agmina omnia urbis Naklensis operientes, Regi Boleslao aduenisse nunciantur. Prouiderant enim Pomorani, ne strepitu seu hinitu equorum insidie proderentur. Vnde equis suis sub tuicione relictis pedestres preliari elegerunt. Quod Boleslaus illico aduertens ait ad suos; uideo, inquit, o proceres nostris inuisos leuiculis. Et hoc dicto ipse primus hostes aggreditur. Quem Princeps milicie, nomine Scarbimirz leone animosior animose sequitur, hostes prosternunt, fugant, sicque Boleslaus cum suis viriliter pugnat & animose triumphat; tantaque tunc multitudo Pomoranorum occisa fuit, quod numerum

occi-

Castrium Nakel
mira BOLES-
LAI Virtute
expugnatum!

occiforum nemo scire poterat. Huius enim stragis usque ad praefens aggeres ad instar moncium ex humatis ossibus accervati fidem indubiam adstruere videntur. Multa etiam milia ex ipsis in captiuitatem Boleslai sunt deducta, qui vitam precio beneficio redimere sunt letati. Et extunc Nakel & alie vrbes, quas Pomorani ex largitate Boleslai regebant, decretum fuerat nunquam per ipsos regi & tueri debere.

Quando Henricus Imperator Poloniam impugnavat.

Hys itaque peractis, priusquam Lechitarum vulnere liuor detumuerat, antequam cruor aspergens ficaretur: Henricus Imperator, non inmemor susceptae iniuriae sibi in metis Hungarorum a Boleslao illatae, cum innumerosa armatorum multitudine Poloniam vastandam aggreditur. Castrum magnum Lubuski impugnat, quod ad capiendum facile estimans ulterius ad Bithoniense municipium festinat, illudque multis conatibus capere attemptat. Sed quum tam itinere, quam situ tutum pene inaccessibile. Eo similiter relicto ad Glogouiensem urbem sua castra applicat, ibique ciues improuisis obsidionibus cingit, & nisi infra dies constitutos liberentur obsides a ciuibz extorquet; obsidionis igitur Boleslao Regi angustias & obsides datos non tam subdendi animo, quam differendi remedio. Quibus renunciauit Boleslaus: Tucius, inquit, est paucorum saluti non parere, quam pusillanimitatis ignauia plurimos in discrimina adducere: vnde salubrius obsidibus, quam libertate carendum. Huius mandati Glogouienfes informati fiducialibus vires colligunt, urbem muniant, minas reformant. Sed & Caesaris castra inde ciues illuc Boleslaides continuis molestant incurfibus. Quorum rebellionem cernens Imperator filios ipsorum datos in obsides iam machinis alligari, iam tormentorum diuersorum generibus affigi cominatur & precipit; ut saltem parentes paterna pietate moti filiorum quoque excidio, Boleslaw Boleslaw clamore at-
tolente miseri imperiali subderentur obsequio. Sed nec hostium illos terret impetus, nec laboris frangit asperitas, nec filiorum pietas evertit, Tucius inquit, aiunt, patres prole carere, quam patria ciues orbari: quia honestius libertati, quam labori consuli debere. Interim Szlesiani, Mazouite & alie Lechitarum prouincie ad Boleslai sui Regis incliti confluunt praesidia, exercitumque Imperatoris ab omni parte crebris vicibus invadunt & infestant, nunquam pause moram indulgendo; sed continuis aggressibus hostium castra seu stationes perturbantes. Intelligens autem Bohemorum Dux Szlesianos a suis finibus egressos in subsidium Boleslai advenisse, Imperatori suggerit, ut partem sui exercitus ad capiendam urbem Wratislaviensem transmittat. Quod Boleslaus Rex concipiens ipsos insequitur & antequam Wratislaviam attingant, ipsos occubat, debellat & prosternit; ibique victor existens uerus, ad castrum Imperatoris festinus accedit. Quem Szlesiani orant, ne prelium differat, egre ferentes tantum hostem suis incubare prouinciis & continuis depredacionibus subiaceret; unde aiunt Sanctius esse semel cadere, quam semper pendere. Boleslaus itaque Imperatori nunciat: tributum exigit cruentum, in crastinum prestolare tributum. Nam quid a quo exigere debeas nobis cras redonante condiscas, ut ergo altero die primum dies illucescat, Castrorum Boleslai acies ordinatissime prodeunt, & quantum exercitum Imperatoris augeat innumerofitas, tantum Polonos reddit audacior animofitas: ut ergo erant prime Bohemorum acies: sic in primo congressu succumbunt; deinde Almanorum gigantee legiones, hec a Boleslao, hec a Szlesianis & Mazouitis corruunt, alii cursu dubio inter pugnancium acies, incerti, quid agant, vel quibus ferant auxilium, catheruati huc illicque reputantur nonnulli toxicatis sagittis depereunt. Ceteri in pedestre coguntur descendere certamen, quorum equi pre toxico vulneris ceciderunt. Sicque exiles & confractas reliquias Almanorum flens ciulans recollegit Almania, que vitam Caesaris pro munere & fuga coluere pro triumpho. Tanta enim ad locum certaminis canum confluxit innumerofitas, que cadaverum esu in quandam feritatem prorumpens nulli hominum per multos dies tutus transitus pateret. Ideoque locus prelii ad praefens caninum campus nuncupatur.

De Expulsione Ducis Bohemorum.

Porro Boleslaus Tercius ducem Bohemie indilato impetu persequens, a Regno Bohemie exterminat. Quem quodam tempore a suis expulsum benignissime suscepit & humanitatis solacia ituduerat impendere pia compassione ductus. Ipsum quoque principem Olomucensem, & deinde ducem constituerat Pragitis. Cuius tamen beneficii Dux Bohemie praefatus inmemor & ingratus Imperatoriam hostilitatem in Boleslaum

HENRICVS
V. Imp. Poloniam invadit:

A Boleslao yero subitis incursionibus maxim opere vexatur:

Prælium ad Wratislaviam An. 1109. gestum:

Loco Prælii nomen Canini Campi indicum:

leslaum excitare presumpsit. Quem tandem quidam ex suis, prout meruerat, gladio crudeliter interfecit & extinxit; loco cuius Boleslaus Rex quendam virum nobilem, Budziwoyum nomine, Bohemis in ducem prefecit. Quem frater invidie zelo concitatus eadem similiter non post multum temporis spacium interfecit. Iterum quoque Boleslaus Bohemiam ingressus, nepharium fratricidam expulit, & fratrem eius iuniorum principatu insigniuit: propter quod primi aule Imperialis nimium indignati & zelo inimicie concitati dicebant: Boleslaum quadam nepharia presumptione Jura Imperialia vendicare, in eo quod non solum sacro Imperio bella inducere presumpsisset: sed etiam Regna Romano subiecta Imperio proprio arbitrio, quibus mallet, excellenter sublimando donaret.

De Pyotrcone de Dania.

Hys autem peractis, quidam Nobilis adolescens de Regno Dacie adueniens, Petrus nomine, per Boleslaum consideratione Magnifici Principis, Rege Danaorum pro eo supplicante, in familiarem fuit receptus. Hic adolescentem in armis bellicis, quam morum virtutibus strenuo & miro pollebat ingenio; sicque se cunctis morum venustate reddebat placibilem & conuersatione preclarum; qui tam a Rege, quam ab uniuersis proceribus nimio prosequabatur fauoroso affectu. Inter hec Rege Danaorum per fratrem nepharie interempto, Nobilis Pater Petri antedicti Adolescentis thesaurum multum Regis Danaorum iam defuncti, quem in sua habebat custodia, caute referuans, filio nunciat, quod ad se festinus redeat & de thesauro Regio disponat; cum iam se senio contractum conspiceret, & vite breuitas finem inducere properaret. Adolescentem itaque visitato opportunitatem asportandi thesaurum non reperiens, Boleslao Regi & sui Patris iudustrioso iuamine obiciendum accelerare non tardent. Sicque Boleslaus, prout erat in subiugandis Regnis animositate consuetus, Anno Dni millesimo CXXIV. mare transiens Regnum Danaorum obtinuit, & potius in eo propriis profectibus ad propria reuertitur, cum nimia gloria honoris & triumpho. In cuius comitatu Petrus Thesaurum Regium, patre suo sibi dante, Poloniam secum asportauit; cum quo multas possessiones sibi & suis liberis comparauit, & nonnullas hereditates ex largicione Regis Boleslai & suorum filiorum successiue sibi donatas fuerat in diversis provinciis Regni Polonie consecutus. Iste Petrus posthac dictus Pyotrco Magnus; cuiusdam Principis Ruthinorum filiam, vxoris Boleslai consanguineam, Rege Boleslao ordinante, duxit in vxorem. Nam Rex Boleslaus Nobilioris Principis Ruthenorum filiam primo habebat in vxorem, de qua Wladislaum secundum & vnicam filiam procreauit. Post cuius decessum Henrici Quarti Imperatoris Romanorum sororem sibi in coniugium sociauit; de qua quatuor *filios, videlicet Boleslaum Crispum, Myeszkonem Senem, Henricum Primum & Kazimirum iuniorum suscepit. Iste Boleslaus filiam suam, de Ruthena genitam Colmanno, Regis Hungarorum filio, matrimonialiter copulauit. Qui nomine dotis Castellaniam de Spissz, quoad viueret, possidendam assignauit. Quem Colmannum vna cum Rege Hungarorum Halicienibus in Regem prefecerunt, ipsum coronari facientes. Cuius coronationem Rex Boleslaus, prout erat credulus, per Regem Hungarie dolose circumuentus Castellaniam de Spissz & loco eiusdem Castellaniam Przemisliensem nomine dotalicii filie sue recepit. Hec autem dolofitas fuit origo dissensionum inter Polonos & Hungaros; prout in sequentibus patebit. Et sic Castellania de Spissz a Polonis alienata per Hungaros usque ad presens fraudulenter detenta occupatur.

De Captiuitate cuiusdam Principis Russie.

Boleslao itaque circa alias regiones diuersis negociis occupato; Princeps quidam Russie Lodorius, fortune Boleslai inuidens, Ruthenorum Principes conuocat, uniuersos sollicitat, singulos ingenuitatis se meminisse hortatur, docens quante infamie sit titulus, quante derisionis in populis cauceriū genus seruitutis afferens; minus miserum esse nasci, quam fieri suum: Cum nasci sit clemencia nature; ferre uero naufragium ignaue, cui faciliter quis inuoluitur, sed non sine difficultate emergit. Vnde honestius esse mortis compendium, quam contagiose vite dispendio subiacere. Omnes itaque Principes a Boleslai obediencia recedere disposuerunt; omnes contra illum conspi-

* Hos ex Salomea: Comitis Henrici Senioris a Bergen F. susceptos fuisse, Annales Zwifalten-tes testantur, quos sequimur Tom. I. pag. 301.

BOLESLAI
Expositio in
Daniam su-
scripta:

Thesaurus Re-
gis Dacie ab-
latus;

Liberi REGIS
BOLESLAI:

spirant. Quod Boleslaus Rex intelligens senatum conuocat, quomodo huic malo occurrendum sit viribus ingenii industria sciscitatur. Quidam vero alti sanguinis vir princeps milicie & regni dignitate proximus tam magnanimitate strenuus, quam industris Comes Petrus Wlastides de Kszauft inter cetera consultorum responsa ait, quod stante stipite frustra in ramusculis rescandis quis occupatur; sed ad radicem securis primitus est ponenda. Melius est itaque successus, quam virtutibus experimenta deesse. Perinde quorundam sibi fidelium comitatu assumpto Russiam ingreditur, exulem se simulat Regis Boleslai, seuiciam se ferre non posse asserens a Laodorio Principe Ladimirie suscipi & foueri poposcit. Gratulatur Princeps Russie de tanti viri aduentu, gratulantur & sui de tanti Commilitonis consorcio. Et quamuis crebro causas exilii a suis perquirentibus agittaretur; nulli tamen Petrus rem de suis detegit, ducens non esse utile, si consilium ante tempus prodeat in publicum: iuxta versum: Non bene, non tute teneris auis euolat alis. Opportuno itaque tempore mandat suis Petrus, ut equos promptificent, arma capiant, ipsumque sequantur & extemplo domum Laodorii ingrediens a mensa epulantem abstraxit, humo prostermit, prostratum coniecit vinculis, victum asportat & Boleslao Regi pro insigni munere presentat, sic sue salutis dispendio honorem patrie mercatur & Regem tranquillitati conciliat. Denique huius Laodori filius paterno vulnere saucius peramplissime compaciens calamitatem eiusdem indefinenter reuoluet in animo, qualiter Patris mortem possit vindicare. Et consideremus, quod aperta uisione in hoste multum dispari remediari non possit. Dolori dolum comiscet, & omnes Patris sui thesauros, quos in fisco paterno reperit, in patris ulcionem appendere decrevit, preponderare estimans diuiciis honestatem; & sic in patris uindicta prodigalitem, & in se ipso parcitatem ostendens, quandam siquidem de Pannonia tam sanguine, quam dignitate insignem muneribus allicit, auro corrumpit, ut quali dolo posset Boleslaum decipiat atque fallat. Iste igitur Pannonius auri lucrum insigni nobilitate cupide preferens ad gremium Boleslai confugit, exulem se dolose Regis Pannonicorum fore mentitur, causas sui exulatus callide exponit, asserens hanc esse precipuam, reipublice Lechitarum seu Polonorum amantissimus studuerit aut studiose docuerit declinare. Quamobrem afruit calumpniam, suorum preualuisse emulorum & in se capitis sententiam fuisse promulgatam. Malle igitur se male declinare immeritum, quam innoxium caput submittere indebite noxe, spondens Pannoniam subiicere pristinae dicioni.

Elogium Petri
Wlastidis Co-
mitis de
Kszauft h:

De Productione Urbis Wisliciensis.

Erat enim temporibus illis Vrbs famosissima in Regno Lechitarum, murorum altitudine circumsepta, nomine Wislicia, cuius olim Princeps tempore Paganismi fuerat Wislaus decorus, qui & ipse de stirpe Regis Popeli duxerat originem. Hunc quidam Comes, eciam stirpis eiusdem, ut fertur, fortis viribus, nomine Walterus robustus, qui in Polonico vocabatur: Wdaly Walgerz: Huius castrum Tynege prope Cracouiam, ubi nunc Abbatia Sti Benedicti per Kazimirum Monachum, Regem Polonorum seu Lechitarum, fundata consistit, in quodam sedicioso conspectu captiuauerat, captumque in vincula coniecit, ac in profundo Turris Tingrensis mire custodie deputauerat tenendum. Hic quandam Nobilem, nomine Helgundam, sponsam cuiusdam Regis Francorum filiam habuit in uxorem, quam, ut aiunt, clam versus Poloniam non sine magnis corporis sui periculis Walterus abduxit. Et cuiusdam Almanie Regis filius in curia Regis Francorum, Patris Helgunde predictae fouetur gracia morum capeffendorum. Et Walterus, prout erat animo perspicax ac industrius, considerans filiam Regis Helgundam in Regis Almanie filium amoris affectum convertisse, quadam nocte menia Castri ascendens vigilem Castri precio conuenit, ne ipsum quouis modo detinere presumat; sic dulci melodia perstrepuat, quod ad huius dulcem vocis sonitum Regis filia a sompno excitata, de lecto saliens, cum ceteris coeuis puellabus, sompni quietis oblita nutui dulcissimo intenta manebat; donec cantor vocibus sonorose operam dabat. Mane autem facto Helgundis vigilem iubet accerfiri, perquirens diligenter, quisnam fuisset ille, qui tam dulciter nocte preterita resonasset, qui se omni modo ignorare asseuerans Walterum prodere non presumpsit. Sed cum duabus noctibus sequentibus Walterus adolescens similia caute peregisset; Helgundis dissimulare amplius non valens, vigilem ut cantorem prodaret, minis & terroribus compellit. Qui cum prodere nollet ipsum capitali sententia plecti iubet. Vigil itaque cum Walterum cantasse nominasset, ipsa in eius amorem feruide ardescens ad eius vota se totaliter acclinauit, filium Almanie Regis respuendo. Cernens itaque Almanie Regis filius se pudorose ab Helgunda abiectum &

Historia de Co-
mite Walthero
& Helgunda:

VValterum in amoris alueolum esse subrogatum, nimio zelo contra VValterum accensus, ad patriam rediens omnia Naula Reni fluminis occupat. At ne aliquis cum virgine nisi marcam auri pro nauigio exfoluat, custodiri sollicitè committit. Tracto igitur temporis spacio, VValterus cum Helgunda opportunitatem fugiendi captant, captatamque inueniunt. Et adueniente die optata aufugiunt: sed postquam rippam Reni fluminis optatam perueniunt, naute marcam auri pro nauigio exposcunt, receptamque quousque filius Regis adueniat, transire contradicunt. Ille autem sentiens ex mora periculum, mox Bucephalum conscendit & Helgundam retro se conscendere iubet, & flumen infiliens sagitta velocius pertransit; & dum aliquantis per a fluuio Reni viam peregisset, audit clamorem post terga Almani ipsum insequentis in voce preconica dicentis: O perfide cum filia Regis clam aufugisti & pedagio non soluto Renum transiecasti. Siste gradum, siste ut iniam singulare certamen, & qui victor exiterit, victor existens equum & arma ac Helgundam retinebit. Cuius clamoribus VValterus intrepide respondens, ait, filiam quid loqueris. Nam marcam auri tribui & filiam Regis non vi receptam, sed vltronè me sequi volentem michi sociaui. Et dictis hys alterum alter lanceis animosè impellit, quibus contractis, ensium ictibus pugnant & viriliter virescunt. Et quia Almano Helgundam ex opposito positam reputabat aspectus: idcirco eius aspectibus hilariter contractus VValterus retroire cogit, quousque retroiens Helgundam conspexit. Quam conspiciens tam pudorose incredibili persistit, quam eius amore nimio succensus, viribus refumptis Almanum fortiter impiecit & ipsum protinus occidit. Cuius equo & armis receptis itinere cepto ad propria remear leti honoris triumpho dupliciter trabeatus. Qui ad castrum Thincienfè veniens prosperis itineris successibus feliciter peractis aliquanto tempore medicandi gracia quieti indulgit, vbi ex querelis suorum intelligens VVislaum decorum, principem VVislicienfem in sui absencia suis quasdam iniurias irrogasse. Quas grave ad animum revocans, causa vlciscendi contra VVislaum insurgit & tandem cum eo configit, vincit, victumque ut premissum est, in profundo Turris castri Thincienfis custodie carcerali deputat mancipatum. Post aliquam vero temporis reuolucionem, ad exercendos actus bellicos, more militancium peragendos, remotas peragrat regiones, & cum duorum annorum eius absencie circulus iam reuoluisset, Helgundis de mariti absencia nimium anxiosa, cuidam puelle sibi secretarie vultu submisso referre fit compulsa, asserens nec viduam nec maritam esse, reputans illas que viris strenuis & bellorum certamina indagantibus matrimonialiter commiscuntur. Secretaria vero domine sue luctuosam inopiam pro qualitate temporis perpessam pudore prodicionali protinus abiecto cupiens reuelare, Wislaum principem Wislicie forme elegantissime & corpore venustum, in aspectu decorum, in turritur mancipatum, suadetque misera, ut ipsum de turri noctis sub silencio extrahi iubeat, & votuiis amplexibus debriata ad yma turris iterum caute remittat. Fauet illa suasionibus secretarie, & periculosis euentibus angustata vitam & famam honoris exponere non metuens, Wislaum de ymo carceris extrahi precipit, & eius viso decoris aspectu, nimium admirans efficitur letabunda. Nec ipsum amodo ad yma turris mittere; sed cum ipso potius sodaliciofo federe sociata, & indissolubili amoris vinculo compaginata, ad urbem Wislicienfem fugam inire elegit, proprii viri thoro prorsus derelicto. Sic Wislaus ad propria remear, duplicem se sperans habere triumphum; qui tamen in euentu dubio utrique necis applicat iteritum. Nam post reuolucionem breui temporis Walterus ad propria rediens a castrensibus sciscitatur; cur Helgundis saltim ad valuas Castri sibi non occurrat, in suo iucunda aduentu; a quibus cum didicisset, qualiter Wislaus de ymo turris custodum fretus auxilio Helgundam secum asportasset; repente nimio zelo furoris repletus versus VVisliciam festine properat, casibus foruitis se & sua exponere non pauescens; urbemque VVislicienfem insperate ingreditur, VVislao pro tunc extra urbem venacioni insistente: Quem Helgundis in vrbe conspiciens, festine occurrat & prona cadens in terram, de VVislao, quod ipsam violenter rapuerit, lamentabiliter querulatur, suadens VValtero ut ad secreciora habitaculi eius ascendat, spondens VVislaum eiusdem nutui subito tenendum putare. Credit ille deceptrici deceptiuis suasionibus, circumseptus habitaculum firmum ingreditur, in quo VVislao per deceptricem putatur fallacem captus presentatur. Gaudet itaque VVislaus & Helgundis iocosis plausibus operam dantes de successu prospero feliciter triplicato gaudii extrema minime perpendentes, quos frequenter luctus mortis occupare consuevit. Hunc ergo non carcerali custodia tenere voluit; sed plus quam

quam carceris squaloribus coangustari decreuit. Fecit namque illum ad parietem cenaculi vinctum bogis ferreis extensis manibus collo & pedibus fortiter erectum alligari. In quo cenaculo stratum sibi parari iussit, ubi estiuo tempore cum Helgunda infra meridiem delectaciones venereas exercentes quiescebant. Habebat etiam VVislaus quandam sororem Germanam, quam ob despectabilitatem ipsius nemo cupiebat in vxorem, cuius custodie VVislaus pre ceteris custodibus VValterum plus confidebat. Hec VValteri afflictionibus nimium compaciens, ipsum pudore puellari prorsus semoto, a VValtero percunctatur, se ipsam habere velit vxorem: Sic sue calamitati subueniret; ipsum a vinculis liberando. Sponder ille & iuramento confirmat, quod eam maritali affectione, quoad vixerit, pettractet & contra VVislaum fratrem eiusdem gladio suo, ut eadem optauerat, nunquam dimicabit. Hortaturque eam, ut enssem suum a fratris cubiculo subtrahat, & ipsum apportet, ut cum ipso vincula dirumpat. Que mox ensē apportato clauem cuiuslibet boge seu ferree ligature in parte extrema, ut VValterus iusserat, de ensē precidit, ensēque inter dorsum VValteri & parietem reposuit, ut temporis opportunitate captata securius abscedere possit. Qui usque in crastinum hora meridiei expectata, cum VVislaus cum Helgunda iocosis amplexibus in lecto cenaculi uterentur, VValterus contra morem eos alloquitur dicens: qualiter ne vobis videtur, si ego solutus a vinculis ensē meum stridentem in manibus gestans ante lectulum vestrum conspicerer, vindictam de commissis inferre minando. Ad cuius dictum Helgundis cor concubuit & tremebunda VVislao dixit: ve Domine ensē suum hodie in cubiculo nostro non reperi, & tuis assatibus intenta oblita sum reuelare. Ad quam VVislaus, etiam si decem ensibus fulciretur, propter bogas ferreas, quas rumpere absque fabrorum industria non valeret. Ipsi uero inter se sic confabulantibus, VValterus liber a vinculis saliens, ensē vibrato ante lectulum stare conspicitur, & mox datis imperiis manum cum ensē in altum erigens, ipsius ensē in ambos cadere permittit, qui cadens vtrosque per medium scidit. Sic vtique eorum detestabilem vitam miserabiliore fine concludit. Huius itaque Helgunde sepulcrum in castro VVislicienſi omnibus cernere cupientibus in petra excisum usque ad presens demonstratur. Huic ergo vrbi munitissime Boleslaus Rex illum Pannonium, putatiuum exulem, quem non ut profugum, sed ut proprie alumnum benigne susceperat, & caritatiuo modo pettractans, prefectiuo officio generosissime insigniuit. Principis ergo Boleslai Pannonius ille noctua absēcia, qui ad interiora Regni descendens Regalia negocia dispositurus moram faciebat, Laodoridem principem Rusſie festine accelerare iubet, absēciam diuturnam nuncians Boleslai. Hostes itaque VVislicie appropinquant & appropinquasse nunciantur. Imperat denique proditor ille, ut omnes belligeri & cuiusuis status homines sexus vtiusque ad urbem tuendam confluant, ac se ac sua in ea conseruent, ne ut rei criminis lese maiestatis notentur, & bona basilica & mobilia regio fisco ascribantur. Omnibus uero populis tam salutis conseruande, quam vrbiſ gracia tenende in vrbe conclusis, proditor perfidus hostibus valuas apperit, populum exanimam Barbarice nationi ferendum exponens anno MCXXXV. sexto Idus Februarii VVislicia destruitur. In cuius populi effusione cruoris Laodarida inhumaniter debriatus sic impie seuit; qui eius crudeli seucia plus humano sanguine irrigata, quam faciata rabie existens ad propria reuertitur sine omni lesione. Illum autem Pannonium perfide prodicionis filium, utroque lumine priuat lingua precisa & eneruat; ne de radice colubri & de perfido perfidum quid pestilencius propagetur. Quo audito Boleslaus, prout erat iniuriarum vltor atrocissimus, mox Rusſie fines attingens, Rusſiam ingreditur, Leodoridam perquirere iubet. Sed ille sibi male conscius repente, ut Capra siluestris, lustra nemorum penetrat & inter saltus & lucos ferarum more delitescit. Boleslaide vero leonibus truculenciores, in populum Ruthenorum grauiter deſeuiunt; non borgis, non vrbiſ, non municipiis parcunt, nec ulli sexus etati aut sanguinis generosi sublimitati patrocina conferre putant, quin omnem, qui reperitur vivere, inhumaniter absorpsit. Sic Boleslaus in Leodorida ulcione centuplata ad propria reuertitur cum honore.

*De Expulſione * C. Regis Haliciensis.*

Post huiusmodi seriam Boleslai ulcionem Ruthenis, ut premissum est, asperime inflatam, Ruthenorum Princeps alie Rusſie, & aliarum provinciarum circa adiacentium principum conuocato consilio & eorum freti consilio, cum aliter ipsis possibilitas adesse minime videretur potencie Boleslai resistere posse. Qui Haliciensem Regem,

Amor per medios ire satellites & petrum-pere amat Saxa potentior ictu fulmineo:

Sepulcrum Helgunde:

Vrbs VVislicia destruitur:

* Jaroslaum Dlugossius appellat Lib. IV, ad an. 1137.

BOLEZLAUS
in Russiam ve-
nit
ibique a Russis
circumventus
fortiter cum
suis pugnat,
vix tamen eva-
dit:

Regem, Principis Boleslai generum a Regno eiiciunt; qui ad Regnum Boleslai sociari
fui confugiens apud ipsum cum vxore aliquandiu fuerat commoratus. Ruthenorum
ergo princeps invasionem Boleslai, quem ut fulguris impetum abhorrebant, terribi-
liter formidantes, dolum credulo intermiscunt, ut quem armis vincere non possunt,
sola saltem credulitate vincant. Omnium ergo Principum sibi adherentium ac barba-
rice gentis multitudinem armorum studiose primitus recollecta; primarum primos
ex parte totius Regni Hallicienſis procerum ac vniuersitatis ad Boleslai presenciam in
legacione dirigunt; offerentes se ipsos cum natis ipsorum & omne Regnum deuotis
obsequiis ad Boleslai scabellum prouolui, qui Regem ipsorum fraterno colligit am-
plexu. Pannonii quoque Hallicienſi Regno contigui & de Ruthenorum astucia non
ignari, querelas calidissima astucia comenatas deplangunt subsidari deprecantes, ut
Regem propulsatum Regno restituat, suasque illi copias armorum subsidio pari re-
mittant; utramque tamen maiestatem flagrantissimis suspirijs exoptant. Talibus igi-
tur persuasionibus decepti Princeps Boleslaus nepharie deceptus Hallicienſem pro-
uinciam cum paruo exercitu ingreditur. Cui quedam Pannoniorum catherue & De-
cem Ruthenorum cunei innumera numerositate conſerti alternatim succedunt, Re-
gem exulem humili voce suscipiunt & Boleslaum consulant. Omnes tamen succes-
sive in postremas acies relabuntur. Boleslaus itaque rem tacitus considerat, quam
Principi milicie VVizeborio apperire festinat. Suspicas, inquit, VVizebori, quod
suspicias? Qui respondit: Quid suspicaris? Qui ait. Cernisne omnes hos pene in
caudam relabi, quorum causa hic agitur? Quid ergo non est mora libera nobis?
Turpe viris non esse viros. At ille: tam subito subitos non competit esse peritos.
Difficiles aditus quisque subit subitos. Dum hoc invicem altercarentur; ecce inu-
meras Ruthenorum & Barbarie turmas eminus venire prospiciuntur. Sic itaque con-
currunt acies & pila imminencia pilis. Geminus Boleslai exercitus urget hostis, vnus
a tergo, alter a scinpite fortiter impugnans. Clamat igitur Boleslaus eya viri, eya
pugnare vobis conuenit non segniter a prelio diuerſi; iuxta verſum: Vt bene pugne-
tur bene pugnans efficit hostis. Quidam autem vir Boleslaides, magnus genere, sed
degener animo & primus fugam de prelio iniit. Cuius ignominiosa fuga non tam vi-
ctoriam victorioso Boleslao ademit, quam titulum victorie quasi quadam nube obdu-
xit, aut ut verius dicam, sole illustrauit. Nam usque ad hunc diem etsi crebro Bo-
leslai virtus, tum inestimabilis audita, fuit, non tamen Pannoniis credita & Ruthe-
norum virtutibus notabiliter manifesta extitit. Cuius equus tam labore, quam vul-
nere dum fatigatus succumbit, Boleslaus pedester cum hostibus configit, dimicat &
proſternit. Quem quidam origendius de proprio equo prolapsus illum conscendere
fecit. Et tandem Boleslaide non victi, sed vincendo fatigati; quidam autem ex ipsis
a prelio diuertunt; quosdam autem prelii labore fessos hostes capiunt & ad propria
non Boleslai lamenta abducunt. Tot enim & tanti ex gente Lechitarum suere capti,
quot gens Lechitica, licet omnem thesaurum in auro & argento, & diuersis cle-
nodiis eciam, qui a tempore Boleslai M. ex tributis diuersarum nacionum in Regno
Polonico habitus & reconditus habebatur, in captiuorum redemptionem positus fue-
rit; non tamen redemptioni singulorum suppetebat, quin plures non mediocri san-
guinis viri in miserabilem seruitutem genti Paganice venditi vitam infamem & mi-
serabilem terminarunt. Frustra igitur Pannonie pars ignominioso gloriatur trium-
pho, nec victa nonaen victricis vsurpet, quam potius pudeat sue fraudis iugu-
lum meminisse. Boleslaus itaque de suorum captiuitate quamuis satis anxius;
ad propria tamen incolumis rediens, illum fuge militem tribus donariis premiandum
fore attollit, colo videlicet penso & leporis pellicio; in quibus donum feminam pen-
sum uero versatum, lepus meretricium designabat. Quibus clonariis ille vir animo
ignobilis sic pudorose receptis, & quid designassent, intelligens se ipsum ad loramen-
tum campane oratorii proprii suspendit, miserum se ipsum exalando; cuius exitus
eciam in colo paribulum, in penso laqueum & in lepore fugam ipsius poterit designa-
re. Originarium autem illum insigne libertatis gracia seruituti emancipat, emancipa-
tum locupletat, locupletatum nobilitat; iuxta id propheticum: Et de stercore erigens
pauperem, ut sedeat cum principibus & solum glorie teneat. Huic autem Serenissi-
mo Boleslao nichil virtutis aut industrie defuit; si tamen habenas crudelitatis parcius
laxavisset. Iste uero Boleslaus postmodum Abbaciam in loco Caſtri Caluimontis &
eciam in Szezechow per quandam nobilem nomine Szezechowecz, aliquibus bonis
coenobio Szezechouiensi adiunctis ordinis Sancti Benedicti in honorem sancte Trini-
tatis & beate virginis deuote fundauit. Hic cum conspiceret vite terminum, plus la-
bore

bore preliorum contractus, quam senio contractus appropinquasse & fatale Munus a se iam exigi sentiret; quatuor filiis Regnum Polonie diuidit, testamentales codicillos conscribi iubendo. Wladislao vero primogenito Cracouiensem, Siradiensem, Lancziciensem, Szlesiam & Pomoriam & principandi auctoritatem legat: Boleslao Crispo Mazoviam, Dobriniam, Cuyauiam & Culmensem Castellaniam. Mefzconi vero Gnezniam, Poznaniam & Kalis cum earum appendiis. Henrico primo Sendomiriensem & Lublensem provincias similiter atque dueatus depurat atque legat; prout ab olim provincie predictae terminis fuerant circumdate. Suggestitur illi de quinto filio adhuc infantulo, nomine Kazimiro, cur illi nullam nominauerit porcionem. Quibus ille iam, inquit, dudum nominaui & legaui. Stupentibus illis, quenam esset, quintam dixit. Non cernitis quatuor tetrarchis quadrigam tetrarchie esse fabricam. Sic isti paruulo quinte rote in quadriga legatur successio. Cessit ergo proceres inofficiosi querela testamenti. Aequum etenim partes pupillares tutoribus debere committi, non pupillis. Salutari ergo sumpto antidoto felicem functus est diem Princeps Boleslaus felicissimus Anno Domini MCXXXVIII. etatis sue LVI. vnde de hoc extant versus.

BOLES LAI
mors, Testa-
mentum & Li-
beri :

De Wladislao Secundo.

Succedit autem Patri Wladislao tam Primogeniture priuilegio, quam per patrem Regni successione insignitus. Erat itaque Princeps in se humanissimus; sed vxoris atrocitate ab humanitatis ingenio desistere fuit asuetus. Qui eo imperare seuius studuit, quo arcus vxoris amplexibus indulsit. Non enim de vxore facile triumphatur, que si semel triumphasse permittitur, nec victricis animositas etiam vicisse sit contenta. Nisi queque inuictissimorum colla suis suppeditare curet imperiis. Fuit etenim secundum quosdam consanguinea imperatoris * Henrici, Regis Pragitarum propinqua, vestem & calciamenta & mores Polonorum Nobilium detestando deridebat, virum suum semiprincipem nominat. Quem parta Regni particula derisive contentum affirmabat; viri autem animum femineo amore inclinat, ut fraterna pietate exutus hostilem animum induat. Et fratres pubertatis etate gaudentes, porcionibus priuet & eorum vrbibus occupatis penitus abhereditare contendat, inuasionis occasionem palliata nequicia contra fratres habeat. A subditis eorum incolis tributa requirit. Iuuenes itaque ad vxorem Wladislai concurrunt, prona supplicatione prostrati, munimine eiusdem plus lacrimis quam lingue beneficiis exorabiliter, ut fratris seuiam placare dignarentur, implorant. Sed facilius leonis mansuescere rabies, quam huius femine truculencia solius. Est enim iuxta dictum cuiusdam sapientis: Atrox femina omni feroci bestia truculencior, & mansuetudo feminea omni serenitate serenior. Iuxta vetus: Femina rara bona, sed que bona, digna corona. Sic fratres iuuenes hostem suscipiunt, a quo patrocinium sperare debebant.

Succedit Filius
primogenitus
W LADIS-
LAUS II.
Dux SILE-
SIAE & CRA-
COVIAE.

Aduersa Ducis
W LADIS LAI
II. Fata :

De Pyotrcone de Dania.

Interim Pyotrco magnus vir ille, qui Wladislai amicam habebat vxorem, Wladislao fuadet ipsumque hortatur, ut a persecucione fratrum desistens ipsos potius fraterno amore, presertim tenere etati eorundem compaciens, prosequatur. Qui ob hoc Pyotrconi Comiti quamuis nimium molestus fuerit, metuens, ne fratribus suis apponens sibi bellum insingere presumat; tamen caute dissimulans vindictam inferre obmittit. Sed cum Pyotrco comes prefatus nupcias filie sue, quam laxae, duci Sorabie desponsauerat in vxorem, in vrbe Wratislauensi celebraret sollempniter, Wladislao missis clientibus ipsum capi & lingua precisa exoculari fecit; Cui diuinitus tam loquela, quam visus fuerant restituta. Assumpserrat enim in crudelitatis sue regumen quedam fucinia, ut aiunt, per ipsummet conficta, qualiter quodam tempore dum venacioni insistens in nemore solus cum Petro memorato errabundi pernoctarent, eidem Petro iocose dixisset, quod vxor sua cum quodam sacerdote Curie eiusdem mollius quiescerent, & quod Petrus Wladislao de vxore sua familia perorasset, ipsam cuidam militi apponendo asserens, propter hoc non solum lingua & oculis, sed etiam vita ipsum priuari debuisset. Isti enim Pyotrconi Penitenciarum domini Pape cum Romam iuisset, & de thesauro Regis Danaorum mortui asportato confessus fuisset, pro penitencia iniunxit, ut septem monasteria erigeret & conuenienter dotaret. Qui rediens in suburbio Wratislauensi in honorem Beate virginis Marie Abbatiam, Canonicorum regularium in arena & aliam in honorem Scti Vincencii extra urbem eandem fundauit, & habunde dotauit. Item Abbaciam in Czirwensko, Monasterium

Aduersa Petri
Dani Fata :

Templum B.M.
V. in Arena
Wratislauie
fundatum:
item Templum
in Honorem
S. Vincencii.

Sanctimonialium in Strzelna, preposituram ad Stum Laurencium prope Kalis, Abbaciâ in Suleow, preposituram in Mstow similiter erexit & dotauit, & alias LXX. Ecclesias ex lapide pulato & cortis lateribus fertur construxisse; quarum quasdam imperfectas reliquit morte preuentus; quas filius C. iussu Patris post mortem eiusdem dicitur perfecisse. Hunc enim in Comitum de Skizin creauerat largitas magnificus Boleslai. Sed nunc iterum ad Wladislai discriminosa fecicem redeamus. Pyothreonis gesta, que per se scripta habentur, obmittentes. Wladislaus itaque non motus fratrum lacrimis, nec Polonie procerum precibus instantissimis, exercitum fortem tam de Russia & circumvicinis partibus congregat. Et primo Henricum de Sandomiriensi; deinde Boleslaum de Mazouienfi ac de aliis terris fugam inire compellit, ut eorum dominiis pene omnibus improbe occupatis ipsos omnimode exhereditare proponit. Cum quo Wzseborius, princeps milicie, vice pupillorum sepius non improspere confluit. Cuius freti confidencia principes paruuli lacrimas obmittunt & armorum studiis animosius insunt. Proinde Wladislaus de suis minime confidens, extrancarum turmas attrahit nacionum, quas in fratrum iubet grassari excidium; qui tandem de vlla virtutis potencia amplius presumens ad Poznaniensem urbem, que sola iam restabat presidio cum fratre Meszcone conflixerunt. Circa quam Wladislaus omne robur sui exercitus explicuit & obsidionis ingenium animose gessit, tanto securior, quanto milicie copiosior existens. Et dum aliquanto tempore Wladislaus in obsidione castri Poznaniensis moram facit, terris Polonie per barbaricam gentem sui exercitus necem crudelissime inferendo, Iacobus primus, Archiepiscopus Gneznenfis ad stationes exercituum accedens, papilionem seu tentorium Wladislai in suo curru paruulo residens introit, ipsumque sub attestacione diuine dicte obiurgando monuit, ut a fratrum persecucione & super effusionem christiani sanguinis, stupracione virginum ac violacione matronarum, que incessantur, Barbarica gens sui exercitus in sua gente, de qua & ipse oriundus extiterit, nefarie exercebat, clementer compaciens ad propria placatis fratribus studeat declinare. Quod dum more Pharaonis corde indurato sacri Presulis monicionibus parere contempsit; ipsum Archi-presul veluti contemptorem & christiane fidei inimicum ibidem mox anathematis vinculo innodauit. Quo facto currum de papilione exire faciens, statum papilionis seu tentorii casu inopinato vector crus cum curru confregit, que cadens cum parte tentorii Wladislaum fere oppressit, presagium futuri mali Wladislao demonstrans. Nec ob hoc Archiepiscopo fuerat indignatus: Sed casum huiusmodi fortuitum sustinuit pacienter; propter quod dubium non est prolem suam partem Regni Polonie post ipsum decessum possedisse; quam etiam usque in presenciarum tempore cernitur possidere. Denique Sandomirite, Mazouite, Cuyauite & Poloni dominos suos pupillos feruencissimo affectu insecuti, frequenter Wladislai exercitui parant insidias, incautos trucidant, capiunt & in vincula coniiciunt. Et tandem cum pupillis industriose deliberantes, castra seu stationes Wladislai caute inuadere deliberant. Ita signo de turre Castri extrinsecus dato latentibus in stationes Wladislai vno momento & hij de castro & hij de latibulis irruere non pauescunt. Interea quidam Pupillorum miles strenuus quosdam de castris Wladislai occupat atque capit, & quidnam in castris agatur, scire iubet. Agnoscunt illi nil de pupillari resistencia suspicari: sed inter epulas lasciuia securitate torpere. Tempore igitur meridiei dum Wladislaus & sui exercitus epulari cepissent, castrensem de Turri Poznaniensi retro Ecclesiam Sancti Nicolai situate clipeum rubeum ter in altum erigunt & submittunt. Quem Princeps Ruthenus Wladislao propinquus erigi & submitti considerans, a Wladislao percunctari cepit, quidnam erectus clipeus designabat. Ad quem Wladislaus, fratres mei gracie mee se submittere ostendunt. Cui ille fratres ut gracie pristine restituat, exhortatur; sed Wladislaus tumore superbie inflatus respondit: non esse locum reconciliandi, cum eorum exterminium iam discriminose fuisset. Inter quas confabulaciones pupilli de castro Poznaniensi cum paucis quidem, sed armorum exercitissimis in hostes morose procedunt; alique de latibulis prodeunt, castra Wladislai repente inuadunt, contra epulantes ieiunii insiliunt, cathenas hostium arduissime penetrant & fortissime ensibus maciant, trucidant & occidunt; sic ut duo ciui Czubina & Glowna, iuxta que cerramen belli gerebatur, ex cruore occisorum inundati wartham fluium rippis altius repleuisse perhibentur. Verum Wladislaus, qui de multitudine sui exercitus confidens paternam monicionem Archiepiscopi obstinata mente & anathematis nuncionem contemplerat, confusus circa Poznaniam Anno Domini MCXLII. Cracouiam rediit mestus & totaliter corde desolatus. Quem Boleslaus Crispus, Meszko & Henricus non ut pupilli; sed ut Principum Serenissimi suorum fidelium manu forcium copiose recollecta, aliquanto tempore post bellorum

Anathemate
Dux Wladislaus II. percussus:

Clades V Wladislai II. ad Poznaniam: an. 1142.

certamina quieti indulto animose infecuntur. Quorum aduentum Wladislaus prefolari non audens, versus Hungariam fugam initit & demum ad curiam Conradi Imperatoris, cuius* fororem habebat in vxorem, se transtulit subsidiari poposcens. Vxor autem illa ferocissimas ygas eiusdem per Boleslaum & Mefzconem de vrbe Cracouiensi versus Almaniam, cum duobus filiis Boleslo & Mefzcone virum sequi compellitur. Et sic eandem perniciem, quam pupillis euenire optauerat, fortuna variante meritorum ordine in ipsam re torfit, iuxta versum: Discat in auctorem pena redire suum.

De Boleslao Quarto cognomine Crispo.

Boleslaus igitur, cognomine Crispus, tamquam secunde vxoris Boleslai primogenitus ex Wladislao secundo natus eidem in Regno succedit. Qui omnes cupiditatum causas prudenter abiiciens, tamen sue dignitatis mores exercet, non ea solum fratribus deferens, que ordo successionis & Juris non poposcit; sed ad impertinentes quoque prouincias caro affectu collocans eisdem Mefzcone videlicet & Henrico. Nam Kazimirum vtpote adolescentulum quasi filium educari committit, non vt illi gradum participii prorsus abneget; sed ne tencillum vitis palmitem vento leuitatis exponat; quia quod flamen oleum, hoc solet adolescenti exhibere libertas. Wladislaus itaque suimet immemor, munitissime tamen residens vrbi Rathiboriensi, Imperatorie culmen concitat maiestatis, vxoris & filiorum allegans sanguinis proxime rationem. Bohemorum quoque & Ruffie principes sollicitat, propinquitatis annexe Iure assignans, vt sue calamitati dignanter subeunire, intendant. Imperator itaque tantis allegacionibus persuasus, sororisque & nepotum motus lacrimis, Boleslaum crebris legatorum interpellat monicionibus, vt fratrem saltim patrimonii parte, non Regno sublimatum restituat. Sed Boleslaus quanto pertinacius monitis eius parere detrectat, tanto acrius animositatem Imperatoris in se prouocat. Omne itaque robur Imperii in Boleslaum conspirat. Fit igitur manus omnium contra Boleslaum & manus Boleslai contra omnes. Bina quoque illi eleccio proponitur, vt videlicet Regno cedat, aut belli conflictum non declinet. Sed vir industrius vtrique dissimulans, amputat hostibus vbique pabulancia subsidia. Illud robur inuictissimum legionum peste fama contabuit. Boleslaus sine bello cum hoste configit & sine prelio industrie triumphat. Denique Wladislaus crudeliter tercio anno exilii sui mortua vxore sua & in** Aldeimborg sepulta, vocatus per fratres suos ad colloquium in Plogk, vbi in eodem colloquio grauiter infirmatus moritur, & in Ecclesia Cathedrali, ante altare maius, primus Ducum Polonie ibidem sepellitur. Quo defuncto Conradus Imperator Boleslao non armis, sed precio instat, vt orphanis Wladislai misereri dignaretur, ipsos aliquali porciuncula terrarum fratribus consolando. Boleslaus itaque, qui per Imperatorem vinci non poterat, mature non dedignatur obedire Imperio, & gratuito amplexu fraternos filios ab exilio reuocat in humanitatis solacia, impendens ipsis Szlesianam prouinciam donat, Oppoliensem ducatum adiungens. Quorum primogenitus Boleslaus Altus vocabatur, secundus Mefzco loripes, tercius Conradus Primus; & hi tres tractu temporis inter se terras diuiserunt in hunc modum; videlicet Boleslaus Altus ratione primogeniture urbem Wratislauensem pro se retinuit cum suis appendiis vniuersis; Mefzconi Loripedi Oppoliensem urbem cum suis adiacenciis assignando, & ob hoc, videlicet propter inequalitatem diuisionis inter Mefzconem & Boleslaum plurimis annis viguerunt. Conradum vero Iuniorem Imperator Conradus, avus eiusdem, vt quidam referunt, Abbati Wlad commiserat nutriendum. Hys itaque peractis, Boleslaus Crispus ad depopulandas terrarum Prussorum prouincias animum suum bellicose conuertit. Quos non solum hominibus, sed etiam animabus Christianorum constat esse infestos; quorum quibusdam post bellorum multorum discrimina tandem animose subactis hoc edictum promulgauit, vt qui Christiane religionis caractere insigniri elegisset, absoluta gauderet libertate; illiusque in rebus paretur dispendium; qui autem gentilitatis ritum destruere contempnisset, rebus confiscatis ultimo capitis plecteretur supplicio. Sed eorum assumpta religio tanto fuit breuior, quanto coaccer videbatur. Mox etenim Boleslao ad propria redeunte, in Apostasie gurgitem resiliunt, culturam ydolatrie refuentes. Nuncios itaque ad Boleslaum destinant, obnixe supplicantes, vt tributorum dacionibus & obsequiorum prestacionibus contentus ipsos a ritu tradicionis paterne recedere non arceat,

Boleslaus Crispus ad Gubernacula Regni Polonie accessit:

Eius de Wladislao II. Fratris Triumphus:

Mors Wladislai II.

Silesia Wladislai II. Liberris restituta:

& qua ratione inter ipsos diuisa:

Boleslai Crispi Expeditio in Borussia:

* ADELHEYDEN: Wladislai II. Ducis Coniugem, Imp. Henrici V. Sororem fuisse ad Tab. I. Genealog. no. 2. Tom. I. curatius expofui,

** vid. Tab. nostrae Genealog. I. Tom. I. n. 1. & 2.

fed hunc colere permittat. Sufficere siquidem sibi arbitratus est Boleslaus, sic quod principis est, deferatur principi, licet, quod Dei est, Deo denegetur. Non enim vlla exigitur vicio Apostatici contagii, dummodo salua sit Regalium pensio- num. Ob hanc causam Deo permittente non solum deinceps denegant, sed contigua Regni occupant, occupata diripiunt, directam instar luporum abducunt; sic- que factum est, ut Boleslaum, quem zelus Dei ad augmentum Christiane religionis non mouit, durior saltem tribulationis ictus stragem excirauit. Tandem Boleslaus congre- gata exercitissimorum innumera multitudo Polonorum prouincias Getharum feroci animo aggreditur, hostes non tam propulsans, sed animo delere intendens, quorum prouincie nulla prorsus arte munite sed nature situ inaccessibiles extant. Est autem lo- cus transmeatus de vestibulo densatis diluuiorum undique confertus paludine, in quo li- mosi bituminis abissus sub quadam graminum virencia degliscit. Per hec autem loca quidem Gothe seu Prussi Boleslai familiarissimi, sed proditores nequissimi Prutheno- rum denariis corrupti, turbas electissime gentis Lechitarum ducere affirmant securis- time, transitum planum & securum proficientes, in quo turbarum prime ruunt acies, per angustum senite limitem. Videntes nam ex infidiis hostes ebulliunt, spicula iactant & quasi cuiusdam torcularis impressos absque prelio conculcant; Lechitis vltra aprorum more in cuspides irruentibus; nonnullos armorum pondere pressos abissi profundum absorbit; quorum casum miserabilem diuturno tempore diuersimode Polonia lugu- briter deplangit. Et ex tunc Boleslaum bellici desuere triumpho, ut non multo tem- pore post hoc etate matura decessit Anno Domini MCXL. Leskoni filio suo ducatum Cuiaviae derelinquens, taliter, quod si ipsum sine prole decedere contingat, extunc Ka- zimirus frater eiusdem Boleslai, nullam adhuc habens terrarum particulam, eidem in du- catibus Cuiaviae & Mazouie succedat.

Boleslaus III.
Pol. Dux an.
1140. defun-
ctus:

De Conrado Imperatore.

CONRADI
IMP. Iter in
Terram San-
ctam:

Anno itaque Domini MCXLVII. Conradus Imperator Poloniam intrauit & cum multis principibus Ierusalem pergit pro recuperatione dominici sepulcri pugnaturus; quem Boleslaus Crispus honorifice & magnifice suscepit &c.

De Meszkone, filio Boleslai Crzywonfi.

Post decessum itaque Boleslai Crispi Meszko, frater eius tercius, qui sicut erat fra- tri Boleslao natu proximus, sic & in Regni successione propinquus, in Regno succes- sit eidem. Aufcultabant illi omnes adherentes prouincie, affluebant obsequio, affatu vn- dique principum remotissimorum sublimitas arridebat, omnis dignitatum gloria applau- debat eidem in prosperis successibus omnis fortune elegancia, non illi bellorum desue- re triumpho, & super omnia vota votorum transcendens numerose prolis in vtroque sexu felix comitabatur successio. Mascula proles omnibus intuentibus veneranda, fe- minea vero cunctis graciosa. Nichil enim prorsus humane felicitatis defuisse; quamvis nemo tam felix sit, quin cum aliqua felicitatis parte rixetur. Iste Meszko ob grauitatem morum senex est appellatus. Hic anno Domini MCXLV. abbaciam Laudensem or- dinis Cisterciensis fundauit, adhuc in iuuenili etate eximiis & suis bonis sufficienter do- tavit. In Kalis vero Ecclesiam in honorem Sancti Pauli de lapidibus dolatis fundauit & construxit, in qua prepositum & aliquot prebendas instituit & dotauit. Ecclesie ve- ro Gneznenfis partem extremam de plumbo regere fecit. Habuit namque quinque fi- lios, quorum duos videlicet Odonem & Stephanum ex filia Regis Hungarie, reliquos vero tres ex consanguinea Fredrici Imperatoris, Regis Romanorum suscepit. Ho- rum itaque & filiarum affinitatibus plurimos diuersarum prouinciarum principes sibi at- traxit in amicos. Princeps enim Bohemorum Boleslaus, Dux Saxonie gener eius, Prin- ceps Russe socer filie vnus, Princeps Rugie socer alterius. Nam Stephanus, Bo- leslaus & Meszco in coniugati decesserunt. Sed quid super hec? Sepe enim summa pro- speritas summum parit infortunium; presertim cum omnis glorie sublimitas, quo su- blimior est, eo procliuior ad lapsum existit. Nam Meszko, tot privilegiorum prero- gatiua subuentus cuiusdam, pro dolor! securitatis insolentia deuictus in quendam tor- pore repente dilabitur; non aduertens, quod vlla sit in summo tranquillitas, que in sui securitate non vnquam proximum preannunciat naufragium tempestatis. Illam ete- nim asperitatem Roboam, filius Salomonis assumens optimatibus Regnum dicere pre- sumpsit, qualiter minimus digittus eius grassior esset patris sui. Addens: quod si pa- ter meus virga vos cedebat, ego cedere faciam vos scorpionibus. Ob quam causam scissum

qui tamen inde
in deterius ruit.

sciffum est Regnum Israel & ablatum est ab eo usque in sempiternum. Propter quod Gethko Episcopus Cracouiensis ipsum crebris exhortacionibus mouere studuit, ut animi feritatem erga Regnicolas deponens, terram suam velut matrem filius, non ut primogenitus nouercam, fauoribus gratuitis amplexetur. Preuignali enim hostilitate induitur, qui calamitati matris minime miseretur. Horratur insuper, ut officiales rapidos compescat, qui sua iussione nodis discipline penitus dissolutis in populum Regni seruent, descuiant, nec aliud scire videntur, quam ut lacerato grege gregis cruore debriantur. Sed ex hoc princeps maioris odii causas in presulem confert afferens, cum talia non zelo pietatis, sed inuidie oblatasse. Nec enim dolore seu prurigne caret cuiuslibet leuissimus appostematis tactus: vnde tam de presule, quam quibusdam proceribus terre Cracouie natu maioribus vleisci concepit. Episcopo quidem proseripcionis occulte meditatur exilium; aliis vero capitum mutilationis dispendium. Sed conceptus principis antistitem non latuit, qui industriose illius machinamenta declinat & alios deuitare docet. Proceres igitur prouincie Cracouiensis cum Gethka, eorum antistite secreta secum deliberacione pertractant. Turpe, inquit, est ingenuitatem ancillari & importabile tot calamitatibus premi. Inter quos vir quidam insignis sui consilii responsa proferens, Non vos latere arbitror, que & quanta Kazimiri ducis Sandomiriensis est fama virtutum, cuius odoramenta licet omnibus sint notissima, cunctis tamen incognita habentur. Sub huius itaque umbra auram quietis nos captare conuenit & eius salubri oleo nostri tumor doloris leniter fomentatus detumescat. Huius namque persuasionibus tam Presul, quam proceres vno animo inclinati Kazimirum caute ad-
unt, orant & sollicitant; vt si culmen Regni dignitatis non ambyt, nec regnare appetit; Supplicationi eorum tamen benigne annuens misereri non contempnit. Ad quos ille antiqua inquit & antiquata penes vos est huius temptacionis indagacio, nec tam subito a vestra poterat euelli memoria, qualiter primi principum Jaxa videlicet & Suanthoslaus & cuncti pene proceres me licet nitentem ad idem Regnum pertrahebant, ut propulsato Strenuissimo Principe, fratre meo, duce Boleslao securius imperassem. Sed fraterne pietatis amplexu cum Imperio perferre malui, & quia tunc pure innocentie studio laui pedes meos, quomodo nunc in fraterno sanguine inquinabor. O quam detestabiles ad principatum illi gradus, per quos in se homicidium, in fratre fratricidium, in fratricidio patricidii presumpta temeritas consistit. Quo namque modo, quo pacto, in cuius exterminium confugiam, qui me plus quam paterna fouit pietate: quem etiam plus quam filiali semper dileccione colui & venerari non desui. Periniquum quippe & exemplo perniciosissimum prorsus est iniquis quemquam prosperari commerciis. Sed illi plane iniquiunt, Princeps Serenissime parcendum erit pietati, quia tunc nulla necessitas honestatis causam interceserat; sed tantum solo facionis impetu contra illum perstreperente. Hic autem alia ratio pactum reformat, ubi omnes extrema vrget necessitas, quibus nisi tua festina succurrat clemencia, suffocari necesse est, cum nulla sit transmigrandi facultas. Vix itaque tam crebris Episcopi Gothge ac procerum instantiis importunis, quam amicisimorum impulsus consiliis Cracouiam cum paucis adyt, ne violenta occupacio plus videatur illius, quam vltronea procerum eleccio & communis. Occurrunt ei inedicibiles exercitus, innumerosae catherauatim vndique turbe confluunt, & gratulantur & exultant, omnes saluatorem aduenisse proclamant. Omnis illum Cracouitarum amplectitur condicio, omnis etas & dignitas venerat. Omnes illi Juris iurandi religionem constringunt, omniue tempore morituros pro illo constantissime spondent. Sed Mefzcone omnes eius carissimi dilabuntur & Kazimiro animo firmiter adherent. Inter quos Odo, dux Pofnaniensis eius primogenitus hostis atrocissimus eidem efficitur, prope radicem stipitis eradicare intendens, & hoc ideo ut nouerce filios, quibus pater post se regni successionem sponderat, arceret a Regno. Igitur princeps Mefzko plus suorum persecutione & perfidia, quam fratris eliditur armis, qui anno Domini MCLXXVII. pene ab omnibus desertus patrie simul cedit & Regno cum vxore & tribus filiis Rathiboriensi contentus oppidulo. Circumdant illum infortuniorum agmina. Nam gener eius Boleslaus, Bohemorum Princeps a Regno similiter manet profugatus, alter gener & alter Saxonie & Bawarie duces ab hostibus undique imperuntur; & sic a quibus subsidiari sperabat, necessitatibus propriis adeo vrgentur, quod sibi in nullo poterant suffragari. Omnes quoque maritimorum presides & prefecti non solum obsequale renunciant eiusdem; sed hostilitatis arma in eum capefcunt; omnes Kazimiri imperio subesse gaudent. Cui dum omnes vrbes, omnium provinciarum & municipia gratuita patefierent, sine bello solus Mefzko, Wladislai exulis primogeni-

quare Casimirus
Ducem
Sandomiriensis
sem Proceres
ad Gubernacula
vocant:

& Miecislauum
Cracouia pol-
lunt:

Discordia inter
Calimirus
Pol. & Silesia
Duces: qua-
ratione sopita.

tus, Boleslao fratre germano expulso visus est cum Silesiana provincia rebellare. Quem Kazimirus non minis & armis, sed pietatum studiis ad sua vota discrete pertrahens, Boleslao Wratislaviam cum suis appendiis restituens, praefatum Mefzconem propter strenuitatem eiusdem largicione quorundam opidorum insignit; fratrem quoque ipsorum Conradum, qui in Aldemborg Saxonie ad matrem vsque ad hoc tempus fouebatur, Glogouiensem Marchionem creat. Nam hys tribus fratribus Wladislai exulis filii, post mortem eiusdem Boleslaus Crispus, ut premissum est de fratrum suorum, Mefzconis videlicet, Henrici & Kazimiri assensu votiuo provinciam assignauerat Silesianam Jure hereditario possidendam. Inter quos, ut puta inter Mefchcum & Boleslaum propter diuisionem provincie predictae dissensio exitit exorta; in qua Mefzco fratrem suum Boleslaum in fugam de Wratislavia vrbe cogit. Sed Kazimirus princeps Serenissimus ad unitatem concordie, ut premissum est ipsos, reuocavit, Mefzconis, fratris sui exulis primogenito Oppoliensem, Boleslao Wratislaviensem, Conrado Glogouiensem ducatus assignando. Mefzconi autem Duci Oppolienli & ducatu ipsius praefato dum sibi filium de sacro fonte leuasset, quem nomine suo Kazimirus appellauit Bithoniensem & Ofwanzciensem cum eorum pertinenciis & appendiis vniuersis hilariter adiunxit. Leskionis vero Iuueni filio Boleslai Crispi fratris sui cuidam Nobili, Syra nomine, viro omnium virtutum donis predito, tutelam commisit, Mazouiensem & Cuyatuensem provincias comittens gubernandas; Samborumque nepotem Syronis praefati Pomoraniam superiorem, cuius vrbs capitalis Gdansk nominatur, praefecti officio instituit. Quendam vero Boguslaum de stirpe Grifsonum Pomeranie inferiori ducem instituit; Gneznensem autem provinciam, que est omnium Lechitarum Metropolis & provinciarum origo, cum nonnullis Russie provinciis, scilicet Premisliensem, Wladimriensem, Brescensem, Drochicziensem, cum castris municipiis & opidis ac eorum appendiis suo imperio annectit. Sic itaque Kazimirus fit Monarchus totius Lechie: Sic quatuor fratres Wladislai exulis, Boleslai Crispi, Mefzconis senis & Henrici Primi principatus in solum Kazimirum prospero successu confluerunt; prout pater Boleslai Crziwousti longe ante predixerat in lecto egritudinis constitutus. Iste etiam Kazimirus seruitutis loramentum disrumpere cepit, exactoria iuga dissipat, tributa dissoluit, vectigalia relaxat, omne onus non aleuiat, sed penitus exonerat, angarias & perangarias expirare proclamans.

Calimirus II.
Monarcha totius
Poloniae.

De quibusdam Constitutionibus Regni Poloniae.

restituit Rem-
publicam Po-
loniae ac Abu-
sus quosdam
abrogat:

Fuit autem in Regno Poloniae quoddam Jus Consuetudinis antiquae approbatum, ut quisque potentum quodcumque pompae vrgens, pauperum annonam, horeis & granariis violenter contractis, diriperet, equorum pabulis depascendam. Erat & aliud simile temeritatis industria antiquatum, ut quotiescunque principum nuncii legationes referrent heredum ac in prediis eorundem degentium equos in itinere cepto capiebant, in quibus parui temporis momento infinita stadiorum milia cursu citatissimo transcurrebant. Que res, scilicet Pothwoda multimode multis erat periculose dampnosa; sicut quorundam equis incurabiliter enervatis, quibusdam penitus extinctis, nonnullis, cum probati fuissent, irrevocabiler abductis. Erat & aliud pessime consuetudinis piaculum, ut bona decedentium pontificum fisco principum accedebant. Ne igitur de cetero talia fierent, iubet Kazimirus, equitatis princeps, Archi-Episcopo Gneznenfi ut suorum Suffraganeorum conuocata Synodo sub Anathematis mucrone curet prohiberi.

Hic Jura Polonica excommunicantur.

Synodus Gnez-
nac habita:

Sdzislaus itaque Sancte Gneznenfis Ecclesie Archi-Episcopus, conuocata Synodo cum provincialium Episcoporum sue dioeceseos vniuersa, induti Pontificalibus, Kazimiro parante, primo unanimi voce & consensu mutuo pronunciant, ut omnes qui pauperi annonas vi aut ingenio quocumque violento seu inuasive modo rapuerit, acceperit aut accipi & rapi iusserit, Anathema sit; excepto casu quando hostes alicuius provincie imminere nunciantur; nulla enim videretur esse iniuria, si tunc cum iactura alicuius salutis patrie consulatur. Rursus qui defuncti presulis bona inuasit siue rapuerit, seu inuadi aut rapi iusserit, siue princeps sit, siue quilibet persona Illustris aut quivis Officialium minister, siue omnium personarum exceptio, quis quis talium quid attemperare presumpserit, anathema sit. Simile puto Judicium de militibus Jus patronatus obinentibus. Qui mortuo sacerdote per ipsum presentato derelicta presumunt diripere. Item qui taliter spoliatum susceperit Episcopatum absque sublatorum integra restitu-

cione

cione confencientes fuerint, Anathematis sententia similiter innodentur. Approbant vniuersi & cuncti, gratissimas asserunt tam sacrarum institutionum sanctiones, que postmodum per Pappam Alexandrum Tercium fuerant perhenniter roborata.

Qualiter Mefzko Kazimiro supplicat, ut cum ad patriam reuocare dignetur &c.

Dux igitur Mefzko exilii tedio affectus Kazimiro humili prece, qua poterat, supplicauit, vt ipsum non principatui, sed tamen ad patriam restituere dignaretur, inquit minus miserum esse domestico teneri iugo, quam exilii calamitate constringi. Tunc quoque & magis honestati contentaneum ipsum suorum obsequiis fulciri nepotum, quam proditorum stipari infidiis. Proponit insuper illius oculis senectutis tremule defectus, luctuosum nurus sue ciulatum, funebria nepotum lamenta, crebros eorundem singultus, quibus honestius esset occisis gladio, quam angustius interim faspas. Meminisse illum rogat, quanta tencritudinis dulcedine apud ipsum eius fora sit adolescencia, quo studio, quo pie clemencie amplexu educata iuuentus. Quibus auditis Kazimirus & lacrimas continere non valens, ait ad proceres: fateor inquit, ac semper fateri velim, me fratris mei & auris mee in mortalibus ac a mente non recessimus, nec in obliuionem deductis obnoxium beneficiis fuisse & esse debere. Nec iniusta est eius postulacio, que non nisi patrimonii restitutionem debitam cernitur continere. Suboritur exinde murmur inter proceres & sedicionis non parue tumultus. Ayunt enim: Ey, quod verebatur, accidit. Raro enim coruus coruum exoculat; Raro fratrem frater stirpitus exterminat. Nostrium hic discrimen euidentissime agitur. Mefzkonis enim restitucio nostrum est exterminium; quia non differet, cum tempas acceperit, atrocissime in nobis vlcionem. Quid ergo o viri, eodem certe scardulo amputare conuenit eiusdem sterculus propaginem. Frustra enim extirpatur cardus, radice interius manente. Kazimirus autem intelligens tam discriminofum sedicionis euentum ad se deuolui conuocatis proceribus asserit; hec a se dicta non animo fratrem restituendi, sed studio eorum animos experiendi. Acceperissimam esse ipsorum constantiam erga se firmiter teneri. At uero Mefzko cernens beneficium restitutionis in fratre non esse, ad Fredricum Imperatorem conuertitur subsidia petiturus. Sed cum & ibi nil prorsus perficeret, ad quendam Boleslaum olim per maritimam prouinciam questorem, quem iam Kazimirus in ducem Pomeranie inferioris creauerat, se conuertit. Cuius filius filiam suam matrimonio copulauit, eum ope maritime gentis non obsequelam quidem, sed fauorem inimiciciam assequitur. Mefzko igitur taciturne Anno Dni MCLXXXI mo fretus auxilio occulte Gneznam nocte adiit, & diuulo subintrat & occupat, omnesque patrimoniales municiones repente recuperat, Kazimiro fratre suo occulteiorum illi facultatem recuperandi prebente. Quia vero nunciorum accessu spes spei concipitur maioris, proponit ille in fratre recuperare principatum, diuque inter se iam uerbis, iam armis, sed Mefzko longe inferior viribus plus ingenio & arte contendit ac dolo.

Quomodo Kazimirus vicit Ruthenos.

Contigit itaque, quod vrbs Brestensis Russie ab obediencia Kazimiri recedens, Casimirus II. consueta tributa eidem dare denegat, & ad resistendum Kazimiro arma preparat. Quamquam & eius principem Kazimirus manu forcium recollecta anno Dni MCLXXXII. Monarcha Polonie Brestensis Vrbe occupat: precessit, ipsamque viriliter subito impugnat & acquirit; vrbeque predicta sic repente acquisita & prefecto proprio in ea posito versus Haliciam castra mouens iter arripuit filium sororis sue alias cum patre eiectum ad Regnum Haliciense restituere proponit. Qui Swfiboldus dux Bosie cum principibus Ladmiriensibus & Alliciensibus primatibus ac electorum Trbianorum & Partorua innumerabilibus turnis accurrens bellum campestre non inducere quidem, sed inchoare presumens, ipsum animose aggreditur, plus de multitudine copiosa quam de strenuitate suorum presumens. Quorum primas acies Kazimirus impetuose ad instar fulminis strenuissime transuerberat, ensibus dissecat, hostes, quasi agri fenum humo prosternt. Res igitur non minus fidei, quam stuporis plena, quod illum & suos in tot robustorum milibus non impetus hostium obruit, non tot mucronum acies transuerberat, non densa telorum spicula configunt; quin hostes robustissime obruit & transuolat ense fulmineo. Et tandem non vincendo fatigati feruentes in se hostium luctus excipiunt, quos admodum scopuli obterunt & obtundunt. Sic quasi omne robur hostium coliquescit, iuxta verbum: Vincit conflictu lapis, olla suo cadit ictu. Petra stat inuicta fouens fert olla quasi

& Russos ma-
gno Prælio vin-
cit

quasi icta. Que cum impegerit prelia teste perit. Hostes namque viso victricis aquile signo tanto minus confluent, quanto victoriosius principem Kazimirum conspiciunt triumphasse. Sic ut tot milibus ex ipsis hostibus prostratis, vix quidam principes eorum evaserunt, agilitate pedum: residuos autem satur gladius absorbit, aut fugientes vnda torrens inuoluit aut vinculis victor mancipavit. Igitur Kazimirus gloriosus victor de Ruthenis existens fororis sue primogenitum, alias ut premissum est, de Regno eiectum principem, Halliciensibus restituit. Qui post recessum Kazimiri avunculi sui veneno a suis sibi propinato fuit extinctus. Qui in Regno Hallicienfi Lodimirus frater eius per matrem, Kazimiri sororem successit. Fertur namque, & in quibusdam Cronicis scriptum reperitur sororem Kazimiri predictam filiam Boleslai Crziwousti primo filium Regis Pannoniorum virum habuisse, de quo hunc principem restitutum genuerat, antequam vir eius de Regno fuisset eiectus. Mortuo autem filio Regis Pannoniorum, viro eiusdem, Boleslaus Crispus ipsam cuidam principi Ruffie dederat in vxorem, de qua plures filios procreauerat in Allicienfi principatu agens; & cum primogenitus eiusdem Nepos Pannoniorum Regis Regnum Hallicienfe a fratribus & a vitrico restitui veluti primogenitus & ad ipsum ex successione paterna speratam mater eius ad iussu viri, ut creditur, negabat ipsum filium suum esse, asserens suppositum viro suo primo gracia complacendi. Et ob hoc successio sibi in Regno Hallicienfi negabatur; Kazimirus avunculus eius fororis dictis incredulus nepotem Regno restitui curavit; propter quod bellum predictum dicitur fuisse commissum.

Kazimirus Ladimiro fugato Romanum instituit.

Fata Regni Ha-
licienfis :

Kazimirus itaque potenter Ruffiam ingrediens Ladimirum de Regno Allicienfi fugam inire coegit. Quo fugato Romanum, fororis sue filium, de secundo viro genitum Halliciensibus principem instituit, & pacata Ruffia ad propria feliciter remeavit. Ladimirus vero a Rege Pannoniorum restitutionis implorat auxilium. Rex autem Pannoniorum minime compaciens; sed potius Regnum Hallicienfe ambiens Romanum eiecit, Regnum Hallicienfe occupat & proprium filium instituit Regno in eodem. Exulanti vero, ne filio suo noceat vincum ergastulo includit. Qui tandem carceris squalore angustatus nimium & custodibus carceris munera promittens, captiuitatem euadit. Hic postmodum in partibus Ruffie existens tum patrimonialibus bonis contentus, quadam temeritatis audacia assumpta limites Regni Polonie cum quibusdam latrunculis invadens raptas Illustrum feminas & nece sacrilega in Christianorum populo in die assumptionis Beate Virginis crudeliter commissa intrans ultimas barbarorum transtulit regiones. Quamobrem prefatus sceleris auctor per Kazimirum de omnibus patrimonialibus bonis fuit in exilium relegatus.

Ladimirus Kazimiri gratiam & veniam impetravit.

Gedeoni Epi-
scopo Cracov.
succedit Fulco:

Quamvis autem eius seniores indignacionem formidare debuit, cuius maiestatem ausu temerario offendere presumpsit; quia tamen ad piissimi Kazimiri munimen confugit, desperare venie successus illi nunc desuere. Non solum enim temeritatis presumpse veniam impetrat; sed etiam apud sacrorum principis oraculum gratiam assequitur ampliorem. Nam quod severitate Nicolaus ille famosissimus sacri principis pallacii destinatus filium Regis Hungarie, qui cunctis orientalium regionum Polonie videbatur cum omnibus Pannoniorum pompis ac paratibus potenter trucidat & expellit; exulemque Ladimirum in Regnum Hallicienfe restituit. Sic manus huius eadem vulnus opemque tulit, vnde montalium Regna tantus terror concussit, ut omnes ad Kazimiri nuncium plus quam tremule solium tremescerent. Huius autem Kazimiri tempore per Ægidium, Episcopum Muchinensem, ossa sancti Floriani Cracoviam apportantur; & per Episcopum Gothcam suscipiuntur reuerenter & deuote. Qui Gothca Episcopus Anno sequenti diem clausit extremum. Cui Fulco per Canonicam electionem in Episcopatu Cracoviensi successit. Leshko iterum dux Mazouie & Cracovie filius quondam Boleslai Crispi anno sequenti videlicet migravit ad CHRISTUM: In cuius dominio Kazimirus, Cracoviensis Dux eidem successit.

Cracovite Kazimiro derelicto Meszconem senem in dominum suscipiunt.

Bellum Polo-
nie intesti-
num:

Ladimiro igitur Regno Halicie, ut premissum est, feliciter restituto proceres Cracovie aduersus Kazimirum magno furore indignantur, pro eo scilicet, quod tantum nephas & flagitium, quod idem Ladimirus ipsis inferre presumpserat, in ipso non fuit ultum, sed potius miro nimio munere premiatus; quem decebat magis patibulo affi-

gi, quam Regno sublimari; assensus quoque Regis Panoniorum soluto federe securitatem Regni Lechitarum prorsus expirare. Vnde quod viribus nequeunt, dolo parare disponunt. Kazimiro denique in Russie partibus constituto diuturno tempore negotia disponente, fingunt necis artifices Kazimirum toxico interemptum; pro duce quoque Mefzkone transmittunt; eumque ut festine Cracouiam properare non desinat, hortantur. Quo subito veniente ciuitas Cracouiensis in Castris & municipiis eidem apperte traditur; solo Fulcone Cracouiensi Episcopo pro viribus resistente, sed minime perficiente. At ubi proditoris nephas ad aures Kazimiri rumor detulisset, Kazimirus intrepidus cum Romano, Wladimiro & Wstheboldo Belsie principibus suis nepotibus Cracouiam aggreditur. Cuius aduentum Mefzko frater prestolari non audens: sed Boleslaum filium suum cum gente copiosa in Castris derelinquens ad propria festine rediit; Kazimirus uero obsidionibus Cracouiam circumdat ac breui dici intervallo recuperat, omnesque munitiones & municipia redduntur eidem, Boleslao nepote cum gente sua in captiuitatem sponte se prebente. Sed Kazimirus Regno informato nepotem suum cum omnibus captiuiis additis muneribus a captiuitate absoluens ad Mefzconem fratrem suum generose remittit. Que res Mefzconis animum tanto amore deuicit, ut omnium iniuriarum totaliter oblitus amplexibus gratulabatur fraternis. Huius autem facti & concordie fuit auctor Ille insignis industrie vir Petrus Archiepiscopus Gneznenfis. Quem vidit Vincentius Kadlubkoms, Episcopus Cracouiensis, qui scripsit hec; & scimus, quia verum est testimonium eius. Regis quoque Pannoniorum federa Nicolaus, princeps palatii cum Fulcone Episcopo Cracouiensi ad statum pristinum reintegrare cupiens Reges Hungarie & Polonie ad certum locum comportare studuit, & iuxta sanctorum instituta, videlicet Sanctissimi Polonorum Patroni Adalberti & Beati Stephani, olim Vngarie Regis spondet vterque communiter coli Regni debere amicitias concorditer alterutrius hostiliter infectari, communesque prosperitatum successus indifferenter assidue futuris temporibus obtinere.

Pax inter Hungariam & Poloniam sancita;

Qualiter Kazimirus Pollexianos subiugauit.

Kazimirus itaque prefatus ex omni parte amicorum tutela stirpatus Prussorum terminos aggreditur, quorum continuus per prelia invasionibus creberrimos nimium afflictus, & vix tandem non sine graui bellorum certamine subactis Pollexianorum terras subintrat, quorum ceruicofam feritatem nondum quisquam bello vel insultu hostili attriuerat. Sunt autem Pollexiani genus Getharum seu Prussorum gens atrocissima, omnium ferarum immanitate truculencior, inhabitatrixque vastissime solitudinis, ad quam propter concretissimas nemorum densitates & bicuminata locorum palustria via patebat inaccessibilis. Horum habitacula Kazimirus flammis facibus destruxit, cuspidum acensum ictibus percidit; donec flagrata pene tota prouincia Pollexianorum primi proceres ad Kazimiri pedes obtentis dextris pronis seruiiis prosternuntur, tam suam, quam reliquiarum patrie salutem deprecantes. Ad cuius calamitatem Serenissimi principis pictas mox compassionem animi inclinatur, ydoneaque & sufficienti obsequio ac prestacione tributorum caucione applexionis suscepta, cum nimio triumpho ad propria feliciter remeavit, vbi non sui victus corpore, sed suorum persuasus lassitudine aliquatisper ocio indulget.

Kazimirus II. Pol. Monarcha cum Exercitu Borussiae ingreditur;

De Morte Kazimiri.

Fuit autem victoriosissimo Kazimiro deuote consuetudinis sollempnia sanctorum deuotissime venerari; vnde cum beati Floriani diem in diuinis officiis in oracionibus & gratarum accionibus totum Deo peregrisset, sollempnes hostias effundendo; & in crastino principibus & primis proceribus Regni ac Episcopis epularum conuiuia preparare iussisset. Qui inter epulas multa leticia exilarati plurima inuicem conferunt. Et primo de hostium prosperis ubique triumphis; secundo post tanta laborum discrimina principibus incolumitas; tercio tam propria, quam patrie secunda tranquillitas; quarto rerum & corporum festinior amenitas. Adheret etiam omnibus deliciis suauior Serenissimi Kazimiri principis alacritas; que omnium exultandi animos resultandi cordi hilariter perfundebat. Et cum etiam vox exultacionis alcius resonaret tante glorie serenitas & leticie iubilis repentina subito tempestate obruitur, & non extrema luctus occupat pro dolor, sed media gaudii. Sicque conuersa est in luctum cythara Lechitarum, dum enim quasdam de salute anime questionibus pontificibus Kazimirus proponeret, modillo hausto poculo mox prosternitur morbo, incertum an extinctus

CASIMIRI II. Pol. Monarche Mors & Elogium;

inctus veneno. Sicque vnicum illud sydus patrie Kazimirus occubuit. Tante igitur tristitiarum tenebre opprueverunt populos, ut omnes meror ingens omnimode occuparet, ad quos tanti infortunii calamitas poterat pervenire. Mortuo itaque felicissimo Kazimiro Anno Dni MCXCHIII. ortum est quoddam chaos & personarum confusio de tam inopinato euentu, quibusdam supra se stupentibus, aliis extra se raptis, plurimis uero velut quodam fulminis ictu prostratis. Vidisses enim plurimas magnatum ymagines velut prorsus exanimas, nonnullos vberibus lacrimarum ymbribus persusos. Vultus Matronarum illustrium ac virginum, quibusdam fulcis vngvium crebra cruoris proscindi flumina; quosdam uero allisos ad statuas propriis penes ictibus excerebratos, omnium illo moriente vna & eadem commoriendi voluntas. Non desunt tamen in eodem hore puncto quedam plurima ducentes suspiria, qualiter primates ad sua vota inducerent aut vacantem principatum occupent, sed in suis cogitationibus tandem cuanescent.

De Albo Leskone filio Kazimiri.

Exequiis igitur funeralibus sollempniter peractis Wenerabilis Ille Cracouiensis Episcopus, primo cum primatibus de Regni successore tractatu habito, omnes ad colloquium conuocat, & vix tandem strepitu sopito ait illis: Pyus o proceres dolor est, sed impia doloris atrocitas: pie quidem princeps defunctus dolet, defuncto alius substitui non negligatur. Ob quam causam queso examen apum sepe defuit & prorsus deperit, nisi quia in locum principis mortui alium substituere negligit uel ignorat? Vnde quedam reptilia, que steriliorem habent principem eo vix defuncto moxillum in eius locum assumunt, qui primus de morte principis lacrimas emittat. Et quamuis Kazimirus mortuus videatur; in suis tamen facile mori non potuit; in quibus adhuc viuere videtur & futuris temporibus viuet in gloria. Nec vitis dicitur succisa, quam vini palmites viuere protestantur. Duc namque vites & duo supersunt luminaria, duo filii Kazimiri, Leslko & Cunradus, licet in pupillari etate constitui. Dignum uero est maiorem etate dignitate paterna insigniri. Ad quod quidam vir insignis respondens ait: Sane, inquit, presul Wenerande omnibus est amplexanda vestri salubritas consilii, maxime in hiis que dilacionem non capiunt. Periculosa est enim mora, ubi in se trahit pericula: ideo in eligendo principe nulla debet committi negligencia: sed tamen de persona Principis omnium experienda cunctatio & diligens vigilacio exhibenda. Non enim decens est, ut cano vertici impubertas dominetur. Immo valde puerile est ut imprudentibus viris puerilis imperet imprudencia, cum uerbum sit Sapientis: Ve terre, cuius princeps puer est; presertim cum principem discretum, strenuum, cautum & industrem esse in omnibus ad omnia conueniat. Hoc autem dicebat, ut Mefchco senex princeps maioris Polonie vel nepos eius Mefzco, dux Oppolienfis, de quo premissum est, substitueretur princeps. Ad hec vir zelo iusticie plenus, Ffulco antistes respondit. Hec a te, utpote viro prudente, non eleganter sunt allegata: sed presenti articulo prorsus locum habere non videntur; que tunc demum vera esse poterunt, cum de eligendo principe, non de vite successione disceptatur. Prorsus enim aliud Juris habet Eleccio, aliud Jus successorium; in illo est liberamen librationum libertas ac in isto vrgentissima Juris necessitas: ab illo omnes citra legitimam etatem relegantur; ab illo nec infantuli nec postremi excluduntur; que etiam omni sollempnitate Juris vallatum rumpunt testamentum. Sed illud, quod de regimine Reipublice tetigisti, paruulis istis non officit. Nam si Respublica Juris testimonio instar habetur pupilli; constat idem esse Juris in vtroque; Quia vbi eadem ratio, eadem est Juris censura. Nec ergo pupillis omnem tutelam auferas; ac etiam reipublice tutores non negabis. Nec enim per se Principes rempublicam administrant, sed per administratas potestates. Ideoque promptum per inipium & iniquum dissimulare, nedum impedire ratio doceat, quod poscit utilitas, quod iubet honestas, quod suadet pietas, quod Juris utique imperat & cogit necessitas. Non est igitur hoc, quod consensum & fauorem procerum per vota omnium & affectum populi, ac per te possit remoueri. Proinde vnanimis omnium vox celatenus & hilaris alacritas attollitur: viuat, viuat Princeps, Rexque in eternum; omnesque tanta serenitas leticie quadam sollempnitate perfudit, quod quasi preteriti meroris nullam meminerunt angustiam; tanta illis dulcedo, tantus amor & tanta omnibus amoris affectio erga pupillos, vt non fauor nec odium, non tribulacio, non gladius, non questus, nec vlla penitus occasionis necessitas ipsos ab ipsorum latere, ab obsequio posset aliququaliter disiungere. Post autem Primus ille Comes Nicolaus princeps milicie omnibus summe negociatus,

Omnes

omnes de constancia & forma fidelitatis ammonet & informat eosque, ne cuiquam in contrarium suam possint mutare voluntatem, Jusiurandi religione constringit. No- uerat enim vir prudens volatile semper esse mentis humane vchetrum ac in lubrico glaciali positos animi affectus.

Mesko Senex sublimacionem Nepotis dolens plangit.

Hys auditis Mesko senex maioris Polonie princeps contristatus & indignacionis dolore repletus lectulo prostrernitur, inquires non suum apud illos dolorem contem- ptum, non tam jure primogeniture confuso, quam super excellentem tante dignita- tis maiestatem scurili ludibrio prostratam, que etiam sine ridiculo dissimulare non potest. Infantum est cum infantibus ludere parumper equitare in arundine longa. Doloris quoque non dispar est ratio, quia cum in fratre meo Kazimiro huius Regni corona ceciderit, eam non subleuare, sed in sceno & in quodam lacu miserie suppri- mere, remque publicam hostibus exponere studuerunt. Infantem quoque principem creant, ut eo pretextu ipsi principibus suis principentur, ut stirpe regia prorsus era- dicata liberiori tandem pociantur imperio, & pro vno capite tot ex ipsis succrescant Reges, quot capita. Vestri nempe, o proceres, misereor vestri, vestra me mouet calamitas, vestrum omnium hic agitur discrimen, vos eis obsequiari oportet, quos vobis obsequi decuerat, eisque verbis & eadem verborum acrimonia Boleslaum lon- gum Slesie & fratrem eius Meskonem loripedem Oppolientem duces filios olim Wla- dislai exulis fratris sui crebro sollicitat & ad suum votum inclinat; aliorumque pro- cerum tam huius Regni, quam extraneorum vndique conquirat subsidia, de quorum subsidio presumens, Cracouiensis provincie magnatibus scribit, precipit & mandat, ut a Lestkone resipiscant, ipsumque principatui excedere iubeant, nec arundineo ba- culo innitentur; sed sese principem recognoscant, ac gratiam gratuito mercantur ob- sequio, ne feruorem prelii experiri cogantur.

Dolor Mieslai
Senis ob LES-
CON album
electum:

Turbæ exortæ.

De Prelio inter Meskonem senem & Cracouitas commissio.

Anno itaque Domini MCXCV. Cracouienses primates vnus voluntatis effecti, Meskoni remandant, gratuitum dici non posse, quod minatico strepitu extorquetur. Promptus ergo esto, si desistere nolis; promptos nos ad resistendum inuenies: iuxta verbum: Pondus inest verbis & vocem lata secuntur. Proinde Mesko senex manu forcium recolecta, Cracouiensem prouinciam appropinquat; qui Cracouienses cum Romano, duce Wladimirensi, non cum parua suorum & Ruthenorum armatorum innumerofitate accurrunt. Meminerat namque Dux Romanus beneficia per Kazimi- rum, avunculum suum, sibi impenfa, apud quem pene a cunabulis exstitit educatus, eodem quoungebatur, principatu Wladimirensi a Kazimiro fuerat institutus. Scie- bat etiam Lestkone & Cunrado excussis suo capiti securim imminere: Hinc a Lestco- ne sene si vicisset, illic a principe de Kyow, cuius filiam dato libello repudii a se re- mouerat. Est autem in Cracouiensi prouincia locus a nomine fluminis Metzgawa dictus ab Andrzeu-wiensi cenobio non longe distans; in huius loci pinetis siue rubetis vter- que exercitus conueniens acies instruxit. Non filiatio paternitati reuerenciam exhi- buit, non filiacioni paternitas ignoscebat; non fraternitatem fraternitas, non affinita- tem affinitas, nec vlla sancta spiritalis cognacio agnoscebat; sed omnes invicem sine omni delicto promiscua cede sese intermunt. Tunc Meskonis filius Boleslaus Cri- spus expirat. Sic quoque inclitorum gloria prostrernitur; & Meskonem senem qui- dam miles Gregorius letaliter vulnerat; quem cum occidere nititur; ille deiecta galea se esse principem exclamat. Quo miles cognito veniam precatur, eum ab aliorum impetu conseruans prelium decinare facit. Sed & dux Romanus grauibis in se sus- ceptis vulneribus, non sine magna cede suorum a prelio diuertere cogitur. Nam in principio congressus pars suorum maxima Ruthenorum terga fuge dederat, quod Cra- couitis victorie ademur triumphum. Quorum plurimi non prelio intenti, sed Ruthe- nos fugientes quidam auditate prede, quidam indignacionis animositate fuerant infe- ctati; postquam autem fuisset dilapsus porulus a prelio; affuit iterum in Meskonis se- nis subsidium Metzko loripes, dux Oppolientis predictus, cum nepote suo Jeroslao, Boleslai ducis Slesie filio; qui in loco pugne nemine penitus reperto, cum iam vtraque pars ab invicem diuerterat, gratulantur & exultant, quasi victorioso campum certami- nis obtinuissent, signa victorie extollentes: quos Comes Goworicus adesse intelligens, licet in pauca manu virorum forcium aggreditur & ad instar fulminis impetum faciens

Prelio Mies-
ko Senex cum
Cracouiensi-
bus gesto vi-
ctus & vulne-
ratus;

viriliter confligit atque pugnat. Sed dispari hostium numerositate agitatus tandem succumbit, capitur, captus abducitur, & diu tentus vix demum amicorum interuentu a captiuitate liberatur. Porro Ffulco presul, sepe dictus, inter spem & timorem anxius orationi propensius intendit, belli exitum in loco semoto prestolatur. Qui cum quandam de prelio venientem vidisset, ait, prosperere nobiscum agitur; qui respondit nostros nunquam deserat hostis hodierna die nostra prosperitas; cedit enim Romanus & primorum primi prostrati, quidam capti, nonnulli diffuge dilapsi, totusque populus nostri exercitus emarcuit. Et illud cercius certo habe, senem Mefzconem cum triumpho spoliis honustum Cracouiam proficisci. Vix hic finierat & ecce alius, itemque aliud aliud superest proferens mendacii comentum, vnde presul, aut ergo cuilibet eorum credamus aut nulli, cum dicta eorum dissona videntur. Superest igitur, ut aliquis nostrorum rem diligencius exploret. Cui quidam presto ego sum; ait illi presul, tria verba tene impiger, diligens, cautus. Est angelus domini tecum. Igitur ille clericali habitu imutato pedestri cursu ad locum prelii veniens rem diligencius explorat, nunc ab eis, quos semivivos reperit, nunc ab hys, qui predociuiis erant occupati. Qui cum omnia exploratissime didicisset, quantocius reuertitur, & cuncta per ordinem pontifici pandit. Senem Mefzconem sub duplici onere gementem ad propria remeasse; sub onere meroris pro morte filii, & sub onere doloris pro vulneribus in se susceptis. Romanum quoque vulneratum, non tamen letaliter nunciat. Quem Pontifex nocte proxima insequitur, insecutumque obnix reuocare studet; ne Mefzco senex ira incandescens & viribus resumptis per se vel Wladislaum filium suum Cracouiam occupet. Cui Romanus, gemina me pater carissime utrides compedit debilitas, vna in me ipso, corporis ob vulnera; altera in meis ob milicie carenciam, que partim prelio corrui, partim fuga disparuit. Ad quem Presul: quid ergo consulis. Cui ille: Tuam non latet prudenciam. Nam prudencia serpentis est in custodia. Caput igitur custodiri iube, donec nostrorum vulnere tumor detumescat. Romano itaque ad propria remeante, primi procerum Cracouie, ut primum crastina dies illuxit cum paucorum quidem, sed exercitatissimorum manu hostes querunt vndique. Quibus non inventis, an senem Mefzconem insequi debeant, an Mefzconem loripedem a presule sciscitantur. Sed presulis consilio neutrum facere iubentur. Iubet ergo pontifex & consulit, ut ad sedem Regni properent, custodiamque diligentem adhibeant, ne quasi vacantem quisquam occupet. Nam piscium genus facilius deprehenditur in gurgite turbido. Cracouiam itaque festine aduunt, & sollempnius quam ab initio sollempnitates institute principes instaurant. Itaque mater puerorum tam in consiliorum industria, quam prudencia rerum mulier supra muliebrem sexum prudentissima, legitimam in se tutelam pupillorum suscipit, donec maior filius adoleseat. Ad cuius nutum pro meritis singulorum distribuuntur dignitates Castellanie quoque & potestates. Tanta erga illam & pueros omnibus fuit reuerencia, ut proceres quasi obliui statui dignitates mulieri mallerent obsequi, quam pueros deferere. Presul vero Ffulco & Nicolaus Comes Palatinus curam reipublice suscipiunt; cuius administracionem ydoneis & fidelissimis primatibus distribuunt, siluitque aliquamdiu terra & pacis aliquantisper facta est tranquillitas.

Lestko Albus in Hallicia Romanum instituit.

Porro dux Lestko etate proficiebat & industria, utpote adolescens studiis sese ad iuuenile robur exercens; iamque in hys exercitacior ad armorum vsus aspirabat, qui necdum tyro, necdum miles gloriose tamen in se milicie premonstrabat insignia. Ex quibus illud saltem culmen glorie suscipit, quod super omnes Russie principes, licet adhuc adolescentulus quasi quidam sol emicuit. Eo nempe tempore Wladimirus, frater Romani germanus & Lestconis amitalis dux Allicie, nullo herede legitimo relicto debitum nature persoluit. Vnde Russie principes quidam munere, quidam arte, nonnulli merito ut quoque vacantem student rapere principatum. Inter quos dux Romanus quanto pereximior, tanto ambiciosior solercior, cum se aliis principibus disparerem cerneret, duci Lestconi obnix supplicat, ut eum perpetuo famulatu sibi obliget, & ipsum non principem Hallicie, sed procuratorem suum sibi constituat; alioquin indubitatum hostem sibi imminere non ambigat, si aliquis principum Russie illius principatus sedem ceperit. Sed friuola visa est quibusdam eius peticio, tum quia non est tutum patrie principem creare de famulo & extraneo; tum quia res magna, res utilis longe utilius ut per se possideatur, quam alteri committatur. Ad hoc quidem inquit,

qua

Cracovia ad-
versus Hostes
munitur:

Wladimiro
Hallicienfi Du-
ce defuncto
Romanus suc-
cedit Princeps
Wladimirien-
sis:

qua ratione extraneus dici potest, cum quo princeps noster Lestko secundus consanguinitatis gradu fore reperitur? Quo pacto obsecro de Romano ambigi potest, qui nostre reipublice coadiutor fidelissimus & quasi quidam pedagogus extiterit. Cuius examinatissima fidei constancia & diligens obsequiorum studia in foribus clarescunt, qui ob nostram necessitatem, suscepta adhuc in se cruda gestat vulnera. Horrendum certe nefas esset, aut in consanguineo pietate destitui, vel in proximo mutui debitum non reddi. Sicque parantur cohortes & versus Haliciam castra mouenda deliberant. Interim vero sanctius principem Lestconem domi iocis indulgere quam intempestiuus laborare itinere sudoribus. Sed adolescens pene illacrimans proch pudor, inquit, o proceres, me feminam estimatis non principem. Parum enim distat a femina, qui semper cetus colit femineos; & fama est quosdam sepe sine Rege prostratos, quo tamen in cunis tandem in prelio peracto de hostibus triumphasse. Non ergo ut princeps, sed ut signum principis vestra castra non deseram: alioquin vel solo comite sociatus vestra sequar vestigia. Gratulantur omnes tanti animi habere principem, adolescencie flore rutilantem. Mirantur singuli in tam tenella spica tante maturitatis gradum, stupet inuicem nondum testa vestitum soliditate matura nuclei preferre saporem. Russe igitur limites Lestko animosius aggreditur. Cui primi Halicie primates pronis illi ceruicibus occurrunt, omne obsequium, omnem clientelam suam, suorumque subiectionem ac fidelitatis perpetuitatem cum dacione Tributorum pollicentur. Ipsum Regem ac sue salutis presidium eligunt & optant. Eligere, inquit, dignetur vestre serenitatis dignacio animum vestri persona nobis imperare velitis, seu in substituta. Nichil enim aliud querimus, nisi ut vestri nominis gloria super vos inuocetur. Hec illi licet in dolo, ut quasi securis caucius occuparet. Nam dolum subesse mox rei euentus declarauit. Prima siquidem ipsorum opida & fortalicia Lestconi contumaciter resistunt & rebellant. Quibus tandem contritis & subactis Haliciam properat vallare & impugnare proponens. Sed ad instar arene hostium innumerolitas conglobonata reperitur. Quibus dux Lestko per suos demandat & imperat, ut mox a finibus Halicie recedant aut campesire bellum prestolentur. Qui pro reuersione prelium vociferabatur in instanti! Sed cum Polonorum effulserunt acies, fere omnis illius multitudinis animositas penitus contabuit, nec vlla prelii apud illos resistencia sed fuga in instanti: belli tamen dilacionem pretextu pacis obtinende postulant & impetrant. Quibus deliberacione suspensis; Halicienſes pronius quam prius ad stabulum ducis Lestkonis prosternuntur. Nec iam ficto, sed summo affectu principem sibi creari propolcunt; quia suorum principum vires, in quorum confinitate fiduciam fixerant, emarcuisse conspiciunt. Romanum igitur ducem, quem quasi fulgur horruerunt, coguntur suscipere; cuius ingeniosam tyrannidem & atrocitatis astutissime ambicionem impetuose in suis exercere consueueram iam bene experti nouerant. Angustie igitur illis vndique: nam rebellandi nulla spes: preces ergo precibus accumulant, argenti auri talenta innumera, gemmas preciosas, vasa & vestes generis exquisitissimi, omne sericorum genus rerum prestantissimarum duci Lestconi offerunt, & singulis annis ad thesauros principis similia illaturos pollicentur. Cuiuslibet etiam condicionis obsequium, tributorumque donacionem repromittunt, ne Romani iugo subesse compellantur; sed eius declinent imperium. Sed hys non obstantibus omnium Lechitarum in Romanum principem resedit sententia. Omnibus itaque Ruthenorum primis ac precipuis renitentibus Romanus princeps Halicie instituitur per ducem Lestconem. Quod beneficium Romanus postmodum Polonis male rependere studuit, ut infra patebit. Nam formam fidelitatis erga omnes pari coluit perfidia in suos maxime crudelis ac truculentus.

De Truculencia Ducis Romani.

Duce igitur Lestcone ad propria remeante, Romanus crudeli tyrannide inductus, fatrapas Halicienſes florentissimos incautos occupat & trucidat: quosdam viuos ferro infodit, quosdam inebriatos discerpit, alios excoriat, multos quasi signum ad sagittam figit, nonnullos exenterat & interimit, omne genus supplicii in suis experiens, grassancior ciuibus hostis efficitur quam hostibus. Nam quos palam apprehendere nequirit, ut puta ad alias prouincias metu dispersos dictis blandimentis & dolosis ingeniis reuocatis amplectitur, honorat & sublimat; & mox tandem precipitat, & inexcogitatis iubet interire tormentis. Ad hoc ut fugitiuis terrorem incutiat, & potencioribus de medio sublati securius imperet. Vnde ille erat quasi sollempne prouerbum: Melle apum securius vti non posse, nisi examine penitus oppresso. Aliorum ergo infelicitate

Romanus¹ in
Halicienſes
Tyrannidem
exercet:

te oppresso tempore creuit in immensum. Ita ut in omnibus fere Russie principibus ac prouinciis potentissime imperaret.

Mescko senex tercio Cracouiam dolo adipiscitur.

Hys itaque peractis Mescko senex ambiens principatum Cracouiensem, qualiter ipsum assequi possit, industria & doli beneficio rem aggredi meditatur, se viribus potencie nepotum imparem esse recognoscens; ideoque maiorum natu animos prius quadam benignitate peremptat, conciliat & ad suum vorum inclinat. Sed quia omnes amor adolescentum adeo demulserat, ut omnium animi ex animo matris ipsorum pendere videantur, Matrem igitur ipsorum tam scriptis, quam nunciis nonnunquam muneris importunitate sollicitat, ayens quod non principandi gloria, sed pro Regni tranquillitate & filiorum eius tranquilliori statu esset sollicitus. Nec aliud se optare ad presens, quam ut omni discordiarum fomite prorsus extincto, nullum imposterum occasionis oriatur incendium. Astruens illud aliter fieri non posse, quam hoc pacto, Cedat michi filius tuus Lestko principatu, quod ego cum in filium adoptem, eique consequenter milicie cingulo a me insignito principatum restituam, & Cracouiensis dignitas ymo totius Polonie principatus in tua stirpe perpetua successione solidetur. Quare perpetuum nequit esse, nichilque perpetui habere, quod vulgi strepitu conclamatur, nisi princeps constituat, & eius auctoritate roboretur. Excute igitur de filii capite coronam luteam, ymo ridiculum illud gestamen capitis arte figulorum impositum. Aureum enim decet, non fictile principes dyadema gestare, quod tuo filio ad presens & imposterum eius liberis nostre decreuit dulcedinis liberalitas imponi. Et quam credula est mulierum facilitas & facilis ad credendum leniri sui mater Lestconis inebriata promissionibus, suadet filio & consentit, ut ad tempus cedat principatu; tunc quoque existimans patris loco patrui venerari, quam hostem perpetue sustinere; sanctiusque patrui regnare munere & auctoritate in Regno roborari, quam in vulgi semper pendere arbitrio. Conueniunt itaque loco & tempore statutis, ut mater Lestconis cum filio. Iusiurandum proponitur in medio. Iurat senex, iurant vtriusque partis proceres in violatissime tenendam formam prescripte pactionis; quam qui violare presumpserit vel consulere aut quouis modo consentire violacioni temptauerit per Metropolitauum & omnes prouincie pontifices anathemate innodetur. Ita Mescko senex principatus dignitatem assequitur dolose; & anno Dni MCXCVI. Cracouiam subintrat. Qui tandem Cracouia potitus, nec iurisiurandi nec pacti visus est meminisse. Si quando tamen nepotis mansuetudine & monicioe deuictus meminit, aut vbi potest dissimulat, & vbi dissimulare nequit, procrastinando frustratur Lestconis affectum. Rogat igitur & sollicitat a patruo milicie insigniis insigniri & pacti ratam habere sponsonem. Sequae Cracouie heredem vice versa institui. Sed ad id Mescko respondit, quod pactis priuatis lus publicum conuelli non deberet. Conuellitur autem si reipublice conditio deterior fieret, quod fieri quis non dubitet, si regni regimen adolescentis impericie committatur. Decencius enim adolecentia obsequi debeat, quam imperare permittatur. Sed quia Mescko opibus & facultatibus aliorum insidiari ceperat, ut eas sibi quocunque quesito colore applicaret in paciencia procerum Cracouie, de Cracouia expellitur, & dux Lestko iterum reuocatur. Sic ergo tam pacti quam iurisiurandi penam quadam confusus depreessione promeruit.

Mescko quarto Cracouiam recuperat.

Mescko etenim sue experitissime artis non immemor, versus Cracouiam eadem arte, qua prius additis astuciis recuperare nititur, & ad matrem adolescentum Lestconis & Conradi eiusdem ingenii passibus recurrit, suspicionemque perfidie extenuare & amouere studet, & a se pacta & iusiurandum summa religione custoditum affirmat, sed ab emulis impeditum fuisse ac preuentum. Nec sua fuisse responsa, que sua fore dicebantur; sed eorundem emulorum inuidia & dolosa astucia conficta. Nunc ergo nurus dilecta vester duntaxat non desit fauor: fides eciam apud me non deerit promissa. Nam non solum Cracouiam vestris filiis hereditandam protestor & conscribam; sed eciam Cuyauiam restituere prouinciam permitto; occupauerat enim idem Mescko senex Cuyauiam, quamuis ad se minime dependisset. Vnum tamen peropro, ut hostis omnium communis omnibus exilio relegetur, ne de principibus animo ludibria faciat, quando vult princeps creans & quum vult & precipitans. Hoc autem de Cognite Nicolao significabat Palatino Cracouiensi, quem nouerat mari puerorum tunc temporis exoluna

Micislans Senex Helenae persuadet ut sibi de Monarchia Poloniæ cedat:

Mescko Senex denno Cracouia expulsum:

Nicolaus Palatinus Cracou. in Exilium abire iussus:

exofum valde, quamuis alias utpote virum discretum ac strenuum non modicum preceteris amplius dilexerat; cuius eciam in confilio in quibusuis negociis ipfa & eius pueri prouide regnabant, donec inuidorum dolo fabricante caufas odii contra illum congefserat; & ideo more femineo ad vota Senis Mefzconis omnium procerum Cracouie fenfum inclinat, vt vir innocens exilii perpetuitate dampnetur. Rurfus igitur pacifcuntur, vt Mefzco fenex in Cuyauiam instanti reflituat; & in Cracouia ad finem vite vt princeps regnet, duce Lefcone ex illius conftitutione fucceffuro. Sciens autem Comes Nicolaus exilii fibi iminere periculum graciā fepe ac ſepius ducis Lefconis ac matris ipſius multis modis implorat. Qua humilime queſita nec inuenta non fine graui labore cum plurima amicorum ſocietate ad ſenem Mefzconem transmigrat; de quorum aduentu ſenex Mefzco alacrior effectus Cracouie principatum ingreditur. Cuius naſtus poſſeſſionem tam pacta fidei, quam ſacramenti religione penitus oblitus, nec Lefconem Cracouiſi principatui heredem inſtituere, vt ſponſoderat, nec Cracouiā reſtituere curauit; ymo Wiſliciam & alia tria caſtra Lefconis & Conradi, aſſerens illa eſſe, Cracouiſis prouincie violenter occupauit. Que tandem magnis Maiorum Sandomirie & Mazouie conſiliis ac ſtudiis cum Cuyauienſi prouincia reſtituta & recuperata fuere. Sic Mefzco ſenex Cracouia potitus regnauit potenter. Sed in breui factus eſt in pace locus eius. Obiit autem in Kalis Anno Domini MCCII. & ſepultus in Eccleſia Sancti Pauli per ipſum fundata in ſepulcro filii ſui Mefzconis.

Mefzco ſenex
Cracouiā re-
cuperauit;

ſed paulo poſt
moriſuit: an.
1202.

Lefko Albus reſpuit Cracouiſem Principatum.

Cracouiſium autem primi optimates & natu maiores cum Ffulcone Epifcopo, ad Lefconem Album ducem Sandomiriēſem nuncios mittunt, fideliffima illi obſequia & principatum Cracouiſem offerentes. Sed quedam inheſerat fermenti maſſa, que totum ſtudiuit corrumpere paſtum. Erat quidam vir proſapia generoſius, moribus inſignitus, conſiliis prouidus, armorum uſitatione ſtrenuus, omniumque virtutum venuſtate perſpicuus, nomine Goworcus, qui tunc apud Ducem Lefconem palatini dignitate fungebatur; cuius arbitrio omnium dignitatum ipſius Lefconis cardo vertebatur. Inter hunc igitur & Comitem Nicolaum Palatinum Cracouiſem quoddam infortunium inexcraſcibiles iacerat diſcordias, ſuſurronum forſitam ingenio fabricatas. Non aliter ergo Nicolaus Comes in ducem Lefconem ſuum velit accommodare aſſenſum, niſi comitem Goworcium a ſe reiiciat & omnino expellat. Ait enim: nec fidelitati, nec obſequii locum eſſe inter diſcordias. Nec rem publicam tranquillitatis pace interrixantes poſſe gaudere. Heſitat enim dux Lefko, heſitant & ſu: ac in hoc dubio quid eligant, ignorant; Cracouia careant, an Virum uilem ſine demeritis expellant. Sed primum dampnoſum, ſecundum criminoſum. Quibus inter dubia percunctanter reuoluentibus, Indignum eſt, inquit, Comes Goworcus, in re tam perſpicua veſtram diſcrecionem pendere. Nam quis ambigit multorum commoda modicillo mercari diſpendio? Quis neſciat, cuiuslibet perſona potius carendum eſſe, quam vniuerſitate. Quis ignorat minus malum maiori preferendum, preſertim cum publica utilitas praeferenda ſit priuata. Quando ergo is vitam exponat pro amico, qui exilium horret pro domino, niſi exilium dixerim cum quis licet exul nec amicos deſerit, nec periculorum ſe euentibus exponit. Felix ille exulatus, quem proſequitur graciā, non odium ſeſtat. Ad hoc Dux Lefko, hoc ita te comprobo propoſuiſſe, ac ſi mei animi ſit, quocunq; pacto fatum ambitionis complere. Sed abſit a principe omne negociacionum genus; inhoneſta procul abſint honeſtorum & precipue principum commercia. Quid enim illi offerunt, qui innocentiffimi precium querunt, cuius luſtuoſi euentus ſit plena dignitatum venalitas, & liberi capitis nulla ſit eſtimacio. Alium ergo, quam ducem Lefconem, ſibi querant Cracouite, qui condicionibus ipſorum conueniens ſit & moribus. Cracouiſes igitur intellecto ad Wladislaum, ducem Gneznienſem, filium Mefzconis ſenis, ac ſi adhuc de eligendo principe tractatum habuiſſent, legatos transmittunt, aſſerentes patri fidelitatem promiſſam filio ſe debere: ideoque in ipſo electionis locum non eſſe, quem ad paternam ſucceſſionem vocat Iuris ratio poſtulat & requirit. Quibus primo regraciā Wladislaus, graciū ſibi ait tante fidelitatis obſequia, quam gubernacula Regni. Sola enim fides eſt, que claudir & aperit, propagat & artat, firmat & conſeruat imperia. Hec ſola non ſolum regit, ſed & ipſos Reges eam regere, quam regi decet. Equidem rem aggredimini ſatis arduam, arduis egentem amicorum conſiliis. Si ergo placet, fratri noſtro Lefconi, duci Sandomiriēſi, veſtrum pandam propoſitum, quatenus non ſine effectū veſtra circa nos labore

Turbæ inter
Cracouiſes:

intencio

intencio. Ipse namque solus & impedimentum esse potest & prefectus. Nam frater eius dux Conradus eius per omnia sequitur arbitrium. Sed & VVladislaides Mefzconera & Boleslaum eius nutum sequi non ambigo. Quorum etsi magnum non sit habere fauorem; operosum est tamen non habere inuidiam. Proinde legatos ad Lescionem transmittit, per quos sibi ordine rem exponat, & dirigit Epistolam infra scriptam:

Plus quam animè sue fratri dilecto duci Lestconi, dux VVladislaus vitæ utriusque salutem. Status Racionis non patitur studium sanæ mentis a se dissidere, vel in semet ipso coruscare, desideriam vix admittit ydemptitas amicorum. Porro & perpetuitatem dileccionis concathenauit, quæ res paræ in nobis gignere gliscit voluntatem, & consonum in omnibus reddere debeat consensum. Et cum Cracouiensem vos respuisse certo cercius cognouimus principatum, omnium in nos vota procerum super eo noueritis incurrisse. Quorum propositum tanto confidencius aggredimur, quanto minus de vestra dulcedine dubitamus, non ut illo perpetue potiamur, sed ut promocior ad illum nobis ex nostro arbitrio pareatur facultas. Hoc igitur in facto non est solum nostra promocio, sed vestri profectus honoris. Dux igitur Lestco mente huius intellecta Epistole, quidquid in se vel in suis visus est habere promocionis & studii, fraternis desideriis accommodat; condescendens contra pontificum & primatum consilia ac prudentum. Gemebant enim successionem filiorum ducis Kazimiri in illa dignitate, in hoc facto deinceps ex pirare; cernentes ipsum Lestconem contra suum commodum & profectum laborare. Vnde frater eius, dux Conradus, vix tandem & quasi coactus eorum voluntati supersciterenus visus est consentire. Itaque sub totius Poloniæ conspectu satraporum a coligato milite usque ad supremum, consensu omnium accedente, dux VVladislaus, Mezconis ténis filius, constituitur Cracouiæ princeps. Qui tam accessibilem, tam fauorabilem, tam benignum, dulcem & suauem omnibus se prebuit, ne aliorum crederetur affectus contemnere: ymmo ne de propriis virtutibus arrogancior videretur, sese offerebat cunctis affabilem, eciam dona largisue effundendæ. Quo non obstante subito principatui Cracouiensi cedere fit coactus, ut infra patebit.

**Wladizlaus
Dux Poznani-
ensis Monar-
chiam Polonie
sortitur :**

Lesico dux perpetuus efficitur Craconie Possessor.

Mortuo itaque Nicolao Castellano, Comite Cracouiensi, qui iuxta votum duces amovebat & alios subrogabat, pocius Terre Cracouiensis cum Ffulcone Episcopo ipsorum, duci VVladislao fidelitatis obsequia denegant, & expresse ipsum pro duce habere reculant; & mox pro Lescione versus Sandomiriam transmittunt ipsum deprecantes, ut principatum Cracouiensem suscipere non recuset; qui veniens Cracoviam per vniuersitatem Nobilium in Cracouiensem principem fuit honorifice susceptus, VVladislao de Terra Cracouiensi reiecto & penitus profugato: &c. *Becc.*

De Diuisione Terrarum inter Lestconem & Conradum.

Leſtco namque primogenitus Cracovie, Sandomiric, Syradie, Lancicie & Pomeranie dux & dominus efficitur; Conradus vero junior totam Mazoviam & Cuyaviam plenissime conſequitur & poſſidet ac ſemen ſuum diuino munere poſſidebit in eternum. Poſt hac Leſtco Albus accepit vxorem Nobilem de Ruſſia, nomine Grzimſlawcam, de qua genuit ducem Boleslaum pudicum & felicem Salomeam.

Lesko & Conradus Romanum Principem Russie vicerunt. in Janichast.

est) Illo quoque in tempore Romanus potentissimus Princeps Ruthenorum sepe dictus duci Lestconi tributa denegat, audaciterque suo imperio se opponit, ac congregato magne numerositatis exercitu manu potenti metas Polonie aggreditur insperare. Quod dum auribus Lestconis perstrepuat, illico paucorum armatorum congregatione facta in Zawichost sibi occurrit, in eumque irruit, occupat & prostermit. Quod Rutheni cernentes, qui primo pompaticè venerant, vulnerati & occisi quam plurimi cum duce suo Romano mortui ceciderunt; reliqui fuge presidium inire; in qua fuga multi in Wisla fluvio vitam miserabiliter terminarunt. Sic Romanus, qui oblitus beneficiis per Kazimirum & Lestconem filium eius sibi quampluries impensis, fratres suos impugnare presumpsit, a gladio corruens in loco certaminis expirat. Et hoc Anno Dni MCCVto.

Leſco per Pomoranos in Dominum ſuſcipitur & honorifice tractatur.

Post hec Lestico Albus Pomoraniam intrat, ibique ab omnibus maritimarum

Lesko Pomeraniae Res ordinat:

nat: x dari uterinus magno lottone dicto negavit vic.

pro-

proceribus, tamquam eorum legitimus Princeps & dominus honorifice est susceptus & magnifice pertractatus. Negotiis quoque rite & prouide ordinatis statuit loco sui Capitanium, Swanthopelkonem nomine, virum potentem & strenuum; sed domino suo minime fidelem, ad sedem Regni sui revertitur feliciter prosperatus.

Qui Principes in quibus provinciis principantur.

Vt autem quilibet lector Historiarum Poloniae actus & gesta ac progressum principum Polonorum, que sequuntur, plenius possit capere & lucidius nominare. Restat videre qui principes, qui Tetrarchiis hiis temporibus prefuerunt. Lestcone itaque & Conrado filiis Kazimiri in Cracouia & Mazouia, ut premititur, regnantibus, Henricus cum barba in Slesia, Wladislaus Kazimiri in Oppol, Wladislaus magnus, dictus Lasconogi, Melzconis senis filius in Gnezna, Wlad Plwacz filius Odonis, filii Melzconis senis in Poznaniam similiter principantur & regnant. Obmissis namque Slesie & Oppolie principibus aliqua tamen de ipsis incidenter inferere non obmittam; de ceteris tamen scribere intendo. Siluitque aliquot annis Regnum Poloniae, utens tranquillitate pacis peroptate.

Quot tum Polonia Principes habuerit:

Wladislaus Odonis de Terra fugatur.

Wladislaus igitur, filius Odonis, sub cura Wladislai magni, dicti Lasconogi, ducis Gneznensis, patriui sui existens, cum ducatum suum Poznaniensem & Kalisziensem habere voluisset; & castrum Kalis ignorante patruo subintrasset, Wladislaus patruus suus congregato exercitu, ipsum de Castro Kalis fugientem usque ad Vngariam profugauit. Et hoc Anno Dni MCCXVIImo qui post aliquot annos rediens Vizeze castrum, Swanthopelkone, capite Pomoranie sibi auxilium prebente, anno Dni M. CCXXII. subintrat, ipso die Sti Dionisii & sociorum eius &c.

Varix in Polonia Turba:

De prelio ante Castrum Vizeze commissio.

Anno itaque MCCXXVIImo Wladislaus Magnus totali sue gentis potencia & magnitudine recollecta, Vizeze Castrum vallauit; in cuius structiones Wladislaus Odonis ipso die diuisionis Apostolorum de Castro repente exiliens, exercitum patriui debellauit; palatis quoque ipsius cum multis Nobilibus & gente innumera prostratus occiditur. Sic Wladislaus magnus castrum impugnare desistens, ab ipso confusus abcessit; quem Wlad. Odonis post modici temporis interuallum animose insequitur & Poznaniam, Kalis & alia castra dominii sui recuperat, Patruo suo invito.

De Morte ducis Lestconis Cracouie.

Tempore quoque eodem & Anno Swantopelcus, Pomeranie superioris Capitaneus, de quo superius premissum est, rememorans, qualiter Kazimirus Lestconis pater, quandam virum strenuum de cognacione Griffonum, Cracum Boleslaum nomine Capitani Cassubitarum in ducem paceis Pomorie & Cassubitarum creasset, sibi tamen & suis successoribus obsequialem referuans, anhelabat & ipse importunis instantiis Lestconi supplicando, ut ipsum similiter in ducem Pomoranie superioris creare dignaretur. Quodque Lestco facere differebat, Swantopelcus sibi fidelitatis obsequia & tributa debitis temporibus reddere negligebat. Quod Lestco perpendens, inito consilio cum Henrico Barbatto, duce Slesie, Odonis expugnare presatum Swantopelconem Capitanium & ceterarum Terrarum suarum Capitaneos evocari precipit, iubens ut in Gansawam prope Zuvinam predicti Monasterii Trzemicensis certa die conuenerent, super bono cum ipso reipublice tractaturi. Volens etiam Castrum Naklancense sub duce Wladislao, ubi Swantopelcus veniens domino suo duci Lestconi bellum mouere presumpsit; a quo bello dum dux Lestco diuertisset ad villam Marcincova fugiens, Swanthopelcus proditor ipsum fugientem nefarie occidit, & magna strages in populo committitur utroque. Henricus vero dux predictus ibidem in balneo grauiter vulneratur. Sicque dux Lestco de loco necis in Cracouiam ducitur, ibique in maiori Ecclesia honorifice Anno Dni MCCXVII. sepellitur. Cui Boleslaus pudicus, filius vnicus in Regno successit; dux vero Henricus versus Slesiam similiter reductus est cum nimio dolore. De cuius virtutibus infra patebit. Et extunc Swanthopelcus proditor nequissimus sibi in Pomorania ducatum usurpauit. Fertur namque quod mors huius pessimi ducis, ut quidam aiunt, Wladislaus Odonis per patruum suum, ut premissum est, de terra fugatus & tempore sui exilii sororem Swanthopelci prefati duxerat

Swantopelcus
Pomeranie
Prefectus
Leszkoneum Al-
bum interficit:

cui Boleslaus
Pudicus F. suc-
cedit:

duxerat in vxorem, & ad finem, ut eiusdem Svvanthopelci auxiliis fortificatus terras suas a patruo recuperare potuisset. Quibus recuperatis eciam Swanthopelcus consiliis & auxiliis afflictebat.

Conradus Dux Mazonie Boleslai pudici tutor efficitur.

Conradus Dux
Mazonie Bo-
leslai Cra-
couiensem cum
Matre captiuat:

Denique post mortem Lestconis, preclari Principis, Conradus frater eius, Mazonie dux, nepotem suum, Boleslaum pudicum, nondum pubertatis annos habentem, cum suis ducatibus Cracouiensi & Sandomirienfi & aliis terris in sui curam suscepit. Sed postquam Boleslaus annos pubertatis attingens cum sua genitrice dominia sua a patruo suo Conrado, tutelam suam respiciens, habere voluisset, Conradus ipsum cum matre captiuat & in Castro Szezechow arre custodie vinctum deputauit. Qui tandem post aliquod tempus sollicitudine Abbatis Szezechouiensis captiuitatem euadens, Zanichosth & Sandomirie castris ultro se sibi, veluti Domino suo naturali tradentibus obtinuit reuerenter. Quibus habitis Henricum cum barba, ducem Slesie, Boleslai alii filium, fratrem suum patrualem in subsidium contra patrem suum euocauit. Qui Henricus fratri suo Boleslao in subsidium festine veniens, cum Conrado patruo suo multa prelia, non sine desolacione Terrarum Cracouiensis & Sandomirie commiserunt, priusquam ipsum de Terris Cracouiensi & Sandomiria eiicere potuissent. Quo tandem ciecto, Henricus cum Barba, dux Slesie predictus, Cracouiensem ducatum & partem Terre Sandomirie eciam consensiente Boleslao pro se vsurpauit. Ille namque Henricus Monasterium Oppathonienfe, cuius Monasterii Abbas & Ruthenorum Episcopus pro Catholicis ibi degentibus de nouo fuerat creatus, ad Ecclesiam Lubuczensem transfudit omnia bona Episcopatus Ruffie olim ad Monasterium Oppathonienfe pertinencia incorporando Ecclesie Lubuczenfi predictae, licet de facto. Huius eciam Henrici tempore mos ille nepharius inoleuit, quod Ecclesie incastellabantur. Nam monasterium Andrzeonienfe, Ecclesia in Prandoczyn, Ecclesia Sancti Andree sub Castro Cracouiensi, Scarminienfi incastellabatur; & vicissim expugnate prophanabantur.

Conradus paganos contra Nepotes educebat.

ExpedicioCon-
radi Ducis Ma-
zoniae in Pru-
siam:

Conradus igitur dominia nepotis ambiens, & eieccionem sibi fore pudorofam estimans Iaczwezanzitas Scoweas Pruthenos Lithuanos Szanmitas precio conuentas ad deuaftandas Terras Sandomirienfes Nepotis sui, frequenter educebat. Qui furtim aliquas Terras inuadentes ipsis rapinis desolabant; Belciam quoque, Episcopi opidum & villas plurimas eidem opido adiacentes deuaftarunt. Cui Cracouite & Sandomirite fortissime resistebant, ipsius gentem paganicam & exchristianam pluries debellantes, prout in annalibus hystoriis continetur. Huius Cunradi tempore gens paganica ad euocationem eiusdem, vt premittitur, Regnum Polonie primitus cepit deuaftare. Congregauerat enim Conradus predictus magnum thesaurum ad suggestionem vxoris sue, paganis sibi auxiliantibus largissime effundendum. Sed impunitus non remansit, prout suo loco describetur.

De Captiuitate Wladislai Odonis.

Wladislaus
Odonis captus:

Anno vero Dni MCCXXVIII. Wladislaus magnus cum Wladislao Odonis nepote suo congressi campestri bello inuicem bellauerunt. In quo congressu Wladislaus magnus victor existens nepotem suum ducem Wladislaum Odonis incaptiuauit. Qui captiuitatem euadens patrum suum Wladislaum magnum seu Lasconogy dictum, anno sequenti de terris Polonie fugauit, &c.

Dux Wladislaus magnus Gneznam impugnat.

Wladislaus
Laskonogy fru-
stra Gneznam
impugnat:
& paulo post
moritur:

Demum Anno Dni MCCXXXI. dux Wladislaus magnus veniens de Racziborz castrum Gnezne vallauit & aliquanto tempore in expugnatione eiusdem mora facta, expugnare non valens tristis abscessit, & eodem anno in exilio existens diem clausit extremum. Sic Wladislaus Odonis in totius Polonie Dominio principatur.

Quare dux Wladislaus Odonis de terris expellitur.

Fra Wladislai
Odonis:
Dux Maioris
Poloniae:

Sequenti igitur anno, videlicet MCCXXXII. dux Wladislaus Odonis totius maioris Polonie princeps effectus, volens de sublimacione sua Deo vices rependere, qui iam duos filios de vxore legitima procreauerat, videlicet Przemislaum primum & Boleslaum pium, & tactus deuocione, quam ad Ecclesiam Poznapiensem pietatis motu gere-

gerebat, in qua pater suus Odo & magnus Boleslaus & alii sui progenitores tumulati requiescunt, libertates ipsi Ecclesiae ducales concessit, abluens omnes hereditates Ecclesie predictae, quas pro tunc Episcopus & Capitulum Poznanienſe possidebant, ac imposterum iusto modo acquirere possent; & incolas eorundem ab omnibus Angariis, parangariis, a Stofza, aporadieu, przewodis, Podwodis, a Sepii, a Stani, ab expeditione & ab omni Iurisdictione Palatinorum, Castellatorum & omnium Iudicum & Subiudicum; ita quod coram nullo eorundem homines seu Ecclesie citati comparere seu respondere tenentur; sed tamen coram suis dominis Episcopo, Prelatis & Canonicis deceant respondere, propter tres causas, propter quas homines Ecclesie Dominis eorum presentibus, per ducalem Iudicem seu Regalem iudicari debebunt; nec tunc penas pecuniales, si ad ipsas condemnarentur, Iudex ducalis tollere debeat; sed Ecclesiasticus, cuius homo fuerit, ipsas tollet. Prima autem harum causa est: Si homo Ecclesie inimicus ducis ad Terram suam deuaſtandam eduxerit, & si in mortem ducis machinatus fuerit; & ex hoc quidem multa capitis vel effusio sanguinis sequeretur: Ob hoc non vir Ecclesiasticus, sed Iudex ducalis seu Regalis sententiare debet. Concessit etiam prefatus dux in eodem privilegio Paulo, Episcopo Poznanienſi & suis successoribus monetam eudere in opido Crobia, dans eidem villam, que dicitur Sulcowacroba, & quod possit venari in quolibet loco Episcopatus sui, propter quarum libertatum donationes primates Polonorum sequenti Anno volebant ducem Wladislaum occidere; inducentes & affumentes in dominum Henricum cum barba Slesie & Cracouie ducem. Contra cuius aduentum Wladislaus Odonis cremavit castrum Buyn & Castrum Gnezne reedificauit. Alia autem causa eieccionis eiusdem ducis fuit hec, quia Henricus cum barba rememorans vulnera alias in Gansowa suscepta, sibi per machinationem Wladislai predicti illata, Terras Pomeranienſes, Kalisienſes, Pisdienſes & Sredensēs ac castrum Bechow de Cominitia & ad euacuationem Poloniam subintravit, Castraque Buyn & Srem reedificauit, ac expensis & hominibus muniuit decenter, locauitque in Srem filium sororis sue Handleidis, Marchionis Pomoranorum, quam post mortem Dyppoldi, Marchionis Moraue, Rex Bohemie monocus de terris Moraue cum quatuor filiis eiecerat, qui apud Jarrem degebat pro tunc. Sed Poloni post aliquod tempus Castrum Sremenſe clam intrantes ipsum occiderunt. Alter vero postmodum Boleslaus a paganis occiditur; tercius Przemislaus moriens in Trebnicz tumulatur; quartus Dyppoldus Canonicus Magdeburgenſis ibidem decedens sepellitur. Et sic idem Henricus cum filio suo Henrico duces Slesie, Polonie & Cracouie terrarum Domini sunt effecti.

Monarchia Poloniae ad Silesiae Ducem tanquam lineam Ducum Poloniae principem translata:

Qualiter Hospitalarii Sancte MARIE de domo Theutonica Culmenſem Terram introiuerunt.

Conradus namque Mazouie dux supra dictus, qui multas infestaciones a Pruthenis & a Pollexianis in Terra Culmenſi sustinebat, ad Consilium Güntheri Episcopi, barbati nigra cruce signatis Hospitalariis Sancte Marie Ierosolymitane de domo Theutonica concessit Terram Culmenſem viginti annis, ut resisterent Pruthenis & Pollexianis cum ipsis preliando eius iuuantine mediante. Infra quos annos cum Prutheni & alie gentes Paganice Terris Mazouie ducis Conradi predicti nimium fuissent infesti, predictus Conradus Henricum cum barba nepotem suum ducem Slesie prefatum in sui adiutorium euocauit, cuius fretus auxilio & cruce signatorum predictorum in Pruthenis & in aliis gentibus paganis magnam stragem commisit, ipsos fortiter debellando. Post cuius victoriae famosum triumphum, Henricus dux, sepe dictus, Conradum patrum suum peciit, ut cruce signatis Terram predictam Culmenſem perpetuo ascribere dignaretur. Ad cuius preces idem Conradus Terram predictam infra Oſſam, Wislam, & Drwanczam fluuios Hospitalariis predictis graciosē donando * perpetue ascripsit.

Terra Culmenſis Hospitalariis S. MARIE de Domo Theutonica oblata:

De morte Ducis Henrici cum barba.

Anno igitur Dni MCCXXXVIII. Henricus cum barba dux Slesie, Polonie & Cracouie, diem clauſit extremum; Henricum filium suum unicum, quem de Sancta Hedwigi procreauerat relinquens heredem. Et sequenti Anno, videlicet Anno MCCXXXIX. Wladislaus filius Odonis, Dux Polonie exul exiens & in modica parte Polonie principatum,

Mors HENRICI BARBATI Ducis Slesiae an. 1238.

* Cumulatius hoc negotium, & Diplomatum quidem fide Celeberr. Autor Bibliothecae Polonicae nuper Spec. IV. no. I. exposuit.

Item an. 1229-
Wladislaw O-
doris: Ducis
Majoris Polo-
niae.
Irruptio Tarta-
rorum: tum, videlicet Vřzce, Nakel, Szim cum eorum appendiis obtinens, migravit ad Chri-
stum & in Ecclesia Poznanienſi tumulatus quieſcit. Eodem quoque Anno Archi-Epi-
ſcopus Magburgenſis Lubucenſe Caſtrum obſedit, aſſerens illud per Henricum Impe-
ratorem tempore Boleslai expugnatum fuiſſe & Eccleſie ſue Magburgenſi donatum. Sed
magna multitudine hominum ſui exercitus deperdita & per Polonos deuicta meſtus diſ-
ceſſit. Eodem quoque Anno, videlicet MCCXXXVIII. Thartari Vngariam deuasta-
uerunt & cremauerunt & ſpoliis receptis ſecundo anno ad propria redierunt. Sequitur
de nuptiis Boleslai pudici, ducis Cracouie.

Boleslaus pudicus, dux Cracouie, Kyngam duxit in vxorem.

Nuptie Boles-
lai Pudici: Anno igitur, quo ſupra Boleslaus pudicus, filius olim Leſconis ducis Cracouie
Kyngam filiam Boleslai Regis Vngarie ſibi copulauit in Vxorem. Que, vt aiunt, ſta-
tim, vt nata fuerat, contra morem infantum in vocem prorupit dicens: Aue Regina ce-
lorum; quo loqui deſiit uſque ad tempus a natura preſinitum. Hee cum viro ſuo ce-
libam vitam ducentes continenter ad finem vſque dum vixerunt & feliciter animas Deo
reddiderunt.

*Qualiter Caſtrum Lowicz cum diſtrictu ad Eccleſiam Gneznenſem
peruenit.*

Fatum Schola-
ſtici Ploceſis: Demum Anno ſupra dicto Cunradus Mazouie dux veſania indurus, Magiſtrum
Johannem Cappleus Scolatiſticum Ploceſem comprehendere iuſſit & plagis appoſitis
nimium afflictum vt furem ſuſpendere precepit. Quem iterum iam mortuum a pati-
bulo ſublatus, & ad Eccleſiam Sancti Benediſti in rippa Wiſle contra faciem Eccleſie
Ploceſis deſerri & ſuſpendi iuſſit. Et hoc ideo, quia cum Kazimirus filius Conradi
prediſti filiam Henrici ducis Slefie neptem ducis Henrici cum barba & Sancte Hedwi-
gis quinto gradu conſanguineatis a ſe diſtanti duxiſſet in vxorem. Et preſatus Sco-
laſticus Kazimiri Magiſter & Pedagogus exiſteret; idemque Kazimirus dux circa vx-
orem in domo ſoceri ſui preter Patris voluntatem plus debito tempore moram faciebat.
Impoſuit culpam dux Conradus Magiſtro Johanni, qui ipſius conſenſu & conſilio dux
Kazimirus in contemptum patris hoc facere preſumebat; & ob hoc in eius necem pro-
rupit. Loco cuius maleficii dux Conradus ſepe dictus Caſtrum Lowicz cum ſuo di-
ſtrictu Archiepiſcopo & Eccleſie Gneznenſi in ſatisfactionem perpetuo donauit.

De Concilio per Gregorium IX. Rome celebrato.

Archi-Epiſco-
pi Romani vo-
cati: Denique Anno MCCXL. Papa Gregorius nonus iuſſit omnes Archiepiſcopos
Romam conuenire; Epiſcopi vero & Capitula eorum qui nollent ſeu non poſſent ex
aliqua cauſa rationabili per nuncios comparere. Ad hoc vt de conſilio eorundem
Fredricum Imperatorem, quem iam in anno proxime preterito excommunicarent pro
eo, quod quosdam Epiſcopos de ſedibus ſuis eiecerat, & quosdam Cardinales capti-
uauerat, ab Imperio remoueret, quia per annum & amplius in excommunicatione per-
durans reconciliari contempſit. Sed ipſius Imperatoris aſtucia & dolo precluſe fue-
rant vie Romam venire tendentibus: ſicque venire minime vocati valuerunt &c.

De primis Thartaris, qui Poloniam & Vngariam intrarunt.

PIVS Dux Sue-
ſie & Poloniae
a Tartaris pro-
pe Legnicum
occuſus: Anno vero MCCXLI. Bathi Rex Thartarorum cum ſuis Thartarorum exerciti-
bus gentis ſeu & innumere tranſiens per Ruſſiam volens intrare Vngariam. Sed pri-
usquam fines Vngarorum attigiſſet, partem ſui exercitus contra Poloniam deſtinauit.
Qui die Cincrum Ciuitatem & Terram Sandomirienſem vaſtauerunt nulli ſexui vel eta-
ti parentes. Et poſtmodum per Wiſliciam Cracouiam peruenerunt vaſtantes. Qui-
bus prope Oppol Boleslaus Oppolienſis & Wladislaus Sandomirienſis duces occurre-
runt & preliari ceperunt. Sed terga vertentes fugerunt multitudini & voluntati reſiſte-
re non valentes. Et ſic decima pars exercitus Thartarorum deinceps Syradiam, Lau-
ciciam & Cuyauiam vaſtantes uſque ad Slefiam peruenerunt. Quibus Henricus filius
Henrici cum barba Slefie, Polonie & Cracouie dux cum multis milibus armatorum in
campo Caſtri de Legnicz potenter occurrit & animoſe ſpem in DEI auxilio & fiduci-
am obtinens cum ipſis congregitur. Sed permittente DEO, qui ſuos aliquando pro-
pter ſcelera flagellari permittit, Nobiliſſimus dux Henricus preſatus multis milibus ho-
minum deperditis, ipſe cecidit interfectus. Cum quo quidam dux Boleslaus, dictus
Szepowa, fuit ſimiliter interfectus. Bathi vero Rex Thartarorum, cum intraſſet Vn-
gariam, occurrerunt & Bela & Culmannus, fratres germani Reges Vngarorum; Qui
tandem

tandem maiori parte exercitus sui in prelio amissa terga verterunt. Et sic Baty Vngariam vastans & homines a maiori ad minimum crudeliter interficiens nec parcens ulli sexui vel etati eciam Danubium fluiuium pertransit. In quo Regno per annum & amplius fuit commoratus, crudelem stragem in populo & desolationem urbium nephariam committendo.

Boleslaus filius Henrici occisi de Polonia eiicitur.

Boleslaus namque primogenitus Henrici, quem Thartari occiderunt, mansuetudine patris exutus & seuitia beluina indutus, qui patri suo Henrico cum fratribus suis, Boleslaus Calvus Dux Silesie Terras maioris Poloniae amittit: Henrico videlicet, Wladislao, Conrado & Mefconi in ducatibus successerat, cepit se vire in Polonos & infolenciam nimiam exerceans Theutonicos Polonis preferendo & ipsis predia large tribuendo. Propter quod Poloni sibi fidelitatis omagia facere recusatunt, ab ipsius dominio sponte recedentes, adheferuntque dominis suis naturalibus Przemislao & Boleslao filiis Conradi ducis Wladislai Odonis. Quo facto mox terrigene Poloni Castrum Przemianth sub Boleslao duce Slesie, a quo recesserant, ceperunt & dominis suis Przemislao & Boleslao assignauerunt.

Swanthopelcus proditor, dux Pomeranie Pruthenos contra Christianos insurgere fecit.

Swanthopelcus itaque proditor, qui se ipsum pudorose & nepharie in ducem Pomoriorum creauerat, Pruthenos baptisatos sub ditione barbarorum constitutos ab eorum fidelitate suo prauo consilio subtrahens, sibi que coadunatos in eosdem insurgere fecit. Adversa Swanthopulci Pomeranie Ducis Fata: Qui inopinate irruentes in Theutonicos nulli etati vel sexui parentes multos de Theutonicis perimerunt. In cuius facti vlcionem barbati cruce signati cum ducibus Polonie coadunati castra predicti Swanthopelci Wissegrad & Zartawnzam expugnauerunt. Castrum quoque Nakel, quod idem Swanthopelcus sub Przemislao & Boleslao iuuenibus fraudulenter paulo ante occupauerat, de eius potestate capientes, duci Przemislao & suo fratri reddiderunt. Et hoc Anno Domini MCCLIII. quo tempore Przemisl dux Polonie predictus edificauit Castrum Czwanfzin.

Cunradus dux Mazouie bona Ecclesie Cracouiensis spoliavit.

Eodem quoque anno Cunradus dux Mazouie, diocesim Cracouiensem intrauit, Ecclesie villas spoliavit & curias Episcopi exusit & multis dampnis Ecclesie illatis ad propria rediit illesus. Et ob hoc Prandotha Episcopus Cracouiensis, qui Anno proxime precedenti in Episcopum fuerat electus & consecratus, ipsum ducem excommunicauit. Cuius sententiam dominus Fulco Archiepiscopus Gneznenfis confirmauit. Et eodem tempore Swanthopelk, Pomorie dux, filium suum Miecznyonem barbatis cruce signatis ex pacto obfidem dedit. Conradus Dux Mazouie Interdicto Ecclesiastico subiectus: & quam ob causam: Et quia cum Pruthenis statim post hoc pacti & fidei promisse oblitus sedicionem in Terra Prussie mouere presumpsit; filius eius predictus in Theutuniam est deductus. Anno quoque supra dicto Cunradus Mazouie dux sepe dictus cum suis Mazouiensibus iterum Terram Sandomiriensem potenter intrauit. Cum quo Boleslaus nepos eiusdem sepe dictus in Suchdol congressus prelium commisit & multos Mazouitarum prosternens Cunradum patrum suum de terra fugauit.

De Exustione Ciuitatis Culmensis.

Anno igitur sequenti, videlicet MCCXLIII. Swanthopelk dux & proditor memoratus Zarthaniam Culmensis ciuitatem dolo quorundam pecunia corruptorum succendi fecit. Et post modicum temporis interuallum, coadunata sibi multitudo Pruthenorum Cuyauiam intrauit & multos christianos nepharie peremit & alios captiuos abduxit; terram quoque Cuyauie incendio hostiliter deuastauit, & duos fratres de ordine minorum exercitus interemit. Swanthopelcus Pomeranie Dux Terram Culmensis cum Exercitu ingreditur:

Qualiter dux Przemisl Castrum Kalis recuperauit.

Post modici namque temporis interuallum anni predicti Przemisl Polonie dux, duxit * Hedwigem filiam Cunradi Henrici ducis Slesie, quem Thartari occiderunt in uxorem quarto & quinto gradu consanguineitatis a se distantem. Post nupciarum autem sollempnitatem Milites Poloni castrum Kalis ceperunt & duci suo Przemislao presentem. Boleslao Calvo Duci Silesie Castrum Calisense eripitur:

* Ita Codex Manuscriptus Errore manifesto, Elisabethen enim HENRICI III: Ducis Silesie Filiam an. 1245. Przemislus: Dux Posnanienfis duxit: vid. Dlugoffus VII. ad an. 1265.

ſentarunt. Tenuerat enim Boleslaus dux Slefie caſtrum Kalifienſe uſque ad tempus predictum Przemislio & Boleslao reddere recuſans.

De recuperacione Caſtri Santhok.

item Caſtrum Eodem vero tempore & anno Pomorani, qui longo tempore in antiquo Caſtro
Santhok Slefie Duci Henrico & filio eius Boleslao ſeruierant: ipſum Caſtrum duci
Przemislio ſpote tradiderunt.

Poloni inſurrexerunt contra Eccleſiam Poznanienſem.

Privilegia Ec- Anno itaque & tempore prefatis, omnes proceres Polonie contra Eccleſiam Pozna-
cleſia Poznanienſem vnanimiter conſpiracionem fecerunt, libertatem quam ei Dux Wladislaus filius
enſis Barones Odonis, de qua premiſſum eſt, conceſſerat & priuilegio ſuo confirmauerat, infringere
Polonie tollere volentes. Quorum veſanie dominus Boguphalus Epifcopus cum ſuo Capitulo ceſſe-
contendunt: runt ad tempus. Sed anno ſequenti videlicet MCCXLV. Przemislius & Boleslaus
Ducibus eo fratres duces prefati ad inſtanciam dicti Domini Boguſali Epifcopi & ſui Capituli pri-
magis has ipſas uilegium patris ipſorum libertates prefatas reexempcionis continens prouide confir-
libertates con- mantibus: mauerunt, & in foris, ut ſub pena ſeruientur, proclamare fecerunt. Et poſt hoc in cra-
ſtino beati Adalberti Przemislius dux fratrem ſuum Boleslaum gladio cinxit militari, &
hoc in Eccleſia Gneznenſi Domino Fulcone Archiepiſcopo miſſam celebrante.

Qualiter Caſtra quedam Boleslao duci Zlezie acceſſerint.

Concordia in- Anno quoque MCCXLVII. Boleslaus dux Slefie ſepe diſtus veniens Poloniam
ter Duces Sile- Caſtrum Copaniczam ſuper fluuium Odram edificauit; cui occurrentes Przemislius &
ſiz & Polonie: Boleslaus fratres cum ſuis exercitibus ante congreſſum belli facta compoſicione amica-
bili Tria caſtra Santhok Mycdznzeg & Cwanſzin ſibi gratuite pro bono pacis contu-
lerunt.

De prelio in Zarziszow commiſſo.

Irruptio Lith- Cunradus namque dux Mazouie pretitulatus moleſte gerens, qui per nepotem
anorum inſti- alias in Suchdol fuiſſet debellatus & non ſine ſtanti pudoris obprobrium inultum pertran-
gante Conrado fire, elegit magis maculata conſciencia Deum offendere, quam obmittere vindictam. Et
Duce Maſouie: congregata Lithwanorum multitudine Terram nepotis ſui inuaſit depredando. Cui Bo-
leslaus in Zarziszow occurrens prelium inuicem grande comiſerunt. Sed Boleslao proch-
dolor fugato, Lithwani & Mazouite Sandomiritas & Cracouitas quamplurimos occi-
derunt, multos ex ciſdem captiando.

De diuiſione Terre inter Przemislium & Boleslaum Duces.

Polonia Major Demum Anno Domini MCCXLVII. Przemislius & Boleslaus fratres memorati Ter-
inter duos Fra- ram Polonie diuiſerunt in hunc modum. Quia duci Boleslao ceſſit caſtrum Kalifi-
tres diuiſa: enſe cum ſuis appendiis, & tota terra, que protendiur a fluuio Przoſna vſque ad
Przemaſ, & ipſum caſtrum Przemaſ cum ſuis adiacenciis vniuerſis, verſis vero ſe-
premtionem vſque ad Wartham fluuium & vſque in Manſzmam & ad paludem, qui
Sepno nominatur, & inde Lanka, demum Obra fluuii terminantur. Reſiduum vero
Terre Gneznenſis & Poznanienſis cum ſuis appendiis ceſſit in dominium duci Prze-
mislio. Jurat vterque quod huiusmodi dominium numquam alter eorum violabit.
Epifcopus quoque Boguſalus Poznanienſis inſtantibus nunciis predictis tulit excommu-
nicacionis ſentenciam in illum, qui contra Iuramentum aliquid de terra fratris preſu-
meret vindicare. Sed nec Iuramentum nec excommunicacio obfuit, quin diuiſio hu-
iusmodi fuit violata, vt infra patebit.

De impugnacione Caſtri Santhok.

Caſtrum San- Prefatis igitur anno & tempore Barnyn dux Slauorum ſeu Caſchubarum obſedit
thok Barnym caſtrum Santhok. Ad cuius reſtanciam Przemis dux Polonie feſtinus acceſſit; cui
Dux Slauorum Boleslaus Slefie dux, cuius erat Caſtrum, in ſubſidium properauit. Quos cernens Bar-
frustra obſidet: nyn adueniſſe, ab obſidione Caſtri nocte abiceſſit. Dux vero Boleslaus conſiderata
& Boleslaus Przemislonis Strenuitate & ſollicitudine defendendi Terras ſibi mox caſtrum Santhok
Caluus Dux Si- gratuita voluntate reſtituit.
lefie Przemis-
lao Duci Pozna-
nienſi reddidit.

De recuperacione Caſtri Landenſis.

Post paucorum namque dierum reuolucionem anni predicti Boleslaus dux Kali-
ſienſis, frater Przemislonis recuperauit Caſtrum Landenſe, quod Kazimirus dux Cuya-
uienſis

uiensis & Lauciciensis filius Cunradi ducis Mazouie sub Monachis Landensibus firmaverat, & firmatum detinuit occupando. Post quod factum Cunradus dux Mazouie, Conradus Dux Masoviae mortitur: pater Semouiti & Kazimiri predicti de hoc seculo migravit, Semouito filio suo ducatum Mazouie relinquens. Frater autem ipsius Kazimirus patre sepulto Lanciciam Spiczmirz & Rolsprzam ex improviso occupavit; dum frater eius Semouitus cum matre ipsorum in paternis exequiis morarentur.

De Synodo in Wratislavia per legatum Pape celebrato.

Anno itaque MCCXLVIII. Jacobus Archidiaconus Leodnensis, domini Pape Capellanus, & in Polonia, Prussia & Pomoria nuncius eiusdem celebravit Sinodum in Wratislavia; cui interfuerunt Fulco, Archiepiscopus Gneznenfis, Thomas Wratislaviensis, Boguphalus Poznanienfis, Pradotha Cracoviensis, Michael Wladisl. Petrus Plocensis, Nankerus Lubuczenfis & Henricus Culmenfis primus ordinis Cisterciensis, qui de Abbate eiusdem loci de nouo in Episcopum fuit creatus. In qua Synodo idem Jacobus de consilio & consensu Episcoporum indulsit Polonis, uti carnibus libere a Septuagesima usque ad XLm. * Consueuerant enim Poloni dicto tempore more primitiue Ecclesie ab esu carnum abstinere. Et quia plurimi frequenter violabant & ob hoc excommunicabantur; & eueniebant ex hoc pericula animarum. Jejunium Quadragesimale a Die Cinerum incipit: Et ideo indulgentia huiusmodi ipsis fuerat concessa.

De Subsidio per Clerum prouincie polonicae Pape.

Denique Anno prefato Fulco Archiepiscopus cum Episcopis & Clero sue prouincie, quantam partem redditum Ecclesiasticorum pro tribus annis simul & semel recollegerunt, & per fratrem Gothfredum primarium domini Pape pro subsidio Ecclesie Romane transmiserunt. Nam prefato tempore Innocencius quartus in concilio Lugdunensi Fredricum Imperatorem ab Imperio deposuit & contra ipsum brachium Fredricus II. Rom. Imp. in Concilio Lugdunensi excommunicatus: seculare inuocauit, &c.

Qualiter villa Cozlowo Ecclesie Poznanienfi accessit.

Anno quoque supra dicto Boguphalus, Episcopus Poznanienfis villam Cozlowo a Semouito duce Mazouie pro XC. marcis argenti recepit: quas idem dux pro debitis paternis soluere tenebatur. Et eodem anno & tempore Przemisl dux Polonie Thomam Castellatum Poznaniensem & Thomislaum ac Sandiwogium filium eius pincer- Turbe in Polonia: nam de cognacione Nalanez captiuauit & uinculis ferreis contrictos in Gneznenfi castro carcerali custodie deputauit. Volebant enim prefati milites cum suis confortibus in Terram Polonie Boleslaum ducem Slesie inducere, Przemisl & fratre suo profugatis. Sed eorum consilia quamuis occulta & malicie conceptus presencia ducum fuerunt propallata.

De diuisione Terrarum Polonie iterum facta.

Deinde Anno Dni MCCXLIX. dux Przemisl Polonie reedificauit Castrum & ciuitatem Poznaniensem circa Ecclesiam maiorem & fratri suo duci Boleslao dedit Gneznam, Byna, Gredcz seu Gedcz, Bechow, Ostrow, Nakel, Vlzge, Czamicaw & Szim. Boleslaus uero Przemisloni duci redonauit partem suam Castri & Terre Kaliszienfis ipsum contingentem. Nova Maioritas Poloniarum Diuisio:

De Alienacione Castri Lubuscb.

Tempore quoque & Anno predictis, Boleslaus dux Slesie predictus, volens de fratre suo Henrico duce Wratislaviensis, qui ipsum paulo ante propter suas insolencias captiuauerat & uinctum in Turri Lowicz arte custodie deputauerat, summere vindictam, Castrum Lubusz nobile & firmum fratris sui Metzconis, qui ibidem in Ecclesia Sti Petri sub Casto tumultatus quiescit, Archi-Episcopo Mathburienfi, ut sibi contra Henricum ducem prefatum ferret auxilium minus consulum donauit. Cuius Teutones in Poloniam & Silesiam allekti: fretus auxilio nitebatur fratrem suum Henricum prefatum ducem de Terris penitus profugare. Ille enim Boleslaus cepit primo Theutunos Poloniam inducere, & ipsis predia & castra tribuebat, ut contra fratres suos germanos, quos sine cessacione impugnabat, sibi auxilium preberent; Sythauiam quoque & Gorliciam & alias plures vrbes & cattra a ducatu Slesie alienauit confuse.

Qua-

* add. uescerentur.

Qualiter dux Przemisl rehauiit Castrum Rudensē.

Necessitudo
quæ Silesie
cum Masouie
Ducibus inter-
cessit:

Fata Castr
Rudensis:

Visio Bogu-
phali Episcopi
Poznanienfis:

Post modici igitur temporis reuolucionem predicti anni, Wladislaus dux de Oppol, filius quondam Kazimiri ducis Oppolienfis, qui Castrum Rudensē cum tunc districtu sub Wladislao Odonis & suis filiis tempore exilii eorundem occupauerat, nitebatur dictum Castrum Kazimiro duci Cuyauie filio Cunradi olim ducis Mazouie pro quingentis marcis obligare. Duxerat enim Meszco Wladislai ducis Oppolienfis Frater, Sororem Kazimiri ducis predicti. Cui assignauerat ratione donacionis propter nuptias, summam argenti predictam, quam postmodum in Testamento decedens per fratrem suum Wladislaum comunierat vxori sue exoluendam. Sed dum nuncii Kazimiri ad recipiendum Castrum predictum Rudensē tardarent, Przemisl dux Polonie fugatis nunciis ducum predictorum, Castrum Rudensē predictum accedens ipsum per Castrenses sibi presentatum occupauit. Eodem tempore in prima nocte post diem Beati Iohannis Baptiste, *Ego Boguphalus, Episcopus Poznanienfis* audiui licet peccator, per visum quendam Religiosum mihi dicere: Infra XXV. annos tota Polonia consumabitur, & dum a loquente interretacionem diligenter inquirerem, vtrum in bono, an in malo deberet consummari, non michi respondit, dixit tamen, quod & papa deberet consumari. &c.

Dux Przemisl edificauit Castrum Bythom.

Conradus II.
Dux Glogovi-
ensis Salomeam
Sororem Prze-
mislai Ducis
Poznanienfis
duxit:

qui Castrum
Bythom extru-
xit:

Transacto vero eiusdem anni modico tempore Cunradus dux Slesie, filius Henrici ducis occisi a Thartaris, metu fratris sui Boleslai sepe dicti, qui ipsum non solum captiuare, sed etiam occidere nitebatur, partem Terre sibi dare denegando secessit in Poloniam ad Przemisloneum generum suum; qui ipsum benigne suscepit & honorifice pertractauit. Et tandem Przemisl dux ante dictus collecto exercitu suo & sui fratris Boleslai Gneznenfis, edificauit Castrum Bythom prope Glogouiam super Odram, & tradidit illud duci Cunrado predicto. Medio autem tempore, quo Castrum predictum muniebatur, dux Przemisl Boleslaum, ducem Silesie sepedictum captiuat & in vincula coniecit; & rediens Poznaniam sororem suam Salomeam Cunrado duci prefato dedit in vxorem. Quorum nuptiis intererat Fulco, Archiepiscopus Gneznenfis, & Boguphalus Episcopus Poznanienfis. In hac etiam sollempnitate nuptiarum Thomas Castellanus Poznanienfis & filii eius a captiuitate per manus fideiussorum liberantur; sicque bona fide & absque fraude & dolo duci Przemislonei & suo fratri perpetuo seruicio se obligarunt. Denique Anno Domini MCCLmo in Kalendis Ianuarii Hedwigis, mater Przemislonei & Boleslai ducum diem clausit extremum.

De Captiuitate Boleslai Ducis Gneznenfis.

Boleslaus Dux
Gneznenfis cap-
tus:

Eodem uero anno XIII. Kalendas Junii dux Przemisl fratrem suum Boleslaum captiuauit & omnes municiones illius, videlicet Gneznam, Nakel, Vscze, Czarncow, Szim, Obedz, Bechow &c. occupauit, tradentibus se eidem spontanea voluntate &c. Sequitur de captiuitate ducis Henrici.

De Captiuitate Henrici Ducis Wratislauienfis.

Henricus III.
Dux Wratis-
lauienfis a
Conrado II.
Duce Glogov.
Fratre captus:

Tempore quoque eodem Cunradus dux Slesie de Bythom predictus fratrem suum germanum, Henricum ducem Wratislauiensem captiuat pro eo, quod sibi promiserat & iuramento firmauerat, adhuc Boleslao fratre ipsorum sepe dicto partem ducatus Slesie repetere, quod non fecit. Ipse autem dux Henricus datis pro se obsidibus liberatus est promittens Cunrado a Boleslao partem Terre repetere, aut de sua sibi certam partem assignare.

Croznenses Terrigenæ duci Conrado adhaeserunt.

Conradus II.
Dux Glogovi-
ensis Terram
Grosnensem
occupat:

Anno igitur MCCLmo Boleslaus dux Slesie prefatus Hymkonem filium Muzonis, Castellani Croznensem, quem pre ceteris singulari lauore prosequi videbatur, captiuum tenuit & Theutonicis custodiendum presentauit, volens ab ipso pecunias exigere, cum quibus Theutonicis in auxilium conueniret. Quod cernentes Poloni & de ipso penitus fratri ipsius duci Cunrado adhaeserunt, Croznam urbem & alias municiones eidem presentantes.

Wladislaus dux de Oppol Ensfennam duxit in vxorem.

Nuptiæ Wla-
dislai I Ducis
Oppolienfis:

Eodem namque tempore Przemisl dux Polonie Sororem suam * Ensfennam Wladisla-

* Diploma Spec. C. D. CIV. an. 1258. Coenobio Raudensi concessum ZUSANNAM vocat: Quare una eademque Dlugosii EUPHEMIA ad an. 1251. ac hæc ENSENNA siue ZUSANNA: adde Tab. nostræ VI. Genealog. Tom. I. no. 8.

dislao duci de Oppol copulauit in vxorem, quinto & quarto gradu consanguineitatis sibi coniunctam &c.

De occupatione Castri Dzbanzin.

Tempore quoque predicto quidam Latrunculi de Castro Lubusz exeuntes venerunt ad campestria Castri Dzbanzin, & predam caperent. Quibus peccora capere volentibus, quidam Pastor ait, ut quid pro modica preda maiora spernitis? Ecce enim Castrum Dzbanzin tam acerbis viris custoditur expectantibus ceteros, qui debent ad custodiam Castri venire. Quod audientes latrunculi & ad custodiam Castri euntes eo dolo castrum intrauerunt, ipsumque occuparunt. Sed cum mane ad ducem Przemislaum rumor facti huiusmodi peruenisset, festinus ad Castri obledicionem proponit Edictum emittens, ut omnes Nobiles & populares ipsum festine insequerentur, & veniens latrunculos in Castro existentes obsedit. Latrunculi uero se in mortis articulo positos cernentes, clemenciam principis inuocarunt. Qui ipsos benigne suscipiens & vitam tribuens Castro rehabito ipsos abire liberos ad propria permisit. &c.

Ex Castris
Dzbanzin:

Dux Przemisl ducem Cunradum cinxit gladio militari.

Anno itaque MCCXII. in die Scti Stephani, martyris gloriosi, Nobilis Przemisl dux Polonie Illustris Cunradum ducem Glogouiensem generum suum, Boguphalo Episcopo Poznanienfiss missam celebrante in sua Ecclesia Poznanienfi insigniuit baltheo & gladio militari. Eodem quoque Anno Barnyn, dux Pomorie, Castrum Drden sub quodam dolo fraudulenter occupauit. Sed priusquam Mensis occupationis predictae expirasset, Przemisl dux Polonie per potenciam ipsum recuperauit vicuerat &c.

Conradus II.
Dux Glogouien-
sis Baltheo
militari cin-
ctus:

De obitu Boguphaelis, Episcopi Poznanienfis.

Anno igitur Domini MCCLIII. V. Idibus Februarii Boguphalus Episcopus Poznanienfis in predio Ecclesie sue Solecz, diem suum clausit extremum. Delectabatur autem nocte dieque legendo in libris sacre scripture; quorum copiam non modicam habebat & plus quam aliquem Thesaurum feruentissime diligebat. Quos omnes post obitum suum Ecclesie Poznanienfi reliquit. Iste felix Episcopus secundo Anno Episcopatus sui eorum Ecclesie Poznanienfis propter quasdam scissuras fundamentaliter, seu funditus desitui fecit & de nouo construxit. Vixit autem in Episcopatu suo decem annis & XXVI. septimanis. Post cuius decessum Capitulum Poznanienfe ad electionem futuri pontificis conuenientes processerunt per formam compromissi elegerunt Petrum Decanum Poznaniensem, virum pyum & deuotum. Sed quia Hugo Cardinalis, Apostolice Sedis legatus, Archiepiscopo Gneznenfi inhibuerat, ne electos confirmaret, idcirco ad predictum legatum nuncios Capitulum Poznanienfe destinat; qui nuncii a predicto legato licencia confirmandi Electum suum per Archiepiscopum predictum Gneznensem freuda benignae obtenta. Cum ad Fulconem Archiepiscopum redissent, & ipse confirmandi certum terminum in Slawno eisdem assignasset: In quo termino Johannes Archidiaconus Poznanienfis & Theophilus Archidiaconus Gneznenfis, Canonicus Poznanienfis in electionem prefati Decani se opposuerunt, dicentes se esse contemptos, quia ad electionem non fuissent vocati; & ob hoc pecierunt ipsam electionem magis infirmari, quam confirmari. Sicque dilacione confirmationis pendente, Oppilio Abbas de Mezano, protunc Apostolice sedis legatus, virosque versus Wratislauiam ad se venire coegit; quos ad concordiam salubriter reuocans & inducens tandem concordauit; sic quod prefati Archidiaconi in electionem decani predicti consenserunt. Cuius electionem prefatus Abbas Auctoritate Apostolica confirmauit, decernens per Archiepiscopum Gneznensem munus confirmationis sibi impendi. &c.

Mors & Elogi-
um BOGU-
PHALI Episc.
Poznanienfis:

cui PETRUS
Decanus succe-
dit:

De Canonisatione Sancti Stanislai.

Anno denique prefato gloriosissimus Martir Sanctus Stanislaus fuit per Dominum Innocentium Papam nostrum canonisatus, in Ecclesia Sancti Francisci, Papa predicto missam celebrante; vbi inter cetera miracula miraculum infra scriptum. Quod cum nobilis quidam defunctus ad memoriam Ecclesiam, vbi Papa missam celebrabat, delatus fuisset, propinquis ipsius flentibus & magnum lamentum facientibus, papa prostratus ante altare beati Francisci flens orauit in hec verba: O beate Francisce, si sunt hec omnia vera de Sancto Stanislao, Polonorum Prothomartyre, sicut audiuius, suscita hodie hospitem nouo signo: quo signo statim, qui mortuus fuerat, resurrexit. Benedictus DEVS.

Canonisatio
S. STANIS-
LAI:

& in ea Cano-
nisatione mor-
tuus resuscita-
tus est:

De Diuisione Polonie iterum facta.

Poloniae Ma-
ioris inter duos
Frates Diui-
sio:

Anno quoque eodem in festo Paschatis dux Przemisl fratrem suum Boleslaum a captiuitate absoluit; & post hoc conuenientes in Castro Gedz Domino Ffulcone, Archiepiscopo Gneznenſi & ceteris Nobilibus Polonie presentibus Gneznam Metro-
polin, Kalis, Rudam, Pysdii, Srodam, Byn, Echow, Gedcz, Robycdziskam & Cleczſto
eidem fratri suo Boleslao pro sua porcione assignauit.

De Tempore pluuiali.

Inundacio
aquarum:

Eodem itaque Anno a festo Paschatis vsque ad festum Sancti Iacobi tempore
messis, nocte dieque pluit incessanter; & tanta fuit inundacio aquarum facta, quod
per agros & vias homines nauigabant, & cum segetes merebantur, querebantur mon-
ticuli ad fruges reponendas. Inueniebantur eciam pisces per agros, insule in gulgu-
stris pendebantur. Et ex tunc Terra Wiszinenſis tum ex infestatione paganorum,
tum multitudine ymbrium fuit desolata. Et posthac in festo omnium Sanctorum post
missam Petro electo Poznanienſi Episcopo cum suo Capitulo confedente audita sunt
sexies tonitrua magna.

De Edificatione Ciuitatis Poznanienſis.

Przemislaus
Dux nouam
Ciuitatem eri-
git: & Eccle-
ſiae Poznanien-
ſi adſcribit:

Eodem vero tempore Przemisl dux prefatus ciues de Szroda prope Ecclesiam
maiores ad predium Ecclesie ultra Wartham ad instanciam cuiusdam Ciuis de Enbyn
translulit, ubi iam primitus per dictum ducem ciuitas erat locata, quam iam fossatis cir-
cumfodi & blancis muniri procurauit. Szrodam predictam loco predii in quo ciui-
tatem, vt premisſum est, situauit, Ecclesie Poznanienſi perpetuo assignauit.

De Consecratione Electi Poznanienſis.

Consecratio
PETRI Epi-
ſcopi Pozna-
nienſis:

Anno vero predicto Petrus Electus Poznanienſis & frater Vitus de ordine Pre-
dicatorum, Lythwanorum primus Episcopus per Wenerandum Ffulconem Archiepi-
ſcopum Gneznenſem in Episcopos fuerant consecrati.

De Interdicto in Terra Przemislonis prolato.

Varia Bella
inter Duces Po-
loniae:

Anno igitur MCCLIII. Oppiſo Abbas de Meſſano, Sedis Apoſtolice legatus, in
ducem Przemisloneſem excommunicationis ſententiam promulgauit, & Terram ipſius
Eccleſiaſtico ſuppoſuit Interdicto. Et hoc ideo, quia ipſo legato in Terra Slezie ex-
tante, Przemisl dux Oleſzniczam Opidem cum ſuo diſtrictu Henrici ducis Wratſla-
uienſis miſerat ſpoliari, propter quingentas marcas argenti, quas Henricus dux Slezie
prefatus Przemisloneſi duci pro captiuitate cuiusdam Theutunici ſoluere tenebatur;
durauitque huiusmodi Interdictum a Sexta feria poſt Reminiſcere ad diem terciam poſt
dominicum Iudica & tunc fuit dux abſolutus & Interdictum relaxatum.

De Obitu Petri Episcopi Plocenſis.

Petrus Episc.
Plocenſis obiit:

Eodem vero Anno Petrus Episcopus Plocenſis viam carnis eſt ingreſſus: Et An-
dreas Prepoſitus Eccleſiae eiſdem cognomine Golek fuit Electus in Episcopum &
Anno predicto conſecratus.

De Eleuacione offium Sancti Stanislai.

Corpus Sancti
Stanislai ex-
humatum &
Offa pro Reli-
quiis in Vene-
ratione habentur:

Anno igitur predicto VIII. Idus Maii Canonifacio Sancti Stanislai martiris fuit in
Ecclesia Cracouiensi ſollemniter publicata, & offa eius benedicta, que a die paſſionis
ſue vsque ad eleuacionem ipſius in terra iacuerant Centum LXXXIII. annis, minus
medio fuerant honorifice eleuata ſeu ſublimata & pars eorum per Eccleſias iocunde
diſtributa. Alia vero in predicta Ecclesia cum capite glorioſe recondita conſeruantur.
Huius autem publicationi canonifacionis & ſacrorum offium eleuacioni inter-
fuerunt Wenerabiles Patres, Oppiſo Abbas de Meſzano legatus Domini Pape Inno-
centii III. Ffulco Archiepiſcopus Gneznenſis, Prandotha Cracouiensis, Thomas Wra-
tſlauenſis, Walimirus Wladſlauenſis, Andreas Plocenſis, Vitus primus Lithonienſium
ordinis Predicatorum, Gothardus primus Ruſſie Ordinis Ciſterciensis, quondam Abbas
de Opparowo, Episcopi, & preclari principes Kazimirus Cuyauie & Laucie dux,
Przemisl dux Plocenſis Polonie, Semouitus dux Mazouie, Boleslaus dux Cracouie &
Sandomirie. Petrus autem Episcopus Poznanienſis huic ſollemnitati non interfuit,
quia paralifi morbo VIII. Kal. Maii laborabat & V. Idus Maii diem clauſit extremum.

PETRVS E-
piſc. Pozna-
nienſis obiit:

Cui

Cui successit Boguphalus de Crecznelm. Cuius electionem Ffulco Archiepiscopus Gneznenfis in Curzelow confirmavit &c. saccedit Boguphalus III.

De Deuastatione Terre Oppauie.

Eodem quoque Anno Illustres principes Boleslaus Cracouiensis & Wladislaus Oppolienfis duces cum suis exercitibus eciam Ruthenis terram Oppauie, quam Przemislius, qui cognominabatur oculakarus Rex Bohemie occupauerat, incendio & gladio vastauerunt. Ducatus Regis Bohemiae Oppolienfis per vastatus:

De Deuastatione Terre Slesie.

Anno eodem Przemisl & Boleslaus Polonie & Cunradus Glogouiie duces cum suis exercitibus vastauerunt terram circa Trzebniczam Widauam & ultra Odram Lefzniczam Henrici ducis Wladislauienfis Ecclesiarum villas in nullo molestantes. item Ducatus V Vratislauiensis a Ducibus Poloniae:

De Captiuitate Semouiti ducis Mazouie.

Eodem vero anno Kazimirus quondam Cunradi filius Cuyauie, Laucieie, Sira die dux, Semouitum ducem Mazouie fratrem suum germanum & vxorem eius captiuauit & captiuos denituit. Semouitus Dux Mazouiae a Fratre Casimiro captus:

De Consecratione Boguphali Episcopi Poznanienfis.

Anno itaque Dni MCCLV. in dominica Reminiscere in Ecclesia Laudensi Boguphalus de Cirznelm fuit per Wenerabilem patrem dominum Ffulconem Archiepiscopum Gneznensem in Episcopum consecratus. Cui consecrationi astiterunt Wenerabiles patres Thomas VVratislauiensis, VValimirus VVladislauienfis, Andreas Poznanienfis & Culmenfis, ordinis Predicatorum Episcopi. Boguphalus III. Episc. Poznan. consecratus:

De Absolucione ducis Semouiti a captiuitate.

Eodem itaque Anno Kazimirus Cuyauie dux pretrictatus fratrem suum Semouitum ducem Mazouie a captiuitate liberum dimittens cum ipso fraternaliter concordauit &c. Semouitus Dux Mazouiae a Carcere liberatus:

De prodicione Castri Nakel.

Eodem igitur anno dux Mczyng, filius Swanhopelci, ducis Pomorie, proditoris nequissimi, in nocte beati Michaelis Archangeli per traditionem cuiusdam Bolestarii Castrum Nakel sub duce Przemislio occupauit. Przemislius vero collecto exercitu suo & fratris sui Boleslai vna cum Kazimiro duce Cuyauie, Castrum predictum vndique vallauerunt. Quibus pudicus Boleslaus dux Cracouiie mille & Semouitus Cunradi Mazouie dux octingentos viros armatos in subsidium sibi destinarunt. Przemisl vero & Kazimirus cernentes firmitatem Castri & quod non possit de facili expugnari, edificauerunt aliud castrum ex opposito Castri antiqui versus occasum solis & positis in eo viris fortissimis & audacibus, qui illud custodierunt; ac ingressum & regressum facientibus de antiquo Castro pro posse prohibuerunt, ad propria redierunt. Castrenses vero Castri vtriusque sepiissime inter se congressi confictum habebant, & in quodam congressu Pacoslaus Strzedrici & Hermannus milites robustissimi de parte ducis Przemisionis fuerant occisi; multi eciam de Pomoranis pro tunc & alias sunt prostrati. &c. Pomerani Castrum Nakel subita & inopina irruptione capiunt:

De Expugnatione Castri Raczens Pomoranie.

Anno itaque Domini MCCLVI. dux Przemisl cum fratris sui Boleslai & suis exercitibus & cum duce Kazimiro Cuyauie conuenerunt circa Nakel & inito consilio iuerunt ad expugnationem Castri Raczens, ad quod multi homines de Castellania eadem confluerant, vite & rerum gracia conseruandarum. Ad quod venientes duces predicti igne apposito ex omni parte ipsum impugnare ceperunt. Quibus castrensi flamma in altum crescente resistere non valentes, & mortis incendium vitare volentes ad flaciones hostium, qui poterant exire, intrauerunt & se vltronee captiuitati subdiderunt, vite beneficium affectantes. Multi tamen exire non valuerunt & hii cum Castro & rebus in eodem existentibus per ignem occupati, crudeliter sunt exusti. Przemislaus Dux Poznanienfis castrum Raczisz Pomoraniae capiebat & comburit:

De Impugnatione noui Castri Nakel.

Eodem quoque anno in XLma Swanhopelcus dux Pomorie proditor predictus cum fratre & filiis suis collecto exercitu expensas deduxit in Nakel. Quibus deducitis & Swantopolcus Dux Pomoraniae ductis

nam castrum
prope Nakel
non potest ex-
pugnare:

ctis & in Castrum Nakel illatis, castellum nouum ducis Przemislonis expugnare tempta-
vit; mandauitque hominibus sui exercitus ligna sicca de pino afferre, & in fossatum
iacere volens ipsum Castellum ignis incendio expugnare. Sed cum homines sui li-
gna portassent, & in fossatum iactassent & pro aliis plurimis rediissent. Illi de Castro
exeuntes ligna de fossato recollegerunt ipsi ligna succedentes. Quibus per ignem
consumptis Pomorani amplius ligna afferre desistentes ipsum Castellum clipeis prote-
cti ardentibus & aliis instrumentis impugnare ceperunt. Fundibularii vero lapides &
etiam de paruis machinis intus iacentibus iacentes. Sicque ab hora sexta & citra &
vsque ad horam completorii Pomorani viri tamquam fortissimi & propter exustio-
nem castris Rakzans & hominum in eodem peremptorum nimium prouocati predictum
Castellum impugnaverunt. Quibus castrenses, quos dei clemencia tamquam iustos
& pro patria sua iuste pugnantes miraculose contra proditoris nequissimi infestaciones
protegebat, viriliter resistebant; & XX. Pomoris occisis & LX. vulneratis, ipsos a Ca-
stalli impugnatione desistere & recedere coegerunt. Sic dux Svanthopelcus proditor
prefatus cum iactura suorum ad propria rediit confusus.

De dolosis insidiis Svanthopelci prefati.

Insidiae à Svan-
topulco militi
praesidiario no-
vi Castris prope
Nakel stru-
ctae:

Anno quoque eodem in Dominica Rogacionum Svanthopelcus, Pomorie dux,
factis insidiis & in latibulis prope Castellum nouum Nakel caute ordinatis iussit suos de
antiquo Nakel, ut egredientes de Castro Nakel eos, qui in Castello nouo morabantur,
ad certamen prouocarent. Quod cum egressi fecissent ipsi retrocedentes, quasi ad
Castrum suum fugere volentes aduersarios se insequentes a Castello nouo remocius
abducebant. Svanthopelcus vero dux considerans ipsos Castellum de facili intrare
non posse, mox de latibulis saliens ducis Przemislonis homines, sine gentis multitudine
vndique circumseptos prostermit, occidit, vulnerat & captiuat. Nec tamen pro tunc
victoria licet dolose obtenta predictum castellum poterant expugnare &c.

De Concordia inter Przemisl & Svanthopelcum duces facta.

tandem per
Popponem
Cruciferum
Pax sancita:

Eodem quoque anno in vigilia beati Iacobi Apostoli dux Przemisl cum suis Ba-
ronibus venit ad villam suam Kczinaz cum Svanthopelcone super recuperacione Ca-
stri Nakel tractaturus. Aderat etiam quidam frater Poppo crucifer de domo Theu-
onica, qui duci Przemisloni quarto gradu consanguinitatis per matrem suam atrine-
bat. Illic nota quod mater ducis Przemislonis, ut fertur, si fuit soror Svanthopelci
prefati & vxor Vladislai Odonis, extunc sequitur, quod Svanthopelcus fratri Poppo-
ni prefato tercio gradu consanguinitatis fuisset coniunctus: vnde necesse videtur, quod
sicut premissum est, sic aut quod Vladislaus Odonis dux Poloniae & Svanthopelcus
duas sorores germanas in vxores habuissent. Quia Meczyng, dux Pomeraniae filius
Svanthopelci prefati Przemislone & Boleslaum filios Vladislai, fratres suos amita-
les appellat & Przemislus secundo ducis Poloniae filio Przemislii ducatum Pomorie re-
signauit. Poterat etiam esse, quod Svanthopelcus prefatus sororem Vladislai duxisset
in vxorem; & ex hoc fratres amitalet haberentur. Quid autem certi sit, non inuenio.
Poppo autem de quo genere fuit apud nos non habetur. Interposuit tamen partes
suas, ut ipsos tamquam sibi coniunctos ad concordiam reuocaret. Custodierat nam-
que Svanthopelcus sepe dictus, quod castrum Nakel fraudulenter obtentum commo-
de retinere non posset ex eo, quia de castello nouo sibi frequenter molestiae & infestacio-
nes fiebant; petiitque pro expensis factis a Przemislione duce certam pecuniae quantita-
tem per restitutionem Castris eiusdem. Sic uterque eorum compromiserat in fratrem
Popponem predictum promittentes bona fide se firmiter seruatuuros, quicquid per
ipsum tam super restitutione Castris, quam super obseruancia pacis fuisset diffinitum;
pronunciauitque frater precatus Poppo, quod firmam pacem & tranquillam inter se
seruare deberent, castrum Nakel Svanthopelcone duci Przemislione restituente. Cui
dux Przemisl memoratus quingentas marcas argenti viceuersa in certis terminis solu-
ere deberet; & demum inter Castrum vetus & nouum conuenientes inermes oscula
sibi iniucem prebuerunt: maxime autem in die Sti Iacobi dux Przemisl Castrum anti-
quum Nakel, duce Svanthopelcone ipsum inducente cum suis intrauit. Dux Svan-
thopelcus benigne suscipiens & Castrum Nakel resignat. Dux vero Przemisl sibi pro
quingentis marcis argenti predictis nouem osides, donec pecuniam solueret, tenendos
assignauit; & sic pace firmata ad propria redierunt.

De captiuitate Thome, Episcopi Wratislauenfis.

Demum anno prefato infra octauas Sancti Michaelis, cum dominus Thomas E-Boleslaus Cal-
 piscopus Wratislauenfis tempore illo totius Cleri Polonie speculum in Gorka predio
 Abbatis Sancte Marie in Arena, Ecclesiam de nouo constructam dedicare volens de
 nocte quiesceret Boleslaus seuus dux Slesie, filius quondam Henrici, quem Thartari
 occiderunt, inductus vesania diabolica & suasu Theutunicorum, quorum regebatur
 consilio, Episcopum in lecto quiescentem, veluti fur & latro, & non ut princeps fra-
 cto hostio captiuare ac rebus omnibus spoliare, ipsumque vestibus denudare cepit, pie:
 causas friuolas contra eundem pretendens; quarum tamen hec maior fuerat, vt ab ipso
 pecunias extorqueret, Theutunicis erogandas. Scientes autem Theutunici ipsum equi-
 ratus usum non habere, vt puta, qui iam grauedine corporis tenebatur; eum tamen
 equum tractantem equitare coegerunt, in sola canusia & femoralibus, ceteris vestimen-
 tis penitus denudatum. Cuius misertus quidam latunculus, virgularum satis vilem pro-
 pter auri discrepantiam & ocreas verustas ipsum indui fecit. Capti quoque fuerant
 cum eo Boguphalus Prepositus & Hocardus Canonicus Wratislauenfis, & vna cum
 eo ducti ad Castrum Vlaus ducis Boleslai predicti & dati custodie carcerali. Prefatus
 autem prepositus & Canonicus in vincula coniecit, vt ab ipsis eo cicui pecunias extor-
 queret, prout & fecit. Episcopum de Castro ad Castrum ludibriofer deserre precipiens.
 Tandem ad Turrim Loduicz tenendum proiecit. Episcopus autem cernens, quod sine
 pecunia euadere non posset; ipsum de duobus milibus marcarum argenti placauit, ipsas
 soluere promittendo, pannis Sarlaticis, quos sibi Hecardus canonicus pro alienacio-
 ne seu alleuiacione sui martirii assignauerat, duntaxat exceptis. Dominus vero Archi-
 Episcopus Gneznenfis auditis huiusmodi factis nephariis & consternatus animo; com-
 municatoque consilio & consensu fratrum suorum Episcoporum sue prouincie in ducem
 prefatum excommunicationis sententiam promulgauit, mandans suffraganeis suis, vt
 in omnibus sollempnitatibus, dominicisque diebus & festiuis, tam in Cathedralibus,
 quam Parochialibus Ecclesiis candelis accensis & tympanis pulsatis excommunicatum
 publice denunciare iuberent; statuitque dictus Archiepiscopus post concionem cantan-
 do super genua psalmum: Deus laudem meam tacueris cum pater noster & versiculo:
 Exurgat Deus, & oracionem, que sequitur: Exaudi quaeso domine ecclesiam tuam
 non solum paganorum percussionebus attritam; Sed etiam Christianorum prauitate
 afflictam, & concede propicius, vt qui diuine subdi recusant potestati, dextera tue
 maiestatis cito deiciantur inimici per &c. Et cum psalmus legebatur, campana contra
 modum in vnam partem pulsabatur. Boleslaus vero dux prefatus in sua pertinacia ex-
 tans seu persistens, Episcopum & suos dimittere noluit, donec sibi pecunia esset perso-
 luta; quam plus quam salutem & honoris sui statum affectabat. Episcopus autem te-
 dio in captiuitate affectus & suorum afflictioni nimium compaciens, partem pecunie
 prefato duci persoluit; & pro residuitate positus obsidibus in die Pasce domini a capti-
 uitate extitit liberatus. Boleslaus itaque nequiciam suam palliare volens, Henricum
 Wratislauensem & Cunradum Glogouensem duces, fratres suos vterinos & quosdam
 eorum procures de scelere captiuitatis Episcopi accusabat; cuius assercioni tamquam
 viri perfidi, qualis ipse fuerat, non fuit fides adhibenda.

De Captiuitate Boleslai ducis predicti.

Anno itaque Domini MCCLVII. Boleslaus seuus dux de Legnicz sepe dictus, vo-
 lens fratrem suum Cunradum, ducem Glogouie, dolo circumuentum captiuare, ipsum
 peccit, vt ad Castrum Legnicz gracia conuiuendi veniret; dux autem Cunradus modum
 tradicionis per quendam Virum relatum veraciter intelligens, & certitudinaliter expe-
 riri cupiens, accepto secum sufficienti armatorum virorum comitatu, arma secrete de-
 ferencium. Et cum castro Legnicz appropinquasset, reliquit quosdam ex suis in la-
 tribus, iubens vt iussa sua ibidem caute expectarent. Ipse vero cum ceteris, licet paucis
 Castrum Legniczense intrauit. Quem Boleslaus benigne, vt apparebat, suscepit: sed
 intus larebat fraus & dolus. Cunradus dux considerans Theutunicos turris menia
 ascendisse castri, & alios in latibulo absconditos latitare: Statim in fratrem Boleslaum pro-
 rumpeus ipsum captiuat; & cum ipso citissime, priusquam Theutunici de latibulis
 egresii ipsum inuaderent, de castro exiliens ad suos properauit, Boleslaum in Glogouiam
 deducens arcte Custodie deputauit.

Toterdisto Ec-
 Jofaltico ideo
 subiectus:

Inse vero Bo-
 laus Calvus
 a Conrado II.
 Duce Glogovi-
 ensi captus po-
 stea:

De Obitu Przemisli ducis Polonie.

Mors & Elegium Przemisli Ducis Polonie.

Eodem quoque Anno pridie Nonas Junii Nobilissimus Vir dominus Przemisl, dei gratia dux Polonorum, filius quondam Wladislai Junioris, qui fuerat filius Odonis, de hoc seculo ad Christum migravit; cuius vitam sub breuitate transcurrens actus & mores eius in parte aliqua possent imitari. Fuerat autem quidem dux minorennis etate, vix habens XXXVI. annos; sed maturus moribus, vita & conuersatione magnam dei gratiam in multis habebat & mirabilem. Homo fuit inter Religiosos & seculares pudicissimus. Nunquam aliquis audiuit de ore eius turpe verbum vel verecundofum. Israelci minime sciuit; & si aliquando per aliquem ducebatur ad iracundiam, nunquam aliquis in ipso notare, si irasceret, poterat propter hilaritatem vultus eius, quem cuiuslibet ostendebat, semper paratus fuit magno & paruo, diuiti & pauperi aurem suam inclinare, & affectuose sibi loquentem audiuit, & honeste dum potuit, necessitates hominum expediuit. Inter principes Polonie tunc temporis mitissimus fuit, disciplinatus & humilis, pacificus & mansuetus & pius, seruens in caritate, non ficta contra Deum & homines, cum nullo discordiam voluit, nisi forte aliquis terram eius inuaderet, tunc se defendebat, prout poterat. Terram suam tempore vite sue ex omnibus partibus pace vallauerat, coadunando sibi principes vicinos in amicos non per gladium, sed per sapientiam, quam ei JESUS CHRISTUS dederat, & quam semper libenter sequebatur. Nullius principis terminos occupare voluit; sed potius cum omnibus hominibus pacem cupiuit. Deuotissimus fuit: nunquam carere voluit, cum potuit, diuino officio. In cantu pulcro delectabatur, horas de Domina gloriosa, cum potuit, expleuit, & ipsam in maximo honore veneratus est. Et mirabile fuit de eo, cum deponebat se ad lectum hora nocturna, & aliquantulum sompno recreabatur, cum nocte tota credebatur ab aliis dormire, ipse surgebat aliquando media nocte, aliquando ante, sedens sub conopedio suo cum candela tenens psalterium legebat aliquos psalmos; sorores quas sciebat, superbiis desepxit, ebrietatem prorsus vitabat. Nunquam eum aliquis ebrium vidit. Temperatim comedit; Medonem multis annis non bibit; sed ceruisiam vel vinum. Illud ita fuit temperatum, quod vix saporem vini habuit. Balneo - - quatuor annis ante mortem non fuit usus. Qualibet XLma, ut dicebatur, cilicio utebatur sub vestibus aliis & hoc secrete quidem. Cilicium ego *Basso*, Custos Poznanienfis post mortem ipsius vidi ferre quendam sacerdotem; & erat satis spissum. *Denus* multum dilexit & sanctam Ecclesiam honorificauit seu honoravit, & defendit totum Clerum, & omnes alios viros religiosos in magna reuerentia habuit, & eos in sua Curia sepius honorifice pertractauit. Et si in aliquo magno festo circa Ecclesiam Gneznensem vel Poznaniensem fuit, Canonicos illarum Ecclesiarum & Vicarios in prandio habebat; & omnibus aduenientibus clericis & laicis mensa eius patuit. Feria quinta magna ubicunque fuit, pauperes occulte adduci in nocte precepit & pedes eorum lauit, extergens linteo & osculatus est eosdem, & recreans corpora eorum de potu, dans eis etiam aliquos pannos ad tuniculas. Nunquam de aliquo quantocumque quis male vixerit, male sciuit loqui. Et quid dicam homo inter principes & alios in Polonia non fuit ei similis inventus, qui recordans eternorum bonorum consolacionem in celo, id testamentum suo reliquit Deo & Ecclesie Beati Adalberti in Gnezna villam Czirnelm & aliam Beati Petri in Poznaniam Buk cum ciuitate, cum moneta, cum Theloneo, cum Tabernis, cum omnibus hominibus & vtilitatibus & cum omni Jure & dominio in custodiam eiusdem Ecclesie, rogans & statuens, vt pro anima sua ad eius sepulcrum nocte & die in perpetuum habeatur lumen; & de eisdem vtilitatibus misse pro ipso & pro ceteris, qualibet die, si fieri potest, vel ad minus qualibet feria sexta vel alio die, qui comode obseruari in septimana poterit, celebrarentur. In exequiis eius tantus fletus fuit, qui nunquam in alicuius principis Polonie est auditus. Fleuit enim Clerus, quia socialis ei fuit; fleuerunt milites, quia benignus eis fuit; fleuerunt religiosi, quia viscera minime contra eos habuit. Nulla etas, nullus sexus, qui in exequiis fuerat, vel eum mortuum audierat, a fletu continere poterant. Collocet DEVS animam eius in Regno celorum.

De Natiuitate Secundi Przemislonis.

Przemislaus II.
Posthumus natus
fuit.

Anno namque eodem natus est Przemislonis ducis boni Polonie in Poznaniam, infra matutinas die dominico in festo Sancti Kalixti Martyris; & cum cantarentur matutine per Canonicos Poznanienfes & vicarios, venit nuncius circa finem noue lectionis & significauit de natiuitate Pueri; & statim ceperunt alta voce cantare: Te DEUM laudamus; tam pro matunis, quam pro gaudio nati pueri ad laudem DEI; qui digna-

dignatus fuit tanto munere Polonos consolari. Boguphalus vero Episcopus Poznaniensis, qui vocabatur de Cuznelm, puerum de fonte sacro leuauit baptismatis cum Eufene, Custode Poznaniensi; Impositumque fuit ei nomen patris Przemislus ad memoriam boni patris.

De Sinodo in Lancicia celebrata.

Anno quoque & die beati Kalixti predictis, Dnus Ffulco Archiepiscopus Gneznenfis, Prandorha Cracouiensis, Thomas Wratislauensis, Boguphalus Poznaniensis, Wolimirus Wladislauensis, Andreas Ploccensis & Wilhelmus Lubucensis, Episcopi ac multi Abbates, Prelati & Canonici Ecclesiarum in Lancicia Sinodum celebrarunt. In qua Sinodo Archiepiscopus predictus cum suis suffraganeis contra Boleslaum Ducem Slesie per Alexandrum Papam datam crucem predicarunt, & eiusdem auctoritate domini Pape predicare iusserunt, pro eo, quod idem dux per annum & ultra sententiam excommunicationis propter captiuitatem Episcopi Wratislauensis in eum perlarum sustinuit, animo incuratus, & normam Ecclesiastice discipline contempnens. Multe etiam constitutiones in eadem Sinodo fuerunt ordinate, que in Ecclesiis cathedralibus recondite referuantur. &c.

Synodus Lancienfis contra Boleslaum Calvum Ducem Slesie Lugicensem:

Boleslaus Dux Kalis uxorem accepit.

Demum Anno MCCLVIIIuo Boleslaus, Polonie Dux, frater Przemislonis iam defuncti, Helenam, Bele Regis Vngarie filiam, de sorore Sancte Hedwigis procreatam, quam anno vno ante obitum Przemislonis, fratris sui, apud Boleslaum Ducem Cracoui sibi copulauerat in uxorem, in Terram suam de Terra Cracouiensi abduxit cum sollempnitate Regali; de qua postmodum Tres filias generauit; quarum vnam Wladislao, filio Kazimiri Ducis Cuyauensis, cum qua sibi Poloniam aut MCC. marcas argenti, & aliam Henrico filio Ducis Boleslai pessimi Slesie Legnicienfis sepe dicti, cum similiter MCC. marcas argenti aut terram Velunensem seu Rudensem Castellaniam nomine dotulicii assignando copulauit prouide in uxores; Terciam ad Monasterium Sre Clare per ipsum fundatum Gnezne & sufficienter dotatam tradidit diuino seruicio mancipando.

Boleslai Ducis v. alit' huius Nuptie & Libert:

De Discordia inter Boleslaum & Kazimirum Cuyauie.

Anno vero eodem Boleslaus dux Polonie cepit a Kazimiro Castrum Laudense cum suo districtu, quod idem Kazimirus tempore sue iuuentutis & fratris sui occupauerat, repetere, & cum eodem propio garrare; & cum Terra vtriusque ex Guerrarum vicissitudine fortiter vastaretur; Boleslaus collecto totali suo exercitu Polonie totius, Terram Cuyauie potenter intrauit & Wladislauiam iuuenem accedens, & stationes circa ipsam faciens, ipsam viriliter impugnat. Cui Warcislaus Boguphali dux Pomorie cum sexcentis armatorum in adiutorium aduenit; quorum potencie Kazimirus obuiare non valens, mediam partem Castellanie Laudensis relituit, Castrum Laudense, quod edificauerat, comburendo.

Discordia inter Ducis Poloniam

De Obitu Ffulconis, Archiepiscopi Gneznenfis.

Eodem vero Anno Ffulco, Archiepiscopus Gneznenfis, qui Pelka nomen proprium habebat, in Lancicia diem clausit extremum. Vir in moribus composus, liberratus & honeste vite. Sub cuius regimine Ecclesia Polonica in omnibus feliciter triumphabat.

Fulco: Archiep. Gu. & huius moritur:

De Eleccione Janussi Archiepiscopi Gneznenfis.

Eodem quoque Anno electus fuit Janussius, prepositus Gneznenfis de communi voluntate eligendum in Archiepiscopum Ecclesie predictae. Post cuius electionem misit nuncios ad Curiam Romanam, Henricum decanum Poznaniensem, Aegidium Archidiaconum Lanciensem & Przibislaum Canonicos Gneznenfes ad petendum munus consecrationis seu confirmationis sibi impendi, & pallium destinari. Qui venientes Curiam Romanam, invenerunt constitutionem Alexandri Pape, qua cauebatur, quod quilibet electus in Archiepiscopum principaliter Domino Pape debeat se presentare & exhibere. Quod cum domino nuncii predicti Electo nunciasent, statim iter arripiens feria sexta proxima ante Inuocauit Curiam Romanam intrauit Anno Domini MCCLIX. & se presencie Domini Pape exhibuit. Quo Dominus Papa viso & per

succedit Janussius Prepositus Gneznenfis:

Cardi;

Cardinales examinato ipsius electionem confirmavit; & proximo d'e Dominico Inuocauit ipsum in Archiepiscopum consecrari precepit. Henricus vero Decanus Poznaniensis & Przibislaus Canonicus supra dicti ad propria redeuntes in partibus Lambar-die obierunt.

Swanthopelcus, Pomorie dux, stationes Warczislai deuicit.

Bellum inter
Pomeraniz &
Cassuborum
Duces:

Eodem itaque Anno Warcislaus, Dux Cassuborum cum exercitu Polonorum, quem Dux Boleslaus in subsidium destinauerat, & cum Episcopo Caminenfi contra Swanthopelcum, ducem Pomorie, processit & veniens circa Slupxi, qui alio nomine Scolp nominatur, dimisso Episcopo & exercitu eius & quibusdam suis militibus non paucis, in Stationibus, ut res suas & Polonorum ac clientelam ibidem dimissam custodiuerunt propugnantes, Solus cum exercitu magno terram Swanthopelconis animose vastauit. Sed Swanthopelcus potencie sue resistere non valens, in Stationes irruit & Episcopum cum suo exercitu deuictum fugat, plurimos militum & seruientes armorum occidit & quosdam captiuat, & acceptis multis spoliis & captiuis secessit illesus.

Dux Kazimirus Terram Kalis deuastauit.

Boleslai Ducis
Calisthenis a
Cassimiro Duce
Cujaviae repor-
tata insignis
Victoria:

Item Anno eodem, videlicet MCCLIX. Kazimirus Cuyauie, Laucicie & Syra-die Dux congregato suo exercitu vsque ad duo milia virorum pugnancium ipso die Ciriaci martiris Terram Kalis intrauit occulte, quam hostiliter invadens absque mora spoliavit. Sed cum rumor huiusmodi ad Boleslaum Ducem Polonie peruenisset, qui iam eundo Poznaniam fuerat constitutus, festine ad Castrum Kalis rediit; sed nec in via, nec in Castro miliciam poterat colligere tam repente preter XXX. milites, qui aduenerunt, cum quibus Cuyauiensibus suis adiunctis & DEO se totaliter committens, in quo semper confidebat, exercitum Kazimiri infecutus, ipsum inter Clomam & Oppataw villam Archiepiscopi in quadam Borra, que dicitur Salecz animose inuasit. Cui DEUS & sue genti tantam virtutem, licet paucis, miraculose contulit, quod Kazimirus Ducem prefatum cum sue gentis multitudine in fugam conuertit, & multis occisis, vulneratis & captis & recuperata preda, quam ceperat, equos CCCos ipsorum, quibus infiderent, acquisiuit. Palatinum quoque Cuyauie grauiter seu lethali-ter vulneratum captiuauerunt. Ferrus namque quod quando Boleslaus Kazimirus & suum exercitum inualit, tantus timor corda eorum concussit, quod omnes arbo- res homines exercitus Boleslai esse putabant. Et ex hoc perterriti fugam pro presi- dio elegerunt; in qua fuga miraculose deuicti, donum victorie DEO & Justicie Bo-leslai tribuebant. Nec dubium extat, quod auxilium Dei omnipotentis desuperius sibi missum fuerat, qui non deserit sperantes in se; quod tantam multitudinem cum paucis victoriosissime debellauit.

De Captiuitate Nobilium fraudulenta.

Proceres Polo-
nie a Cassimiro
Duce Cujaviae
capti:

Item eodem Anno Kazimirus, dux pretitulatus Herkaboldum Palatinum Gnez-nensem, Simonem fratrem suum Castellani loci eiusdem & Nicolaum Kalisensem Palatinum & multos alios Nobiles in quodam colloquio per iussum fraudulenter cele-brato captiuauit.

De Edificazione Castris Pacoszcz.

Castrum Pa-
coszcz in Prae-
judicium Bo-
leslai Ducis
Calisthenis ex-
structum:

Eodem vero Anno Kazimirus dux predictus cum adiutorio ducis Swanthopelco-nis proditoris edificauit Castrum in dominio Boleslai ducis Polonie & in preiudicium eiusdem.

De Vastatione Terre Lanciciensis.

Lanciciensis
Terra pervastata:

Item anno eodem infra octauas Sti Michaelis Boleslaus Polonie, Boleslaus pu-dicus Cracouiensis & Sandomirienfis & Semouitus Mazouie & Romanus filius Danie-lis Regis Russe, qui venerat in auxilium Semouito duci predicto contra Kazimirus ducem fratrem ipsius vterinum convenientes in Terra Lanciciensi, ipsam totaliter spo-liis & incendio deuastarunt; edificaruntque Castrum Terra in eadem, & edificatum Semouito duci Mazouie predicto assignauerunt. Cernens autem dux Kazimirus ma-lum sibi imminere, & tot principibus resistere non posse, petiit treugas vsque ad festum Sn Andree sibi dari & colloquium in eodem festo celebrari: in quo se omnibus illis obtulit satisfacere, quorum metas vel terras aut Castra minus iuste detineret occupata.

Tarthari secundario Terram Sandomiriensem vastauerunt.

Anno, quo supra, ante festum Sti Andree, periculis Christianorum introiuerant Tarthari cum Pruthenis, Ruthenis, Comanis & aliis gentibus Terram Sandomiriensem; ipsam rapinis, inflammationibus, hominum occisionibus enormiter spoliantes. Et scientes magnam multitudinem hominum cum suis rebus ad Castrum Sandomiriense confluisse, ipsum vallauerunt sine cessacione impugnantes. Duces vero Rusie Wassylo, frater Danielis Regis Rusie; Leo quoque & Romanus filii predicti, cernentes moram fieri in expugnacione Castri predicti, concuperunt Castrenses circumuenire dolo fraudulento & accepta securitate cum Castrensibus conueniunt, suadentes eis, ut dexteris seruitutis a Thartaris peterent; & ipsis Castrum & bona, que in ipso habent, presentarent, ut vitam ipsis Tarthari largirentur. Qui vitam Castro & bonis preferentes, & sic, ut premissum est, vitam obtinere sperantes, predictorum ducum decepti consilio, & ut liberi & securi de vita & suis vxoribus & natis abire possent, a Thartaris & a predictis ducibus fidei promissa recipientes, Castrum appertuerunt, & rebus in eo omnibus dimissis inermes de Castro exierunt. Quos cernentes Tarthari in eos tanquam lupi in oues irruerunt sanguinem nimium innocentium hominum effundentes: Ita quod riuus sanguinis in Wislam decurrentes, ipsam invadere fecerunt. Et cum in eorum occisione grassati & lassii fuissent, reliquos viros, tamquam gregem peccorum ad Wislam fluuium impellentes submerserunt. Mulieres vero iuenculas & speciosas virgines, ac adolescentes masculos secum captiuos abduxerunt: & tunc multa milia hominum tam diuurnitate captiuitatis, quam in occisione gladii perierunt. Tarthari vero rebus de Castro Sandomiriensi & ciuitatis eductis, ipsum exusserunt, plurimis diebus in Cracouiensi & Sandomiriensi Terris existentes multa mala & enormia proch dolor commiserunt &c.

Tartari Poloniam depopulantur & Sandomiriam occupant:

De Desponsacione filie Przemislonis.

Anno itaque Domini MCCLX. Polonie dux predictus Constanciam, olim Przemislonis ducis Polonie fratris sui filium Cunrado filio Marchionis de Barnthborg, alias de Scorzelicz fecit copulari in vxorem & sollempnitatem nupciarum in Castro Santhok cum eisdem celebrauit: qui Castellaniam Santhoczensem pro dote eiusdem obligat, sed non ipsum Castrum. Per hoc autem ipsa Castellania a Regno Polonie est alienata vsque in presentem diem.

Castellania Sancto. zenis a Regno Polonie & qua occasione alienata:

Mendolphus Rex Prussie a fide Christiana recessit.

Anno vero eodem Prutheni baptisati cum suo Rege Mandolpho propter multa grauamina, que ipsis inferbantur per cruciferos, fidem Christianam, quam assumpserant, deserentes, ad Lithwanos cum aliquibus fratribus ordinis Cruciferorum abiierunt, ipsis tortissime adherentes. &c.

Mendolphus REX BORUS. SIVE a fide CHRISTIANA recedit:

De Vastacione Terre Plocensis.

Item Anno eodem Mendolfus predictus suorum Pruthenorum, Lithwanorum, & aliarum gentium infidelum ad triginta milia virorum pugnancium multitudine re-collecta, Terram Mazouie intrauit, vbi primo Plocensem ciuitatem, & deinde opida & villas totius Terre Plocensis crudeliter gladio & incendiis, spoliisque & rapinis totaliter deuastat. Et deinde Prussiam invadens vrbes subuerit, villas & fere totam terram Prussie destruxit, magnam stragem in populo Christiano per suos Pruthenos baptisatos committendo &c.

& Ducatum Mazouie dilacerat:

De Vastacione Terrarum Paganicarum a Christianis.

Anno itaque Domini MCCLXI. tertia Septimana post diem Epyphanie, multitudo Christianorum Theutunicorum & Polonorum & aliarum gentium fidelium in vnum re-collecta, Terras Lithwanorum & aliorum Paganorum intrauerunt, ipsas impugnare & delere cupiens. Et cum Christiani per terram Paganorum fuissent dispersi, pagani in vnum re-collecti reliquum exercitum, qui ad sarcinolas Christianorum remanserant, repente inuaserunt, multos ex ipsis gladio perimendo; ibique reditum Christianorum expectarunt. Sed in sua potencia confidentes cum Christiani auditis rumoribus de prostratione suorum ad sarcinolas festine remearunt, vbi venientes exercitum paganorum invenerunt copiosum; cum quibus animose congressi viriliter pugnare ceperunt; & quamuis multos ex paganis occidissent; pagani tamen Deo permitte, & peccatis Christianorum exigentibus, victoria obtenta Christianos fugam inire coegerunt.

De Secta Flagellatorum Vefanica.

Flagellatorum
Secta in Polo-
nia:

Item eodem anno insurrexit quedam secta rusticorum; ita quod alius alium nudatus tum lintheo ad umbilicum precinctus sequebatur, se ipsum quilibet flagellando ad dorsum verberando, quos duo cum vexillis & duabus candelis precedebant, quandam cantilenam precinentes, & hoc his in die, videlicet hora prima & hora nona faciebant. Ianussius vero Archiepiscopus Gneznenfis cum suis suffraganeis in sua provincia sub excommunicationis pena decetero talia fieri prohibens, principes Polonie peccit, ut sectatores huiusmodi per penas carceris & distractionem rerum a predicto errore compescere deberent. Quod & fecerunt. Nam rustici hoc audientes Archiepiscopi & principum edicta a predicto errore desierunt. Eodem quoque anno Episcopus Plocensis, qui cognominabatur Golck post octauas Pasche migravit ad Christum; cui Petrus successit.

Petrus Episc.
Plocensis:

De occupatione Lancienfis & Syradienfis Castrorum.

Turbæ in Lan-
cienfis & Syra-
dienfis Terrâ
exortæ:

Eodem quoque anno & Szemomisl fratres filii Kazimiri ducis Cuyatie obiecta causa contra nouercam suam, que ipsos toxico perimere voluisset, & recedentes a patre occupauerunt Lanciam & Syradiam cum suis appendiis vniuersis; quibus Terrigenæ ipso patre eorum fortiter adheferunt.

Boleslaus Pyus reuoluit Castellaniam Landensem.

Castellania
Landensis Ducis
Boleslao Pio
restituto:

Demum anno predicto Boleslaus Pyus, Wladislaus Polonie dux circa festum Sancti Bartholomei collegit exercitum fortem, ut terras Cuyatie Kazimiri ducis inuaderet incendio & spoliis destruendas, propter hoc quod medietatem Castellanie Landensis predictus Kazimirus contra promissa Boleslao reddere non curabat. Sed Kazimirus cernens se disparem potencie Boleslao immediate Wolimiro Wladisl. Episcopo medietatem Castellanie Landensis, residuam vero Boleslao resignauit cum Castello quod construxerat in eodem.

De occisione Semouiti Mazouie Ducis.

Lithuani cum
Ruthenis Mar-
souiam iterum
ingressi Semou-
itum Ducem
interficiunt:

Anno Domini MCCLXII. XXII. Mensis Iunii Rutheni cum Lithuanis venientes caute in terram Czirnensem Mazouie ipsam totaliter igne & gladio deuastarunt, ubi inopinato quandam villam Iszdensem nomine intrantes inuenerant Semouitum cum suo filio Cunrado, Mazouie duces; quos capientes inhoneste tractauerunt. Swanno autem filius sororis Danielis Regis Rusie Semouitum ducem presatum sic captum manu propria decollauit & Cunradum filium eius secum abduxit captiuum. Eodem anno Mazouie in quodam predio Diugofzedle cum Pruthenis congressi pugnauerunt nono Augusti; Sed Prutheni victores effecti ad propria hilares redierunt.

De Edificatione Castri Plocensis.

Castellum Plo-
cense à Boles-
lao Pio Duce
Polonie re-
aedificatum:

Transacto igitur anni predicti modico tempore circa festum sancti Michaelis Boleslaus dux Polonie pretitulatus ad petitionem relicte Semouiti Ducis Mazouie premortui, congregato exercitu iuit in Terram Mazouie & reedificauit Castellum Plocense, quod fuerat per paganos exustum, & reedificatum ac bene munitum presertim relicte predictæ domine & filiis eiusdem Boleslao & Cunrado, & nisi reedificasset Castellum predictum residuum Terre Mazouie per paganos totaliter fuisset deletum.

De Vastatione Terre Louicensis.

Pruthenorum
Incurfiones
repetitæ:

Anno vero MCCLXIII. Idus Ianuarii Castellaniam Lowicensem & alias multas villas in circuitu eiusdem Prutheni & alie gentes paganice gladio & incendio & aliis armis enormiter vastauerunt.

De Fundatione Parochie in Ciuitate Poznaniensi.

Eodem quoque anno fundata est Ecclesia Parochialis in ciuitate Poznaniensi, nomine Capituli Poznaniensis; sic quod dominicis diebus nec processionem, neque scolæ circa ipsam habere debebant: Sed omnes viri Ecclesiastici tam ciuitatis, quam suburbani ad maioris Ecclesie processionem & perinde scolæ circa eandem constitutas frequentare deberent. &c.

De Fundatione Hospitalis in Poznania.

Beneficia in Ci-
uitate Pozna-

Eodem quoque anno videlicet Anno Domini MCCLXIII. fundatum est Hospi-
tale

rale infirmorum in honorem sancti Stephani foris ciuitatem Poznanienſem per Boguphalum Episcopum loci eiusdem; cuius hospitalis prepositus ex institutione Episcopi eiusdem habet Stallum in Choro & vocem in Capitulo Ecclesie Poznanienſis antedictæ.

De obitu Elizabeth matris Przemislonis.

Anno igitur Domini MCCLXV. Nobilis Dna Elizabeth vxor quondam Przemislonis ducis Polonie & Henrici occisi per Tartaros ducis Slesie filia feria sexta proxima post octauas Epiphanie Domini in villa sua Modersz migravit ad Christum: & eodem Anno Dominus Thomas Episcopus Wratislauenſis debitum humane nature persoluens feliciter in Domino obdormiuit.

De obitu Boguphalis Episcopi Poznanienſis.

Eodem vero Anno nocte inter seriam terciam & quatuor quartam post diem beate Lucie Boguphalus Episcopus Poznanienſis in Czirzinna villa Ecclesie sue migravit ad Christum. Cuius virtutes & mores describere nolui, quia si quas habebat, ipsis nequaquam vti volebat. &c.

De Electione Petrziconis in Episcopum.

Anno itaque Domini MCCLXV. Capitulum Poznanienſe conuenit in conuersione Sancti Pauli in suo Capitulo & inuocata Spiritus Sancti gracia inceperunt tractare de Electione Pastoris. Tandem habito tractatu elegerunt Petrzicium prepositum filium militis Dogrosłai de Scorow in Episcopum & Pastorem, & post electionem factam, sicuti est moris, processit dictus Electus cum quibusdam fratribus de capitulo ad Dominum Ianusium Archiepiscopum Gneznenſem Metropolitanum pro sua confirmatione. Et cum venisset in Zueynam, vbi alter Episcopus erat, intellexit a quibusdam, quod debebat cassari, propterea quod simplicis literature erat & iura ignorabat, licet reuera quod in Diuino officio regere Ecclesiam Dei poterat. Et hoc totum faciebat Dominus Archiepiscopus pro voluntate Domini Ducis Bolesłai, qui tunc terram regebat, & pro vxore dicti ducis, Domina Helena filia Regis Vngarice, vt igitur Fallantam decanum Gneznenſem intruderet in Episcopatum Poznanienſem; de cuius conditione & natalibus tota Polonia ignorat, quia ipsorum compater fuerat, sicut postea patuit, videns Dominus Iohannes Decanus, filius Vezconis militis Iurisperitus & magister nominatus, a Domino vero Archiepiscopo appellat Electionem volens Ecclesie sue a Papa confirmare. Sed cum idem Petrzicus Electus deberet sue Electioni stare, quam fecerat Dominus Iohannes decanus, habito consilio prauorum hominum & maxime sui proximi accessit ad Dominum Fallantam, vt facilius eum Dominus in Archiepiscopatum intruderet, videns Capitulum a suo iure recedere & ex hoc Ecclesiam gravari, habito consilio cepit tractare de alia electione vt abstrueret viam intrudendi sepe dictum Fallantam, elegerunt Dominum Iohannem Archidiaconum, literatum hominem, bone vite & sancte conuersationis. Et cum ipsum presentarent eidem Archiepiscopo in Gnezna noluit eum consecrare, pretendens causam contra Capitulum, quod habet alium Electum, & hoc totum in fraudem faciebat, vt Fallantam intruderet; considerans Dominus Iohannes decanus, quod Archiepiscopus malignatur Ecclesie Poznanienſi eodem die prorupit in appellationem a prefato Domino Archiepiscopo ad Dominum Papam, & facta Appellatione in Gnezna in quatuor temporibus hoc est, intret, premisit Dominum dictum Iohannem Archidiaconum Electum, cum Domino Petro Scolastico & cum Mirosłao Canonico ad Curiam Romanam. Et cum ibi processissent curiam dictus iam Archiepiscopus intrusit sepe nominatum Fallantam in Episcopatum Poznanienſem; & cum vellet consecrare eum in Episcopum in Pisdrī Capitulum misit quendam Vicarium nomine Benedictum qui cognominabatur Kolka, ad appellandum, ne ipsum in Episcopum consecraret. Dictus vero Archiepiscopus pro nichilo reputans appellationem factam ad Papam, fecit trahi & male tractari dictum Vicarium & sacerdotem. Et sic contempta Appellatione & irregularitate ligata ipsum consecrauit in Episcopum, quem credo male esse tractatum. Iohannes decanus nollens sustinere iniuriam Ecclesie sue secutus fuit prefatum Iohannem Archidiaconum Electum. Ad curiam venientes coram Domino Papa Clemente Quarto coram ipso proposuerunt de negotio per intrusionem predicti Fallante, quod fecerat Archiepiscopus contra iura & contra constitutionem Domini Alexandri Pape quarti, nec habebat ius providendi alicuius Ecclesie nisi in solo casu negligencie, dedit eis literas ad domi-

eadem NICO-
LAUS Capel-
lanus P.R. Epi-
scopatum Poz-
naniensem ob-
tinet:

num Thomam Episcopum Wratislauensem citatorem contra Falantham intrusum. Et cum rediissent de Curia cum literis predictis Iohannes Decanus dictus Scolasticus Petrus & Miroslaus Canonicus ipsum citauerunt ad curiam. Sed quia dictus Miroslaus, qui debebat citacionem factam per Dominum Episcopum Wratislauensem deferre Domino Pape, per quosdam Polonos milites fuit occisus; & sic negocium Ecclesie negligebatur. Sed Dominus Iohannes Decanus & Petrus Scolasticus & alii fratres Canonici habito consilio miserunt *me, Glodslau Custodem eiusdem Ecclesie Bassconem cognomine*, cum litteris Domini Pape, & Episcopi Wratislauenfis ad Curiam: & cum venissem ad curiam, venit etiam post me & dictus Falantha; & cum essemus in presencia Domini Pape prefatus Falantha exhibuit literas sue prouisionis; sed Dominus Papa visis & perlectis ipsius literis inuenit ipsum male tenere Episcopatum Poznaniensem: Ipse sicut iustus iudex ad instantiam dicti Iohannis Archidiaconi & Electi, tam ad instantiam meam & etiam iure ab Episcopatu Poznanienfi amouit prefatum Falantham; videns etiam Dominus Ioannes Archidiaconus & Electus, quod differebatur negocium sue confirmationis & ex hoc grauabatur non modicum Ecclesie periculum, Ius quodcumque habebat in sua electione Domino Pape renunciat. Dominus vero Papa cum Ius conferendi habebat, Magistro Nicolao Capellano suo, qui tunc erat pro Canonificatione Beate Hedwigis per Poloniam missus, Episcopatum Poznaniensem contulit & ipsum in Witerbio in Episcopum consecrauit Poznaniensem.

De occupacione Castri Santhok fraudulenta.

Concordia inter March.
Brandenb. &
Ducem Maio-
ris Poloniar:

Post modici temporis eiusdem anni interuallum, quidam Saxones latrunculi clam castrum Santhok subintrantes ipsum occupauerunt & occupatum Marchioni Brandenburgensi presentarunt. Sed Boleslaus dux Polonie cum collecto exercitu predictum castrum expugnare uoluisset, Marchiones conuenientes cum ipso ordinauerunt amicaliter seu amicabili ordinacione, quod Boleslaus Drdzen & ipsum Santhok cremare deberent, quod & fecerunt.

De obitu Danielis Regis Russe.

Daniel Rex
Rutlie moritur
item Swanto-
pulus: Dux
Pomeraniar:

Anno vero Domini MCCLXVI. Daniel Rex Russe, Leonis & Romani Pater debitum nature persoluens migravit ad Christum de hoc mundo. Et eodem Anno Swanthopelcus proditor dux Pomoranie, qui nomen ducale sibi prodicionaliter & nepharie usurpauerat. Nam transiuit viam carnis vniuersæ.

De vastacione Terre Plocensis.

Prutheni Ter-
ram Plocensem
peruastant:

Eodem namque Anno Prutheni cum aliis gentibus paganis Terram Plocensem intrantes Residuam Terræ eiusdem totaliter deuastarunt.

De vastacione Terre Russe.

Prandotha Ep.
Cracouiensis
moritur: suc-
cedit PAVLVS
de Przemokow:

Eodem quoque Anno Boleslai Pudici ducis Cracouiæ exercitus terram Russe subintrantes ducatum Swarnonis enormiter deuastant; cum quo exercitu Swarno dux prefatus ipso die Geruasii & Prothasii sanctorum congressum faciens viriliter pugnavit. Sed Poloni victores effecti multis milibus ex Ruthenis occisis & Ruthenorum preda sufficienter didati ad propria redierunt cum honore; siluitque Terra aliquo tempore in habundancia pacis optate. Anno vero eodem Prandotha Episcopus Cracouiensis de hoc seculo migravit ad Christum, cui Paulus de Przemokowo successit.

De Reedificacione Castri Santhok.

Nouum Ca-
strum Santok
combustum:

Post decursum itaque dierum anni predicti Boleslaus Pius dux Polonie, collecto exercitu reedificauit minus Castrum Santhok. Erant enim ibi duo castra, minus in quo dux residere consueuerat; & maius in quo milites Castrenses se peculium habentes cum popularibus & mechanitis morabantur. Sed cum dux Boleslaus edificato Castro ad propria rediisset, Marchiones predictum castrum vallauerunt. Timensque dux Boleslaus de Lesione suorum hominum in castro extancium iuxta ordinacionem, cum Marchionibus predictum Castrum comburi mandauit.

De Consecracione Pauli Episcopi Cracouiensis.

Paulus Episco-
pus Cracov.
consecratur:

Anno igitur Domini MCCLXVII. Wenerabilis pater Paulus de Przemancow Episcopus Cracouiensis per Archiepiscopum Gnezanensem & alios Episcopos in Episcopum Cracouiensem consecratur. &c.

De occisione Petri Pomorani, Canonici Poznanienfis.

Item Anno Domini MCCLVIII cum Petrus Pomoranus Canonicus Poznanienfis, Ecclesie a Dobrogostio de Nagrodomez coram Nicolao, Episcopo Poznanienfi decimam predialem repeteret, & terminus ad audiendam sententiam definitiuam fuisset assignatus, Sulislaus Dubrogastij filius prefatum Canonicum in cimiterio Ecclesie in Czirnelino in processione transeuntem nepharie occidit. Et ob hoc prefatus Dobrogostius & sua progenies ad prestacionem decime more rusticano fuerunt perpetuo contempnati.

Sulislaus Petrum: Canonicum Poznaniensem cruciatum:

De Edificatione Castri in Szulencz.

Anno vero Domini MCCLXIX. Otto filius Ottonis Marchionis Brandenburgensis siue de Sgorzelicz post obitum Patris sui Ottonis edificauit Castrum Szulencz inter Lubusz & Medzirzecz tolerante Boleslao Polonie duce &c.

castrum Szulencz ab Ottone: Marchione Brand. edificatum:

De Obitu felicissime Salomee virginis.

Demum Anno Domini MCCLXVIII. in vigilia beati Martini, Salomea virgo generosa Sanctimonialium Ordinis Sancte Clare soror Boleslai pudici ducis Cracouie prefati in Scola Monasterii, qui locus dicebatur lapis Sancte Marie, celebre nomen virginis retinens, feliciter migravit ad Christum. Ob cuius virginis amorem mater ipsius deuota cum filio suo Boleslao duce predicto Cenobium Sancte Clare in Janichosth fundauerunt, quod postmodum in Scolam ad locum propter insultancias Lithuanorum transfulerunt ac demum versus Cracouiam ad Sanctum Andream fuerat translatum, de qua narratur hoc miraculum. Quod dum quinque diebus in choro sororum ibidem in Scola inhumata iacuisset, nullum tamen secretum in horrorem corpus eius pudicissimis sororibus ingerebat; ymmo quodam suauissimo odore de ipsius corpore sacro prodeunte refici videbatur. Postquam autem corpus eius nobilissimum in Idus Nouembris Ecclesiastice fuit traditum sepulture, & demum kalendas Iulii exhumatum versus Cracouiam humandum denuo cum magna reuerencia portaretur. Nil tamen foetoris, licet Sartophagum fuisset appertum, de ipsius sacro corpore exalabat. Audiui etiam ab alia religiosissima virgine Martha sanctimoniali Cenobii predicti, quod de ipsius corpore oleum mire suauitatis & fragrantie distillabat, cuius stillicidio multi infirmi digitis capientes & se exinde linientes, a quacunque detinebantur infirmitate, illico sanabantur.

Salomea moritur: & inter Sanctos refertur:

De prodicione Castri Bidgostiensis.

Anno quoque eodem quidam Theodricus Pruthenus baptisatus Bidgostiam, Castrum Semomislii tradidit Boleslao pio duci Polonie & rememorans se huiusmodi prodicionem comississe peccit famulum suum seu proprium, ut ipsum decollaret; qui recepto gladio ipsum protinus decollat.

Castri Bydgost proditor suo Iussu occisus:

Cuyauite suo duci obedienciam recusarunt.

Anno denique predicto primates Terre Cuyaue, cernentes quod Semomisl dux eorum ipsis spretis, fratrum barbarorum interim consiliis utebatur eorum in omnibus sequens fauores, adheferunt duci Boleslao Polonie. Semomisl vero seram confuse derelictum prospiciens Boleslao duci Polonie nobile Castrum Cruschuicenfense dono assignauit, ut ipsius industria fauori milicie Cuyaue reconciliatus ipsos ad sue obediencie gremium reuocaret.

Turbæ in Cuyauiæ.

De vastatione Urbis Medzirzeczensis.

Demum Anno eodem circa festum Sancti Michaelis, Boleslaus pius, dux Polonie, muniuit ciuitatem suam Mycdzirzecz de blancis; & priusquam fuisset circumdata fossatis, Ottonis Marchionis predicti filius ex improuiso veniens ipsam expugnauit; & castrum expugnare non valens ipsum exussit, & preda ciuitatis magnifice ditatus ad propria rediit letabundus.

urbis Medzirzecz ab Ottone Marchione Brand. capta:

De Expugnatione Castri Sulencz.

Anno itaque prefato in vigilia beate Lucie Boleslaus pius, dux Polonie sepefatus Castellaniam Landensem potenter subintravit, ipsam incendio & rapinis totaliter deuastauit, & in Craffino ad Castrum Sulencz rediens ipsum viriliter impugnauit. Ad quod sui milites animose aggredientes igne apposito idem Castrum succenderunt; in quo Castellani nomine Sabel cum sua gente captiuauit; & sic armis, equis & preda nimia sufficienter sunt ditati, Deo gratias agentes leti ad propria redierunt.

castrum Sulencz a Boleslao Pio: Duce Pol. captum:

*De Edificatione Castrî Santhok.*Fata Castrî
Santhok:

Anno denique Domini MCCLXX. Otto Ottonis Marchio Brandenburgensis circa purificationem beate Marie virginis reedificauit Castrum Santhok circa Ecclesiam Sancti Andree absente Boleslao duce Polonie, qui tunc temporis ad partes Cracouie pro quibusdam negociis peragendis se transfudit. Erat namque Castrum Santhok olim valde magnum, in quo multi milites & populares morabantur; & etiam in eodem castrum prepositum Sancti Andree cuius Ecclesie prepositus in omnibus Ecclesiis infra Odrum, Drawam, Wartham & Notefz omnem Jurisdictionem in clero & populo exercebat. De prepositura huiusmodi Episcopus Poznanienfis, qui pro tempore erat, prouidebat. Habebat etiam dictus Prepositus villam Kyow ad suam preposituram spectantem, quam nunc Castrensem de Santhok aliqui occupant & aliqui castrenses de Myedzirzecz usurpare contendunt. Nam postquam Marchiones Brandenburgenses occiso Rege Polonorum Przemislio Castellaniam & Castrum Santhocensem occupassent preposituram Santhocensem deleuerunt & Capitulo Solduensi omnem Jurisdictionem prepositure Santhonienfis addere procurarunt: per quod factum magna pars Dioeceseos Poznanienfis in praefata castellania ab Ecclesia Poznanienfi per negligenciam Temporis est uulsa; quam licet quidam Episcopi, ut puta Andreas Symonowicz & Dominicus in Curia Romana repetere cepissent. Iohannes tamen Lodza Episcopus Poznanienfis successior eorumdem negligenter prosequi non curauit. Eodem quoque Anno circa festum Sancti Gregorii Boleslaus dux Ploensis reedificauit castrum Drdzen in nocumentum Castrî Santhok eiusdem.

*De Obitu Wladislaw Ducis Wratislauenfis & Episcopi
Salzburgensis.*Wladislaw
Dux Silesiae
Archiepiscopus
Salzburgenfis,
monitur:

De Anno eodem Wenerabilis pater Episcopus Salzburgensis Wladislaus dux Wratislauenfis, olim Henrici Ducis Slesie occisi per Tartaros filius, in suo Episcopatu de hoc seculo circa festum Sancti Adalberti ad Christum migravit per suos Slesianos nepharios, ut aiunt, toxico interemptus: & hoc ideo, quia ducatum Wratislauensem, cuius parrem habebat dimidiam, post mortem fratris sui Henrici gubernabat; quam in suo decessu Henrico IVto licet paruulo fratris sui Henrici tercii filio iure hereditario reliquit, veluti legitimo successori. Sic Henricus Quartus tam in patris sui, quam patru porcionem successit.

*Boleslaus Dux Polonie Castellaniam Santhocensem vastat.*Boleslai Pii
Dux Pol. vi-
ctoria de
March, Brand.
reportata:

Denique de Anno Domini MCCLXXI. Boleslaus Pyus dux Polonie collecto non paruulo exercitu Castellaniam Santhocensem subintrat, in qua Otto Marchio predictus ciuitates & villas iure Theutonico locauerat, ipsam incendiis & spoliacionibus horribiliter per triduum deuastauit: ciuitatem quoque Soldin bene munitam & alias vrbes & Castra potenter subuertens vsque ad solum redegit & funditus euertit & magna preda ditatus ad propria feliciter remeauit &c.

*De Discordia inter Msczigionem & Warcislaum Pomoranie ducem.*Turbam in Po-
merania:

Eodem anno Warcislaus dux Pomoranie fratrem suum Msczigionem captiuauit & in vincula coniecit & tandem eo dimisso cum sibi Gdansk Castrum firmissimum & ciuitatem reddidisset, ipse turbatus animo de fratre vlcisci cupiens nobile Castrum predictum Cunrado Marchioni, filio quondam Iohannis Marchionis de Brandenburg, tradidit, ut sibi contra fratrem suum Warcislaum auxilia preberet optata, proponens Warcislaum de terra Pomeranie profugare penitus. Warcislaus vero cum Pomeranis sibi adherentibus est adeptus Castrum Gdanczk & alia castra potencia &c.

III. ANONYMI ARCHI-DIACONI GNEZNENSIS BREVIOR
CHRONICA CRACOVIE.*Incipit Cracovie breuior Chronica: Secundum B. Hieronymum Versus:*

Bis decies deni centum quinquagies anni

A Patre primeuo fuit ad CHRISTUM minus uno:

BEatus Hieronymus in Cronica, quam propriis manibus contexuit, commemorat ita: quod ab Adam usque ad Diluuium Anni duo millia: ducenti & XLII. A diluui-

Iulio vsque ad Abraham DCCCC. & XLII. Ab Abraham vsque ad Moyſen CCV. A Moyſen vsque ad edificacionem templi DCCCLXXX. Ab edificacione templi vsque ad natiuitatem Chriſti MXXX. Collige ergo ab origine mundi vsque ad natiuitatem Chriſti & inuenies quinque milia CC. & XCIX. annos. Oroſius ab Adam vsquē ad paſſionem Domini V. milia DXXV. annos commemorat.

Recapitulatur breuius Cronica Polonorum.

Anno Domini DCCCCLXV. Dambrowca venit ad ducem Meſzkonem. DCCCCLXVI. Meſzko baptiſatur, & fides Catholica in Polonia recipitur. Res geſtae Polonorum: DCCCCLXXXII. Sanctus Adalbertus in Episcopum Pragenſem conſecratur. DCCCCLXXXI. coecus Adalbertus factus eſt Monachus Rome apud ſanctum Alexium. DCCCCXC. profeſſio Sancti Adalberti cum fratre Gaudencio. DCCCCXCII. Sanctus Adalbertus Gneznam veniens fidem Catholicam in Polonia roborauit. DCCCCXCVII. ſanctus Adalbertus martiriſatus eſt in Pruſſia. MI. Otto Imperator Romam rediens viſitat ſepulcrum Sancti Adalberti in Polonia. Et eodem anno Poloni receperunt Pragam & ducem Boleslaum in eadem cecauerunt. Item MIII. Heremite in Polonia martiriſati ſunt. MXVIII. primus Boleslaus ſuperauit Ruthenos & terram eorum vaſtauit. MXXXV. primus Boleslaus efficitur Rex magnus. MXXXV. Meſzko Rex Polonorum obiit. MXXXVIII. Sanctus Adalbertus translatus eſt. MLIX. Aron Abbas Thincienſis a ſede Apoſtolica poſtulat in Cracouiſem Episcopum Rome conſecratur. MLXI. Ordinatio Lamperti in Episcopum Cracouiſem, qui Sula vocabatur. MLXX. Meſzko dux obiit. MLXXI. Lampertus obiit, cui Sanctus Stanislaus ſucceſſit in Episcopatum. MLXXVIII. Boleslaus Secundus coronatus eſt, qui occidit Sanctum Stanislaum. MLXXIX. Beatus Stanislaus martiriſatus eſt; cui ſucceſſit in Episcopatum Lambartus non niſi quarto anno. MLXXXI. Rex Boleslaus Secundus obiit occiſor Sancti Stanislai.

MLXXXII. Lambartus in Episcopum Craçouiſem ordinatur. MLXXXVIII. Sacrum corpus Beati Stanislai Lambartus Episcopus & Canonici Cracouiſes tranſtulerunt ad Eccleſiam maiorem cum debita reuerencia de Rupella & de Eccleſia protunc Sancti Michaelis.

MLXXXVI. Meſzco dux de Vngaria rediit; & Boleslaus tercius natus eſt, & Judith mater ſua obiit. MLXXXVIII. Meſzco dux vxorem duxit. MCII. Wladislaus cognominatus Hermannus diem clauſit extremum. MCXI. Boleslaus dux Cracouię deuicit Bohemos & Terram eorum vaſtauit.

MCXXV. Cracow combuſtum eſt. MCXXXIII. Bohemi vaſtant Poloniam. MCXXXV. Wiſlicia cede deſtruitur V. Idus Februarii. Item VI. Idus Februarii Przemislaus dux Polonię occiſus eſt in Roga ſua ſub Anno Domini MCCXCVI.

Anno Domini MCCCXXIII. VI. Idus Januarii Dominus Michael conſecratur in Episcopum Wladislauiſem per Venerabilem patrem dominum Petrum Episcopum Preneſſenſem Cardinalem. Item XIX. Kalendas Februarias eligitur Dominus Jaroslaus, Archidiaconus Cracouiſis in Archi-Episcopum Gneznenſem Anno Domini MCCCXLII.

Item Quinto Kalendas Februarias conſecratur Dominus Albertus Paluca in Episcopum Poznanienſem Anno Domini MCCCXLVIII. Item XVI. Kalendas Marcii obiit reuerendus Pater Dominus Johannes Doliua Episcopus Poznanienſis, qui bene viuendo largus fuit, Anno Domini MCCCXXXV. Item IV. Idus Marcii obiit Domina Anaſtaſia duciſſa Lancienſis & quondam Dobrinenſis, relicta Domini Ducis Semouiti fratris Domini Wladislai Regis Polonię, ſub Anno Domini MCCCXXXV.

Item IV. nonis Marcii abiit inclitus Princeps Dominus Wladislaus Rex Polonię in Caſtro Cracouiſi Anno Domini MCCCXXXIII. Item Dominus Michael Episcopus Wladislauiſis vixit XL. annis, Dominus Wolimirus XXIII. annis, Dominus Albertus XIII. annis, Dominus Wiſlaus XVI. annis, Dominus Geruardus XXIII. annis.

Item IX. Kalendas Maii crematur Eccleſia Wladislauiſis Cathedralis ſimul cum domibus Canonicorum & Prelatorum in Ciuitate predicta antiqua per fratrem Berſternum & alios fratres de domo Theutonica, qui tunc temporis manu armata exiuerant de Caſtro Dobrinenſi ad ſpoliandam & impugnandam Terram Cuyatice Anno Domini MCCCXXIX. tempore domini Mathie Episcopi Wladislauiſis, cui erat per Dominum Johannem Papam XXII. in ipſa Eccleſia de Episcopatu prouiſum, ipſo domino Mathia in Auinione exiſtente.

Item Anno Domini MCCCXLI. Idus Marcii Dominus Traydenus dux Mazovie

vie obiit. Item Anno & Idus predictis obiit, Dominus Nankerus Episcopus Wratislauiensis. Item Anno Domini MCCCXXII. III. Idus Aprilis vallatur ciuitas Brestensis per fratrem Ottonem de Lutheburg & fratres ipsius de domo Theutonica & homines ipsorum fortes & armatos. Item VII. Kalendas Maii expugnatur ciuitas predicta Brestensis per duos superscriptos sub Anno Domini MCCCXXII. & tunc temporis era dies Pasche.

Item VIII. Kalend. Maii coronatur inclitus Princeps Dominus Kazimirus filius domini Wladislai Regis Polonie in Regem Polonie Cracouiensi in Ecclesia per venerabiles Patres Dominos Jaroslauini Archi-Episcopum Gneznensem Johannem Episcopum Cracouiensem & alium Johannem Episcopum Poznaniensem Anno Domini MCCCXXXIII.

Item Anno Domini MCCCXXII. Kalendas Maii natus est Kazimirus filius Wladislai Regis Polonie.

Item Anno Domini MCCCXXVI. II. Nonas Maii obiit Bernardus dux Slesie gener domini Wladislai Regis Polonie.

Item pridie Kalendas Iunii obiit Dominus Paluca Episcopus Poznanienfis in Solecz villa Anno Domini MCCCCLVto.

Item VII. Kalendas Iunii obiit Domina Anna Regina Polonie in Castro Cracouiensi filia Gedimini Ducis Lithuanorum. Anno Domini MCCCXXXIX.

Item X. Kalendas Iunii Annis Millenis trecentenis sine senis a Prussitis tum populus, cadit & Kazimirus.

Item V. Kalendas Iunii Dominus Arnestus Archi-Episcopus Pragensis obiit etiam constitutus obtinuit reliquias Sancti Stanislai & in honorem ipsius capellam construxit in Ecclesia sua Cathedrali Pragensi Anno Domini MCCCCLXIII.

Item II. Idus Iunii recedit Dominus Mathias Episcopus Wladislaiensis de Curia Auinonensi, qui etiam constitutus obtulit reliquias Sancti Stanislai & in honorem ipsius capellam construxit in Ecclesia sub Anno Domini MCCCXXIII.

Item III. Nonas Iulii expugnatur Paczans Castrum cum machinis multis & aliis quam plurimis Instrumentis per fratres supra dictos; in quo multi thesauri hominum diuerforum arma & Baliste quam plurime sunt accepta per ipsos & homines plures interfecti & captiuati, quos dominus Episcopus redemit, videlicet pro CCCCr Marcis, numeri & monete Polonialis.

Item Nonas Iulii crematur Castrum Padzcowiense per eosdem Anno supra dicto. VII. Idus Iulii crematur Castrum Nakel. Item Octobris XVIII. Kalendas recessit Domina Anna siue Anastasia Regina Polonie vxor incliti principis Domini Kazyniri Regis Polonie cum Patre suo domino Margrabio sine licencia sui mariti Regis predicti Anno Domini MCCCCLVto.

Item Quinto Kalendas Octobris committitur bellum inter homines dominorum VVladislai Regis Polonie & Luderii Magistri generalis ac fratres ipsius de domo Theutonica, in quo quam plurimi homines ex utraque parte sunt occisi. Sed multo plures fratres & homines de domo predicta circa villam Plowcze prope Padzcow Anno Domini MCCCXXI.

Ipsa die omnium Sanctorum obiit Dominus Bernhardus Episcopus VVladislaiensis fautor & promotor corone Polonice gentis, Avinione in Curia Romana ibidem existens Anno Domini MCCCXXII.

Pridie Nonas Nouembris providetur Domino Sbilutho per Papam de Episcopatu VVladislaiensi Anno Domini MCCCCLXVto.

Item die Sancte Barbare obiit venerabilis in Christo pater dominus Janislaus Archi-Episcopus Gneznenfis, Anno Domini MCCCCLXI. in Lancicia in domo sua circa Ecclesiam.

Item III. Idus Decembris prouidetur Domino Matthie Decano VVladislaiensi de Episcopatu VVladislaiensi Anno Domini MCCCXXIII.

Anno Domini MCCCCL. obiit dux Boleslaus Plocensis amicus Ecclesie. Anno Domini MCCCCLIII. cecidit nix magna vsque ad genua in vigilia Penthecostis.

Anno Domini MCCXLV. Johannes Rex Bohemie cum Bohemis venit ante Cracouiam & cum Vngaris ante Lwow, defendente se VVladislao Rege Polonie pugnaverunt & Bohemi superati ad propria cum confusione sunt reuersi. Anno Domini MCCCCLIX. pestilencia magna fuit & homines se affligebant seu flagellabant.

Anno Domini MCCCXLVI. Johannes Lodza Episcopus Poznanienfis obiit, qui dum vixit, multas profas, vnam videlicet de Assumptione Beate Marie: Salue salutis ianua; aliam de purificatione benedicta; aliam de sancto Alberto in laudem sacro presuli, quilibet versus incipit per literas sui nominis, Johannes Presul Poznanienfis; item de Sancto Petro; Tu es Petrus & super hanc; item aliam de Sancto Paulo; vna que cantatur post Ymnum in Ecclesia Poznanienfi: Lux clarescit in via. Hic erat iocundus cytharam in domo sua causa leticie percuciebat: Sed lubricum carnis ardentem agebat, bene literatus erat & bene natus.

Przemislaus & Ottakarus Rex Bohemorum cum potencia sui exercitus venit in Thorum contra Pruthenos cupiens Martis miliciam exercere; qui propter aduersitatem temporis & hyemis immanuetam temperiem non adepto voto fraudati desiderio expensis & laboribus inutiliter consumptis, dampnis & rapinis & aliis iniuriis Terre Domini Boleslai Ducis Polonie grauiter illatis retro domum vnde venerant sunt reuersi; vnde ipse dux cum ipso Rege discordauit.

Anno Domini DCCCCLV. Dambrowca de Bohemia nubfit Mefzkoni Duci Polonie, qui Mefzko secundo anno baptisatus est.

Item Anno Domini DCCCCLXV. Jordan primus Episcopus in Polonia ordinatus est & obiit DCCCCLXXXIIIto.

Item Anno &c. XCIX. Dux Mefzko primus Christianus in Polonia obiit: Item Anno DCCCCXCVII. sanctus Adalbertus passus est, Sanctus Episcopus Gaudencius ordinatus est, iuxta versus Anno mileno centeno trinaque deno, nec non octauo Dux Polonie Boleslaus Luce Nouembris obiit speculante Kalendas. Vixit in hoc mundo sex annis plus Jubileo.

Item MCXLI. Wladislaus filius Boleslai dicti Crziwousti circa Poznaniam a fratribus fugit Vngariam confusus. Anno MXXV. Boleslaus Magnus obiit. Item MXXXIII. Mefzko Rex Polonie filius eiusdem Boleslai obiit.

Item MCLXXIX. Mefzko senex fugatur. Item Anno MCLXXXI. rehat Gneznam. Item MCLXXXIII. Mefzko filius eiusdem Mefzkonis senis obiit. Item eodem anno Kazimirus magnus Dux Cracouie obiit, & Odo filius Mefzkonis eodem Anno obiit.

Item Anno Domini MCLXXXV. Mefzco per Cracouitas vulneratur, & Boleslaus filius eius occiditur. Item MCCII. Mefzko magnus obiit. Item MCCXXIX. Lescio Dux Cracouie & Pomoranie in Bauffzowa occiditur.

Item MCCXXII. Wladislaus Mefzconis fugatur & exilio moritur. Item MCCLXXIX. Boleslaus Dux Polonie dictus Crispus, & eodem anno alter Boleslaus Cracouie Dux pudicus nominatus obierunt.

Anno Domini MCCXLVII. Dux Boleslaus filius cuiusdam Wladislai, qui dicebatur Odonicz, qui tunc Kalis tenebat, recuperauit Laudense Castrum, quod Dux Kazimirus filius quondam Cunradi Dux Cuyauie detinuerat occupatum; Eodem Anno Dux Conradus pater Kazimiri & Semouiti obiit, Semouito filio suo ducatum suum relinquens; frater tamen ipsius sepulto patre Kazimirus scilicet, Lanciciam, Spiczmirz, Syracz & Polprzam ex improuiso occupauit, dum frater eius Semouitus & mater eius in exequiis paternis morabantur.

Anno Domini MCCXLVIII. Przemisl Dux Polonie Comitem Thomam Castellani Poznaniensem & Thomislaum filium suum siue suum subpincernam captiuauit & vinctis in Suedzen detinuit & arte custodie mancipatos deputauit. Eodem anno Dux Kazimirus Laudam Castrum recuperauit. Eodem Anno Episcopus Poznanienfis Boguphalus Theutunicis de Medzyrzecz indulsit decimam infra duos annos, scilicet de eodem anno & sequenti.

Eodem Anno Boguphalus Episcopus Poznanienfis recepit villam Sozlowo a Duce Semouito pro nonaginta marcis argenti, quas idem dux tenebatur soluere, pro debitis paternis eidem Episcopo.

Eodem anno Jacobus Archidiaconus Leodienfis Domini Pape Capellanus & eiusdem in Prussia & Pomorania vices gerens celebrauit Sinodum in Wratislauia, cui interfuerunt Ffulco Archiepiscopus Gneznenfis, Thomas Wratislauienfis, Michael Wladisl. Praudorha Cracouienfis, Boguphalus Poznanienfis; Petrus Ploccenfis, Nanker Lubuczenfis, Culmenfis primus, Episcopi. In qua Sinodo idem Jacobus de consilio Episcoporum absoluit Polonos de voto, quo astricti fuerant de abstinentia carnum. Consueuerant enim ab antiquo Poloni dimittere carnes in dominica: Cir-

cum dederunt me: Sed quidam immutabant & propter hoc sepius excommunicabantur & videbatur ex hoc periculum animarum grauare. Idem Iacobus cum suis Episcopis constituerunt, ut Poloni & alii terram eandem inhabitantes habeant in suo libero arbitrio, ut si alicui placeret in bona voluntate abstinere se a predicta Dominica a carnibus & si placeret habere usum vsque ad Dominicam Esto michi.

Eodem Anno Domini Ffulco Archiepiscopus & Episcopi Polonie Quintam partem prouentuum & reddituum Ecclesiasticorum de tribus Annis persoluerunt per fratrem Godefredum predicatorem & Primarium Domini Pape pro subuencione Ecclesie Romane, cum Idem Papa Fredricum Imperatorem deposuit de Imperio in Concilio Lugdunensi & inuocabat contra ipsum brachium seculare. Eodem Anno Luduicus Rex Francie transfretauit se pro sepulcro Domini nostri Jesu Christi pugnaturus & Terra sancta &c.

Item Anno MCXLII. Padost obiit Robertus successit. Item MCXLVII. Cunradus Imperator Poloniam intrauit & cum regibus Hierosolymam pergit. MCXLVIII. Robertus Episcopus obiit, Mathaeus Episcopus successit. MCLXVI. Gethco in Episcopatum consecratur. MCLXX. Sanctus Thomas Cantuariensis Archiepiscopus martirisatus est. &c.

Item MCLXXI. Kazimirus dux Cuyauic vicit Ruthenos MCLXXXIV. per Egidium Episcopum Mathinensem. Sanctus Florianus Cracouiam apportatur & per Gethconem Cracouie deuotissime suscipitur. MCLXXXV. Gethco Episcopus obiit, cui Ffulco successit. MCLXXXVI. Lestko dux obiit & Kazimirus obtinet dignitatem eius &c.

Item Anno MLXXXVII. Ffulco ab Urbano Papa in Episcopum Cracouiensem consecratur. MCXCV. inter Mefzconem filium Kazimiri facta est magna cedes in Mefzcone, sic quod Mefzco vicitur & dux Boleslaus filius eius interficitur. Item MCXCIII. Dux Kazimirus obiit frater ducis Mefzconis. MCXCVI. Dux Mefzko in Cracouia succedit. MCXCVII. Petrus Secundus Cardinalis venit in Poloniam, qui matrimonium in facie Ecclesie instituit contrahi & sacerdotibus vxores habere abstulit. Item MCXCVII. Dux Mefzko frater Kazimiri obiit, & Dux Lestko eiusdem Kazimiri in Cracouiam succedit.

Item MCCV. Romanus fortissimus princeps Ruthenorum cum exercitibus suis a Lestcone & Cunrado fratribus suis, filiis Kazimiri in Zanichost est interemptus. MCCVII. Ffulco Episcopus Cracouienensis obiit. Anno Domini MCCVIII. Vincentius Canonice electus ab Innocencio Papa confirmatur, & per Henricum Archiepiscopum in Episcopum Cracouiensem consecratur. Anno Domini MCCXIX. Henricus Archiepiscopus obiit. MCCXXI. in Prandnik hospitale per Hywonem Episcopum de consensu Capituli Spiritus Sancti construitur &c.

Anno Domini MCCXXII. per eundem Episcopum ad sanctam Trinitatem Ordo Predicatorum & in Calicz ordo Cisterciensis statuitur. Item MCCXXV. Monasterium de Calicz transfertur in Mogilam, que clara Tumba cognominabatur; & ibidem Ccenobium fundatur Griscorum. MCCXXVII. Lestko Dux Cracouie interceptus in colloquio a filio Ducis Odonis sub fraude. MCCXXVIII. Dux Wladislaus Odonis captus est a Sene Wladislao in bello. Item MCCXXIX. Iwo Episcopus Cracouienensis obiit. MCCXXX. Ecclesia Cracouienensis combusta est. MCCXXXI. consecratio fit Wislai Episcopi Cracouienensis. Item MCCXXXVIII. Henricus Dux Slesie dictus Barbatus & Dux Cracouie obiit, cui Henricus in utroque dominio successit filius ipsius, is est Henricus, quem Thartari occiderunt in prelio. Sequitur de Introitu Thartarorum in Terram Cracouiensem &c.

Item MCCXLI. Thartari Cracouiam intrantes Ecclesias succenderunt & populum infinitum abduxerunt. Anno Domini MCCXLII. Wislaus Episcopus obiit, cui Prandorha successit.

Anno Domini MCCXLIII. Prutheni per diuersos in suburbio Lublin vastant & succedunt. Item MCCXLVII. Ecclesia Sancti Wenceslai de plumbo tegitur, preter tres, que sunt ante Thartaros tecte. Item MCCLIII. Magister Iacobus & Magister Nicolaus Canonici Cracouienfes ad Curiam Romanam mittuntur pro Canonisatione Sancti Stanislai, qui per Dominum Innocencium Papam est canonisatus, eodem Anno nuncii predicti rederunt.

Boleslaus Dux Cracouie & Wladislaus Oppolienfis cum exercitibus suis etiam Ruthenis Terram Oppauie vastauerunt. MCCLIX. Thartari subiugatis Besarebenis, Lithwanis, Ruthenis, & aliis gentibus, Sandomirzs Castrum capiunt & multis Christianis

hianis occisis alios abducunt. Similiter autem Cracouiam venientes occiderunt plurimos & seruitutis compede reliquos ad sua vehentes manciparunt. MCCLXII. Semouitus Dux Mazouie per Lithuanos in Jazonco occupatus occiditur & filius Conradus capitur. MCCLXVI Boleslaus Dux Cracouie misit exercitum suum in Russiam & vicit Swannonem Ducem Russie & terram vastauit, & filuit Terra in habundancia optate pacis tempore sue vite.

Anno Domini MCCLXV. Castrum edificatur super montem totum cum lignorum structura. MCCLXVIII. Paulus in Episcopum Cracouiensem consecratur. MCCLXVIII. Rex Bohemie Prussiam intrat & Christianos non paganos deuastat. MCCLXXIII. Boleslaus Dux Cracouie obiit, qui fuit filius Lestconis, qui priuilegiis & graciis Ecclesiam Cracouiensem decorauit & Clero libertatem dedit & tempore suo magna & bona pax fuit. Cui Lestco Dux Siradiensis in Cracouiam successit. Item Anno Domini MCCLXXXII. fames horrenda fuit. Nam mensura silliginis soluit XIII. scotis argenti. Item Anno Domini MCCLXXXII. Dux Lestco congregiens cum Lithuanis in Korone deuicit eos & plurimos ex eis occidit.

Anno Domini nongentesimo nonagesimo quarto Polonia fidem recepit Catholicam. Anno Domini MXC XII. incepit ordo Cluniacensis. Anno vero MLXXXIII. Ordo Orcassensis. Item MXCVIII. Ordo Cisterciensis. Item Anno Domini Millefimo Nonagesimo, septimo Sancte Trinitatis. Anno Domini MCXX. ordo Premonstratensis. Anno Domini MCC. Ordo Predicatorum. Anno MCCX. Ordo fratrum minorum. Anno Domini MCCXXIII. Ordo Templariorum. Anno Domini MCCLXI. obiit beata Hedwigis: Item Anno eodem missi fuerunt flagellatores destruendo fidem Christianam.

Anno Domini MLXXII. Sanctus Stanislaus in Episcopum Cracouiensem ordinatus est. In MLXXX. occiditur, & canonizatur in MCCLIII. Item Anno Domini MCCXCIII. circa festum Sancti Martini captus est Dux Henricus quintus per Luthconem. Item Anno Domini MCCXCVI. die Cinerum Dominus Przemisl Dux Polonie & Dux Pomoranie captus est in Rogo sua & occisus in via &c.

Anno Domini MCCXLIX. Dux Przemisl Polonie edificauit Poznaniam & fratri suo Boleslao dedit Gnezniam Metropolin & alia Castra Nakel, Wiczce, Czernkow, Zuy, Ostrow, Buyn, Gdecz, Bzeczow. Boleslaus vero dicto fratri suo Przemisloni duci donauit partem suam Terre Kalisiensis & ipsius Castri Kalis, que ipsum contingebat Jure hereditario extra diuisionem in perpetuum possidendam ratione primogeniture.

Eodem Anno Dux Slesie Boleslaus filius quondam Henrici dedit Lubusz Castrum nobile & firmum Archiepiscopo Magdeburgensi, ut ferret ei auxilium contra fratrem ipsius vterinum Henricum Ducem Wratislauiensem, contra quem pugnabat, pro eo, quod Idem Henricus fratrem suum Boleslaum captiuauerat, unde nitebatur Idem Boleslaus fratrem suum Henricum de Terra penitus profugare.

Eodem Anno Dux Oppolienfis Wladislaus filius quondam Kazimiri Ducis cum derineret Rudam occupatam donauit eam Kazimiro filio quondam Cunradi Ducis Cuyauie pro quingentis marcis argenti, quas tenebatur soluere relicte fratris sui Mefzconis. Reliquerat enim in Testamento Idem Mefzko dictam summam pecunie vxori sue, sorori videlicet Kazimiri, quam Idem Wladislaus eidem Mefzkoni Jure hereditario succedens debebat. Verum quia iustus Dominus & Justitias diligens nunquam obliuiscens misereri, dum nuncius missus Rudam Castrum tradere & nuncii Kazimiri ad recipiendum missi tardarent aliquantulum Przemisl Dux Polonie collecto exercitu suo predictorum ducum nunciis profugatis idem Castrum occupatum possedit, Cui hereditario Jure a progenitoribus comperebat.

Eodem Anno in prima nocte post diem beati Johannis Baptiste Boguslaus Peccator, Episcopus Poznanienfis, vidit per visum & audiuit quendam Religiosum dicere: Infra XXV. annos tota Polonia consumabitur, & dum a loquente diligenter inquireret, vtrum in bono an in malo deberet consumari; non illi respondit, dixit tamen, quod & Papa deberet consumari, quod adeo in bonum conueriti postulauit. Hoc ipsum quibusdam suis capellanis reuelauit expergitens de sompno.

Eodem Anno in Terra de Czarnik inter Rodicowo villam Episcopi Poznanienfis & inter Ornesowo villam Domanicii limitaciones seu termini facti sunt a flumine VVisle vsque ad rippam fluminis Pylcze auctoritate & mandato Ducis Semouiti consensientibus ad hoc Boguphalo Episcopo & dicto Domanicio & presentibus eisdem. Affuit

eciam ibidem prepositus Dominarum de Kazimirz ex parte cuius & conuentus ipsius eandem villam tenebat dictus Domanicz. Termini autem sunt alicubi congestione terre in modum monticulorum, alicubi in scissione arborum, que granicie vulgariter nuncupantur.

Eodem Anno Cunradus filius quondam Henrici Ducis Slesie, qui fuit occisus a Thartaris, timore fratris Boleslai secessit in Poloniam ad Przemislonem Ducem Polonie generum suum, qui cum benigne suscepit & honorifice pertractauit. Tandem collecto exercitu suo Dux Przemisl & eciam fratris sui Boleslai Ducis Gneznenfis edificauit & muniuit Castrum Bythom & tradidit dicto sororio suo Cunrado. Cum autem idem edificaretur Dux Przemisl sororium suum Ducem Boleslaum captiuauit in vincula coniecit eo, quod fratri suo Cunrado partem Terre denegabat, ymo eundem eciam fraudulenter occidere nitabatur.

Eodem anno Millesimo ducentesimo LIII. Kalendas Januarias homines Episcopales, decimi & censini condemnati fuerunt auctoritate Ducis Przemislonis Domino Boguphalo Episcopo Poznanienfi ducere ligna ad coquinam ipsius & ad pystrinum & ad braxatorium potus. Idem declaratum fuit, quod quilibet hominum eorundem tres magnos currus, quos ducunt gemini & seni soluere tenentur, quod fenum ipsi falcare tenentur & uectura propria ad stabulum Episcopi deducere.

Eodem Anno Rex Dacie fuit occisus ab Abel fratre suo vterino, qui eidem successit. Item eodem anno decimi Episcopales de Poznaniam iudicio Ducis Przemislonis fuerunt condemnati ducere ligna ad coquinam Episcopi ad pystrinum & ad braxatorium. Item ibidem fuit declaratum, quod si pater cum filio vel duo fratres hominum Episcopatum diuidant inter se substantiam suam & separatim denegant, quilibet eorum solutiones, prestationes & seruicia ex integro prestabunt Episcopo Domino suo.

Anno Domini MCCL. Fredricus quondam Imperator, quem Innocencius Papa quartus ab Imperio deposuit; ideo precipue, quia cum esset per Gregorium Papam nonum sollemniter anathematizatus infra aliquot annos contempnens Clauas Ecclesie in Anathemate perdurauit in die beate Lucie diem clausit extremum. Excommunicatus autem fuerat, propterea quia quosdam Cardinales sedis Apostolice legatos ad ipsum destinatos derinuerat in captiuitate. Episcopos vero & Abbates quosdam submerferat, quos DEI timore postposito interfici iusserat, quos diuersis penis in contemptum Cleri & in preiudicium Ecclesiastice libertatis.

Anno Domini MCCL. Przemislaus Dux Polonie sororem Esseyam Wladislaw Duci Oppolie dedit in uxorem, licet eundem Wladislaum, quarto contingeret gradu consanguinitatis. Eodem anno contigit, quod cum quidam latrunculi exissent delubris & predas agerent de villis & opidis Polonicis latenter & furtiue. Venerunt vsque ad campestria Czwanzin: & cum animalia inibi pascencia vellent abigere more predonum, quidam de pastoribus dixit ad ipsos: Quare pro modica preda maiorem negligentis? Ecce enim Castrum Czwanzin non nisi a tribus hominibus custoditur expectantibus dominos suos, qui debent ad custodiam castri venire. Quod audientes latrunculi finxerunt se quasi ad custodiam Castri venire & sub eadolositate castrum captum occuparunt. Verum cum ad nobilem Przemislonem ducem Polonie rumor huius facti peruenisset & cum tamquam ex alto volnus pertulisset in nullo consternatus, sed tamquam vir animosus licet cum paucis militibus, qui de sua curia extiterant, castrum predictum latronibus intus existentibus viriliter obsedit, dans cunctis Baronibus Polonie & omni populo in mandatis firmiter, ut ad tante propulsione in iurie ad ipsum quantocius properarent. Quod autem nobiles & populares audientes, ut mandatum fuerat sine mora perfecerunt castrum predictum magna multitudo debellantes. Cum autem latrunculi, qui castrum obsederunt, se in mortis articulo cernerent constitutos, dextras sibi dari postularunt. Dux vero Przemisl secundum sibi innatam clemenciam inimicis capitalem pacem tribuens vitam condonauit, licet ipsos in sua cerneret potestate, latrunculi vero vitam pro lucro reputantes ad propria redierunt. Gloriosus autem Dux Przemisl plurimum de suorum Nobilium gaudens sospitate Castrum occupauit & sedit cum pace.

Eodem anno frater Gerrandus de ordine Predicatorum missus a fratre Hugone Predicatore presbytero Cardinali Apostolice sedis legato venit in Poznaniam & conuocato Boguphalo Episcopo. Poznanienfi & Clero ciuitatis & dioecesis totius, ipsius auctoritate legati predicti omnes concubenarios manifestos publice excommunicauit. Ad cuius eciam mandatum dicti legati procuracionibus di-

Fridricus II.
Rom. Imp. mo-
ritur:

Nuptiæ VVla-
dislai II. Ducis
Opolienfis
cum Esseyā:
Poznanienfis
Ducis Przemis-
lai Sorore:

Przemislaus
Dux Maj. Pol.
Castrum
Czwanzin oc-
cupat:

Merita Bogu-
phali II. Episc.
Poznanienfis:

ctus Episcopus cum Clero suo LXXV. marcas argenti examinati & in pondere Calonicensi exsoluerunt.

Eodem anno Michel Episcopus Cuyauie in die beati Ciriaci diem vite clausit extremum. Eodem anno dux Pomoranie Barnyn Drdzen occupauit; & eodem mense occupationis Przemisl dux Polonie idem Castrum recuperauit. Eodem Anno Boguphalus Episcopus Poznanienfis Gofczimironem cum filiis & cum filiis quondam Czechoslai fratris ipsius Gofczimiri, uidelicet & Vezadone nomine Ecclesie Poznanienfis a duce Kazimiro recuperauit & eos duci Przemisloni restituit.

Anno Domini MCCLIII. Idus Februarii Frater Gerrandus de ordine Predicatorum secunda vice in Poloniam rediens ex parte Hugonis Cardinalis & legati exegit ab Ecclesia Poznanienfi expensas eidem legato octoginta marcas argenti de graui argento in pondere Poznanienfi in Ecclesia sua ad celebrandam electionem. In qua taliter appromiserunt, totum negocium in tres personas, uidelicet in Petrum prepositum, Petrum Decanum & Gerrandum Scolasticum, ut quicumque illi tres eligerent, dicti Canonici ratum haberent; qui inuocata Spiritus Sancti gracia elegerunt Dominum Petrum Decanum virum deuotum & pyum: sed quia inhibitu fuerat, quod Archiepiscopus Metropolitani Polonie Electos Polonie sine scitu & mandato Hugonis Cardinalis & legati confirmaret: ideo Dominum Petrum quondam Domini Boguphali Episcopi pro Confirmatione Electi Poznanienfis ad dictum Hugonem Cardinalem miserunt. Qui cum esset in via constitutus, a quibusdam fuit captus, spoliatus & tentus & ita infecto negocio redijt. Dicti vero Canonici alios nuncios ad eundem destinauerunt, qui ad ipsum venientes confirmationem & literas confirmationis obtinuerunt, & alias literas Metropolitanano Archiepiscopo apportauerunt, per quas inhibicio eiusdem legati fuit reuocata. Prefati vero Canonici cum haberent literas confirmationis arripuerunt iter ad Dominum Fulconem Archiepiscopum, qui eidem obuiauerunt circa fluuium Pydam. Et cum comparuissent dicti Canonici cum suo Electro coram eodem Domino Archiepiscopo, opposuit se eorum electioni Dominus Iohannes Canonicus eiusdem Ecclesie dicens se fuisse contemptum in eadem electione; & petebat ipsam plus infirmari, quam confirmari. Et cum multa inter se verba tractarent, & non possent ibi aliqualem Sentencie habere confirmationem, pecierunt alium sibi tertium dari. Dominus autem Archiepiscopus assignauit eis alium tertium in Slawna. Et cum iterum venissent ad tertium destinatum & locum, Dominus Theophilus Archidiaconus de Cirzusk Canonicus Poznanienfis etiam se opposuit dicte Electioni, dicens: Quia ad vos libera electio redijt, & me ad ipsam non vocastis, cum tamen venire poteram, si vocatus fuisset, ideo reputo me esse contemptum. Et ita nec tunc dicti Canonici aliquem finem de confirmatione Electionis obtinere potuerunt. Audiens hoc Dominus Oppiso Abbas de Messano, qui tunc legatus fuerat in Polonia, quod tanta discordia esset inter Canonicos predictos, eosdem mandat ad se venire: & venerunt vsque in Wratislauiam, & cum essent constituti in presencia eiusdem legati, monebat ipsos venire ad concordiam: utraque autem partes videntes saniori consilio coram eodem legato consenserunt in prefatum Dominum Petrum Decanum. Videns hoc prefatus legatus, quod vnanimes facti sint super sua electione, ipsam auctoritate Domini Pape confirmauit.

Eodem Anno Illustris Princeps Przemisl ad instantiam cuiusdam ciuis de Gubin mouit Ciues suos de Ciuitate, que erat sita in arena, que vocatur Szrothca circa Ecclesiam sancte Margarethe & transtulit eos ex alia parte Warthe prope Ecclesiam Sancti Martini, vbi fuerat alia ciuitas primitus locata, quam idem Dux fecit de blancis & fossatis firmis muniri, & est munita ad mandatum suum.

Eodem Anno Nobiles viri duces Polonie, uidelicet Przemisl & Boleslaus conuenerunt in Castellaniam de Gedcz & habuerunt inter se tractatum de diuisione Terre sue. Ad quem tractatum Dominus Fulco Archiepiscopus Gneznenfis & multi Nobiles Polonie conuenerunt. Et cum multum inter se tractarent super eodem negocio, dictus dux Przemisl fratri suo Domino Boleslao dedit Gneznam Metropolim Kalis, Rudam, Gedcz, Buyn, Bechow.

Eodem Anno Domina Elizabeth vxor ducis Przemislonis simul geminas filias peperit. Eodem Anno in mense Septembri Nobiles viri Przemisl & Boleslaus duces Polonie fratres vterini, cum Domino Cunrado, duce Glogocie cum filio quondam Ducis Henrici Slesie, collectis exercitibus suis venerunt vsque ad fluuium, qui vocatur vulgariter Widawa a Wratislauia miliare paruulum. Et mittentes exercitum suum

Discordia de
Electione Epi-
scopi Pozna-
nienfis.

Elogium Ducis
Przemislai
Mai. Pol.

Diuisio Maio-
ris Polonie

Silesia à Polonis persuasata: denastarunt Terram ducis Henrici fratris predicti ducis Conradi; qui vastauerunt circa Trebniciam & circa Cerquiciam & circa omnia montana, ymmo etiam quidam exercitus vadavit per Odram & vastavit circa Lefniciam propter villas omnium Ecclesiarum, quas fecerunt idem principes ab omni vastatione esse immunes. Item Anno Domini MCCL. Domorathus miles magnus Iudex Polonie post octavas Pasche facto prandio sanus bene deposuit se ad lectum volens dormire & statim ibidem subitanea morte fuit mortuus &c.

Clades Svanto-pulci: Ducis Pomeraniae: Anno Domini MCCXL. Dux Swanthopelcus cum filiis suis & cum fratre suo, collecto aliquantulo exercitu pro conducenda sua ad antiquum Nakel expensa; & cum esset ante Castellum Nouum attemptauit, si forte potuisset per aliquem modum expugnare. Idem Castellanus licet multos custodes haberet, tamen habens inter se consilia fecit exercitum ligna de pyno seccare, inde faces adaptari, vt posset predictum Castellum succendere. Et cum ligna parata Pomorani in fossatis ponerent, & videretur quod ad sufficiensiam non haberent, oportebat eos pro lignis redire, vt de maiori quantitate replerent fossatas. Poloni autem sicut viri discreti & in multis experti, cum Pomoranos viderunt redire pro lignis, & illa ligna, que iam erant proiecta, sed nondum succensa, armati exiuerunt de Castello & aliquantulum remouentes cum instrumentis ad hoc paratis eadem ligna succenderunt, & per ignem consumpserunt. Videntes autem Pomorani tantam astuciam & discrecionem Polonorum vltius deserunt ligna proicere: sed vt viri fortissimi armati cum clypeis suis & cum raibus accesserunt & cum fundis lapidibus impositis & etiam cum machinis, ceperunt dictum Castellum expugnare. Sed misericors Dominus & iustus non deserens Polonos, qui iuste hereditatem defendebant Polonie, quam Pomorani duci Polonie per vim nitebantur auferre, vbi nulla firmitas & parua spes de vita, ipse Dominus dignatus est seipsum pro Polonie iuamine ponere prestando eis auxilium de celo, dans eis vires & constanciam repugnandi inimicis suis, cum tamen satis desperarent de vita, & per auxilium DEI tunc repulerunt inimicos a Castello. Et dicebatur, quod tunc fuerunt Pomorani sub castello XX. occisi vsque ad mortem & quadraginta vulnerati fere quidam ad mortem. Pugna autem eorum cepit esse illo die ante meridiem vsque ad horam completorii. Ita dux Swanthopelcus perditis aliquantulum hominibus recessit confusus.

Prælium ad Castrum Nakel: Item eodem anno post Rogaciones contigit, quod Pomorani, qui tenebant antiquum Castrum Nakel, exiuerunt & prouocarunt Polonos de nouo Castro, quod Dux Przemisl construxerat. Poloni vero sicut probi homines & audaces milites videntes eos exiuisse, contra eos irruerunt & ceperunt contra eos viriliter pugnare. Dux autem Swanthopelcus sicut vir dolosus & fraudulentus cum magna cautela fecerat Pomoranos, quod prouocarent Polonos, & ipse circa montana, que sunt circa castrum, cum exercitu morabatur. Sed cum Poloni contra eos, qui illos prouocauerant, victoriam obtinerent, Swanthopelcus improuidus repente de montanis exiliens prefatos Polonos ex omnibus partibus circumdedit, ita quod nullam viam effugiendi haberent. Poloni vero credentes se in mortis periculo, ceperunt pro posse multitudini resistere: Sed cum non possent se defendere pro nimia paucitate ipsos Pomorani occiderunt, quosdam vulnerauerunt & receperunt & in terram suam abduxerunt. Inter quos ceperant quendam militem Meczislaum & quosdam alios, quorum nomina propter prolixitatem hic non notamus &c.

Lacus quidam cum flumine Ecclesie Poznanienfi vindicatur: Item eodem anno videlicet MCCLVI. Comes Bogutha egit contra Dominum Boguphalum, Episcopum Poznaniensem, qui dicebatur de Cirznelm & contra Ecclesiam suam pro quodam lacu, qui vocatur Synce, asserens sibi ipsum de iure pertinere. Episcopus autem predictus cum Canonicis suis, qui in possessione fuerant ab antiquo, cuius etiam memoria minime habebatur, defendebat partem suam coram principe Przemislone, dicens sibi & Ecclesie sue ab antiquo pertinere, non tamen totum, sed dimidium cum medio flumine, quod Odra dicitur, quod per eundem lacum currit. Dux vero prefatus pro forma iudicii precepit Episcopo & Canonicis, vt secundum priuilegium eorum & etiam antiquam consuetudinem ibi descenderent, & vnus, qui ibi melius sciret, pro eodem dimidio lacu & flumine iuraret. Episcopus autem pretractus cum suis Canonicis satisfaciens Comiti Boguthe, licet hoc non deberet facere, propterea quia Poznanienfis Ecclesia erat multo tempore in pacifica possessione. Tamen miserunt tres ex Canonicis ad iurandum, videlicet Dominum Gerandum Decanum, Dominum Bodslauum & qui Basto dicitur, custodem, Dominum Vincencium Cano-

Canonicum filium Masli militis; qui eodem anno ibidem in die beati Viti venientes orto sole ceperunt rogare per Comitem Boznonem Castellatum de Medzirzecz, vt ipsos Comes Bogurtha non cogeret iurare. Predictus vero miles nullo modo assentire voluit. Illi vero admissi fuerant, vt iurarent pro eodem dimidio lacu & medio flumine, qualitercunque currat. Iurauerunt omnes tres quilibet sub stola super missale, & eciam super crucem, qui ibi in missali per sacerdotem Petrum filium Michaelis Capellanum de Pczow tenebatur. Audierunt eciam illi iurantes, quod Dominus Paulus Episcopus Poznanienfis pro eodem lacu & medio flumine iurauerat, & propterea ipsi sua consciencia iurauerunt, quod eciam ab antiquo & fide dignis didicerunt esse verum. Et ita per eorum iuramentum tunc predictum lacum medium cum flumine Episcopus cum Canonicis suis obtinuit.

Eodem Anno, videlicet MCCLVI. in Pomorania Comes Baran iunior egit contra Dominum Custodem Poznaniensem Balconem coram duce Przemislone, quod sibi abstulisset rethe piscium theutunicalis, qui constitutus ibidem in iudicio idem custos cognouit se fecisse, pretendens causam legitimam, dicens eundem Baranum contra DEVM & iustitiam vsurpasse vtramque rippam fluminis Warthe, que de iure competeat Sanctuarii Ecclesie Sancti Petri Apostoli. Dux vero Przemisl precepit in forma iudicii, vt idem Custos cum aliquibus Canonicis secundum eciam antiquam consuetudinem descenderent & vnus ibidem iuraret, qui melius de hoc sciret. Descenderant autem Petrus Prepositus, Iohannes Scolasticus, Bodslaus & qui Balco dicitur Custos, Marcus Canonicus parati iurare secundum diffinitionem ducis Przemislii. Prefatus vero miles Baran videns, quod ipsi ad hoc venerant, quod iurarent; ipsos non admisit ad iuramentum, sed per compositionem cum eis conuenit. Et talis cum eis compositio facta fuit, quod deberet Dominus Custos & Sanctuarii vtramque rippam trahere. Similiter & Comes Baranus cum hominibus suis & si alter non posset, nihil negligeret piscari. Ille qui traheret partem aliquam, daret alteri, & hoc talem, qualem ipse daret, talem alter ab alio reciperet. Et si vterque eorum simul conuenirent ad capturam cum retibus suis & amborum homines piscarentur, per medium diuiderent inter ipsos.

Anno itaque eodem in vigilia beati Iacobi Apostoli conuenerunt Nobilis Vir, dux Przemisl cum suis Baronibus in villam suam Kezyne tractaturus de recuperacione Castri sui Nakel, quod tenebat tunc Swanthopelcus dux Pomoranie. Ad quem venit vir honestus frater Poppo crucifer de domo Theutonica, qui eidem duci attinebat in quarto gradu consanguinitatis de Matre Domini Przemislonis. Venerat id circo idem frater Poppo, vt posset inter Dominum Przemislone & inter ducem Swanthopelcum medium ponere de pace facienda & de Castri recuperacione. Dux vero prefatus Swanthopelcus qui Castrum Nakel per vim detinebat pro eo, quod non poterat comode tenere propter Castellum, quod construxerat, dux Przemisl eidem fratri Poppe pro parte sua. Idem Dux Swanthopelcus commisit totum negocium suum ratum habiturus, quidquid diffiniretur. Frater vero supra dictus Poppa accedens ad ducem Przemislone significauit ei, quod dux Swanthopelcus pro recuperacione Castri Nakel vellet habere quingentas marcas argenti & super omnia firmam pacem tenere cum eo & prorsus promisit abdicare data fide, quod de cetero noller sibi aliquid vsurpare de terra eius, nec aliquem respectum habere ad idem Castrum: Sed secundum quod pater suus terram cum eodem castro suo possedit Przemisl, in pace possideret. Nobilis autem dux Przemisl habito consilio prudentum virorum, licet non multum per hoc terra sua destrueretur, quod Nakel per Pomoranos detinebatur propter Castellum, quod construxerat idem dux: tamen timens de improvisis futuris periculis, nesciens, quid ex hoc poterat postmodum euenire, per eundem fratrem Poppam fide data promisit firmam pacem tenere, & quingentas marcas grossorum soluere. Et diffinito hoc negotio, mediante fratre predicto Poppe, conuenerunt in Nakel, videlicet Przemisl & Swanthopelk dicti duces inter Castrum antiquum & nouum & cum paucissimis hominibus sine gladiis & totaliter inermes & visis ad inuicem osculabantur mutuo vnus alium & insidentibus equis tractauerunt inter se negocia sua. Dux autem Przemisl rediit ad suas staciones & dux Swanthopelk ad Castrum antiquum Nakel firmata pace. In crastino vero hoc est ipso die beati Iacobi Apostoli descendit dux Przemisl cum suis militibus in castrum antiquum Nakel, quem benigne suscipiens in Castris dux Swanthopelk inter se per Iuratoriam caucionem firmauerunt pacem & castrum Nakel duci Przemisl fuit restitutum. Prefatus autem dux Swanthopelk ne

Alia Controversia Ecclesie Poznanienfis cum Comite Baran iunior:

Pax sancta inter Przemislone Matoris, Poloniam: & Swanthopelcum: Pomoranie Ducem:

de tanta pecunia effert defraudatus, pecijt sibi obfides dari: Dux autem Przemisl fici-
vir fidem habens, qui satisfaciens in hoc eidem duci, ne super hoc aliquid dubitaret, de
filiis nobilium fuorum tradidit & nouem obfides, quorum hec sunt nomina: Dirzi-
craius, Dobrogostius, filii Vincencii, VVladimirus, filius Prandothe, Iacobus filius Episcopi
Boguphali Poznanienfis de Czirnclin, Januſſius Dobſtincz de puero Sampſon Gne-
womirowicz, Dzirſko Jaranczeuicz, Mroczek Przecz, Slawicz, Sandzirey, Sbilu-
thowicz.

Item anno vno ante mortem Przemislonis Domini Ducis Polonie Sanctuarii Ec-
clesie Poznanienfis de Golroton emerunt ad eundem ducem villam ſibi anexam ſuo-
rum kykonis, videlicet & fratrum ſuorum pro ſeptem marcis argenti. Hec autem
eorum ſunt nomina; Cenſicus Ceuturio cum Januſſio fratre ſuo Poſciſius, ſub forma
emerunt, quod nulli Sanctuariorum preter ipſos & poſteros eorum habeant ad eandem
villam reſpectum in perpetuum.

Item Anno Domini MCCLX. quarta feria ad Noctem poſt Dominicam Letare in
Glowno Eccleſiam omnium Santorum cum domo Domini Episcopi & cum Camera,
in qua multocies ſtuduerat eſt exuſta. Item Anno Domini MCCLXII. in die beati Pe-
tri frater Vitus de ordine Predicatorum, Episcopus quondam Lituonienſis, ad petitionem
Domini Boguphali, Episcopi Poznanienſis conſecrauit in ſumma Eccleſia Chorum, qui
de nouo fuerat paratus. In quo die de cetero totius Eccleſie memoria celebrabitur
conſecracionis. Cui conſecracioni eciam interfuit Dominus Wilhelmus Episcopus
Lubuczenſis; Dominus vero Episcopus Boguphalus in anniverſario conſecracionis in-
ſtituit vnum annum Indulgentie; & frater Vitus alium Annum & Episcopus Lubucen-
ſis LXXX. dies indulgentiarum inſtituit & conceſſit.

Eccleſia in
Glowna in ho-
norem omni-
um Santorum
& S. Laurentii
Martyris:
Item Anno Domini MCCLXIII. XII. Kalendas Maii, Wenerabilis Pater frater Or-
dinis Predicatorum Dominus Vitus Episcopus Lituonienſis conſecrauit Eccleſiam in
Glowna in honorem omnium ſanctorum & Sancti Laurentii martyris, vbi fuerunt de-
poſite in Altari ſanctorum iſtorum Reliquie, Timorhei Apoſtoli, Johannis Baptiſte,
Laurentii martyris, Fabiani & Sebaſtiani martyrum, Floriani & Chriſtophori martyrum,
Allexii Confeſſoris & aliorum ſanctorum & conſtituta ibidem indulgentia ter in anno in
anniverſario eiusdem Eccleſie in die omnium ſanctorum in die Laurentii martyris.

Item Anno Domini MCCLXVI. cum perſeirent Marchiones quod Caſtrum Santhok eſſet per dominum Boleslaum, ducem Polonie, occupatum, venerunt cum ſuo exerci-
tu & vallauerunt idem Caſtrum cum militibus dicti Boleslai. Timens dux Boleslaus, ne mi-
lites ſui per alienum modum occuparentur & occiderentur in Caſtro ſacra pace predicta,
tradidit predictum caſtrum ad deſtruendum, quod mox eſt deſtruſtum. Item Anno Do-
mini MCCLXVII. circa feſtum Sancti Michaelis ſanctiſſimus in Chriſto pater Dominus
Clemens Papa quartus tranſiuit ad Chriſtum de hoc munco & clauſit diem extremum.
Item eodem anno Eccleſia Poznanienſis ſumma miſerabiliter fuit conſumpta per
ignem, ſed per gratiam DEI non habuit dampnum niſi in ſols glorioſis campanis, qua-
les non credo mundum habuiſſe. &c.

Clemens IV.
P. R. moritur:

Item eodem Anno Dominus dux Boleslaus edificauit Caſtrum Dupin in villa co-
mitis cuiusdam Sodria. Item ſub Anno M. & c. ſeptimo idem dux aliud caſtrum edi-
ficauit Neſlus in villa Gnewomiri, filii Trzebaſlai. Item ſub Anno Domini MCCLXVIII.
idem dux edificauit Caſtrum in Terra Rudenſi Proſnam & impoſuit ſibi nomen Bo-
leslawiecz.

Cafimirus Dux
Cuyania: ori-
tur:

Przemislaus
Rex Polonie
Sacro Oleo
unctus:

Item Anno, quo noſter Sereniſſimus Princeps & Dominus Dominus Kazimirus
dux Cuyanie & Laucicie deceſſit; Item eodem Anno Petrus Prepoſitus obiit infra
feſtum Paſche; item MCCXCV. in feſto Santorum martyrum Johannis & Pauli do-
minus Iacobus ſecundus martyr Episcopus Regem Przemisl ſacro vnxit oleo & coro-
nauit vna cum Regina vxore ſua in Eccleſia Gneznenſi Metropolitana & dimidium
octauum menſem vixit poſthoc & in feſto ſancte Dorothee eſt occiſus in Rogo ſuo.
De morte autem Petri Pomorani, Canonici Poznanienſis, eſt ſupra dictum.

Item Anno Domini MCCXIX. Otto filius Otonis Marchionis de Brandenburg
poſt obitum patris ſui edificauit ſibi Caſtrum in metis Polonie inter Lubuſz & Med-
zyrzecz in Sulencz tolerante incliro Domino Boleslao duce Polonie &c.

Item Anno prenotato dux Boleslaus pyus circa feſtum Sancti Michaelis muniuit
de blancis ciuitatem ſuam Medzyrzecz &c. iam eſt ſupra deſcriptum plene; Item An-
no domini MCCLXX. circa purificationem beate Marie Virginis Otto filius Otonis
Marchionis circa Eccleſiam Sancti Andree Apoſtoli edificauit Caſtrum Santhok cum
fra-

fratribus suis. Iuerat enim dux Boleslaus in Terra Cracouie tunc temporis & sic fuit ab lens. Item Anno eodem dux Boleslaus circa festum Sancti Gregorii edificauit Castrum suum Drdzen. Item eodem Anno dux VVladislaus filius quondam Henrici Ducis Silesie, qui fuit occisus per Thartaros, existens Archi-Episcopus Salzbουργensis in crastino beati Adalberti in suo Archi-Episcopatu ex hoc mundo migravit ad Christum. Item eodem Anno ante Naralem Domini octo diebus occupauerunt Theutunici Castrum Drdzen satis optimum.

VVladislaus
Dux Silesie Archi-
Episcopus op.
Salzburg, moritur:

Item Anno Domini MCCLXXI. dux Boleslaus collecto maximo exercitu, tum de sua terra & de vna parte Cuyauie, quam tunc regebat, intrauit terram de Castellania Santhok, quam tenebat Ottonis Marchionis filius, locatam iure Theutunico, ipsam horribiliter destruxit spoliando, comburendo, annihilando, ciuitates expugnando. In qua terra secrete tribus pernoctauit noctibus, & cum magna preda sanus & illesus ad propria remcauit. Item Anno predicto Castrum Chruschuicia comburitur de voluntate Domini Boleslai ducis Polonie.

Anno itaque Domini MCCLXXI. discordantibus gloriosis principibus & ducibus Pomoranie Rehabito a fratre suo VVarcislao castro nobilissimo & firmissimo, ymo inexpugnabili secundum opinionem omnium hominum, quod dicitur Gdansk & ciuitate ibidem fundata & plantata, atque firmissimis fossatis vallata, turbato animo suo pro ea, quod frater suus VVarcislao ipsam Mscziconem tenebat captiuum captum, & traditum ei per suos Barones idem castrum Gdansk tradidit Marchioni Domino Cunrado, filio quondam Johannis Marchionis de Brandeburg, ut sibi preberet auxilium, ne frater suus Dominus VVladislaus dominaretur in Terra Pomoranie. Prenominatus vero VVarcislao dux cum suis Pomoranis, qui sibi adheferant, volens attemptare & inquirere Gdansk, vel alia castra Terre sue, intrauit castrum VVisthegrod, ibi cadens in egritudinem mortuus est & sepultus est in Juniori VVladislaui apud fratres Juniores. Videns hoc Mscziw, quod erat orbarus fratre suo Domino VVarcislao, & sperabat se iam pacifice & secrete regnare in Terra Pomoranie, voluit intrare Castrum suum & ciuitatem Gdansk, & non fuit permixsus per Theutunicos, qui custodiebant idem Castrum & nomine Marchionis Cunradi ciuitatem. Considerans prefatus Mscziw dux tantam iniuriam & perfidiam Theutunicorum qui non permittebant eum regnare & dominari in propria hereditate, conuocata Terra sua tota vallauit diligenti custodia dictum Castrum & ciuitatem, ne plures Theutunici intrarent ad custodiendum & defendendum predictas municiones. Sed cum eas occupare non possent Pomorani dederunt consilium duci Mscziw, quod se committeret Boleslao duci Polonie fratri suo amicio, qui tunc regebatur sapientia militiaque potenti, qui veniens ad ipsum impetravit consilium & auxilium a fratre suo contra eosdem Theutunicos, qui suas municiones detinebant. Eciam magis cupiens, quod dictus Dominus Boleslaus possideret Terram Pomoranie, quam Theutunici ipsam occuparent uolenter; maxime cum predictus dux Mscziw prolem non haberet. Dux vero Boleslaus sicut dux modestus homo compaciens ac pius fratri suo de tanta iniuria compaciebatur illata a Theutunicis, licet offenderit eum aliquid; tamen motus carnali pietate victa malicia in bonitate promissit sibi prebere auxilium.

VVarcislao
Dux Pomoranie moritur:

Item sub Anno Domini MCCLXXII. Dominus Boleslaus dux strenuus & potens in militia nobili & potenti, filius quondam ducis Wladislai, filii quondam ducis Odonis collecto aliquantulo exercitu non ea multitudine, qua consueuit ad alias terras adducere, quia sciebat, quod cum exercitu, quem conuocarat, secrete poterat intrare Terram Pomoranie. Quam intrans inter Epyfaniam & purificationem Virginis gloriose accelerat & circumdedit cum suis Polonis & Pomoranis nullis instrumentis adhibitis, nisi clipeis & cratibus & aliquibus paruis ac paruulis instrumentis ad munimen aptis contra Theutunicos, qui erant in Gdansk appposito forti igne, ipsos contra omnium hominum opinionem occupauit & castrum expugnauit & Theutunicos fere omnes, qui ibidem erant, occidit, preter paucos, qui confugerant in quandam turrin, qui sibi vitam optinuerant, tamen in captiuitatem redacti sunt & tenti per dominum Mscziwio-
Victoria Boleslai Pii:

Et sic Domino adiuuante Dominus dux Boleslaus cum triumpho & honore sanus, paucis militibus perditis & vulneratis ad propria est reuersus & non fuit opus, nisi DEI omnipotentis, qui semper dignatus est munire dictum Dominum Boleslaum ducem Polonie & semper muniuit, cum ubicunque pugnaret pro Iustitia &c.

Item Anno premissio Sexto Kalendas Junii Nobilis puer Dominicellus Przemisl
idem Castrum Drdzen cap:

mini Boleslai ducis Polonie, patris sui, qui tunc totam Poloniam regebat, collectam milicia Polonie cum Comite Przetpeltone Palatino Polonie & Comite Jancone Castellano Kalidensi, qui tunc maiores & seniores in illa milicia erant, intrauit manu armata Terram ultra Drdzen, quam pater suus Przemisl tradiderat Marchioni Domino Cunrado filio Marchionis Johannis Brandenburgeris seu de Brandenburg pro dote filie sue: sed cum vellet spoliare dictam Terram, appropinquauit cuidam Castello, quod fabricauerat Idem Cunradus in predicta Terra in quadam villa, que Strzelcedicetur; milites sui sicut probi & audaces sine omni Instrumento ad idem Castrum accesserunt cum igne impetuoso, & in breui idem Castrum acquisuerunt, & fere quotquot fuerunt, gladio occiderunt, preter paucos, quos captiuos a predicto Dominicello cum difficultate milites opprimerunt. Et cum redirent ad propria & iam esset in castro Bolem, datum est sibi scire, quod pauci essent Drdzen Theutunici, quod tenebatur occupatum per violentiam. Jam enim eiusdem Castri aditus porte erat occupatus per quosdam Cassubitas, qui seruiebant Domino Boleslao, qui ad idem Castrum nauigio venerant & vnam portam succenderant. Cum idem Dominicellus tales rumores perciperet & conciperet, mandauit revocare milites, qui iam a vico recesserant, & alii cum eo adhuc erant, accessit ad idem Castrum. Et cum idem milites & populus inciperent aptare instrumenta, Theutunici nimium propter hoc timentes, ne eisdem idem contingeret, quod de aliis contigit in Strzelcz dextras pecierunt, & obtentis dextris idem Castrum sine omni labore & effusione sanguinis eidem Dominicello tercia feria in die Rogacionum tradiderunt prefatum Castrum & pacta bona custodia in eodem Castro ad propria remeavit cum honore & triumpho.

Item sub Anno Domini MCCLXXIII. Nobilis Dominicellus Przemisl filius quondam ducis Przemislii intrauit in Terram Perlawic ducis Barnime, ut videret Dominicellam filiam cuiusdam ducis Barnimi. Et ob hoc idem dux ipsam tenebat penes se, quia sibi attinebat. Et cum eam videret, complacuit sibi persona & ibidem sibi in Terra prefati ducis Barnime in ciuitate Szczecin ipsam copulauit in vxorem: & hoc actum fuit, cum sibi terminabatur sextus decimus Annus natiuitatis sue &c.

Item Anno Domini MCCLXXIII. in Mense Julio Nobilis vir Dominus Boleslaus cum Nobili Domina Helena vxore sua & Reuerendo patre Domino Nicolao Episcopo & cum Baronibus suis & cum eodem Dominicello Przemislone occurrerunt eidem Domine Lucarthe vsque ad Drdzen & ibi ipsam cum honore receperunt & vsque in Poznaniam duxerunt; & per dictum Episcopum & Canonicos eiusdem Ecclesie secundum consuetudinem ab antiquo obseruatam cum processione sollempni ipsam in Ecclesiam susceperunt.

Item Anno Domini MCCXCV. Przemisl secundus dux maioris Polonie fuit tinctus & coronatus in Regem per Venerabiles patres Dominos Jacobum Gneznensem Archi-Episcopum, Johannem Gerbiz Poznanensem, Wislaum Vladislauensem, Johannem Muscata Cracouienfis Ecclesie in Ecclesia Gneznenfi die dominica proxima post diem beati Johannis Baptiste, in qua fuit sollempnitas beatorum Johannis & Pauli &c.

Item Anno Domini MCCXCVI. cum idem Rex festum Carnispruii in Rogo suo Cantate celebraret, Theutunici zelo inuidie inducti, quod regale sceptrum idem Rex adeptus fuerat, videlicet Marchio Longus Otto, cum alio Ottone, cum Marchione Johanne Nepote dicti Regis miserunt non paucos homines ipsum ad capiendum furui; qui introeuntes eandem ciuitatem summo mane in die Cinerum grauissimis vulneribus illatis ipsum ceperunt, quibus non sufficiens eius tam grauius captiuitas ipsum cum deducere in Terram suam comode non valuerunt, seu non valerent, grauioribus plagis illatis crudeli morte extinxerunt. Quo sepulto in Ecclesia beati Petri Apostoli Poznanie per Dominum Johannem eiusdem Ecclesie Episcopum, Wladislaus Dux Cuyauie per milites in Terra Cuyauie & Polonie est ad regendum Principatum euocatus, iuxta versus: Anno milleno tercento minus vno Deslet Theutunicos Poznaniam secundos.

Item sub Anno Domini MCCC. Poloni videntes inconstanciam Ducis Wladislai predicti, vocauerunt Wenceslaum Regem Bohemie & in Dominum sibi receperunt, fugato Wladislao de omnibus terris eciam propriis, sub quo Rege Wenceslao maxima pax & iustitia viguit in Polonia, tamquam temporibus ipsorum heredum. Idem Rex accepit sibi in vxorem Dominam Richzam, filiam Regis Polonie Przemislonis, mortuus vero est Anno Domini MCCC.V. Cui successit filius suus IV. Sed modico tempore regnavit, vno anno & dimidio & interfectus est

a quo-

Przemislai Regis Pol. Nuptiae cum LUC-CARDI:

Przemislans Rex a March. Brandenb. interfectus:

Poloniarum Regnum ad WENCESLAUM BOHEM. REGEM translatum:

a quodam de familia sua in Olmutz ciuitate sua in domo Decani infra dormicionem in meridie; hic etiam inconstans fuit & proprie voluntatis.

Item Anno Domini MCCXCIX. cum temporibus Ducis Wladislai Ecclesia multas iniurias pateretur tam a praedicto Duce, quam a suis militibus per violaciones Cimiteriorum & oppressiones pauperum, viduarum & orphanorum omnium bonorum Ecclesiarum, Ecclesie ad anichilacionem & alia, quae loqui horrendum est, Andreas Dei gracia Episcopus Ecclesie Poznanienfis in tota Diocesi sua generale posuit Interdictum, prohibens diuina celebrare officia.

Vladislaus
Lothicus In-
terdicto subie-
ctus:

Item Anno Domini MCCCVI. post mortem huius Henricus Dux Slesie & Dominus Glogouie totam terram Polonie obtinuit & possedit quiete, hic fuit rigidus valde furibus & predonibus ac violentis. Sed solus fuit maximus exactor, nec perfectus amicus Polonorum. Sed temporibus suis pax maxima fuit in Polonia & in omnibus terris eius, &c.

HENRICVS
III. Dux Glogo-
uiae Maio-
rem Pol. occu-
pat:

Item Anno quo supra Gentiles Lithwani vastarunt circa Kalis & Scrawismo ciuitates & maximam multitudinem populi abduxerunt in Lithwaniam, innumerabilibus interfectis & crudeliter occisis per eosdem.

Lithuanorum
Incurfiones:

Item Anno Domini MCCCIX. obiit idem Dux * Henricus dimissis quinque filiis, videlicet: Henrico, Cunrado, Johanne, Boleslao & Przemislone, hos qui iuuenes erant & tenelli tenuerunt & alligauerunt consiliis Theutunici. Ita quod nichil aliud poterant facere, nisi quod placeret Theutunicis, & multas ab eis terras & ciuitates extorserunt pro modica pecunie quantitate, & dederunt eis consilium, ut totam gentem Polonicam exterminarent, tam Ecclesiasticas personas quam seculares milites, maxima tamen stetit pax tempore ipsorum: aliquali, non tamen perfecta duobus annis.

HENRICI III.
Ducis Glogo-
uensis Mortis &
Liberi:

Item A. Domini MXCII. Castrum Gnezense & monasterium combustum est. Item Anno Domini MCXCII. Melsko Dux de Kalis obiit. Item Anno Domini MCXCIV. Hilic Castellanus obiit & terram Lubus Pomorani debellarunt. Item Anno MCXCVII. Boleslaus Dux interfectus est. Item eodem anno Wladislaus obtinuit Kalis & filium Odonis fugauit in Ungariam. Item Anno Domini MCCXXIII. filius Odonis Viscze intrauit ipso die Sancti Dionisii. Item Anno Domini MCCXX. Turris Ecclesie Gnezensis Cathedralis ruit. Item Anno Domini MCCXXIII. Langrauius Lubus obtinuit. Item Anno Domini MCCXXVII. Dux Wladislaus magnus filius Meszconis in diuisione Apostolorum ante Vscze confusus est & Palatinus cum aliis multis interfectus est.

Res gestae Po-
lonorum:

Item Anno Domini MCCXXXI. Wladislaus filius Meszconis a filio Odonis de terra eiicitur & eodem anno in exilio moritur. Item Anno Domini MCCXXXII. Wladislaus Dux filius Odonis concessit Episcopo Paulo venari per Episcopatum & monetam liberam in Crobya & villam Fulconis iuxta Croba. Item Anno MCCXXXIII. milites Poloni volebant interficere Dominum suum Wladislaum filium Odonis inducentes Ducem Henricum cum filio suo in Poloniam. Eodem anno Wladislaus firmavit castrum suum Dnyn. Item MCCXXXIII. predictus Dux cum filio suo edificauit Gnezense castrum & destruxit Dnyn. Item MCCXXXVIII. Henricus Dux Slesie diem clausit extremum. Eodem anno Theutunici Santhok castrum occuparunt. Item Anno Domini MCCXXXIX. Wladislaus filius Odonis Dux Polonie obiit.

Henricus I.
Glabarus: Dux
Silesiae mori-
tur:

Item Anno Domini supra scripto Gregorius Papa nonus Fridricum Imperatorem excommunicauit, quia quosdam Episcopos de Episcopatibus suis sine causa & sine iudicio eiecit. Item Mandeburgensis Episcopus Lubuscb obsedit, & magna multitudine hominum exercitus sui perdit & ibidem confusus recessit. Item anno predicto Dux Lancicie Cunradus magistrum Johannem Scolasticum Ploccensem comprehendit, & plagis affectum suspensum eculeo interemit, quem iterum sic mortuum ad Ecclesiam Sancti Benedicti in rippa fluminis Wandali contra faciem Ecclesie Ploccensis fecit suspendi. Eodem anno Dux Cuyauie Ridgostiam recuperauit. Item anno prefato Swanthopelcus Dux Pomoranie Cuyauiam vastauit, predauit & exussit Ecclesiam in Wladislaui iuueni, & ipsam ciuitatem. Item Dux Kazimirus, filius Cunradi accepit filiam Henrici sibi in uxorem quinto gradu consanguinitatis a se distantem.

Casimiri Ducis
Cuiaviae Nu-
merus cum
Constantia
Henrici Pii Du-
cis Silesiae F.

Item Anno Domini MCCXL. Dominus Gregorius Papa nonus mandauit omnes Archiepiscopos Romam venire, Episcopis vero & Capitulis precepit, ut per nuncios

M 2

ydoneos

* Optime & secundum Diplomatum Fidem, solus hic ex omnibus Polonicarum Rerum Scriptioribus, quos adhuc videre contigit, HENRICO III. Duci Glogouienfi filios quinque tribuit, adde Tabulam nostram Genealog. II. Tom. I.

ydoneos ibidem comparerent, ita quod secundum ipsorum consilium Imperatorem absolueret & secundum compositionem ab omnibus approbatam, vel ipsum ab Imperio remoueret ut Hereticum, quia ultra annum in excommunicatione perdurans & amplius Ecclesie satisfacere contempsit. Sed astucia & malicia Imperatoris clausa fuerunt vie, ita quod ad mandatum Pape, qui vocati fuerant, venire non valuerunt.

Item Anno Domini MCCXLI. Tharlis Rex intrauit Vngariam cum multis exercitibus, cui occurrit Bela Rex Vngarie & Colomannus filius eius in prelio, qui ambo multis exercitibus amissis terga verterunt. Rex vero Tharlis Vngariam vastans & homines interficiens a maximo usque ad minimum, non parens ulli etati aut sexui usque ad Danubium pertransiuit. Quando vero fuit in introitu Vngarie, partem exercitus sui contra Poloniam destinauit, qui die Cinerum Sandomiriam vastauit, & postmodum per Cracouiam & Vvisliciam transeuntes venerunt VVratislauiam, quibus Dux Henricus omni sua cum potencia obuiau, qui tunc temporis principatum tenebat in Slesia, Cracouia & Polonia & multis hominibus perditis in prelio solus ab ipsis Thartaris est interfectus.

Item Anno quo supra Poloni, qui Duci Henrico adheferant, per quod idem Dux principatum obtinebat in Polonia, filio suo Boleslao propter insolentiam ipsius derelicto, ei seruitium suum resignantes, manifeste adheferunt filiis quondam Wladislai filii quondam Odonis, Przemislo videlicet & Boleslao, qui veri heredes Polonie fuerunt, postmodum statim ceperunt castrum Przemnauth.

Item Anno Domini MCCXLII. Dominus Wislaus Episcopus Cracouiensis defunctus est, cui successit Dominus Praudotha in Episcopatum. Electio autem fuit, ut credimus, per inspiracionem diuinam celebrata, quia, quod raro contingit, omnes unanimiter in eum vota sua dirigentes, ipsum nullo contradicente concorditer elegerunt, ad quos de iure electio pertinebat.

Item Anno Domini MCCXLIII. Dux Polonie Przemisl cum suis Polonis edificauit castrum Oswanszin & anno eodem Dux Swanthopelcus Ruthenos sub ditione Teutonicorum constitutos ab eorum fidelitate suo consilio subtrahens sibi coadunatos in eodem fecit insurgere, qui ex inopinato irruentes in Theutonicos nulli etati vel sexui parentes multos de Theutonicis peremerunt. In cuius facti ulcionem cruce signati de domo Theutunica cum ducibus Polonie coadunati castra predicti ducis Swanthopelci, videlicet Wissegrad & Zattarkameczam occuparunt. Item eodem anno Dux Cunradus Diocesanos Cracouiensis interius Ecclesie villas spoliavit & curiam Episcopi combussit, & in multis aliis Ecclesiam aggrauauit ipsius; Vnde Praudotha Episcopus dictum ducem excommunicauit, cuius sententiam Dominus Ffulco Archi-Episcopus Polonie confirmauit.

Item Anno Domini MCCXLIII. cruce signati cum predictis ducibus Polonie castrum Naticum de eius iurisdiccione capientes duci Przemisloni vero heredi restituerunt. Item Theodricus Cantor Wratislauensis in domo sua in Wratislauia a quibusdam Polonis est inrerentus. Item eodem anno Dux Kazimirus nouum castellum ante Santhok edificauit.

Item Anno Domini MCCXLIV. Boguphalus Episcopus Poznanienis tres personas uno die in Ecclesia sua instituit, Gerandum Scolasticum, Johannem Archi-Diaconum, Helingum custodem. Item eodem anno omnes milites Polonie contra Ecclesiam Poznaniensem conspirantes volebant infringere libertatem, quam eis dux Wladislaus filius Odonis priuilegio suo confirmauerat, scilicet quod homines in villis Ecclesie degentes essent immunes a solucione Poradlue, Podrodue & Stroza & Apowos. Et quod iidem homines coram nullo Capitulo Castellanorum in causa citati responderant, cui libertati omnes Poloni grauiter contradixerunt exempto solo Podrorowe & Stroza, quibus Dominus Boguphalus Episcopus cessit ad tempus. Anno Domini MCCXLV. Dux Przemisl cum fratre Boleslao ad instantiam prefati Domini Episcopi priuilegium patris & eandem libertatem, quam pater ipsorum predictae Ecclesie contulerat, confirmauerunt & in foro proclamare fecerunt.

Item Anno quo supra homines de Stroza voluerunt obtinere, quod usus fructuum de Plamut auctoritate Ducis possiderent, tam in pastu pecudum quam in aliis utilitatibus exinde prouenientibus, quibus Dominus Boguphalus Episcopus cum capitulo suo se opponens in iudicio obtinuit taliter quod Dominus prepositus Scolasticus custos & alii tres Canonici iurauerunt. Idem Plamut ad Ecclesiam pleno iure pertinere, sub eodem iuramento & merces assignauerunt, quae tales sunt: Ab oriente a pon-

te secundo, qui est in via, que ducit ad Ecclesiam Sancte Margarethe directe protenduntur versus meridiem ultra cibinam usque ad montem ville, que dicitur villa Colonorum & sic versus Occidentem iuxta montem protenduntur, usque ad flumen VVartham. Ita quod Chartawo in eisdem terminis continetur & in Ecclesie possessione.

Item anno eodem Dominus Fulco Archi-Episcopus cum Suffraganeis suis per Dominum Papam Innocencium quartum ad Concilium sunt euocati Pontificatus eiusdem Domini Pape anno secundo. Item anno eodem Petrus cum tribus filiis confessus est, se esse hominem Ecclesie Beati Petri & de seruicio prepositi Poznaniensis.

Item anno Domini MCCXLVI. Legatus Domini Pape, & vices eius gerens per totam Poloniam, Pomoraniam & Prussiam veniens, in Polonia Ducem Swanthopelcum ab excommunicatione absoluit & cum omnibus filiis Clericorum dispensauit, denarios per aliquot annos Beati Petri collectos a Domino Boguphalo Episcopo Poznaniensis Ecclesie suscepit. Item anno eodem Dux Meszko de Oppol obiit, &c.

Miesco Dux
Oppolienfis
moritur:

Item Anno Domini MCCLXXXVIII. obiit Boleslaus Dux maioris Polonie. Item Lancicia per Lithwanos vastatur & etiam grauissime crematur Anno Domini MCCCIII. die Penthecostes. Eodem anno quinta feria proxima post festum Penthecostes fit bellum cum Lithwanis in Tarnow & occiditur Dux Kazimirus cum exercitu suo ex mala custodia. Item Anno Domini MCCCXII. sexto Idus Marci obiit Dux Kazimirus Bithoniensis. Item MCCCXIII. Boleslaus Dux totius Mazouie obiit,

Boleslaus Dux
Maj. Pol. moritur:

Casimirus Dux
Bithoniensis
obiit:

item Boleslaus
Dux Mazouiae:

Item Anno Domini MCCCXIII. mortuo domino Jacobo in die Marci & sepulto in castro S. Georgii Archi-Episcopus Gneznenfis Dominus Borzislus, Archi-Diaconus Ecclesie Poznaniensis & Canonicus Gneznenfis in Vmicow in die beatorum Philippi & Jacobi Apostolorum per formam compromissi in arbitros celebrata electione concorditer est electus, qui eodem anno facta electione, ut iuris est, pro confirmatione obtinenda ad Romanam curiam iter arripuit infra mensem. Sed antequam idem Borzislus electus fuisset, obiit Papa Clemens, post cuius obitum Sedes Romana vacauit fere tribus annis & sic eius confirmacio fuit prolongata. Tandem Domino Johanne XXII. in Apostolicum electo prefatus Borzislus sufficienter examinatus & ibidem in Auinione ubi curia Domini Pape residebat in Archi-Episcopum est consecratus. Sed heu prochi dolor! cum propter aliqua negocia gentis & Ecclesie sue peragenda traxisset moram in Romana Curia ad propria redire tardasset, A. Domini MCCCXVII. ibidem diem clausit extremum & sepultus est in Ecclesia fratrum predicatorum. Et sic Archi-Episcopatus Gneznenfis deuolutus fuit ad Domini Pape prouisionem.

Borzislus Archi-
Ep. Gnez-
nenfis Romae
moritur:

Item eodem anno Dominus Johannes Papa prefatus prouidit de eodem Archi-Episcopatu Domino Janislao Archi-Diacono Gneznenfi in die Beati Willebordi. Et Anno Domini MCCCXLI. tercio Calendas Nouembris idem Dominus Janislus saccratus Gneznenfis Ecclesie Archi-Episcopus migravit ab hoc seculo ad Christum in vigilia vigilie. Item Anno Domini MCCCXV. fuit caristia magna, quod mensura filiginis soluebat mediam marcam & mediam sexagenam. Anno Domini MCCCXXXV. magnus ventus fuit

succedit Janis-
laus: qui an.
1341. moritur:

Castina lux Symonis prostrauit turbine lucos.

A. Domini MCCCLXII. fuit caristia magna & mensura filiginis soluit mediam sexagenam. Et anno sequentitunc elapso ventus exufflabat grana de calamis & sic fecit caristiam eandem. Item anno Domini MCCCXXXIII. nix magna fuit in Polonia circa festum S. Adalberti & durauit quinque diebus. Item anno Domini MCCCXXVII. multi duces Polonorum ad regem Bohemie Johannem venerunt, eique fidum sub forma Omagii ultro-ni presterunt. Versus: Anno milleno tercenteno bis quoque deno Transferunt anni Lithwani quinque tyranni Saxonie natos traxerunt fune legatos.

Silesiae & Po-
loniae Duces
quidam se Re-
gno Bohemiae
Vasallus subi-
ciunt:

Item Anno Domini MCCCXXIII. Lithuani Terram Dobrinensem deuastarunt & ciuitatem Dobrzin cremauerunt in conuersione S. Pauli. Item in Anno Domini MCCCXLIII. Lithuani sexaginta militum ante diem Beati Gregorii tercia die terram Frankfurt deuastarunt. Item Anno Domini MCCCLIII. occiditur Benjamin Palatinus Polonie a Mazkane ibidem etiam Palatino & a Sandivogio & a Scora. Item Anno Domini MCCCLXXXII. Semouitus Dux Mazouie Cuyauiam obtinuit. Item Anno Domini MCCCLXXXIII. Tardus Stregonienfis & Sigismundus vadunt Mazouiam & magna dampna faciunt.

Res gestae Li-
thuanorum:

Item Anno Domini MCCCLXX. Ludouicus Rex Vngarie Nepos Regis Kazimiri cum voluntate Regnicolarum in Regem suscipitur & per Iaroslauum Archi-Episcopum & suos suffraganeos in Ecclesia Cracouiensi in die sancte Elizabeth coronatur. Quamvis autem Rex Loduigus, quantum in eo fuit, Iusticiam cuiuslibet faceret & eam facere manda-

LVDOVICVS
REX HVN-
GARIAE ad
Regni Poloniam
Gubernacula
accedit:

magno Reipubl.
Damno :

mandaret, & vnumquemque in suo iure seruet, propter ipsius tamen absenciam & venie facilitatem, que viam prebet delinquenti, ac difficilem aditum pauperum ad ipsum, in Regno Polonie inenarrabilia mala emerferunt, videlicet, viarum depredaciones, furta, homicidia, violenta incendia, diuerseque pauperum oppressiones. Tempore etenim noctis pauperes Knechones sacerdotes, & aliqui genere non fortuna nobiles capiuntur, igne cremantur extorquendo pecunias. Que omnia pocius Regni Polonie, quibus pro tunc fortuna arrisit, scientes pretereunt aure surda & oculis excecatis nil magis nisi sua suorumque lucra sectantes, proch dolor vt dicitur sectantes, proch dolor vt dicitur talem pacem in Regno Polonie asserentes coram Domino Loduigo Rege, vt fuit tempore Regis Kazimiri. Sed heu non sic, non sic. Ad iudicia enim veniunt cum multitudine armorum concitantes lites & contenciones & iustum iudicium & iusticiam supprimunt, & iusticia pauperum & pax in Regno Polonie pro nunc omnino deficit. Heu, heu, nunc primo inflat fletus & meror, luctus & inenarrabilis clamor de morte Regis Kazimiri, cuius temporibus nunquam talia fuerunt propter tales & tantas iniquitates & iniusticias diuina permissione. Anno Domini MCCCCLXXVI.

Excursionēs
Lithuanorum :

Lichwani omnes inopinate terram Sandomiriensem intrantes quarto Kalendas Nouembris multas villas populosas igne cremarunt, populumque Christianum inenarrabilem, sacerdotes & nobiles cum vxoribus & pueris alios occiderunt alios in seruitutem suam redigerunt & deduxerunt. Rex autem Loduigus Regni sui iniuriam vindicans sequenti anno cum infinita armorum multitudine terram Ruffie intrauit & castra Georgii, qui sceleris autor fuit, potenter acquisiuit, videlicet Grabowecz, Chelm, Kelz, Dodeo, Selwilcz. Lubordus vero considerans ipsius potenciam cum omnibus castris se sue gracie & seruituti subdidit & tributis, &c.

Rex gestae
Francorum ab
an. 750. ad
an. 961.

Anno Domini DCCXXX. Beda Presbyter obiit. Item DCCL. Pipinus miles a Zacharia papa per vnctionem S. Bonifacii Episcopi Rex appellatur. Item DCCLIV. Bonifacius martirisatur & Pipinus Ytaliā intrat. Item DCCLV. Organum primum in Franciam venit & sequenti anno Pipinus Rex Saxoniam ingreditur. Item DCCLXVI. Sclauī victi sunt a Francis. Item DCCLXVIII. Pipinus Rex obiit. DCCLXXIII. Italia capta est a Francis & Karolus Romam venit. DCCLXXVIII. Karolus contra Saxones pugnat. DCCLXXIX. Karolus in Saxoniam venit. DCCLXXXI. Saxonia capta est. DCCLXXXII. Karolus Romam venit, ibique baptisatus est filius eius Karolomannus, quem Adrianus nomine Pipinum vocauit. DCCLXXXVI. Karolus Romam venit iterum & sanguis de celo fluxit. Item DCCLXXXVII. Karolus per Almanniam venit ad fines Dauorie. DCCLXXXVIII. Dauoria capta est. DCCLXXXIX. Karolus peruenit in Sclauos, & qui dicuntur mulici subegit. DCCLXXXX. Karolus in Pannoniam venit. Item DCCLXXXXII. Karolus regnum Hunnorum vastat. Item DCCC. Carolus a Romanis *Augustus* appellatus est. DCCCXVI. statutum est, vt omnes monachi cursum beati Benedicti cantarent. Item DCCCXIII. Karolus Imperator obiit, Loduicus successit. DCCCXXX. Loduicus obiit, cui Lutharius successit. DCCCXLII. Diuisio regni. DCCCXLIII. Iudith regina obiit. DCCCXLV. Lutharius Imperator obiit. DCCCXCV. De miseria famis ac mortalitatis Christiani homines alter alterius carnem comedit & comederunt. DCCCXCVII. Vngari in Italiam ingressi sunt; Arnulfus obiit. Loduicus filius eius in regem eleuatur. DCCCXCVII. Vngari in Saxoniam venerunt. DCCCXXXI. S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus obiit. DCCCXXXIII. Vngarorum exercitus ab Henrico interfectus est. DCCCXX. Henricus Danos subegit. DCCCXXXVII. Henricus Rex Germanie obiit, Otto filius eius successit. DCCCXLI. Yems valida, comete visū sunt & mortalitas iumentorum. DCCCCLI. Otto primus Rex Italiam subegit. DCCCCLIII. Magnancia ab Ottone abscēssit. DCCCCLIII. cruces apparuerunt in vestibus. DCCCCLXI. Otto in Regem eleuatur. Ecclipsis solis fit. DCCCCLXI. Ortho Imperator appellatur.

Res gestae Po-
lonorum :

Item Anno DCCCCLXV. Dambrowca ad Mefzconem venit. DCCCCLXVI. Mefzko Dux Polonie baptisatur. DCCCCLXVIII. Iunior Otto cum patre suo per Leonem papam coronatur. MIL. Otto Imperator obiit. Henricus successit. MIL. Heremite in Poloni martirisati sunt. MIX. Bruno Episcopus martirisatus est. MXXXIII. Mefzko Rex Polonie obiit. MCLXXXVIII. Ichlin capitur a paganis. Item MCLXXXIX. Iohannes Cardinalis cognominatus malabruca in Poloniam venit. MCXC. Fridricus Imperator obiit. Eodem anno Cracouia deuastata est a Mefzcone. MCCII. Lescio filius Kazimiri Cracouiam obtinuit, qui Romanum ducem Ruthenorum

thenorum magnumque populum eius in Zanichost occidit. Hic Anno MCCXXVIII. interfectus in colloquio sub fraude. Item Anno MCCXXXIX. Boleslaus filius Lestconis filiam Bele Regis Vngarie duxit in uxorem. Hic Anno Domini MCCLXXVIII. misit exercitum in Russiam & vicit Albarnonem & multos de Ruthenis occidit, non tamen propria virtute sed oracionibus Ecclesie & superno auxilio adiuuante, nec hec victoria est humanis viribus, sed potius diuine potencie ascribenda. Terram autem idem exercitus ipse Swarnensem deuastauit. Huius temporibus beatus Stanislaus fuit Episcopus Cracouiensis. MCCLX. canonizatus est. Hic Princeps inclitus in diebus suis diuersis libertatibus & priuilegijs gloriosus ad honorem DEI omnipotentis & beati martiris Stanislai gloriosi Ecclesiam & Clerum Dioeceseos Cracouiensis mirifice ditauit.

Anno Domini MCCLXXIX. iubente DEO migrante a seculo Boleslao Pudico Dux Lestco filius Kazimiri ducis Cuiuie per voluntatem DEI & electionem terrigenarum adeptus est Cracouie & Sandomirie ducatus, quos Conradus Dux Cirenensis pro eodem ducatu Cracouiensi hostiliter cepit pugnare cum consensu & adiutorio quorundam militum, quem Dux Lestco in Doguzicze iuxta Rawam flumen in prelio publico viriliter vincens superauit, deinceps pacifice predictos Cracouie & Sandomirie possedit ducatus, ciuitates circumfodi iussit & cum lignis blancari, sine prole decessit.

Anno Domini MCCLXXXIX. defuncto Lestkone Terrigene Cracouienses & Sandomirienses assumpserunt Boleslaum ducem Mazouie in principem sibi, & eundem ducatum suscipiens Castrum Cracouie, quod adhuc structuris ligneis erat firmatum, comisit Sulconi militi de Medzireza custodiendum & regendum, quod ipse cum ciuibus Cracouie & ciuitatem ipsam tradiderunt Henrico duci Wratislaue, qui tantum dominium cum gaudio suscipiens cum terrigenis omnibus sibi adherentibus ad placitum suum in Terra Cracouiensi dispositis dum Wratislauiam redit, Boleslao Mazouienfi & Wladislao Cuiuienfi Ducibus cum gente sua a tergo sequentibus, & cum exercitu ipsius Henrici in Szwier tandem in prelium congregantes duces de parte Henrici ducis & plurimos milites suos acutis ensibus & gladijs perimentes, nonnullos viuos in captiuitatem suam deduxerunt. Post hoc idem dux nunquam Cracouiam visitauit. Nichilominus ciuitas & castrum suo nomine tenebantur. Cum in Wratislauiam languens diucius ad portas mortis appropinquasset, Ducatum Cracouiensem quasi in testamento legauit Przemislao duci Poznaniensi, cuius filiam iam pridem copulauerat sibi, Henrici * filius, nomine Wenceslaus secundus Rex Bohemie, qui tandem ad se Pragam eodem sacro inuitato ipsum precio circumueniens & precibus ab eo Ducatum Cracouiensem tamquam & dolosus sapiens sibi dari & assignari procurauit, eiusque nanciscens possessionem plenam domini cum exercitu valido & forti Poloniam intrauit & Cuiuiam ingressus, ducem Wladislaum cognomine Lokethk de Cuiuienfi & Siradienfi terris potenter expellens, seipsum in Regem Polonie in Gnezna per Iacobum Archiepiscopum coronari demandauit. Ille Rex Wenceslaus ciuitatem Cracouiensem ex integro murauit faciendo permutacionem cum Iohanne dicto Muscata Episcopo Cracouiensi dando sibi & Ecclesie Cracouiensi castrum Byecz cum villis adiacentibus ville Episcopali ab antiquo. In campo eiusdem ville locauit dictus Rex ciuitatem, que nuncupatur Sandecz nowa, prefato Episcopo Iohanni pro se & suis successoribus ius patronatus vtriusque Ecclesie Sancti Adalberti & Sancte Margarethe spiritualiter reseruante, sicut patet in litteris dicti Regis Wenceslai, que sunt in Thesauro Episcopi Cracouiensis. Eiusdemque tempore Regis & grossi parui argentei erant portati Cracouiam, vbi prius cum nigro argento & pelliculis de capitibus aspergelinis grauer forisabant. Denique eodem Rege Wenceslao Anno Domini MCCC. tercio Idus

May nature debitum persolvente prefatus Dux ** Wladislaus sequenti anno in die sancti Egidii a Terrigenis, Episcopo & ciuibus vnanimiter susceptus Cracouiensem & Sandomiriensem Ducatus obtinuit & successiue, Syradie & Lancicie, Cuiuie & Polonie terras recuperauit. Reuolutis autem annis Albertus aduocatus & ciues Cracouienses iterum se dicto duci opposcentes clausa ciuitate Boleslaum Ducem Oppolie sibi in domi-

De LESKON d
Nigro Duce
Poloniae:

cui Boleslaus:
Mazouiae Dux
succedit:

Henricus IV.
Dux Silesiae
V Wratislauiensis
Mazouiae
Poloniam occupat:

Rex Bohemiae
quo Iure Poloniae
Regnum obtinuit:

V Wenceslaus
Rex Cuiuie
muro circumdedit:

Episcopus
Cracouiensis
multa
rate

sed an 1305.
moritur:

succedit in Poloniae
Vladislaus
Lodovicus Dux
Cuiuiae:

* Ita Codex MStus, sed perperam omnino: nisi id Stylo Curiae acceptum velis, quo Rex Junior Henrico Duce, hunc Patrem, is vero illum filium appellauerit.

** Non statim Wladislaus Lodovicus Dux Cuiuiae: sed WENCESLAUS Junior Boh. Rex ad Gubernacula Regni Poloniae accessit, sed eodem fere ac occupauerat Poloniam anno Olomucii occisus est Rex WENCESLAUS an. 1306. d. 3. Augusti.

cui aduersarius
boleslaus Dux
Oppolienſis:

dominum & defenſorem vocauerunt, quem venientem cum magno gaudio ſuſcipientes, & clauſes omnium portarum ciuitatis ſibi tradiderunt. Sed Caſtrum Cracouienſe per ducem Wladislaum & ſuos fideles milites tenebatur, qui tandem cum exercitu, valido ante Cracouiam veniens ipſam ciuitatem & Ducem Oppolienſem in ea exiſtentem circumvallauit. At ille potenciori reſiſtere non valens, eandem ciuitatem Duci Wladislao aperuit, & ſolus Alberto aduocato recepto ad propria remeauit & pro huiusmodi crimine ſeſe maiſtatis impio Dux Wladislaus eundem Albertum aduocatum & ſuos filios aduocacia Cracouienſi priuauit & omnibus hereditariis redditibus & fructibus ad eandem pertinentibus, ciues autem quosdam, qui culpabiliores huius criminis erant equis trahi & extra ciuitatem ſuſpendi precepit. Demum caſtris omnibus in terra Cracouienſi & Sandomirienſi potenter expugnatis & ordinata pace cum Regibus & Principibus tam fidelibus quam infidelibus diſponente DEO, per quem Reges regnant & Principes dominantur, de licencia Iohannis Pape in Regem Polonie & Cracouię per Ianislaum Archiepiſcopum Gneznenſem & eius Suſfraganeos coronatus eſt, &c.

De Liberis Re-
gis Wladislai
Lothici:

Anno Domini MCCCXX. eodem quoque anno filiam ſuam nomine Elizabeth die Dominica infra octauas Petri & Pauli Karolo regi Vngarie matrimonialiter copulabat in vxorem, volensque populum ſuum ab inſultibus infidelium Lithwanorum liberare, in Lublinenſi, Sandomirienſi terris tegentem Geduunani Ducis Lithwanorum filiam nomine Annam ſanctiſſimo ſacri fontis baptiſmate reuocatam filio ſuo Kazimiro matrimonio copulauit. Quo factō eiusdem terre gentes nemoribus diſſirpatis, dulcedine pacis fruētes peroptime locate fuerunt, predicta Domina Anna eciam mortua, donec omnium ſeminator malorum ininiciias iterum inter Polonos & Lithwanos ſuſcitauit, ſicut plene inferius dicitur. Denique Dominus Rex Wladislaus volens patrimonium ſuum ſcilicet Thorunenſe, Michalonienſe & Ducatum Pomoranie de manibus Cruciferorum ordinis ſanctę Marię domus Theutonicorum recuperare, cum eiſdem guerrare cepit. Et Anno Domini MCCCXXIX. terram Thorunenſem cum exercitu ingrediens ipſam potenter vaſtauit, quo Cracouiam redeunte ipſi Cruciferi Caſtrum Dobrinienſe occuparunt. Sed Anno ſequenti menſe Nouembri predictus Rex Wladislaus iterum cum exercitu valido eandem terram Thorunenſem ſubintrans ipſam novem diebus continuis cum viginti vaſtauit. Et acceptis treugis ſub ſpe pacis ordinate ad propria remeauit. Ipſi vero fraudulenter & doſoſe agentes conuocatis quampluribus ſibi de Alemania in auxilium ſtipendiariis, Poloniam, Siradiam, Cuiauiam aliquociens vaſtarunt. Tandem Anno Domini MCCCXXXI menſe Septembri in die S. Stanislai martiris, cum iam vaſtatis & crematis terris eiſdem verſus Thorun redire voluiſſent, Illuſtris Rex Wladislaus cum ſuis tantum regnicolis in terra Cuyauienſi in villa, que Polococz vocatur, cum dictis Cruciferis congreſſum magnum commiſit, ab ortu ſolis ad horam nonam. In quo quidem prelio vix XII. militibus Polonis occiſis, de exercitu vero Cruciferorum pluſquam XL. milia armatorum certo numero militum ceciderunt, aliis multis captiuatis. Et ſequenti anno menſe Aprilis Cruciferi Breſtenſem ciuitatem vallantes ipſam & Wladu potenter expugnarunt, totam terram Cuyauie tenuerunt ipſi Cruciferi cum omnibus iuribus & vtilitatibus prouenientibus in eiſdem pluribus annis.

iam Cru-
occu-
ant:

De morte Wladislai Longetk Regis Polonie.

Wladislaus
Lothicus Rex
Polonie mori-
tur;

ſuccedit CAſ-
MIRVS Filius.

Anno Domini MCCCXXXIII. quarto Idus Martii obiit Inclitus Dominus Wladislaus Rex Polonie in Caſtro Cracouienſi & ibidem in Eccleſia Cracouienſi Cathedra- li in ſiniſtra parte Chori ex oppoſito altaris maioris tumulatus requieſcit. Vnicum habuit filium nomine Kazimirum, de cuius miris actibus magnificencia & probitate infra ſcribetur, heredem regni & ſucceſſorem derelinquens. Qui Kazimirus Wladislao patre ſuo adhuc viuente & hoc pro bono pacis Regni Polonie ordinando magnifici Principis Domini Gedmuni magni ducis Lithwanorum filiam nomine Annam in vxorem duxerat, quam cum propoſuiſſet, vna ſecum coronari velle & mater ſua domina Illuſtriſſima filia olim Boleslai ducis Kalis filii quondam Wladislai filii Odonis, id dixerat fieri de iure non debere, pro eo, quod ipſa vera Regina coronata exiſteret, & ideo ipſa viuente, aliam coronari ſuper eodem regno non debere, que tandem precibus filii ſui, quem tenerrime diligebat, conſenciens benigne contulit ſe in monaſterium ſanctę Clare in antiqua Sandocz, ibique ſub regula ſancti Franciſci profeſſa ſub Regulari habitu cum ſororibus ibidem degenibus quoad vixit, dante DEO humiliter famulauit.

De Coronacione Kazimiri Regis Polonie.

Anno igitur eodem Kalendas octauo Maji per venerabiles in Christo patres Dominos Jaroslaum Gneznensem Archi-Episcopum, Johannem Cracouiensem, Johannem Poznaniensem, Michaëlem Cuyaiensem, Stephanum Lubnizeniensem Episcopos in Ecclesia Cracouiensi multis principibus, ductibus, baronibus & nobilibus Polonie presentibus in Regem Polonie honorifice coronatur Kazimirus; Hic post coronacionem suam in omnibus fuit felicissimus, quoad augendam dilatacionem Regni Polonie. Nam Terra Cuyauie, quam barbari nigram crucem in albo pallio deferentes occupauerant, sine bello & gladio ab eisdem recuperavit, & post non multo tempore mortuo magnifico principe Kazimiro dicto Georgio totius Regni Rusiæ duce Troydem Dux Mazouie, qui Kazimiro avunculo suo in ducatu Rusiæ successerat, veneno per Ruthenos intoxicatus interierat, Kazimirus Rex Polonie prelibatus cum magna potencia gentis sue Regnum Rusiæ potenter ingressus, de nece consanguinei sui vindictam sumere volens. Cuius potencie Ruthenorum primi barones Comites ac ceteri nobiles resistere non valentes vltro nea voluntate Domino Kazimiro se & sua commiserunt, ipsum in suum dominum fideliter suscipientes, sibi fidelitatis omagia iuramentis firmantes. Hys autem peractis Rege Kazimiro ad propria redeunte & in Regno Polonie moram trahente quidam pessimus baro Datto nomine Castrum Przemisl habens cum quodam Daniele de Ostrowdam eciam aliis nobilibus id ignorantibus Imperatori Tartarorum intimarunt, asserentes Regem Kazimirum Polonie inuasisse & occupasse, tributaque per Ruthenos Tartarorum duci consueta prohibuisse. Ad quorum delacionem Imperator Tartarorum maximum exercitum versus Rusiam destinavit, eisdem mandans ut cum Ruthenis Poloniam hostiliter inuadant, & crudeliter deuastarent. Quibus ad Wislam flumen venientibus Kazimirus Rex prefatus cum suis exercitibus occurrens eisdem viriliter resistit, eosdem flumen predictum transire non permittit, vno milite strenuissimo Gelego nomine Palatino Sandomiriensi perditio, qui telo Tartarorum percussus ibidem expiravit, Tartari autem redeuntes Castrum Lublin, quod tunc tantummodo de lignis fuerat constructum expugnare nitentur. Quibus castrenses pro posse suo resistentes eosdem ab impugnatione sui potencialiter amouerunt.

Elogium Regis
CASIMIRI
III.

qui Regnum
Rusiæ occupa-
uit:

& de Tartaria
Victoriana re-
portauit:

Quomodo regebat Regnum & populum.

Regio itaque Dyademate insignitus Regnum populumque sibi a Deo traditum viriliter & vtiliter gubernabat. Nam secundum prophetam pacem & veritatem atque iusticiam dilexit. Erat enim bonorum & iustorum piissimus tutor & defensor, malorum vero predonum, violentorum, calumpniatorum seuissimus persecutor. Nam quicumque latrocinia siue furta faciebant, quantumcumque fuerant nobiles, ipsos faciebant decollari, submergi & fame mortificari, cum fratribus & cognatis eorum comedens & bibens pariter & dormiens; Deum habens adiutorem, non timebat, quid faciat sibi homo. Calumpniatores vero quos reperit, ipsos ferro ignito in facie aduri mandabat. Ipsi temporibus nullus nobilis pauperi audebat facere violentiam, sed in statera equitatis omnia dirigebantur. Et cum in Regno Polonie iudicia Polonica ab antiquis temporibus secundum quasdam consuetudines ymmo potius corruptelas iudicabantur, que diuersi diuersimode variantes multas calumpnias ac iniurias interebant; Hic Rex Zelo iusticie acciosius conuocatis totius Regni sui prelati ac nobilibus baronibus omnes consuetudines iuri & rationi dissonas, iudiciaque iuri & rationi consona, per que vnicuique iusticia equanimitur reddatur equiter, de quorum consensu prelatorum & baronum in scriptis redegit perpetuis temporibus obseruanda. Et secundum Psalmistam dicentem, decorum domus Domini toto nisu dilexit. Chorum namque Cracouiensis Cathedralis Ecclesie cum plumbo texit, ipsiusque chori testudinem stellis deauratis decorauit. In eadem eciam Ecclesia Capellam assumptionis Beate Marie Virginis, aliam apud fratres predicatorum & plures Ecclesias, videlicet in Sandomiria in Wislicia sancti Michaëlis & sancti Georgii in Castro Cracouiensi, hospitale inter Cracouiam & Kazimiriam in Rupella in Nepolomicze, in Corczin, in Carkow, in Sidkowo, in Stobnitza, in Soletz, in Oppagno, in Pycbrocow, claustris in Laucicia, claustris, muris, decoris sculpturis, picturis ac testis mirificis construxit & ornauit. Quam plures eciam distarum Ecclesiarum ornatibus preciosis, calicibus deauratis, multis quoque libris dotauit.

Virtutes &
Munificentia
REGIS opti-
mi:

Et licet in seipso lubricus meritis, utpote vir eleganter natus & naturalibus opti-

me institutus, Clericos tamen quos sciebat esse castos & bone conuersationis nimium diligebat, eisque prelaturas, prebendas ac beneficia in suis Ecclesiis, cuiuscunque conditionis fuissent, ultra nobiles & seruitores suos conferebat, Prelatos eciam & Canonicos omnium Ecclesiarum, vt in suis Ecclesiis manerent, hortabatur. Hic igitur Rex ultra omnes principes Polonie rem publicam gubernabat. Nam velut alter Salomon magnificauit opera sua, ciuitates, castra, domos murauit. Inprimis Castrum Cracouiense mirificis domibus, turribus, sculpturis, picturis, tectis nimium decoris ornauit. Ex opposito eciam Castri Cracouiensis ultra Wislam circa Ecclesiam, que dicitur Rupella ciuitatem murauit, quam ex suo nomine Kazimiriam vocauit, plures eciam alias ciuitates, videlicet Weligram & Scaionam, Langrorawam, Castrum Helcus, Bandzen, Lclow, Ciuitatem & Castrum Czneften, Castrum Nepolomicze, Castrum Orterz, Castrum Erzepicze, Castrum in terra Sandomiriz & ipsam Ciuitatem Sandomiriam, Wisliciam, Sudlow, Radam, Opoczno, Lbiwelincza, Ciuitatem, Lublin ciuitatem & Castrum Stecheczaw, Solecz in Zamchoſtin noua ciuitate dicta Corczin castrum, in Polonia Kalisch, Pisdri, Staroslin ciuitates, Conyn ciuitatem & castrum in Nakel, in Welin, Medzirzecz, Ostrosow castra, Welin ciuitatem, Boleslawecz castrum: in terra Cuyauie Cruschnicza, Slathoria, Przedeecz, Bidgosza. In terra Syradie ibidem firmum castrum Pyothreow ciuitatem, in Brzoscica castrum. In terra Lanciciensi ipsam ciuitatem & castrum, in Imoroloc ciuitatem & castrum. In Mazouia ciuitatem Ploczsko, castrumque, quod prius erat denuo circumdatum muro, secundo circumdedit muro. In terra Russie Lamburgam ciuitatem & duo castra, Przemisl castrum, Sanak ciuitatem, Lubaczow, Trebewta, Halicz, Cusaa castra. Has omnes ciuitates & castra muris fortissimis domibus & turribus, altis, fossatis profundissimis aliisque propugnaculis circumdedit in decorem genti, regnique Polonie refugium & tutelam. Huius eciam Regis tempore in siluis, nemoribus, meritis, rubetis tot uille & opida locatae sunt, ne se quot fuerunt alias in Regno Polonie. Regnum suum uiriliter defendebat; Cruciferi namque considerata ipsius potencia & industria terras Cuyauie & Dobriue, quas tempore patris sui occupauerat, sibi restituerunt, pacem perpetuam cum ipso firmantes. Et quum Dux de Zagan quoddam territorium Regni Polonie cum ciuitate dicta Wschowa & temporibus multis occupatum tenebat, Kazimirus Rex prius dictus Anno Domini MCCCXLIII. congregata multitudine armatorum predictam ciuitatem acquisiuit multosque captiuos ibidem cepit, terramque eiusdem principis in cinerem & fauillam redigens, castrum muratum dictum Cenawa muris disruptis acquisiuit. Tandem eiusdem principis placatus precibus ac promissis per litteras predicti principis firmatis quod predictum Territorium nunquam uellet pro se uiurpare de terra sua ad propria rediit.

Fata Russiz:

Post hoc prefata Domina Anna Regina Anno Domini MCCCXXXIX. defuncta & sequenti anno Boleslao filio Troyden ducis Mazouie, quem Rutheni unanimitur sibi in ducem & dominum susceperunt per toxicum interempto, qui legem & fidem ipsorum immutare nitabatur, Lubardo filius Geduuni Ducis Lithwanorum eundem Ducatum Russie possidebat, quem Rex Kazimirus Anno Domini MCCCXLIX. cum exercitu forti ingrediens obtinuit ex integro cum omnibus ciuitatibus & castris, Lubardo solummodo ciuitatem Lutsko cum Territorio suo ad placitum bone voluntatis sue concedendo.

Postquam autem Cracouiam cum prosperitatis triumpho fuisset ingressus, ubi per Clerum & populum fuit gloriose susceptus, tandem Diabolo suggerente quidam Martinus dictus Barizka Vicarius Ecclesie Cracouiensis apud Regem false accusatus per satellites eius in die Luce capitur & nocte sequenti in flumine Wisle submergitur innocens sine causa. Heu deinceps tota prosperitas ab ipso Rege discessit, qui prius contra hostes feliciter triumphabat, quod deinceps duces Lithwanorum pluries ducatum Russie ingredientibus Wladimiram & Lwow ciuitates, opida, villas vastarunt, redigentes in cinerem & fauillam, castraque forciosa, scilicet Wladimiriam, Byet, Breicze & alia minora potenter extoroe expugnarunt, atque Luthoniensem, Sandomiriensem Radomniensem terras in magna parte vastantes innumerabilem populum Christianum in seruitutem abduxerunt; Et quociens proch dolor Lithwani cum Polonis in aliquod prelium particulare conuenerunt, semper Poloni Deo permittente vincebantur, & post plurimas strages & vastaciones Dominus Kazimirus Rex uidens se eisdem Lithwanis resistere non ualere posse, quia cum ipso nunquam in prelium publicum conuenire uoluerunt, sed tanquam lupi rapaces terras suas furtive vastantes raptis prediis fugiebant, cum

ipsis

Fortuna RE.
GIS aduersa:

ipsis Lithuanis taliter concordauit, quod dimissa eis ciuitate & terra Wladimirienſi ſibi terram Lambungenſem cum omnibus caſtris, opidis & villis iure dominiſ reſeruauit, &c.

Tandem tam magni ſceleris dictus Rex multum dolens ac penitens Romanam Curiam nuncios miſit & abſolucionem ſibi impetrauit, penitenciamque ſibi iniunctam humiliter complcuit. Et quum inter omnes Reges magnificus habebatur volens Regni ſui gloriam oſtendere, Anno Domini MCCCLXIII. Conuiuium maximum in ciuitate Cracouiienſi ſecit, etiam quidem conuiuium Karolus Romanorum Imperator & Rex Bohemie cum ſuis principibus, Rex Vngarie cum ſuis principibus, Rex Cyprienſis, Rex Dacie, omnes principes Polonie diuerſarumque terrarum milites interſuerunt. Hoc conuiuium quanta leticia, magnificencia, gloria & habundancia fuit, deſcribi non poteſt, niſi quia dabatur omnibus plus quam volebant. Hy igitur Reges & principes promittentes ac firmantes inter ſe mutuam amicitiam a Kazimiro Rege Polonie donis regalibus multum precioſis remunerati ad propria redierunt. Anno autem Domini MCCCLXVI. Kazimirus Rex congregata exercitus ſui multitudine Ruſſiam potenter intrauit, cuius ſeruicio Dux Georgius de Belz ſe ſubdidit ſub fraude, vt poſtea paruſ inaniſte. Rex autem terram Wladimirienſem, quam Lubardus tenebat, cum omnibus caſtris terre eiusem potenter acquirens, duci Alexandro ſiſo Holgerii & Keyſtutonis fideliffimo principi totam dedit preter caſtrum Chlem, quod dedit Duci Georgio. Idem autem dux Alexander uſque ad mortem Regis tenuit fideliter ſibi ſeruiendo.

Anno Domini MCCCLXVIII. Keyſtud Dux Lithuanorum cum aliis ſuis Lithuanis depredatus eſt Polcoroſk, caſtrum ibidem cum multis hominibus exuſſit, quos captiuare non ualuit, & homines in perpetuam captiuitatem abduxit.

De Morte Regis Kazimiri Polonie.

Igitur Anno Domini MCCCLXX. menſis Septembris die octaua, que ſuit natiuitatis Beate Marie Virginis Kazimiro Rege Illuſtriſſimo iam pluries nominato in curia Præthorſ per ipſum opido & curia de nouo fundatis & pulcerrime ac ſumptuoſiſſime conſtructis reſidente & eadem die, prout conſuetudinis fuerat ad venacionem cerworum ire uolentem, cuius iam curruſ ſuus Regalis aptus fuerat & ipſe eundem aſcendere uoluiffet, quidam ex ſuis fidelibus ſibi ſuaſerunt, vt illo die ire ad venacionem poſtponeret, quorum ſuaſioni conſcenciens licet manere propoſitum habuiſſet, tamen quodam nequam homine de actu uenereo uerius vt creditur ſibi modicum ſuſurrante, conſilium prudentum non aduerrens, curruſ conſcendens ad nemus gracia uenandi ſeſſiue properauit, ubi in craſſino ceruum inſequens, Gradario labente de ipſo cecidit, uulnus non modicum in tybia ſiniſtra ſuſcepit. Ex qua collifione mox eundem arripuit febris, que tamen in breui renſore ipſum diſmiſit, ſed quia intemperare cibis diuerſis & gulofe precipue fructu nowo nucum tam auellonarum quam aliarum & buletorum contra prohibitionem medicorum balnei, quod ſibi per magiſtrum Henricum de Colonia, medicum curie ſue uirum conſcencioſiſſimum in ciuitate Sandomirienſi prohibitum fuerat, vitare noluit, idcirco eodem die, quo de balneo exiuit, grauiffimam febrim, prout per preſatum magiſtrum Henricum predictum fuerat, incurrit, & mane facta Cracouiam tranſiens & unum miliare a Sandomiria exiens, aquam frigidam calore nimis accenſus fortiter bibit, poſt cuius ſumpcionem magis accenſus calore intenſo torquebatur, ſicque ad quoddam predium Domini Grothonis militis Caſtellani Lublinenſis, qui dictum Regem cum ſua curia inuitauerat, deductus, ibidem quieuit, grauiffima pena febris illo die ipſum torquente; Ita quod tam medicus quam omnes Curienſes eius de uita ipſius deſperarent omnino. Altera autem die, poſtquam febris medico conſulente inſaciones ſuas mitigaffet, Curienſes ſibi fideliffimi ſue debilitati compacientes nimium, in quodam uehiculo uſque ad monaſterium Coprzilbnicza fratrum Ciftercienſium equorum more pedefres trahentes leniter ipſum deduxerunt, in quo monaſterio per octo dies continuos iacens quieuit, ubi Deo & ſancto Sigismundo uotum uouit ruinas Templi Plocenſis, in quo ad Sigismundi Regis & marturis predicti honorifice conſeruatur, uolens reformare & vicariis quartas vt puta quolibet die medium groſſum temporibus perpetuis ad honorem cunctipotentis & Beate Virginis Marie & ſancti Sigismundi Regis assignare, poſt quod uotum, prout me accerſito michi & aliis audientibus ſtatim ſe ſenſit aliquid a febre releuatum, mandans michi vt ad Plocenſem ciuitatem mitterem, ut ruine Eccleſie conſpicerentur & vicariorum numerus ſibi

diceretur, quod mox ut imperatum fuerat adimpleui, virum nobilem Johannem de Skerzin Capellanum Curie Regalis in prefato negotio celeriter destinando, demum cum ad quoddam predium suum, quod Oszek dicitur, deductus fuisset, & quidam medicus suus magister Mathæus contra magistri Henrici & omnium iram, prohibitionem & voluntatem domino Regi medonem indulsit bibere, a quo plus accensus recidiauit. Posthac tamen dum ad nouam ciuitatem peruenisset, ibi in curia sua solemnissime edificata per medicos suos fuit clysterisatus & vires pulcherrime resumpserat & sine iuuamine curram conscendens in Oppathowecz descendit. Ibi pluribus diebus commoratus multum bene conualuerat. Sed magistro Matthia medico prefato infligante Cracouiam processit, in cuius itinere primo nocturno febris eum arripuit ex motu vt videbatur, que fuit antea non vna sed triplex, nam paciebatur quotidianam, tercianam & quartanam, que omnes satis leues videbantur; Sed cum simul vna die concreuerunt, tunc ipsum nimium illo die affligebant, vnde de die in diem, donec Cracouiam deductus fuerat, dolor non mitigabatur, sed augendo ipsum cruciabat. Penultima itaque die mensis Octobris Cracouiense castrum fuerat inductus, vbi prima die mensis Nouembris per me a medicis ante lectum suum stantibus, vtrum in Cracouia iam esset inquiri fecit; Quos cum inquisiuissem, vtrum Dominus Rex in Cracouia esset, magister Matthias prefatus dixit: Nunquid delirat, an amens factus sit, quod querit, vtrum in Cracouia sit Rex, dixi ad eum: Scit quidem esse se in * medicamenta leuia ordinare, que in via existentes habere meminissis: Nunc autem sibi videtur, quod nullam operam adhuc datis. Qui magister Matthias, quasi attonitus dixit, se velle cum suis focis apponere meliorem diligenciam, prout sciret, moxque ab eisdem fecit inquiri, vtram aliqua signa mortis essent in eo, quod sibi causa Dei reuelarent, vt saluti sue & domui disponere posset, qui sibi longam vitam more medicorum predixerunt. Ipse tamen de recuperanda sanitate dubius tercia die mensis, predicti mane circa ortum solis testamentum condidit in quo tam Ecclesiis quam pauperibus ac feruitoribus multa bona ac hereditates legauit. Quorum quibusdam videlicet Sbigneo, Przethorio & Pacossio fratribus Domini Sbignewicz opidum Wladislaw dictum cum suis adiacenciis legauit. Item filiis naturalibus Nemyrze & Boguczicze, Cataropirznicz, Drugram & alias villas legauit. Pastom, Sladzen, Nyetlam secundam Johanni Castrum Myedzia gaeze & Aduocaciam in Janichoff, Sobotan & alias plures legauit. Jaszkom, Zorawskin, Podgage & pluribus aliis legaueret multa; Que postmodum per dominum Regem Loduigum Vngarie & Polonie Regem in parte fuerunt recitata & per Elizabeth genitricem dicti Regis Kazimiri sororem. Item dilecte olim filie sue Elizabeth vxoris Boguslai Ducis Sczetinenfis & Castuborum, domino filio Kazimiro nomine, nepoti suo Dobrinenfem, Cuyauienfem, Siradienfem & Laucicienfem Ducatus cum Castris Crasinenfi, Bidgostrenfi, Kaluthow & Welyn legauit. Item erucem auream preciosissimam plusquam decem milia florenorum valentem Ecclesie Cracouiensi, Brachium sancti Colime in Cyborio Sollempni deaurato Ecclesie Poznanienfi, item quandam monstranciam cum reliquiis quibusdam & Bibliam decoram Ecclesie Gneznenfi legauit. Item duabus filiabus suis omnia ornamenta lectorum cortinas & velamenta bisso, purpura, gemmis preciosis, margaritis & lapidibus preciosis sumptuose preparata, nec non scutellas de puro auro fabricatas multa milia marcarum argenti valencia donauit, & omnium vasorum argenteorum & poculium diuersi generis medietatem, & residuam medietatem vxori sue Elizabeth Henrici Ducis Glagouie filie similiter legauit. Hys itaque & aliis sic per ipsum decenter & legaliter dispositis feria tercia proxima, que fuit dies quinta mensis Nouembris mane circa ortum solis multis viris nobilibus & Ecclesiasticis presentibus ad Christum feliciter migravit. Ade-rat autem eo tempore Illustris princeps Wladislaus Dux Oppolie ex filia sororis prefati Regis natus, qui & ipse per memoratum Regem Vngarie Illustrum ad compaciendum infirmitati Regie fuerat destinatus; Post eius obitum exequiis sollempniater celebratis feria quinta proxima, que fuit dies septima mensis predicti in dextra parte Chori Ecclesie Cracouiensis per fideles suos extitit tumulatus, Jaroslao sancte Gneznenfis Ecclesie Archi-Episcopo, Florianio Cracouiensi, Petro Lubnizenfi Episcopis tunc presentibus. Quantus enim clamor, quantus fletus, quanta vociferatio procerum & nobilium, Prelatorum, Canonicorum & Ecclesiasticorum virorum atque popularium in sua deposicione extitit, lingua humananon facile posset explicare & enarrare.

De

* Hic quædam deesse videntur.

De Loduici Regis Vngarie in Cracouiam Aduentu & eius suscepcione sollempniter facta.

Anno igitur & mense die in predictis Loduigo Rege Vngarie prefato Cracouiam veniente primo procures terre & natu Polonie maiores in Sandaz & ultra occurrerunt, ipsum honorifice susceptum versus Cracouiam deduxerunt. Qui cum Cracouiam intraret, Ciues Cracouienses cum vexillis purpureis extra ciuitatem ad montem Lassate obuia venerunt, obuiauerunt etiam communitas Consulum vexillum, in quo dona ciuitatis & clauis fuerunt designata, & unaqueque mechanicorum congregata in sua turma sua vexilla signis propriis & clenodiis designata portabant, eaque omnes Regi ad manus offerebant, sicque ipsum cum magno honore processionibus Cleri prece-
dentibus usque ad Ecclesiam maiorem Caltri deduxerunt, &c.

LVDOVICVS
M. REX HVN-
G. RIA in Re-
gnum Poloniae
succedit:

Quare prefatus Loduicus Rex Vngarie & non aliquis Dux Polonie in Regem fuerat assumptus.

Temporibus igitur Karoli patris Loduici Regis predicti Kazimirus Illustrissimus Rex Polonie cupiens Regnum suum Polonie, quod tempore annorum suorum, utpote post expulsionem Regis Wladislai patris sui fuerat per Cruciferos de domo Theutonica & Marchiones Brandeburgenses & alios vicinos principes occupatum ad sui integritatem reducere, & ut hoc celerius & facilius sine suorum nimia fatiga & expolitione dampnorum ad finem posset perducere optatum, cogitauit Karoli prefati, qui suam sororem in vxorem habuerat, auxilium postulare. Quod cum fecisset per sollempnes nuncios ab eodem Karolo gentem armatam postulando Rex Karolus prefatus natione Gallicus & sapientissimus Roperti Regis Sicilie filiafter priusquam gentem armatam sibi in subsidium dare permetteret, requisit, quid muneris aut premii exinde sperare deberet. Rex Kazimirus ut credebatur suorum fidelium consilio circumuentus obtulit Karolo Regi predicto, quod in casu ubi consilium non haberet iam duas filias ex vxore sua Lithwana primogenito filio suo Loduigo nomine Regnum suum Polonie veluti nepoti suo karissimo assignare vellet. Habebat enim Karolus Rex prefatus tunc tres filios, Loduigum, Andream & Stephanum, conceperatque in animo, quod Loduigum in Polonia, Andream in Sicilia & Stephanum in Vngaria preficeret Reges. Quod quasi fuit impletum, licet euentus non fuit bonus effectus. Nam ipso ordinante Johannam Sicilie Regis Roperti filiam Andree fecit desponsare, que ipsum tercio gradu consanguinitatis attingebat, quem Johanna vxor sua prefata turpiter iugulari ordinauit, & per fenestram de cubiculo precipitari permisit, & hoc de Anno Domini MCCCXLV. Stephanus vero unicam filiam Loduici Ducis Bouarie sibi copulans migravit ad Dominum, solo Loduigo remanente, sicque Karolus spe promissae mercedis exarratus sumptibus consiliariis ipsius Kazimiri Regis videlicet Sbisconi preposito & Spitheoni Castellano Cracouiensibus, quorum consilio Kazimirus Rex pro tunc iuuenis regebatur donaria multa extulit castra & possessiones concessit & singulis annis certa stipendia ministravit, ut Regi Kazimiro swaderent ne a cepto negotio desisteret, sed Loduigum filium suum sibi in successorem Regni deputaret. Ut autem ad hoc facendum ipsum facilius inclinarct, promittebat Karolus, quod filius suus Loduigus omnia spectantia ad regnum Polonie, per quoscunque fuerint occupata & precipue Pomoraniam a Cruciferis velet recuperare & euincere propriis sumptibus & expensis. Rex autem Kazimirus tam suorum consiliariorum suasionibus quam Regis prefati & sue sororis suasionibus & promissionibus animum acclinans prefatum Loduigum sibi in successorem elegit atque constituit heredem certis pactionibus iuramento & litteris roboratis, in quibus pactis tres condiciones precipue inter ceteras habebantur, primo promissit Loduigus Rex Vngarie omnes metas regni Polonie seu terminos & precipue Pomoraniam velle solus cum sua gente dampnis & expensis propriis se recuperare astrinxit. Item si Dominus Rex Kazimirus Polonie prelibatus sine prole masculina decederet & Dominus Loduicus Rex Vngarie sibi succederet in eodem Regno nullum alienigenam ad officium Capitaneatus preficeret, sed tantum aliquem ex Polonis. Item nullas talias seu exactiones & collectas imponeret & quod iura, priuilegium, libertates Regnicolis inuiolabiliter obseruari & iniuste ablatas tam viris monasticis, quam secularibus nulla contrarietate offensa, sibi que viceuersa procures & nobiles totius regni Polonie & suis tantummodo filiis, quas si haberet promiserunt-si & in quantum ipsis per eundem Dominum premissa seruarentur.

Fata Familiae
Regiae:

De his, que ante Coronacionem Domini Loduici Regis Vngarie acciderunt, sequitur.

De Testamento
& Legatis de-
functi Regis
KASIMIRI
Questio.

Nobili igitur Loduigo Rege Vngarie sepedicto in Cracouiensi castro residente altera die aduentus sui Cracouiam venerabilis vir Dominus Ianussius dictus Suchiwilk Decanus & Cancellarius Cracouiensis Testamenti per Dominum Kazimirum felicitis memorie Regem facti legitimus Executor omnia prefata priuilegia donacionis per prefatum Dominum Kazimirum Regem Poloniae in sua vltima voluntate facte, de mandato magnifici principis Domini Wladislai Ducis Oppolie vsque ad aduentum ipsius Domini Regis reseruata, coram eodem Domino Rege produxit, requirens eum, vtrum ea iuxta dispositionem sui auunculi distribuere deberet, qui graciosè respondit, ea distribui debere & omnia per Dominum Kazimirum Regem legata & disposita mandans adimplere, mox tamen quibusdam inuidis & dolose ipsi Domino Regi dissuadentibus mandauit eadem priuilegia ad Dominos Archiepiscopum Gneznensem & Fflorianum Cracouiensem Episcopum & ad nobiles Regni, qui partim aderant reportari, eorum arbitrio & diffinicioni committens, ad quosdam tamen cum huiusmodi priuilegiis peruenissemus, ipsi omnia approbantes iusserunt distribuere, preter priuilegia Illustrissimi Kazimiri Nepotis Domini Regis Kazimiri iam defuncti super Ducatibus Syradiensis Castri & terris Lanciciensi & Dobrinienſi Crusthnicie, Ridgoscie, Zlothane & Veltz de Nemerzo & Iohanni filiis felicitis memorie Kazimiri olim Regis naturalibus super quibusdam Castris & villis datis & assignatis, que priuilegia vsque ad pleniorē deliberacionem missa fuerant representari. Et tandem conuenientes ad domum Domini Iacobi Archiepiscopi Gneznensis donacionem duobus filiis naturalibus predictis factam anichilare volentes priuilegia per Camerarios Ofcزيون Sandomiriensem & Iohannem Cracouiensem precipere mandarunt, que tamen sic precisā fuerunt & sunt reseruata. In crastino autem mane Archi-Episcopo & Episcopis ac nobilibus dignitatis maioribus simul congregatis, Dominus Loduigus Rex suāsu quorundam felicitati aliorum inuidencium misit Wladislaum ducem Oppolie illustrem ad eosdem, inquirens, vtrum Dominus Rex premortuus in morte sua propinquis irrequisitis aliquas terras castra & villas & alia legare potuisset & quid iuris esset sibi responderent. Et quamuis Archi-Episcopus & Episcopi super hoc nullum dabant responsum & inter ceteros altricacio fieret, nil potuit & non potuit quibusdam afferentibus & bene quod testamentum morte testatoris confirmatur & vltima voluntas est ex debito implenda. Tandem quidam prudentes exonerare se volentes dixerunt, quod Iudices hanc questionem decidere iure deberent. Tandem Pelkazambr Iudex Sandomiriensis & Wilczko de Naborow Sub-Iudex Cracouiensis potius ad relacionem quam de Iure Polonico neminem in morte a suis propinquis aliqua posse seu potuisse relegare, quam pronunciacionem Dominus Rex ex relatu Ducis prefati audiens licet derisisset, tamen ratam habens misit ducem eundem ad Archi-Episcopum & ad nobiles memoratas, precit sibi litteras super ipsa pronunciacione fieri, ipsamque sigillis Archi-Episcopi & Episcopi ac Nobilium tunc presentium roborari, quod Archi-Episcopus & ceteri Nobiles audientes aliquāter contristati ceperunt interloqui & interlocucione habita considerarunt, quod hec pronunciacio in preiudicium Kazimiri Ducis Stettinensis fieri debebat, dixeruntque pronunciacionem quoad Terrigenas fecisse, non autem quoad ducem, cum iura ducalia quoad hoc essent eis penitus ignota, sicque in eodem negotio sibi met proch dolor contrarie sunt inuenti. Nam primo pronunciarunt omnes donaciones per Dominum Regem esse validas, & altera die, vt premissum est, dixerunt complacere cupientes, minime valuisse, huiusmodi autem pronunciacione non obstante, omnes donaciones preterquam filiis Regis naturalibus factas fuerunt sortite effectum. Et quod Duci Kazimiro terre Syradiensis Lanciciensis fuerunt abstracte, Dobrinensis autem Ducatus, Bidgostia Welatowo ciuitates & castra fuerunt sibi per Dominum Regem Vngarie in dominium assignata; Et hec fuit prima variacio in nobilitate eiusdem Regis Loduici quantum inuitus variasse creditur. Nam quidam magnates & quasi primi in consilio Regis mortui parti Vngarorum multum fauentes estimabant Ducem Kazimirum de terra Syradiensi, Lanciciensi & Dobrinienſi ac castrum prenomina tum in iu-uamine Karoli generi sui Romanorum Imperatoris ac Boguslai patris sui Ducis Stettinensis ad Regni Poloniae gubernacula tamquam heres & successor legitimus aui sui olim Kazimiri Regis Poloniae posse peruenisse, & hoc pertimescentes suaserunt Domino Regi Loduico vt ipsum Kazimirum in terris Syradiensi, Lanciciensi, in quibus ipsum Kazimirum vt suum filium adoptans conseruare & hys maiora promiserat dare mallatenus pateretur,

retur, offerebat tamen sibi de consilio consiliariorum predictorum locorum Siradie & Lancicie Ducatum priusquam eos ducatus sibi assignauit, ducatum Gnewconiensem, quem dux Kazimirus de consilio quorundam sibi ratione consilii innotorum recipere recusauit, & hoc duplici de causa, primo ex eo quia Dominus Rex ipsum circa easdem terras conseruare, ut premissum est, & plura adhuc addere promiserat. Secundo quia ducatus Gnewconiensis naturalem Dominum videlicet Wladislaum Ducem album Kazimiri filium, licet monachum ordinis sancti Benedicti viuum haberet, quem ducatum Caevconiensem etiam Dominus Rex Kazimirus felicitis memorie alienere noluit ab eodem, postremo tamen cum dictus Loduigus Rex memoratus in Regem Polonie coronari deberet, voluit, ut Kazimirus iuuenis antedictus de ducatu Dobrinensi, Bidgosiensi, Welatowvo & VVelcz contentaretur illa vice, promittens sibi de aliis in posterum prouidere. Considerans vero Kazimirus aliter facere non posse consensit & in coronacione Domini Regis ducatum Dobrinensem cum Castris predictis a Domino Rege & a corona Regni Polonie suscepit.

De prodicione Castri Santbok.

Fama igitur mortem Kazimiri Regis felicissimi ad circumuicinas prouincias deferente, quidam miles Hasslo de Huchtenhain, Hassonis filius de VVedel Ottonis Marchionis Brandenburgensis filii Loduici quondam Imperatoris Romanorum Capitaneus seu Aduocatus mox ut Regem iam mortuum percepisset, quosdam tres Saxones in castro Santhociensi pecuniis & promissionibus attraxit, ut eorum iuuamine castrum Santhok posset obtinere, qui Saxones videntes, quod Castrenses victualibus deficerent aliquoties & parcitatem in eodem hominum conspicerent, qui inimicis resistere non possent, & prefectum castri Sandzivvagium de VVirh Castellatum Rynniensem non adeste, Hassoni militi prefato per vnum ex ipsis hoc significare curarunt, qui Hasslo satis cum paucis hominibus idem Castrum obsedit sine mora, cui Castrenses & precipue quidam Sandzivvagices de Slessino iuuenis pro posse resistebant, illis tribus exceptis, qui nullam operam in defensione dare videbantur. Et quamuis Dominus Przemislaus de Golerowvo Palatinus Kalisienfis protunc Capitaneus Polonie ad defensionem castri predicti expeditionem proclamauerat & omnis Terra Polonie iam processerat, tamen quia morose & non festiue procedebat, priusquam illuc peruenirent, Castrum Hassoni prefato extitit presentatum. Habebat enim Capitaneus Polonie prefatus Hassonis litteras & quorundam nobilium de marchionatu Brandenburgensi & ipse Hasslo Capitanei & aliorum nobilium Polonie litteras viceuersa, in quibus & per quas Treuge pacis hinc inde fuerant violatae. Itaque Poloni Saxones super violacione pacis monebant, & Saxones Castrum obtinentes ipsorum monita deridebant, &c.

Castrum Santbok perditum:

De perdicione Castri Wladimiriensis Russe.

Eodem vero tempore Kyeystud Dux Lithwanie de Troky validissimus Christianorum impugnator, Olgerdi magni Ducis Lithwanorum frater vterinus, ut comperit, quod Kazimirus Rex Polonie obiisset cum Lubardo Duce de Luesko nobilissimum castrum Wladimirz circumuallentes obsederunt, quod castrum, antiquo castro ligneo in suo statu remanente Rex Kazimirus prefatus in monte alterius Castri Regalie, in quo Ecclesia Cathedralis in honore Marie Virginis de coctis lateribus est fundata de muro fortissimo infra duos annos non plenos ante mortem suam edificauerat. Sed morte preuentus imperfectum dereliquit, fuit tamen adeo fortificatum, quod homines in eo manentes hostibus impugnantibus bene resistere possunt. Sed Duce Alexandro filio Michaelis alius Colathi, filioastro Olgerdi & Ducum Lithwanie predictorum, qui castra & terram Wladimiricensem Rege Kazimiro comendata acceperat in Cracouia existente quidam Petrassius Thuroky Lancicita, prefectus Castri predicti metu ductus nobilissimum Castrum Wladimirienſe predictum nulla plaga accepta nec aliquibus penuriis defectuosis depressus Lithwanorum principibus predictis pudorose presentauit, Lithwanorum vero principes de antiquo Castro quamuis ligneo contenti, castrum muratum de nouo factum muris fossis ad terram prostrarunt, lapidem super lapide minime relinquentes. In edificacione autem huius Castri tricenti viri singulis diebus & multa iuga bouum & equorum cimentum, lapides, & ligna fere per duos annos continuos & in edificacione eius plus quam tria milia marcarum Regio de Thefauro, & quarta ante mortem suam die sexcentas marcas per Wenceslaum de Taczin presbyterum, qui preerat opperi demandauerat deportandas, qui priusquam de Cracouia

Castrum Wladimirienſe Dux Lithuanie occupat:

couia cum pecunia recessisset Rex felix terminauit vitam, que pecunia ad Thesaurum regium iterum erat reportata, &c.

De Coronatione Loduici Regis Vngarie in Cracouia.

LODOVICVS
HVNGARIE
REX Cracouia
Diadema Polo-
nia suscepit :

Post ingressum Domini Loduici Regis Vngarie Cracouiam volens idem Rex coronari in Regem Polonie, Reuerendum in Christo patrem Dominum Jaroslaum Archi-Episcopum Gneznensem cum instantia debita requisiiuit, ut ipsum in Regem Polonie coronaret. Et quamuis prefatus Dominus Jaroslaus, Archi-Episcopus & quidam Nobiles de Polonia tamquam nuncii Communitatis Polonie maioris Dominum Regem non in Cracouia sed in Gneznenfi Ecclesia coronandum esse dicebant, petentes ne in preiudicium Polonie maioris alibi quam in Gneznenfi Ecclesia se promitteret coronari, tamen prefatus Rex, ne ex mora dilacionis aliquanocumque euenerent, peccit in Cracouienfi Ecclesia dyadema Regium sibi imponi, promittens, quod in Ecclesia Gneznenfi Regalibus insignibus decoratus vellet apparere, ibique insignia Regalia videlicet Coronam, Sceptrum, Globum vellet relinquere Ecclesia in eadem; quod postea Gneznam veniens distudentibus Cracouitis minime adimpleuit. Sed inde festiue recedens Poznamiam, Lanciciam & Terram Syradie, Cracouiam properauit, & ibi iter nocturnum faciens versus Vngariam properauit, mare sua Domina Elizabeth Regina Vngarie Cracouie permanente. Proximo autem die Dominico post festum sancti Martini, que fuit dies decima mensis Nouembris Loduicus Rex prefatus per Reuerendissimos patres Jaroslaum Archi-Episcopum Gnezniensem, Pforianum Cracouiensem, Petrum Lubnicenssem Episcopos in Ecclesia Cracouienfi paucis Nobilibus presentibus in Regem Polonie cum solemnitate decenti exiit coronatus duobus tantum ducibus presentibus, videlicet Ladislao Oppolienfi & Kazimiro Stetinensi & Dobriniensi, quorum vterque quosdam ducatus feudonia in coronatione ipsius in feudum ab ipso receperunt, Ladislaus videlicet Welunzenssem, Boleslauienssem, Brzeniceussem, Crzepicze, Olsin, Bobolice ciuitates & castra fortissima sibi per Dominum Loduigum Regem predictum tempore eodem data cum suis districtibus, que ciuitates & castra per Kazimirum Regem felicis memorie fuerant destructa & sumptuose edificata. Kazimirus vero ducatum Dobriniensem cum Castris Bidgostia, Wyclatowo & Walcz. Hec autem infraudacio aliis Polonorum ducibus erat penitus inconfumata. Nam omnes duces Polonie consueuerant sibi esse euales, nec alter ab altero quicquam domini retgnoscebat, sed vnusquisque suo dominio gaudebat, & hinc ideo, quia de vna stirpe processerant, vnde vno & eodem iure gaudebant seu gaudere volebant, donec per Johannem, Henrici Comitis de Lucemborg post hoc Romanorum Imperatoris filium Regem Polonie, qui Johannes tam ex donatione Imperatoris patris predicti, quam post vxorem filiam secundi Wenceslai Regis Bohemie vnicam Regnum Bohemie iuerat adeptus quidam Duces Slezie plus muneribus & suasionibus falsis suorum ac promissionibus dolose circumuenti ac bellorum insulibus deuicti ab eodem Johanne Rege Bohemie ducatum Slezie liberum ac dominia sua, que nulli in aliquo astricta fuerant, sed ipsi Duces ipsam a nemine recognoscences libere possidebant in feudum receperunt corone Bohemice se & sua in obprobrium & confusionem regni Polonie sponte submittent. Hec autem scissio eisdem ducibus confessionem perpetuam generauit, ita quod quamdiu Homagiales Corone Bohemorum existunt, nullus eorum in Regem Polonie Regno vacante propter hoc eligitur, statimque duces prefari & eorum successores in mercede assidua veluti Bohemorum dominio subiecta, a successionem regni Polonie sunt penitus elongati, &c.

De Exequiis Domino Kazimiro celebratis.

Coronato autem Domino Loduigo Rege Vngarorum predicto feria tertia proxima post hoc Domino Kazimiro felicis memorie Regi ante dicto exequie per omnes Ecclesias Cracouie Domino Regi Luduico Episcopis, ducibus ac nobilibus quampluribus presentibus fuerunt celebrate. In quibus exequiis sic fuit ordinatum, nempe primo currus quatuor & in quouis quatuor equi solempnes & omnes tam aurige quam equi quam etiam currus nigro panno erant cooperti & vestiti. Post hos sequebantur quadraginta milites armati in dextrariis pannis purpureis cooperti vndecim vexilla vndecim ducatum & duodecimum Regni Polonie singulis clipeis signis seu armis singulorum ducatum insignia deferentes. Quos sequebatur miles Regia veste deaurata indutus in ambulatore Regio optimo purpura cooperto ipsius Regis mortui personam repre-

Prærogatiua
Ducum Polo-
nia :

Iussa REGI
CASIMIRO
illa soluta :

representans. Post hoc ibant Ceroferarii lumina accensa magna bini & bini deferentes, que lumina duo quelibet devno lapide Cere facta fuere, demum ibant Religiosi & viri Ecclesiastici omnes in vrbe & suburbis existentes, feretrum, quod erat aureis & sericeis pannis & aliis preciosis per Ecclesias ac Religiosa loca distribuendis honoratum precedentes, cum cantu lugubri. Demum Dominus Loduigus Rex predictus, Archiepiscopus, Episcopi, duces, barones, & alia multitudo populi sexus vtriusque sequebantur, inter quos & feretrum incedebant familiares Regis defuncti plusquam quadringenti omnes nigra veste induti planctum & vluatum maximum facientes & quameunque Ecclesiam cum feretro videlicet minorum Beate Virginis Marie fratrum & predicatorum intrauerunt. Ibi due purpure auree & due pecie panni Bruselensis diuersi coloris XVI. vlnarum ac oblationes in pecuniis maximas & plura lumina offerebant, vnus autem feretrum precedens grossos pauperibus & quibusuis recipere volentibus largissime spargebat, vt via transeuntibus liberius pateret, & etiam vt pro anima Regis defuncti DEUM deuocius exorarent. Portabant enim quidam saccos grossis repletos, quibus pelues argenteae, que per duos honestos ad hoc deputatos ferebantur, de iisdem grossis subito post euacuacionem replebantur, de quibus peluibz quilibet offerre volens recipere potuit, quantum volebat, sicque cum huiusmodi apparatu ac processione ad Ecclesiam Cathedrali vique peruenerunt, in qua Ecclesia Reuerendus pater Dominus Florianus Episcopus Cracouiensis missam celebravit, infraquam missam infra scripte oblationes facte fuerunt in hunc modum vt sequitur:

De oblationibus in Exequiis Domini Regis factis.

Ordinatum itaque fuerat, quod circa omnia altaria, que sunt in Ecclesia Cracouiensi Cathedrali stabant sacerdotes ad missam aptati, ita quod offerentes, quotquot erant, oblationem dabant, primo ad altare in quo Episcopus celebrabat, debebant quidem ad omnia altaria oblationes offerre, sed quia propter pressuram nimiam multitudinis populi, qui feruenti desiderio exequiis Regalibus deuote intererant altaria cum oblationibus non poterant circuire, ideo vnus ex nobis, cui hoc pro tunc fuerat iniunctum, pelui argentea grossis repleta clientulis Regalibus ante & retro circumdatus, & quibusdam ex ipsis sibi viam facientibus, bina vice circuiens singulis presbiteris missam celebrantibus, quantum in pelui de grossis manu comprehendere poterat, offerebat. Ideo quoque ad altare maius primo duas purpuras preciosas & secundario duas pecias panni preciosis obtulit, prout in aliis Ecclesiis vt premissum est offerebat. Subsequently vero Regis mortui officiales vnusquisque iuxta ministerium suum, vasa quibus ministrabat ad altare detulit offerendo, & primo Camerarius Swanthoslaus & Vicethesaurarius pelues argenteas cum manuteriis & mensalibus ad altare processerunt. Deinde Przetbarius Dapifer cum subdapifero quatuor scutellas argenteas magnas. Item pincerna cum Subpincerna cantra & generaliter cuppas argenteas. Item Sub-Camerarius seu Marschalcus dextrarium Domini Regis meliorem. Item Subagazo militem armatum veste Regali vestitum in ambulatore Regio Domino Regi magis dilecto & meliori vexilliferis vexilla ferentibus & ipsum militem ipsius Regis personam representantem precedentibus ad altare obtulerunt. Post quorum oblationem cum vexilla, vt moris est in talibus obseruari frangerentur, tantus clamor lacrimosus, tantus vlulatus & lamentum omnium hominum sexus vtriusque in Ecclesia Cracouiensi existentium voluit, quod vix a fieri & lamento persone graues & infime senes & iuuenes cessare voluerunt, & non mirum, quod illam pacis tranquillitatem, quam in vita Regis haberent, per mortem ipsius ruptam esse formidabant. Illam quoque delectabilem allocucionem & oppressorum consolacionem, quam ab ipso audiebant & recipere consueuerant, ab aliquo alio circumsequi non sperabant. Illam etiam incuitabilem Regni ruinam, que post mortem inelicti Przemisli Regis Polonie aui sui Regno acciderat absque prole masculina defuncti euenire metuebant, & super omnia reformacio Regni per eundem facta, & magna quam gesit humilitas, suos regnicolas ad lamentum nimium pertrahabant. Nam inter ceteros pegores euentus, illud euenire formidabant, ne priusquam de stirpe Regum Polonie Rex in Polonia DEO fauente ordinaretur, alienigena in Regem sublimatus, qui mores sue nationis sequi cupit, Polonorum mores & consuetudines immutare anhelabat, ignotos suos patriotas Regnicolis preponere contendit, sicque iura & libertates Polonorum ad nichilum redigere conabatur, ex quibus contra se odia & rixas Regnicolarum concitabat, hyque qui regno fuerant propinqui successores suis progenitoribus succedere conabantur. Ex quibus & aliis recollectis excidium Regni euenire procul dubio poterit, quod solus DEUS per sui clemenciam auertere dignetur.

Vexilla in Funere Regis fracta:

De transitu Loduici Regis Vngarie & Polonie in maiorem Poloniam facto.

Dama Regno
Polonia sub
LYDOVICO
Rege illata:

Exequiis igitur, sicut premissum est, sollempniter celebratis Serenissimus princeps iam Polonie, Vngarie & Dalmacie, &c. Rex versus Poloniam maiorem properauit, cui Polonorum innumerosa multitudo in Kalis & vltra occurrens ipsum honorifice suscepit, sibi veluti suo Regi obedienciam debitam exhibendo, cum quibus Gneznam veniens duobus diebus moram fecit, & quamuis in Ecclesia Gneznensi Regale solum aureis pannis ornatum fuisset adaptatum, vt ibi Regalibus indumentis vestitum cum corona & sceptro vsu regio aptatis prout alias ante coronacionem suam in Cracouia conditionatum extitit, apparens resideret, tamen suasu quorundam Cracouitarum facere obmisit, dicens: hoc in delubrium suum fieri debere, & sic Regnum Polonie in nullo stabiliens, ad propria remeauit, vt premissum est; Hoc vero fiebat, quod Vngari sui per villas eundem sequentes fugebant domos habitantium & res eorum violentè rapièntes secum asportarunt, nulli autem pauperi ad Regem predictum iniuriam passo Vngaris prohibentibus aditus patebat, in ipsiusque absencia dilecta genitrice sua nomine Elizabeth Vngarie Regina regnum Polonie gubernante, peyora fiebant, quam antea, quia nulla stabilitas siue constancia in ipso regno viguit seu viget ad presens. Nam cum ad matrem recursus haberetur, remisit ad filium & filius ad matrem viceuersa, sicque nullus finis in negociis nisi in sibi beneplacitis haberi potuit seu potest. Hoc enim primum inconstancie principium demonstrauit, quod omnes consiliarios principales quorum consilio mediante Kazimirus Rex felicissimus super Regno predicto iam defunctus omnia Regni negocia salubriter disponendo dirigebat, a se successiue non cum festinatione alienabat, alios vero apud fratrem suum predictum nullius reputationis in consilio habuit, in suos consiliarios assumendo, qui non vt communis Regni exposcebat utilitas, sed prout eorum demencie exposcebat cupiditas eidem consulebant. Seniorum consiliariorum consiliis, que dare honestissime consueuerant atque dabant in eorum absencia susurrando impudicissime detrahebant, de eorum prauorum consilio tam officiales curie Regalis quam prouinciarum Capitanei sepiissime cum grauissimam rigenarum iactura imitabantur, &c.

De diuisione Thesauri dicti Kazimiri felicitis memorie Regis Polonie facta.

Thesaurus Ka-
simiri Regis
qua ratione di-
uisus:

Postquam autem Dominus Loduigus Rex Polonie & Vngarie prefatus maiorem Poloniam vt premissum est transisset, Illustris Domina Elizabeth genitrix ipsius consensit & voluit, ut Thesaurus Regis Kazimiri bone memorie fratris sui, inter Hedwigem relictam Regis prefati & suas natas Annam & Hedwigem iuxta disposicionem & voluntatem vltimam Regis memorati diuidi deberet, qui Thesaurus solum in vasis argenteis in tres partes fuit diuisus, cesseruntque cuilibet ipsarum CCCXXXIII. marce cum dimidia argenti graui pondere preter octo scutellas grandes de puro auro fabricatas & triginta sex cornua auro & argento miro modo decorata, nec non flosculis, lagunculis iaspinis, cristallinis, anulis & lapidibus preciosis, nec non cortenis purpureis in quibus aquile & alia arma Regalia de gemmis seu margaritis ac auro & lapidibus preciosis erant miro modo & sumptuose confuta & ceteris exeniis & diuersi generis localibus, que diuisa non fuerunt, sed pro duabus filiabus Regis fuerunt reservata. Hunc igitur thesaurum duarum filiarum Regis, qui omnibus inestimabilis videbatur, Domina Elizabeth Regina cum duabus filiabus Regis versus Vngariam secum abduxit. Relicte fratris sui porcionem superius expressatam & mille marcas grossorum pro dote assignatis tantummodo relinquendo, que postmodum Ropperto, Wenceslai olim Ducis Legnicensis filio matrimonialiter extitit copulata.

De mutatione Przetslai Capitanei maioris Polonie.

Monete in Po-
lonia mutatio:

Ordinantibus itaque Consiliariis superius dictis Dominum Przetslaum de Golutnowo militem Palatinum de Capitaneatu Polonie prefatus Rex amouit, cuius tempore monetha quadratariorum optima, quam Dominus Kazimirus Rex tempore sui regiminis cudere iusserat fuit immutata taliter quod quatuor quadrantes, quorum duo grossum Bohemicalem valebant postmodum pro grosso Bohemicali dari deberet, ex qua immutatione multa dampna nonnulli incurrerunt, quia qui decem grossos habebat postmodum quinque habuit. Nonnulli etiam quatuor quadrantes pro grosso ementes magna

grā lucra reportarunt, quadranſes eosdem cremare facientes & exinde argentum purum reducentes. Huic autem Przeczſlao circa Carnispruium Anno Domini milleſimo triceſimo ſeptuageſimo primo amoto nobilem virum Dominum Otthonem de Pileza militem circumſpectum ac liberaliſſimum & potentem in Capitaneum Polonie ſurrogauit, quem aliqui nobiles de Polima pro tunc in Cracouia circa Dominam Reginam exiſtentes in Capitaneum dudum recutarunt recipere, afferentes ipſum tamquam non terrigenam eorum contra priuilegia ipſorum eis preponi non debere. Ipſe vero aliquibus ex ipſis Caſtra Regalia in Capitaneatu eodem conſiſtencia dare gubernanda promiſit, quod & fecit, nam licet communitas Polonorum eundem Otthonem in ſuum Capitaneum recipere renuiſſet, tamen Reuerendo patre Domino Iohanne Epifcopo Poznanienſi cum ſua parentela Dolgua & quibuſdam aliis ipſum ſuſcipientibus, ipſum poſtmodum in Capitaneum ſuſceperunt. Tempore autem ipſius Ottonis predicti multi profugi & diuerſi in ſurticibus erant, multasque predas & ſpolia in regno Polonie commiſerunt, qui Otto Capitaneus predictus conſiderans quod ſine iuuamine terrigenarum profugas & fures in rapinis & ſurtantiis compeſcere non poſſet, & Terrigene ad hoc vt profugi compeſcerentur, nullam operam dare voluiſſent, ipſe poſtmodum Capitaneatum reſignauit, cui Dominus Sandziwogius de Subiuq in Capitaneatum ſucceſſit Polonie & ipſum tenuit, &c.

item Capitanei
Maiores Poloniae:

De Peſtilencia magna in Polonia.

Anno itaque Domini MCCCLXXI. in Dominica, qua in Eccleſia DEI decantatur: Iudica me &c. vertex dextre Turris Eccleſie Poznanienſis per Thonitru fuit concuſſa & extremitas anguli eiſdem turris diſrupta, quedam foramina per reſtudinem Capelle Regalis impetum faciens ymagines Regis Przemiſlai & Regine in parietibus eleuatas & depictas concuſſit, ſicque eodem anno & ſequenti multe predaciones & ſpolia nemine prohibente fiebant. Tamen eiſdem duobus annis, prout & in morte Regis fuerat, in Polonia erat magna peſtilencia, ſed immediate anno ſequenti de menſe Septembri cepit eſſe maior peſtilencia in Polonia & precipue iuuenum virorum & mulierum ac virginum, & durauit fere vsque ad menſem Septembrem, infra quod tempus multa milia proch dolor hominum deceſſerunt.

Turris Eccleſie
Poznanienſis
concuſſa:

Peſtis Poloniam
peruagatur:

De Iaroslai Archi-Epiſcopi Gneznenſis Cecitate.

Anno igitur Domini milleſimo triceſimo ſeptuageſimo ſecundo Reuerendus pater Dominus Iarolaus Eccleſie Gneznenſis Archi-Epiſcopus cum feria ſexta proxima ante natiuitatem Chriſti & alii in Sneya Scaccos luſimus & mane ſabbato in Vigilia beati Thome Apoſtoli ego Gneznam ad recipiendum quadraginta marcas groſſorum, quas michi mutauerat ipſo adhuc clare vidente recediſſem & vterius Poznamiam miſiſſem & expeditis quibuſdam negociis in vigilia vigilie hora prandii Zneynam veni & ibi cum aliquibus audiuiſſem eundem patrem excecatum fuiſſe, non credidi, donec tamen eodem die Zneynam veniſſem & ad eum cum aliis dominis vt cum eo cenam facerem intraſſem. Ipſe intelligens meum aduentum & aliorum dixit: Archi-Diacone Eccleſie, nihil video, de cuius tam ſubita excecacione ſibi & plus Eccleſie & nobis omnibus compaciebamur, plurimum condolentes. Poſtquam autem ex nimia ſenectute iam naturali calore in eo penitus deficiente cecus effectus fuiſſet Nicolaus de Caſlutiwo conſanguineus eius prepoſitus Gneznenſis per quosdam amicos Dominum Archi-Epiſcopum induxit, vt ſibi de ſede Archi-Epiſcopali cederet, qui tandem conſcienſ procuratorium cedendi & litteras oportunas ſibi dedit. Ille autem nec Domini Regis nec Capituli conſenſu habito ſe fortune exponens Curiam Romanam arripuit, quod Ianuſſius Paſkonis Cantor Gneznenſis precipiens aliquos Dominos ex prelatiſ & Canonicis Gneznenſibus ad Capitulum conuocauit, cum quibus feria tertia proxima poſt Dominicam Letare tractatu prehabito litteras Capituli ad impediendum promotionem predicti Nicolai prepoſiti Curiam Romanam ordinauit, quibus habitis & procuratorio ipſius in perſona ſcripto, octauo die poſthoc curiam Romanam proceſſit, ibique poſt feſtum paſche veniens promotionem dicti prepoſiti totaliter impediuit, vbi nichilominus per annum fere ambo permanſerunt, ſed tandem prepoſito ad propria redeunte Cantor prefatus a peſte inquinaria, que pro tunc aliqualiter vigeat in curia migravit ad Chriſtum Anno Domini MCCCLXXIII. die menſis Auguſti. Dominus vero Iarolaus predictus, cum anno prefato & antecedenti per quosdam Mazovitas & precipue per Petraſſium filium Criſtini Palatini Plocenſis de conuiuentia Se-

Iarolaus Archi-Epiſcopus
Gneznenſis
cecitate factus:

Turbæ in Archi-Epiſcopatu
Gneznenſi:

mouiti Ducis Mazouie vt dicebat in districtu Lanciciensi multas molestias depredationes & rapinas fuisset perpeffus, nec ipsum ducem precibus ad hoc fecere potuisset, vt suas terrigenas a rapinis huiusmodi compescere voluisset, ipse in tota terra Mazouie generale posuit interdictum, donec dux & terrigene anxii de hoc nimium sibi & Ecclesie Gnezneusi quasdam villas A. & B. ratione dampnatorum illorum per ipsam Ecclesiam possidendas perpetuo assignauerunt & sufficienter priuilegiis roborarunt. Hoc eodem anno presatus pater de Archi-Episcopatu cupiens cedere venerabili viro Ianussio Decretorum Doctori, Decani Cracouiensi & Canonico Gneznenfi condescendere decreuit. Decanus vero predictus a Domino Iaroslao Archi-Episcopo mandato cedendi recepto, Dominum Domarath militem & Iarandum Canonicum Gnezensem cum procuratorio & litteris Vngarie & Polonie Regis promotoriis ad Dominum Gregorium papam vndecimum destinauit, qui illuc venientes nichil perfecerunt, & hoc ideo, quia Dominus Rex Loduigus voluntate mutata litteras Domino pape contrarias destinans negotium impediuit, & etiam quia consensum Capituli Gneznenfis non habebat. Quibus vacuis redeuntibus, memoratus Dominus Decanus iterum litteris Domini Regis ac Regine & Caroli Imperatoris Romanorum & Regis Bohemie & Capituli Gneznenfis obtentis Anno Domini MCCCCLXXXIII. circa diem Epifanie domini iuit Romanam Curiam propria in persona. Cui Dominus papa Gregorius predictus Gilhelino Cardinali amicali fratre pape predicti negotium promouente de Archi-Episcopatu prouidit, ipsum in dominica Misericordia Domini in Archiepiscopum consecrari mandauit, qui post consecracionem suam statim domum tendens de curia processit, & hoc propter pestilenciam que tunc in Auinionensi ciuitate magna erat, venitque ad ciuitatem Gnezensem feria tertia die mensis Iulii & in crastino missam celebravit, cui Reuerendus pater Episcopus Poznanienfis & multi alii nobiles interfuerunt, quo die & aliis diebus vsque ad feriam quartam pluebat incessanter. Dominus autem Iaroslao olim Archi-Episcopus omnes Redditus in Pomeranensi & Castris Oppatow cum villis adiacentibus & decimas in districtu Kalificensi referuabat sua pro sustentacione, quarum referuacionem sedes Apostolica confirmauit sibi de iisdem redditibus prouidendo, qui postmodum ad monasterium Landense se translulit, in quo monasterio habitum cum sua familia non assumendo nec professionem mansit fere per duos annos.

De Duce albo Wladislao.

Turbas in Polonia
Dux
Vladizlaus
Albus Gniez-
kouiensis exci-
tat:

Anno quoque Domini MCCCCLXXXIII. ipso die natiuitatis Virginis Marie, Wladislaus albus, dux Gnewconienfis Gneznam veniens, in domo Hanconis proconsulis incognitus tamen hospitatus mansit & facto prandio postquam per hospitem fuisset cognitus & vno accipere remuneratus statim recessit, & in crastino Wladislauiam veniens solummet quartus Castrum nullo prohibente intrauit & ciuibus conuocatis ab iisdem fidelitatis omagium recepit, positaque in castro custodia riox in Gnelbeoniam properauit, quo castro similiter obtento iuit vterius ad quandam villam Remlikonis, eundem Remliconem prefectum castri Slothorie captiuauit, artans eundem, vt sibi Castrum Slothorie presentaret, & cum ad castrum Zlothoriam peruenissent, Castrenses, qui ibidem manebant, ducem videntes, & considerantes, quod prefectum eorum, sibi nisi Castrum presentaretur, decollare nitebatur, Castrum sibi subito presentarunt, sicque eodem die dux memoratus Wladislauiam, Gnewconiam & Zlothoriam obtinuit sine armis, & in crastino mane, que fuit dies sabbati, congregacione aliquali cum Wladislauiensibus & Gnewconiensibus facta ad castrum Sarkey inexpugnabile accessit, cui Castrenses eadem die aqualiter resistentes mane facto die dominico sibi Castrum assignarunt, sicque feria sexta sabbato & dominico die Wladislauiam, Gnewconiam, Zlothoriam & Sarkey ciuitates & castra sine omni lesione suorum obtinuit reuerenter, preter vnum solum nomine Thiroch, qui ducem precedens Castrum Sarkey intrare voluit, quem castrenses ibidem in valua castri occiderunt. Cum autem Sandziwagius de Subino Polonie & dictorum Castrorum & ciuitatum Capitaneus percepisset, ingemuit, & anxius nimium de tam turpi perdicione Castrorum nobilium, consilio vsus suorum misit nuncios & conuocauit exercitum satis grandem & Wladislauiam ciuitatem primo obsedit, mandatumque fuit per Dominum Loduigum Regem Vngarie & Polonie omnibus Nobilibus tam Polonie, quam Cuiuie & aliarum terrarum Regnicolis, vt prefato Sandziuogio, quo ad expedicionem castrorum predictorum preberent auxilia opportuna sub priuacione honoris & bonorum, quorum plus Cuiuie, qui iam prefato Duci Albo adheferant, decretum & mandatum audientes Regis sui ab

eo se subtraxerunt, quod cernens dux memoratus & potencie Regie resistere non valens & etiam per quosdam aliquantulum circumuentus cogitauit se gracie Domini Regis committere, quod & fecit. Nam postquam Wladislaui per exercitum Domini Regis fuisset afflicta nimium & iuuamen nullum a duce sperabat habere, se Domini Regis gracie commiserunt ad manus Domini Sandziwogii facientes fidem, posthoc dum Wladislauiensis Dux sepe dictus per quosdam circumuentus licet in Castro Sarkey & Zlothoria homines & expensas sufficientes iam habuisset, qui per annum & ultra bene aduersariis resistere potuisset, dicta castra fere inexpugnabilia prefato Sandiuogio ad gratiam Domini Regis cum omni apparatu presentauit, qui cum a Domino Rege nullam gratiam reportasset, magna paupertate grauatus fere per annum in castro Ordzin moram traxit. Anno Domini MCCCCLXXV. item in crastino *Beate Marie* Virginis Castrum Zlothoriam per quosdam exploratores cepit, in quo exploratores predicti nobilem virum Crislinum de Skrzipowo militem, prefectum Castri predicti in loco dormientem captiuarunt & duci Wladislao presentarunt. Dux vero prefatus predictum Crislinum iam grande etatis militem in odium Domini Sandziwogii cuius soror in predictis miles habuit in vxorem, in vincula coniecit, ipsum in artissimo carcere recludendo, donec pro quingentis sexagenis ab eodem duce se redemit, & quamuis predictus miles Crislinus Sandiuagii Subino Capitanei gener esset, cum noluit eximere Sandiuagius predictus, & hoc ideo, quia, cum iam circa festum beati Iacobi Apostoli de hoc rumor haberetur per Poloniam, quod vnum ex Castris Cuyauie & precipue Zlothoria pro ipso duce albo furtim capi diceretur, sepe dictus Sandziwogius a Crislino Castrum Zlothoriam sibi reddi petiit, timens per ipsius desidiā, prout factum fuerat, quod perderetur. Ipse autem Crislinus respondit, sibi hoc valde pudorolum, si in eo tempore cum rumor esset de perdicione castri resignaret, certificans Sandiuagium prefatum, & assecurans se tam bene Castrum predictum sollicitē seruare velle, quam de perdicione eius nullum timorem haberet, sed exploratores ducis quosdam piscatores conuenerunt, qui aliquot vascula vino repleta Crislino prefato nomine muneris detulerunt, & cum ipso in castro sedentes biberunt, cumque vasa fuissent exhausta iterum versus Thorum pro alio vino miserunt, de quo Crislinus bene potatus illa nocte fortius dormiuit, donec exploratores per scalas Castri muros transcendentes, ipsum & Castrum, vt premissum est, ceperunt, sicque Wladislauiensis Dux possessor Castri est effectus videlicet Zlothorie. Ad quem multi vagi & inopes, fortes tamen & strenui corpore confluerunt. Quidam tamen miles mox vt Castrum predictum per dictum ducem fuerat obtentum Vlricus de Osterin nomine filius Baczze de Brdzem cum quibusdam Saxonibus prefato duci in subsidium venit. His quadam die Raczans Castrum Episcopale accessit & Campanice Ecclesie & Stubam sollempnem per Dominum Sbiluthum Episcopum Wladislauiensem in foribus Castri edificatam ascendens Castrum ceperunt fortiter impugnare, quibus viriliter Castrenses repugnantes, ipsos sine spe obtinendi Castri Raczans ad proprium Castrum redire coegerunt. Sed post paucos dies Vlricus prefatus cum suis complicitibus Gnewcouiam veniens Castrum ibidem impugnarunt. Cui licet Gernacius de Slamowo cum suis fortiter repugnasset, tamen ciuibus Gnewcouiensibus Vlricus iuuamen prebentibus Castrum Gnewcouiense succederunt. Gernandus veromet vicessimus quintus, inter quos fratrem & duas filias habebat cum equis & armis ac aliis rebus quas in Castro secum habebant, in captiuitatem Vlrici se dederunt. Qui Gernandus cum filiis suis & aliis complicitibus per Sandiuogium prefatum a Duce albo fuit magnis pecuniis redemptus, quo facto Vlricus posthoc ad mandatum fratrum suorum Dobrogostii & Arnoldi ad propria remeauit &c.

De Conflitu inter Ducem album & homines Domini Loduici Regis Polonie commissio.

Eodem tempore cum Dominus Jaschco Kmitya miles strenuus & omni virtute repletus Capitaneus Syradiensis iuuenem Wladislauiam in subsidium Domino Sandiuogio venisset & currus cum suo thesauro ipsum sequeretur, homines Ducis Albi eundem Thesaurum cum hominibus in via receperunt, & Duci ex ista parte Wisle circa Gnelbcouiam constituto presentarunt, qui Dux in crastino congregacione suorum hominum & Kmethonum de terra Gnewcouiensi facta ad iuuenem Wladislauiam procedebat, sperans ipsam posse expugnare. Sed Dominus Jaschco Kmitya prefatus cum Domino Barthossio de Weisborg milite, Capitaneo Brescensi prope Gnelbconiam sibi occurrentibus bellum inter ipsos fuit exortum, & tandem subito homines ducis fugam inierunt. Dux vero Albus per deuia queque versus Naslauiam seu

Bellum Polonice intestinum:

Nesaliuam festiuus cucurrit & equis dimissis met quartus nauem intrauit & ad altam partem Wisle cum detrimento suorum peruenit. Sui vero homines usque ad nauigia Thorunensia inuestigati aliqui occidebantur & aliqui capiebantur. Ob hoc tamen impugnare Cuyauiam non obmisit, sed suburbia iuuenis Wladislaue & extremas portas ciuitatis eiusdem & multas villas in Cuyauia cremare fecit, magnas predas & homines captos versus Slothoriam deducendo. Ad cuius resistenciam turris Jaroslai in Sluzewo per Dominum Sandiuagium fuit fortificata & in ea & aliis locis homines armati repositi fuerunt, qui quotidie cum hominibus ducis albi disceptabant, tenuitque Dominus Dux Albus prefatus Castrum Zlothorie a prefato tempore vsque ad festum Penthecostes, multa incendia eciam nocturno tempore, depredaciones & captiuitates tam in Polonia, quam in Cuyauia per suas homines committendo. Et tandem Anno Domini MCCCLXXVI. strenui milites Sandiwogius de Schubino & Barthoffius de Weysemborg ac Barthoffius de Socolowo Cuyauie Capitanei cum Polonitis & Cuyauitis prefatum Castrum obsederunt, quibus Kazimirus dux Dobrinienfis & Stetinensis in subsidium ueniens, dictum Castrum cum machina & instrumentis aliis fortiter impugnarunt, dux vero prefatus in castro secum multos homines habebat aduersariis fortiter resistendo, ipsos per naues in fluuio Wisle eciam unum impugnando. Inter quos erant duo in Castro, vnus qui vocabatur Hanco molendinator Brescensis, multum subtilis in arte Architectoria, & alter, qui Castrum Zlothoria explorando ceperunt & duci predicto presentarunt, quorum primus in prima vice, quum dux Castra ducatus Gnewcouienfis ceperat, fuit captus & super bone fidei promisso dimissus. Hunc ergo Dominus dux per litteras mouit, ut iuxta promissum se captiuitati presentaret, qui cum litteras Barthoffio Capiteaneo Brescensi ostendisset, requirendo, quid facere deberet, cui Dominus Barthoffius respondit, se nichil sibi consulere posse, ipsemet scire deberet, quid facturus esset, & tandem vna noctium uenientes homines ducis armati cum curru suo ipsum de molendino ante Bresce receperunt & secum Zlothoriam adduxerunt, ad hoc ut ipsis machinas & alia instrumenta pro Castro necessaria prepararet.

De Interfectione Frederici de Wedeli in Castro Zlothoric.

Obsidentibus itaque Nobilibus Castrum Zlothorie predictus Hanco molendinator Brescensis considerans Ducem Album potencie Regia resistere non posse, timensque ne molendinum propter hoc perdere, quod in Castro existens machinas & alia instrumenta exercitui Regis in obsidione sui Castri posito obuiancia preparasset, Domino Sandiuogio Capiteaneo Polonie intimaui, quod sibi clauas, quas de quadam ianua Castri habebat, per quam, cum hominibus intrans, Castrum possit obtinere, dare uellet, Dux vero cum suspectum eum haberet captiuari eum fecit, qui dum candelis accensis ligatum super mensam eremari iussisset, ipse eam prodicionem quam exercere cogitauit, publicauit, dux vero generum predicti Hankonis ex nomine eiusdem ad Sandiuagium destinat fecitque cum eodem tempus & horam sibi condictare clauas de huiusmodi ianua presentando. Sandiuagius itaque alacer effectus huiusmodi negocium duci Barthoffio noluit indicare confidens ut solus triumphum de receptione Castri obtineret, elegitque viros nobiles ac strenuos, qui secum Castrum intrare deberent, & cum ad huiusmodi ianuam uenissent, qui primi processerant intrauerunt. Et cum viginti sex eorum intrassent, mox custodes Castri per ducem ad hoc deputati Crathem, que super ianuam ad hoc pendeat, ad quam Crathem duos lapides appendi iusserat, ut eo velocius descensum pateretur, cadere dimiserunt, que cadens nobilem virum Fredricum de Wedel, Dominum de Vszcze virilem & animum suum cadens oppressit, hyque qui Castrum intrauerant fortiter lapidibus iactabantur, donec se captiuos duci prefato reddiderunt. Sicque Sandiuagius confusus ad staciones suas rediit de perdicione suorum nimium anxius existens. Mane autem facto totus exercitus mouens se, Castrum cum impetu adiit ipsumque per totam diem impugnare non cessauit, & tandem paucis ex vtraque parte occisis & pluribus vulneratis ad staciones suas redierunt. Inter quos Dux Kazimirus fortiter cum lapide fuit proiectus, de qua lesione in breui post hoc, ut breuius & verius creditur, vita functus decessit. Dux vero Albus Hankonem molendinatorem prefatum cum genero suo eadem die cum Castrum impugnabatur iussit cremare, illis eciam, qui Castrum sub Crathino presentauerant equalem mercedemtribuendo. Post huiusmodi vero insultum considerans dux prefatus, quod exercitus sui in obsidione uellet persistere, nam aliquantulum

in expensis deficeret, ordinationem quandam cum Capitaneo fecit, & Barthossio Castrum presentauit, gratie Domini Regis se totaliter committendo. Et cum de Castro exiret, petiit Barthossium prefatum, ut sibi cum hasta sua occurrere deberet, quod & fecit. Nam prefatus dux cum hasta sua contra Barthossium & Barthossius contra ducem veloci cursu equorum agitates alter alterum fortiter impeccit. Sed Dux a Barthossio in brachio dextro satis graue Vulnus recepit, & demum Dux Albus ad Loduigum Regem Vngarie & Polonie Vngariam properauit, cui Barthossius cum fratre suo Barthossio expensas sufficientes in via ministrarunt, ubi inter ceteras cum Domino Rege altricacione terram suam Gnewconiensem prefato Domino Regi pro decem milibus florenorum vendidit, quandam Abbaciam in Pannonia ordinis sancti Benedicti accipiens, ibi manet vsque ad presens, post cuius recessum multi nobiles & milites in Cuyauia, qui sibi adhaeserant, capti ob hoc exactionati per Capiraneos diuturne subiacerant paupertati, nec aliquod subsidium nec releuamen a predicto duce fuerant consecuti, & merito iuxta dictum propheticum: Nolite confidere in principibus in quibus non est salus &c.

Ducatum
Gnewkouien.
f. REX LV.
BOVICVS
caus t

De Origine Ducis huius Albi Wladislauiensis.

Wladislaus Dux Albus fuit filius Kazimiri filii Zemomislii Ducis Cuyauie, Lancicie, Syradie & Dobrinie terrarum. Iste Zemomisle Dux Gnewcouienfis habuit tres filios Przemislium, Lestconem & Kazimirum. Inter se diuidentibus post mortem patris Przemislio cessit Bidgostia, Lestconi iuuenis Wladislaui, Kazimiro Gnewcouia cum Castellania in Slonsk. Przemislius & Lestko sine prole decesserunt; Kazimirus licet plures filios habuisset & filias, vnus tamen Wladislaus Dux predictus cum vna filia, que per Dominam Elizabetham Reginam Vngarie amicam suam cuidam duci de Bosznia data fuit in vxorem, remanserant. Iste itaque Dux VVladislaus Dux Gnewkouienfis tantummodo filiam Albrici Ducis de Strzelcze vnica duxit in vxorem, que sine prole ad Christum migravit; Priusquam autem vxor sua decessisset, Kazimirus Rex Polonie Illustis filius VVladislai, qui Zemomisli frater erat vterinus, duci VVladislao albo iuuenem VVladislauiam dedit in seodum, sed cum Stanislaus Kywala Dux Cuyauie cum Duce Albo pro limitatione quarundam hereditatum coram Domino Kazimiro Rege altricacionem habuissent, & dux, ut iudici querulanti responderet captus fuisset, ipse prouocatus ciuitatem predictam Regi resignauit, quam licet libenter rehauiisset, ipsam tamen Rege viuente non potuit rehabere. Post mortem vero vxoris sue predictae, quam nimium diligebat, attediatus aliam ducere noluit, sed dimisso ducatu suo in manibus Domini Regis Polonie, & mille florenis ab eodem receptis, quibusdam nobilibus associatus ad sepulchrum *Christi* fuit peregre profectus, & inde veniens Prage in curia Domini Imperatoris & in aliis terris al quo tempore moram fecit. Et post hoc Anno Domini MCCCCLXXVI. per Cuyauiam transiens, Prussiam veniens cum exercitu Cruciferorum ciuitatumque ipsorum contra Lithuanos iuit. In Quadragesima reuersus per Cuyauiem ad nullum Castrum ex suis descendens versus Bohemiam properauit, & post festum Pascheatis de mense May Aviniensem Ciuitatem, ubi tunc Dominus Urbanus Papa sextus cum Curia sua residebat, intrauit, ubi nullo ex nobis Polonis sciente, qui inuicem in suo & in nostris hospiciis per quatuordecim dies & ultra conuersabantur de Curia recedens init Cistercium & ibi monachus effectus ordinem eorum est professus, & ibi aliquamdiu commoratus, cum sibi aliqua displicuissent se ad monachum sancti Remigii in deuocionem ordinis sancti Benedicti se transfudit, habitumque Griseorum & nigrorum mutauit, & ibi usque ad LXXIII. annum permanfit, cui Dominus Rex Polonie & iunior Regina Vngarie pecunias interdum destinabat, demum cum mors Domini Kazimiri Regis Polonie sibi fuisset nunciata, ipse statim deinde recedens init curiam Romanam, quibusdam ex Polonis significans, ut in Basiliam ipsum expectare deberent, quos cum ibidem & in ciuitate Argentinensi reperisset & precipue Przethepconem de Stanfchowo militem, Stephanum de Trbang, Wissomtam de Curnik & quosdam alios, qui propriis expensis ipsum perquirendum venerant, cum eisdem in eorum expensis versus Vngariam ad Dominum Regem transiunt. In cuius Regis Curia licet non gratuite susceptus suos socios ad propria remittens permanfit, ubi Dominus Rex Loduigus importunis instantiis vxoris sue nupti ducis prefati, ducem prefatum ad Dominum Gregorium Papam vndecimum cum quibusdam suis nunciis destinauit, supplicans ut Dominus Papa, cum eo quintus vxorem duceret, & ducatum suum tenere posset, dispensaret. Cum quo

Origo & Secta
ma Ducis VVla-
dislai Albi
Gnewskoui-
ensis t

Fato Eiusdem
Ducis:

Dominus papa cum causa dispensandi non subesset, dispensare recusauit, ipse autem ad temporalia anhelans, clam Poloniam subintrans suum dominium Gnelbconientē, vt supra descriptum est, ceperat, &c.

De Exactione Tributi Poradlue per Loduigum.

Eodem itaque anno cum Dominus Loduigus Rex predictus ab incolis regni Polonie tam Ecclesiarum quam Nobilium tributum quoddam, quod Poradlue dicitur, petebat, exigere volens Archi-Episcopus vero & Episcopi ac viri Ecclesiastici sibi denegabant, ac etiam Nobiles, dicentes, se a quibusvis talibus exactionibus & tributis per suas litteras penitus absolutos. Ipse nichilominus in signum domini tributum aliquod inquirebat, & quia in litteris suis si quos quam nobiles Polonie solum Loduigo Regi & filiis suis si quos haberet se fecisse fidelitatem affirmabant, qui carens filiis voluit vt filiabus suis, quas habebat, eandem fidelitatem facere deberent. Idcirco non valens aliter ab eis litteras suas eripere, omnes Regnicolas a tributis quibusvis per nouas litteras absoluit, solum duos grossos, de quolibet manso singulis annis ad Thesaurum suum soluendos pro se & suis successoribus referuauit, sicque litteris prioribus fractis noue fuerunt concessē, in quibus Poloni fidelitatis omagium fidelibus Regis satis pudorose feminas sibi regnare prestiterunt, promittentes, Kmethones suos duorum grossorum de quolibet manso, vt prefetur perpetuis temporibus solucionem submittentes, Archi-Episcopus tamen & suffraganei sui & Ecclesiarum quarumlibet huiusmodi solucionem submittere recusarunt, a priuilegiis libertatem Ecclesiasticorum bonorum continentibus recedere noluerant, propter quod ad solucionem huiusmodi tributi protempore Domini Regis licet fuissent moniti, quod tamen tributum per suos Kmethones nullatenus dare promiserunt, preter pauperes Religiosas, quorum rustici non ad duos grossos, sed ad viginti quatuor infra spatium vnius anni soluendos pro thesauro Regio sunt compulli, quibus Domini Episcopi per Statuta prouincialia, que hec tributa omnino dampnabant, dissimulauerunt & dissimulant subuenire, &c.

Exactio Tribu-
ti per Poloni-
am:

De Morte Nicolai prepositi Gneznenfis.

Anno itaque eodem in die Cecilie Virginis Gloriose Nicolaus de Casturh nepos Jaroslai olim Archi-Episcopi Gneznenfis prepositus in villa Gosdowo Capituli Gneznenfis pluribus septimanis graui febre correptus diem clausit extremum. De cuius prepositura Dominus Johannes Archi-Episcopus Przeyldo plebano de Zneyna, consanguineo suo carnaliter potius ostendens affectum, quam iudicium rationis prouidit, omnes Prelatos & Canonicos Gneznenfes, quorum aliqui in seruicio ipsius Ecclesie & sui predecessoris vtiliter & fideliter defenderunt, negligenter obmittendo, de qua prepositura Dominus Gregorius papa XXVI. die mensis Ianuarii Nicolao Strosberg Cantori Poznanienfi in Regno Polonie sedis apostolice pro tunc collectori tamquam collacioni sedis apostolice referuata similiter prouidit anno sequenti, &c.

Nicolao de
Casturh Prepo-
sito Gneznen-
fi Nicolaus
Strosberg suc-
cedit:

De Statutis Johannis Archi-Episcopi Gneznenfis cum Capitulo.

Demum Anno Domini MCCCCLXXV. mensis Septembris die decima, Reuerendus pater Dominus Johannes Archi-Episcopus Gneznenfis cum suo capitulo circa Ecclesiam Gneznensem predictam Generale Capitulum celebrauit, in quo Capitulo sollempnitratu pluribus cum suis fratribus prehabito statuit & prouide ordinauit, quod redditus omnium villarum Capituli Gneznenfis cedere deberent in vsus communes prelatorum & Canonicorum residenciam faciencium circa dictam Ecclesiam personalem. Item statuit, quod quilibet prelatus & Canonicus vicissim missas circa maius altare debeat celebrare, alioquin non celebrans Canonico pro ipso celebranti missam soluere debeat mediam marcam grossorum. Item statuit, quod omnes prelati & Canonici bis quolibet anno, videlicet ad diem sancti Adalberti & ad translacionem eiusdem Gneznam debeant conuenire & per octo dies circa Ecclesiam Cathedralem stantes Capitulum generale celebrare. Aliter prelatus non veniens tres marcas, Canonicus duas marcas presentibus soluere tenentur; premissa statuta & alia in litteris desuper confectis contenta sigillis & iuramentis predicti Archi-Episcopi & Capitulum firmauerunt.

Synodus Gnez-
nenfis:

De Creacione Episcopatum in Russia.

Russia in Epi-
scopatus diuisa: Circa annum Domini millesimum tricentesimum septuagesimum octauum aut sextum cooperante Rege Loduigo Polonie & Vngarie, Dominus Gregorius papa XI. erexit

erexit & creauit tres Episcopatus in Russia videlicet, Przemisliensem, Chelmensem & Wladimirensem alias Lodomirensem & Archi-Episcopatum Hallicensem &c.

De Morte Johannis Episcopi Poznanienfis.

Eodem anno die XIII. mensis Februarii Reuerendus pater Dominus Johannes Episcopus Poznanienfis cognatione Dolywa pius ac liberalissimus ac omnium oppressorum clementissimus releuator in Mazovia predio sue Ecclesie dicto Schwicow ydropisi tactus migravit ad Christum, qui tempore sui Regiminis ciuitatem fundauit in Dolsko, multasque villas in districtibus Crobya, Buk & alibi consistentes ad Ecclesiam Poznaniensem spectantes locauit & bona Ecclesie sue tam in locacione quam in empcione villarum meliorauit. Hic adductus Poznamiam in die sancti Petri in Kathedra ante altare Beate Virginis extitit honorifice tumulatus, cuius anima nunc & semper feliciter in Domino requiescit.

De Electione Nicolai Episcopi Poznanienfis per Capitulum.

Ipso autem die sepulture huius Reuerendi Episcopi Nicolaus de Curnik prepositus sancte Marie in Cracouia & Canonicus Poznanienfis Doctor decretorum, cum Dithko Decanus Poznanienfis abesset Troyanum prepositum & alios prelatos & Canonicos minime requirens per vnumquemque ipsorum, qui circa Ecclesiam fuerant Notarium suum cum vno presbitero ire precepit, intimans, quod quisquis eorum crastina die electioni futuri Pontificis interesset. Nam tertia die circa sepulturam Episcopi defuncti preposito & aliis prelati & Canonicis circa Ecclesiam presentibus non vocatis administrationes ad voluntatem suam ordinauerat, ita disponens, quod si non totum Capitulum, saltem pars, de qua presumebat, ipsum eligeret, ex tunc administratores pro sua parte haberet, contigit itaque cum inuocata gracia spiritus sancti ad electionem futuri Episcopi processissent, fere totum Capitulum in Troyanum prepositum eorum & eundem Nicolaum coueniret, placuit vt per formam compromissi ad electionem alterius ex ipsis duobus procederetur, quod & factum fuit, nam septem Compromissarii ad partem assumpti secedentes quatuor in ipsum Domium Nicolaum de Curnik & tres in Troyanum predictos voca sua direxerunt, sicque Nicolaum veluti a maiori parte electum alii tres consenserunt, cuius electionem Dominus Johannes Archi-Episcopus propter quasdam displicencias, quas inter se habuerant, noluit confirmare. Ipse etiam Polonic ac Vngarie Rege irrequisito iuit versus Curiam Romanam, vbi quamuis per litteras Domini Regis predicti ac per alios impedimenta sue promocioni fierent, nichilominus tamen per Dominum Gregorium papam presatum sibi fuit de Episcopatu Poznanienfi in Auiniensi protulsum, qui consecratione recepta ad suam Ecclesiam circa festum sancti Martini prospere reuenit, &c.

De Morte Petri Episcopi Vratislauenfis.

Anno itaque predicto, circa medium quadragesime Reuerendus pater Dominus Nankero Episcopus Vratislauenfis dictus Pagorzala in bona senectute plenus bonis operibus debitum nature persoluit. Ille Przetaus, mortuo Nankero Episcopo Vratislauenfi peruenenum cooperante Johanne ceco Rege Bohemie nequiter interempto, cuiuslaus de Pol. Nankerus prius Episcopus Cracouiensis per Johannem papam XXII. de Cracouiensi ad Vratislauensem Ecclesiam fuerat translatus & Johannes Grothonis in Episcopum Cracouiensem fuit promotus in studio Bononiensi existens per Capitulum Vratislauensem in Episcopum Vratislauensem fuit electus, Anno Domini MCCCXLI. quinta mensis Maji. Hic emit pro Ecclesia Vratislauenfi a Boleslao duce Legnicensi & Bregonensi ciuitatem cum castro Grothcow cum suo districtu & plura castra edificauit & muris firmis muniuit, Ecclesiam etiam Vratislauensem perfecit & multis ornatibus & vasis aureis & argenteis decorauit, post cuius felicem discessum Canonici Vratislauenfes spretis Polonis elegerunt quandam Theodricum Bohemum, Decanum Vratislauensem, qui decanus sicut viciosum ingressum habuit ad decanatum ita etiam in electionis negotio non profecit. Nam mortuo magistro Stankone Decano Vratislauenfi Anno gracie videlicet MCCCCL. Johannes Sturzin dictus Archi-Diaconus Glogouie natione Oppoliensis vir nobilis & discretus vigore gracie per Dominum Clementem papam sextum de dignitate in Ecclesia Vratislauenfi sibi facte Decanatum Vratislauensem tamquam sibi factum debiter acceptauit & per executores suos sibi de eodem fecit prouideri, de quo Decanatu Dominus Clemens papa predictus eodem anno

quo defuncto
orientur Tur-
bae:

tamquam sue collacioni referuato magistro Alberto plebano de Boehmia Cancellario Dobrinienſi pro tunc Domini Kazimiri Regis Polonie apud ſedem Apoſtolicam nuncio gracioſe prouidit. Dominus autem Iohannes Starzik predictus, cum erat ad Curiam Romanam citatus cum memorato magistro Alberto ſex annis & ultra litigauit pro eodem, & tandem victus ſuccubuit, & nichilominus excommunicationis ſentencias in ſua ſeneſcure non curans vsque ad mortem ſuum in Decanatu permanſit, quo mortuo & extra cimiterium ſepulto, Dominus Karolus Romanorum Imperator & Bohemie Rex Bohemum predictum Coquine ſue Notarium contra magiſtrum Albertum ad Decanatum Wratſlauenſem iuruſit, & hoc ideo, quia quum Imperator predictus Duces Slezie & Epiſcopatum Wratſlauenſem Regno Bohemie & Archi-Epiſcopo Pragenſi vniri & ſubdi peciſſet, quasdam litteras Kazimiri Regis Polonie oſtendens, idem quoque Albertus dicens litteras falſas coram Domino papa & Cardinalibus petitionem huiusmodi impediuit, propter quod tam Imperator quam Bohemi contra magiſtrum predictum ſiniſtram gerebant voluntatem. Sicque de Anno Domini MCCCXLX. de menſe Auguſto memoratus magiſter in Cracouia tempore mortalitatis diem clauſit extremum Bohemo intruſo Decanatum obtinente, & quia vnum beneficium ſibi ymmo potius ſe intrudi procurauerunt, item ad Epiſcopatum ſibi ex eleccione Canonica debitum non valuit promoueri, impediente enim Imperatore preſato Dominus papa Gregorius in ciuitate Auinienſi cum Curia ſua reſidens eidem electo prouidere diſtulit, mandans quod ad propria rediret, quia donec Romanam veniret de Epiſcopatu Wratſlauenſi diſponere nollet, niſiſque Dominum Nicolaum Epiſcopum Mazouienſem de ordine fratrum predicatorum, vt ſe de Epiſcopatu Wratſlauenſi gubernando intromitteret, & de relictſo Domini Przerslai Epiſcopi mortui pro Camera Apoſtolica poſtularet. Qui Wratſlauiam veniens cum litteris Apoſtolicis cum ipſas executioni debite vellet mandare, Capitulum Wratſlauenſe ſicut viri prouidi & diſcreti noluerunt admittere, quod Epiſcopatum Wratſlauenſem gubernaret, perditionem caſtrorum & anichilacionem bonorum Eccleſie Wratſlauenſis euenire formidantes, ſecederant tamen paccionem cum eodem, vt ſingulis annis, quam diu dicta Eccleſia paſtore caret, Camere Apoſtolice VIII. milia florenorum auri preſentarent & pro dereliſtis Epiſcopi triginta milia florenorum ac duo milia pro procuratorio bienniali per eundem Dominum Epiſcopum impoſito, vt vnum mille pro reportacione huiusmodi pecunie ſoluere deberet, quod & factum fuit. Solueruntque Wratſlauenſes ſimul & ſemel XXXIII. milia florenorum Camere Apoſtolice, demum electus Wratſlauenſis per Capitulum Wratſlauenſe verſus Romanam anno immediate ſequenti fuit deſtinatus, cui papa Gregorius diſtulit prouidere. Papa vero Gregorio Anno Domini MCCCCLXXVIII. in Dominica Letare de mundo ſublato, Cardinales in conclauſi, vt moris eſt exiſtentes tum propter metum Romanorum, qui Romanum eligere poſtulabant, tum propter diſcordiam, quam inter ſe habebant, cum ex ſeipſis nullum eligere voluiſſent, Reuerendum Dominum patrem Nicolaum Epiſcopum Bacenſem, qui pro tunc vicecancellariam regebat nomine Domini Petri Cardinalis Pampolenſis vicecancellarii ſedis Apoſtolice in papam concorditer elegerunt, & quia Romanorum populus a minimo vsque ad maximum collectus palladium pape cum armis irruens clamabat, vt eligeretur Dominus Franciſcus Cardinalis ſancti Petri in papam, alioquin tam Cardinales quam forenſes mori deberent. Id ipſum Senator quidam Cardinalibus retulit, quod populus aliter ſedari non poſſet, niſi Romanus eligeretur in papam, Cardinales itaque in mortis anguſtia ſe poſitos eſſe conſiderantes, quomodo euadere poſſent mortis periculum ignorabant. Sed Dominus Robertus tituli ſancti --- Cardinalis Gebonenſis arrepto familiaris ſui capucio mori ſe exponens de Conclauſi exiuit & clamare cepit: Viuat, Viuat Dominus papa Franciſcus Cardinalis ſancti Petri, quod populus audiens, preſatum Franciſcum Cardinalem ſancti Petri arripiens, ipſum in papam eligi credens ſuper altare ſancti Petri poſuerunt ſollemniter, & demum in Kathedra papali locarunt, populo autem mitigato, dum vnusquisque ad domum ſuam rediſſet, ipſe Dominus Franciſcus quamuis ſciret ſe non eſſe electum, & tamen vt populi tumultum ſedaret, paſſus eſt vsque in craſſinum pro papa haberi. Poſtquam autem tumultus populi fuiſſet ſedatus Cardinales & Barones Epiſcopo in Apoſtolicum facto publicarunt, ipſum in die Reſurreccionis Domini in papam vt moris eſt coronarunt, & ad ſanctum Iohannem in Laterano cum eodem Romanis magnam ſollemnitate celebrantibus ipſosque proceſſionem precedentibus equitauit, vbi mora vnus hore facta ad ſanctum Petrum redeun-

redeuntes vsque ad palladium pape deduxerunt. Cum vero Dominus Vrbanus papa sic electus auariciam Cardinalium reprehenderet & pluralitatem beneficiorum, quam tenebant, restringere decreuisset, contra quos & Clerum Curie Romane in Dominica Qualimodogeniti sermonem maxime de Symonia & mammona faciens fecisset, ipsi in consuetam arguicionem detestantes, circa festum sancte Trinitatis vnus post alium ad Sundensem ciuitatem transmiserunt prefectum Castris angeli & camerarium & ceteros officiales Domini pape ad se allicientes cum totali familia sua transtulerunt tribus Cardinalibus videlicet Mediolanensi, de Vrfinis, & Florentinenfi Rome manentibus circa papam & alii tres Cardinales cum pro sedanda discordia inter Dominum Papam ei Cardinales ad Sundensem ciuitatem iuissent, circumuenti per ipsos ad dominum papam non fuerunt reuersi, sed ibi omnes remanserunt. Senciens autem Dominus papa, quod Cardinales alium vellent eligere misit ad eos nuncios sollempnes, hortans eos & affectans, vt non procederent ad electionem alterius, sed quod conuocaretur Concilium generale, & si concilium omnium Episcoporum in Concilio consistencium ipsum dicerent non bene esse electum, ex tunc electioni ad se facite renunciare promittebat, & ipsi ad electionem alterius cuiusuis digne procedere possent. Cardinales vero hoc facere recularunt, asserentes ipsum coloratim elegisse, vt manus Romanorum possent euadere, volentes, vt Dominus papa Vrbanus omnino papatui cedere deberet; Quod cum facere noluisse, ipsi ad electionem alterius procedentes, Robertum Cardinalem Gebenensem dictum in papam elegerunt & ipsum Clementem octauum appellarunt. Post hoc Rome & circa Romam multa mala sunt commissa. Nam prefectus Castris angeli in eodem Castro machinis erectis tam palladium pape quam etiam Romam fortiter, serio & sine intermissione impugnabat, taliter quod papa Vrbanus de suo pallacio exiens ad sanctam Mariam trans Tyberim se transtulit. Ibi fere per annum habitauit, Romani autem Castrum obsidentes in circuitu de eodem seu ad eos ingredi permiserunt, que etiam societas Britonum pro Clemente in papam secundo electo, in adiutorium vocata quendam pontem fractis feris & inuitis custodibus pontis per Tyberim transtulit versus Sundensem ciuitatem properando, quod cum percepissent Romani contra eosdem procefferunt ad pugnam, in qua pugna Romani plus quam quingenti dicuntur prostrati. Romanorum autem populus ex hoc nimium concitatus omnes forenses & precipue Francigenas occidere volebant. Sicque Francigene Ingrossatores, abreuatores & ceteri officiales fugam pro presidio capientes vnusquisque clandestine prout poterat ad propria remeauit, Romanis nihilominus clamantibus: Moriantur ferro forenses, donec edictum pape & senatorum exiit, prohibens, quod sub pena capitis & mille florenorum nullus aliquem ex forensibus occidere presumeret, francigenis exceptis, quibus nulla securitas prebebatur. Hunc itaque Clementem Electus Wratislauenfis fuit secutus, per quem sibi de Episcopatu Wratislauenfi fuit prouisum, ipsumque in Episcopum Wratislauensem idem Clemens fecit consecrari. Quod percipiens papa Vrbanus Decanatum Wratislauensem Wladislao duci Legnicensi & alia beneficia aliis contulit, eundem & alios Cardinales in Vngaria, Polonia & Bohemia & aliis Regnis priuando eosdem. Bohemus vero ille sperans se in Episcopum Wratislauensem per Capitulum recipi, receptis litteris eiusdem Clementis prouisionis & ordinationis sue & aliis, in quibus predictus Clemens papa sibi dabat potestatem priuandi omnes beneficiis, qui eundem Clementem pro papa nollet habere & aliis eadem beneficia conferendi. Sed cum clam ad quoddam predium Capituli Wratislauenfis in Austria venisset, premisit cum suis literis quendam Nicolaum de Wolouia Canonicum Poznanensem, qui occulte Wratislauiam intrans seu veniens, cum percepisset, quod Clerus & populus pape Urbano firmiter adhereret, apparere non presumpsit & sic vacuus ad Dominum suum Episcopum Wratislauensem licet pucatum rediit, Clemens vero presatus pape Urbano & potencie Romanorum resistere non valens, & cum per nuncios tam apud Regem Romanorum quam apud Regem Vngarie & principes Almannie minime profecisset, Anno Domini MCCCLXXIX. Iohanna Regina Apalie & Comite Sundenfi ipsum iuuantibus cum suis Cardinalibus versus Auiniensem properauit, ibique stans Regibus Francie & Nouarie & Comite Sawadie ac tota prouincia sibi adherentibus se pro papa vniuersali tenuit, quem Vrbanus papa & suos Cardinales ac Sundensem Comitem & omnes fautores & sibi adherentes veluti scismaticos & hereticos per Vngarie, Polonia, Bohemie, Almannie, Italie Regna & prouincias & terras publice denunciari precepit, ipsos dignitatibus, honoribus & quibusuis officiis tam Ecclesiasticis quam secularibus priuando, &c.

Tandem
WLADIS-
LAUS Dux
Legnicensis
Episcopatum
obtinuit:

De Morte Domini Iaroslai Archi-Episcopi Gneznenfis.

Ioroslau Ar-
chi-Episcopus
Gneznenfis
centenarius
moritur :

Eius Elogium.

Anno itaque Domini MCCCLXXVI. Nicolaus Episcopus Magorienfis Wratislavi-
viam veniens vt premissum est, peciit a Clero prouincie Gneznenfis procuracionem
biennalem Episcopis visitantibus dare debitum pro Camera Apostolica iuxta constitu-
cionem pape Benedicti, que incipit: vas eleccionis: propter cuius procuracionis im-
policionem Dominus Iohannes Archi-Episcopus Gneznenfis Episcopos sue prouincie
ad ciuitatem Vncouienfem conuocauit, ad quam conuocationem Domini Sbiluthus
Wladislauienfis, Dobeslaus Plocenfis, Andreas Ceretenfis personaliter venerunt, Craco-
uienfis vero, Lubnizenfis, Poznanienfis & Capitulum Wratislauenfe sollempnes nunc-
cios miserunt, vbi in vigilia natiuitatis Beate Marie Virginis conuenientes & in die sol-
lempniter officium peragentes in Castro super huiusmodi negocio & aliis diuersis tra-
ctatum inter se maturum habuerunt, vbi inter cetera fuit diffinitum, quod statuta pro-
uincialia quilibet Episcoporum in sua diocesi & maxime contra raptores & inuasores
honorum Ecclesiasticorum deberent firmiter obseruare, prefatumque Dominum
Magorienfem quilibet ipsorum iuxta facultatem sui Cleri placatum haberent, cum quo
nomine Cleri diocesim Gneznenfem de sexcentis viginti florenis & pro Clero Wladis-
lauenfis diocesis de centum viginti florenis in ciuitate Wratislauenfis infra octauas Marie
Virginis natiuitatis ordinationem fecit, pro quibus florenis soluendis Clerus de qualibet
marca sui beneficii iuxta taxam decime soluere duos grossos debuerunt. Eodem quo-
que tempore videlicet ipso die beati Lamparti, que fuit dies XVII. mensis Septembris
Reuerendus pater Iaroslau olim Archi-Episcopus Gneznenfis in Curia Archi-Episcopali
Kalis plenus bonis operibus centum annorum vite sue habens & vltimo completis fe-
liciter migravit ad Christum. Hic fuit semper felicissimus, & in omnibus prospere
agens, magnus consilio, valde liberalissimus. Iste quodam tempore existens in studio
Bononienfi, dum quidam studens de Anglia per ciues Bononienfes propter quoddam
adulterium quod cum quadam ciuissa marito suo eciam consenciente ratione pecunie
commiserat, fuisset decapitatus, tandem Rector vniuersitatis studium iuris Canonici ad
aliam ciuitatem transtulit, nec restituere permisit, donec Iohanne papa XXII. iubente
ciues honorabiles ob remedium anime anglici decollati capellam fundarunt, & ipsam
sufficiens dotauerunt, & aliam satisfactionem congruam studentibus impenderunt.
Posthoc cum fuisset in Archi-Episcopum Gneznenfem electus & de anno Domini
MCCCXLI. XIII. die mensis Ianuarii & eodem anno per Dominum Clementem pa-
pam sextum in ciuitate Auinienfi in Archi-Episcopum confirmatus & consecratus sta-
tim a papa rediens ad propria Ecclesiam Gneznenfem a fundamentis edificare cepit
ipsam imperfectam morte preuentus reliquit. Item castrum Lowicz, Vncow, Oppa-
row & Camyen de nouo muris fortissimis prout hactenus cernuntur edificauit. Item
in Vncow, in Curzelow, in Oppatow & in Kalis sancte Marie Ecclesias, in Lancicia
vero, in Cracouia, in Welin, in Kalis, in Gnezna, curias atque domos de muro fortissime
construxit, Ecclesiisque predictis libros & alia ornamenta plurima comparauit. Item
ciuitatem Camen in metis Pomeranensibus de nouo fundauit & locauit & Zweynam
plantauit, & multas curias & habitaciones per ciuitates & villas sue Ecclesie construxit.
Hic in districtu Lowicienfi solum marcam grossorum in omnibus redditibus reperit,
quum in Archi-Episcopum fuit sublimatus, in quo districtu villas populosas multas locauit,
augens censum in eisdem ad octingentas marcas grossorum, preter censum frumento-
rum. Vixit autem in Archi-Episcopatu XXX. annis, postquam cessisset de Archi-Epi-
scopatu III. annis. Nunquam enim voluit sine prelati & Canonicis Ecclesiarum sua-
rum in curia sua manere, sed ipsos ad se alliciens secum manere faciebat, ipsis Conui-
uia laute faciens ministrare, sine ipsorum consilio & consensu nulla negocia Ecclesie
disponens. Hunc Reges, duces & procures Polonie Vngarie, atque Bohemie Regno-
rum tamquam patrem & virum clementissimum venerabantur & paterno prosequen-
bantur affectu, pauperum eciam & oppressorum fuit validissimus releuator, de aliis
suis virtutibus nimium esset enarrare prolixum. Sepultus est autem in Ecclesia Gnez-
nenfi in Capella sua per ipsum dotata & fundata ipso die beati Matthei Apostoli &
Euangeliste.

De vastacione Vngarorum in Terra Sandomiriensf.

Anno itaque eodem Elizabeth mater Domini Loduici Regis Vngarie, que anno
precedenti Regnum Polonie gubernandum filio suo Regi Vngarie dimiserat, propter
disturbia, que in eodem sepius fiebant, gubernantibus & regentibus quibusdam no-
bilibus

bilibus Cracouiensibus, qui ipsam Reginam ad multa instabilia suis prauis consiliis deducebant gracia lucri quod ex hoc habebant, Regnum Polonie a filio suo Vngarie Rege sibi resignauit, cum instantia petebat, redditus multorum milium sibi in Regno Dalmacie per filium loco reddituum Regni Polonie sibi assignatorum parui pendens. Et quia Dominus Rex Loduigus prefatus eiusdem voluntati subito acquiescere distulit, ipsa nimium prouocata filio suo serenissimo quedam impetuosa obprobria dicere non expauit, sicque Rex prudentissimus, qui parentibus honorem iuxta preceptum diuinum affectuose impendere studebat, matri Regnum Polonie denuo commisit. Que cum magno comitatu Vngarorum mente elata, quamuis octuageneria esset, versus Cracouiam proficiscens, nobilibus Cracouie & Sandomirie per nuncios litteras transmisit, mandans, ut cum vxoribus suis in Sandecz & vltra occurrere deberent, ipsam honorifice & letabunde suscipere deberent, quod & fecerunt. Postquam autem Bochnyam peruenissent, venientes quidam Sandomirite ei detulerunt, se rumoribus deferentibus didicisse, Lithwanos congregacionem nimiam habere & terram Sandomiriensem invadere velle; Ipsa vero non credens sed de potencia filii presumens, dixit, filium suum manum fortissimam & longam habere, cuius potencie fortitudinem Lithwani formidantes nichil contra ipsum presumpserunt. Sed tunc sic Sandomirienses tali spe decepti custodiam nullam habuerunt, donec Keystud de Troky, Olgerdi magni ducis Lithwanorum cum suo fratre Lubardo de Luczko & Georgio de Belcz filiastro eorum duces, clam fluuium Say vltra Zanichost mense Nouembri inuadentes vilas plurimas circa Wislam vsque ad ciuitatem Tarnow inopinate vastarunt, non etati non sexui parcentes, & quos abducere non poterant, continuo cruciabant. Sicque multitudo numerosa populi sexus vtriusque in seruitutem miserabiliter fuit abducta, sacerdotes quamplurimi Ecclesiis crematis interfecti & alii in seruitutem deducti. Descet ergo gens Lechitica, se in malediccionem propheticam incidisse: Femina Regni gubernacula capiens sibi dominatur. Certo itaque relatu stragem huiusmodi perniciosam auribus Domine Regine multante licet animo contristata fuisset, non tamen in publicum voluit molestiam sui animi proflire, sed vultu hilari consolabatur mestos, filium suum Dominum Regem in vindictam procedere contra Lithwanorum principes debere, nisi ablata siue abducta redderent, cum satisfactione preditorum studiose curarent. Est autem in rippa Wisle quedam villa nomine Baranowo Petrasie militis filii Czani, fratris Janussii Archi-Episcopi Gneznenfis ad quam gens Lithwanica cum venisset, predictus miles equum ascendens & puerum nondum baptisatum & vxorem super eundem equum apprehendens per quendam lacum & per Wislam fluuium transnabat. Quem Lithwani insequentes iacula iacentes lacum & flumen natate non presumpserunt. Quedam autem domina vxoris militis prefati focia, Lithwanorum manus fugiens dominam sequi cupiens lacum intrauit. Que ibidem Lithwanis ipsam capere volentibus fuit submersa. Relicta vero Domini Michaelis de Tarnowo Castellani Wislicensis eodem die cum magno apparatu ad presenciam Domine Regine Cracouiam veniebat, & cum familiares eiusdem imperum Lithwanorum sensissent, vix cum dicta domina, cum apparatu vicissimo, cum curribus & equis dimissis ad nauigium Wisle venientes manus Lithwanorum euaserunt.

Discordia inter
Reginam Ma-
trimonijque
LUDOVIC-
CVM Filium.

Lithuanorum
Expedicio in
Ducatum San-
domiriensem:

De occasione Vngarorum & morte Knyte Cracouiensis.

Eodem quoque tempore, dominico die, in crastino sancti Nicolai prefata Domina Regina cum sua familia in Cracouiensi Castro residens & coreas ac tripudia & alia Humanitatis solacia coram se fieri iubente, Vngarorum famuli currus feni, qui Nobili viro Domino Przetborio de villa sua Brzeze ad domum suam circa Waluam Bohnensem ducebantur, vi rapientes ad sua hospicia trahebant, quod videntes familiares Domini Przetborii Vngaros prefatos prohibebant a feno predicto eosdem repellentes, sicque clamore invicem facto Vngari Vngaris, Poloni Polonis iniuuam occurrebant, dumque rumor huiusmodi contencionis ad Reginam peruenisset, iussit Nobilem virum Dominum Knytham Capitaneum Castri & alios Nobiles festine descendere, ut tumultum contencionis prefate sedarent. Qui cum ad locum contencionis peruenissent litigantes sedare predictos volentes, quidam Vngarus, ut dicitur, quis tamen sit ignoratur, sagittam emittens, vtrum voluntarie vel non nescitur, Dominum Jaschkonem Knytham militem, Strenniensem Capitaneum predictum ad collum ipsa sagitta sagittauit. Qui mox cadens ex equo exalauit. Cernentes Poloni qui aderant, tam Nobilem virum & multum decoratum, sic nequiter interempta, nimia

Tumultus in-
ter Vngaros &
Polonos exci-
tatus:

indignacione contra Vngaros concitati, insultu moxque in Vngaros ipsos & eorum quoslibet, quos capere poterant, sexui vel condicioni non parcentes sine dilacione occiderunt. Inter quos Nobilis quidam de Vngaris Slauus tamen natione & miles nomine Michael dictus Pogau in quodam cellario hospicii sui inuentus & ipse educus fuit miserabiliter in platea interfectus, duaque iuuenes Domine Regine familiarissimi & dilecti ad domum domini Przetborii prefati gracia conseruande vite aufugerunt, quos Dominus Przetborius in quadam camera sua conseruari iussit & seris obfirmans prohibens famulis, ne cuiquam ipsos presumerent indicare. Postquam autem Dominus Przetborius Castrum ascendisset, Domine Regine eorundem iuuenum conseruationem indicauit, pro quo sibi Domina Regina multas grates referebat. Sed famuli eiusdem Domini Przetborii ipso domino Przetborio in Castro illa nocte pernoctante, fractis seris prefatos iuuenes crudeliter peremerunt, eosque cingulis argenteis & vestimentis spoliatos per fenestras extra muros proiecerunt, fueruntque Domini Jaschkonis bone memorie amici tam fortiter accensi, vt Vngaros per scalas, quas Domine & Dominicelle per fenestras Castri eiecerunt Castrum pre fuga ascendentibus ipsos sagittis insequerentur & iaculis. Sic illo die & nocte plus quam centum sexaginta interfecti sunt. Domina quoque Regina de suorum nece dolens Vngarorum tripudiorum oblita iubilacionibus surgens de solio gemens & tristis se in cineribus collocauit, valuas Castri turres & menia custodiri faciens, ne residuas Vngarorum etiam periret formidans. Mora itaque paucorum dierum in Cracouia facta, Vngariam rediens filio suo Domino Regi Loduigo Regnum Polonie iterum gubernandum resignauit, sicque superbia mentis & gaudiorum vltacio fuit future superuenientis mesticie presagium & nuncia iuxta dictum sapientis: Risus dolori miscebitur & extrema gaudii luctus occupet. Volens autem Domina Regina pro tam nobilis viri morte propinquis satisfacere filium suum Petrum nomine licet iuuenem terre Lanciciensi in Capitaneum prefecit.

Regina Mater
in Vngariam
redit:

De mutacione nonnullorum Capitaneorum Polonie.

Item eodem anno priusquam de Cracouia Domina Regina anno proxime preterito Vngariam processit, exposuit terram Cuyauiciensem, ut puta Brzeszcze, Radzeowo, Cruschwizam, Przedecz, Przypust cum attinentiis suis Domino Petrassio dicto Malocha de Malochowo militi, natione Sandoniriensi pro duobus milibus marcarum singulis annis ad thesaurum Regium soluendis. Quam terram strenui milites veraces & probi, virilesque terre defensores pacis & tranquillitatis Zelatores, predonum atque furum persecutores hostiles Barthossius de Sacolowo & Barthossius de Wesembergi auunculus atque nepos, solum octingentas marcas ad thesaurum Regium presentantes per tres annos feliciter rexerunt. Cuius terre regimen in principio quadragesime anni presentis prefati Domini Barthossiones memorato Petrassio resignarunt, Dominumque Sanduogium de Subino Capitaneum Polonie Dominus Rex Loduigus Vngarie & Polonie de Capitaneatu predicto amouit, & terre Cracouienli in Capitaneum prefecit, mille marcas grossorum & quedam molendina & villas cum suis allodiis sibi pro expensis assignando. Dominum vero Domarathum de Pirzehow in Capitaneatu Polonie prefato Domino Sanduogio surrogauit, prout hoc Domina Regina voluit & optauit, pro eo quod Dominus Domaratus tempore quo Vngari in Cracouia occidebantur, circa Dominam Reginam existens, Vngari ne occiderentur, quantum poterat liberabat. Iste Dominus Domaratus a Rege Poloniam rediens litteras ad Dominum Archi-Episcopum Gnezniensem, Cracouiensem, Poznaniensem, Wladislaiensem, Lubnizensem Episcopos & ad Capitula eorum apportabat, in quibus Dominus Rex scribebat eisdem, se contra infideles Lithuanos cum tota sua potencia mouere velle, pro eo quod nuper terras suas inuasisse presumpssent, perense eosdem, vt sibi aliquos homines armatos in subsidium destinarent. Capitaneus vero non homines armatos, quos Episcopi & Capitula minime habebant, sed pecuniam a Kmetonibus Ecclesiarum videlicet per octo scotos exigere, si per octo grossos denegarent sententias excommunicationis & interdicti, ob hoc in eos velle ferendum. Vnde Dominus Archi-Episcopus, Episcopique collectas Kmetonibus imponentes & pecunias recolligentes, Dominus Archi-Episcopus cum suo Capitulo in castro Sandoniriensi constitutus, cum suo exercitu versus Terras Ruslie Dominum Regem tendentem ducentis marcis grossorum honorauit.

Sanduogium
de Subino:
Capitaneum
Polonie de
Capitaneatu
hoc amouet
Rex LVDO-
VICVS:

De expugnacione Castri Belz.

Eodem quoque anno serenissimus princeps Dominus Loduicus Rex prefatus cum suis

his Vngaris Castrum Belz circumuallauit, Cracouite vero, Sandomirite, Syradite Castrum Ohelin similiter obsederunt. Quo expugnato & capto ad Dominum Regem Georgius Dux de Belz Castrum de Belz versùs Belz perrexerunt, ibique Castrenses licet sit firmissimum & inexpugnabile tamen spe defensionis frustrati Keystuto de Troky duce Lithwanorum mediante, Georgius dux de Belz gracie Domini Regis se submittens, Castrum Belz eidem Domino Regi LVDO- VICO tradidit: Loduigo Regi presentauit, a quo tamen aliud Castrum Lobaczovv & centum marcas reddituum in Zuppa Bochnenti de benignitate Regia liberaliter accepit.

De morte Ducis Kaskonis & deuolutione Castrorum & dominiorum suorum ad Coronam Polonicam.

Anno itaque Domini MCCCLXXVII. Kazimirus Dux Kasko princeps preclarus Dobrinienfis, Bidgosciensis, Pomoranienfis, Casibye ac Stetinenfis dux & Boguslai filius ducis Stetinenfis ac Cassuborum ex illustri Domina Elizabeth filia Regis Polonie Kazimiri genitus die secunda mensis Januarii in Castro suo Bidgoscheza diem clausit extremum, nulla ex filia Semouiti prole procreata. Post cuius obitum ducatus Dobrinienfis, Bidgoscheza eciam Belz castra ad coronam Regni Polonie sunt deuoluta. Huius ducis corpus in Bissowienfi monasterio ordinis Cisterciensis conditum requiescit. Iste Kazimirus fuit multum liberalis in tantum, quod fere villis ad mensam suam spectantibus suis seruitoribus & aliis improuide datis & distributis solus de quo victum ducalem duceret non haberet, donec mortuo duce Boguslao patre suo in terris eius successisset, cui eciam soror sua vterina Elizabeth Imperatrix Romanorum & Bohemie Regina multa vasa argentea & promptis pecuniis mitens necessitatem suam subleuabat; Que tamen donaria non diu conseruabat, sed mox eciam contra prohibitionem fororis donando distribuebat. Hic primo filiam Keystuti Ducis Lithwanorum & postremo Semouiti ducis Mazowie filiam primo mortuam habuit in vxorem. Educatum autem fuit per Dominum Kazimirum Regem Polonie auum suum a puericia sua & in curiis Karoli Imperatoris Romanorum, Generi sui & Loduici Regis Vngarie auunculi sui aliquot annis fuit commoratus debilis corpore & licet instabilis & vchemens foret, tamen satis exstitit animotus & ad queuis negocia de facili se trahi permittebat.

De Restitutione terre Russie Domino Loduigo Regi Vngarie & Polonie per Wladislaum Naderspam Ducem Oppolensem.

Anno itaque prefato Inclitus princeps Wladislaus, filius Boleslai de Oppol, totius Russie Dux & Dominus pacis sectator, eiusdem indefessus persecutor, cernens, quod mobile dominium Russie propter insultus Lithwanorum pacifice teneri non possit, ipsum Domino Loduigo Regi Vngarie & Polonie pro terris & ducatus videlicet Dobrinienfi, Gnelbeconienfi & Bidgostienfi resignauit, & eodem tempore utputa in festo natiuitatis Christi possessionem ducatus Gnelbeconienfis accepit, nam ducatus Dobrinienfis relicte ducis Kaskonis in octo milibus marcarum fuit obligatus, de quo ducatu eidem domina cedere noluit, donec virum duceret & octo milia marcarum sibi deinde soluerentur, &c.

De impositione byennalis Decime & subsidii septime partis reddituum pro Camera Apostolica.

Demum Anno Domini MCCCLXXVIII. Reuerendus pater Dominus Nicolaus Episcopus Poznanienfis & Nicolaus Strosberg auctore sanctissimi in Christo patris Domini Gregorii Pape XI. imposuerunt Clero prouincie Poznanienfis collectam pro subsidio Romane Ecclesie septimam partem reddituum & decimam byennalem, a qua impositione per Dominum Johannem, Archi-Episcopum Gnezensem, Sbilutum Wladinentem, Florianum Cracouensem, Boleslaum Plocensem, Wenzeslaum Lubnizensem Episcopos Clerum eorum extitit ad sedem Apostolicam appellatum; Dominus vero Episcopus Poznanienfis prefatus Clero suo decimam huius anni simul dandam imposuit & exegit. Anno igitur predicto in Dominica Letare Dominus Gregorius Papa predictus ad sanctum Petrum in curia sua residens debitum nature persoluit, post cuius obitum magnum scisma in Ecclesia DEI est exortum, prout sepius in tractatu de Electo Wratislauienfi est expressum. Electus autem fuit Nicolaus Archi-Episcopus Barenfis, qui statim post electionem suam & coronacionem ostendens se rigidum Cardinalibus & Clero curie Romane Cardinales ipsi ab eodem recedentes alium elegerunt, ex cuius electione multa scandala in Christianitate sunt exorta; eodem quo-

Collecta pro
Subsidio Ca-
meræ Aposto-
licæ:

Casimirus Cas-
sibitarum &
Dobrinienfis
Dux moritur:

Russia ad Pol-
oniam rediit:

quoque anno cum Papa Vrbanus prāno in Papam fuisset electus, mandata super subsidio & decima byennali alias per predecesorem suum emissa Poznanienſi Episcopo & preposito Gneznenſi data & commissa rata habens precepit eisdem exigere subsidium & decimas predictas, pro quibus obuiandis Reuerendus pater Dominus Johannes Archi-Episcopus Gneznenſis Episcopos ſue prouincie conuocauit, quorum quidam ut puta Sbibus Wladislauiensis, Wenceslaas Lubnicenſis & alii Episcopi per nuncios ſuos in Kalis ad ſeriam ſecundam feſti Penthecoſtis cum Domino Archi-Episcopo prefato conuenerunt. In qua conuencione ordinatum fuit, quod nuncii ad Curiam Romanam debuerunt deſtinari.

Qualiter Wladislatus Dux Oppolienſis predictus ad gubernandum Regnum Polonie ſuit datus.

Quia Domina Elizabeth Regina Vngarie & Polonie ſenior Illuſtris propter ſtragem Vngarorum in Cracouia commiſſam Regnum Polonie viſitare non curauit, ipſumque Regnum filio ſuo Domino Loduigo Vngarie & Polonie Regi iam tercio commiſerat gubernandum: Ipſe quoque Dominus Rex ſimiliter ad terras Polonorum venire recuſabat, aſſerens, ſe auram Polonie pati non poſſe. Idcirco Duci Wladislao ſepdicto Regnum Polonie eodem anno commiſerat gubernandum, de quo communitas pauperum fuit non modicum letabunda, quem cum proceres maioris Polonie, habita conuencione, die Dominica Letare in ciuitate Gneznenſi ſuſcipere recuſarunt, & ad Dominum Regem & Reginam ſeniores duos milites tranſmiſerunt, ſupplicantes, vt nullum ducem in preſectum eorum preſicere deberet, de quo Dux prefatus ſatis male ſuit contentus; promiſerat etenim Dominus Rex Polonis nullum ducem preſicere eis in Capitaneatu & litteris ſuis firmauerat, prout & fecit ipſos ſuper eo in antea minime impetendo &c. Sequitur de Exactione tributi in bonis Eccleſiarum:

De Exactione Tributi in bonis Eccleſiarum.

Eodem quoque anno Loduigus Vngarie Polonie & Dalmaſie Rex per Capitaneos ſuos certi ſui tenoris litteras ad Dominum Archi-Episcopum Gneznenſem & Episcopos ſue prouincie monet & requirit, ipſis nichilominus precipiendo mandat vt non prohibeant neque ſe opponant, quum officiales & exactores tributorum Regalium tributum quoddam, quod Poradeue dicitur, in bonis Eccleſiaſticis per ſex groſſos de quolibet manſo & per menſuram auene & tres choras ſiliginis poſſint exigere ad horrea Regalia depurare minas apponendo, qui ſi exactioni huiusmodi nollent voluntarie acquieſcere ipſis & Clero inuitis maius tributum, per Capitaneos & eorum miniſtros exigi deberet, Reuerendus pater vero Dominus Johannes ſancte Gneznenſis Eccleſie Archi-Episcopus Swehuoilk cum ſuo venerabili Capitulo & quorundam Episcoporum nunciis conſilio prehabito Johannem Archi-Diaconum & Dzirkſtonem de Gibouo ſubdapiſerum Kalienſem ad Sereniſſimum principem Dominum Wladislaum Boleslai quondam ducis Oppolienſis filium, Dobrinenſem, Gnewceuienſem, Welinenſem & Oppolienſem ducem magnificum verſus Welim deſtinarunt, ſupplicantes eidem, vt Capitaneos prohibere dignaretur, ne a Kmetonibus Eccleſie tributum impoſitum exigent, ſeu rapinis pignorum eoſdem propter non ſolucionem tributi aliquid moleſtarent, donec prefatus Archi-Episcopus & Episcopi prouincie ac Clerus vniuerſus ad Dominum Regem verſus Vngariam nuncios deſtinarent, ad petendum vt Eccleſias in iuribus ſuis & priuilegiis dignaretur conſeruare, quod prefatus Dominus Dux, quem nuncii prefati in caſtro ſuo Crzepicze ſeria ſexta proxima ante dominicam Ramis palmarum inuenerant, gracioſe annuit, Capitaneos per ſui certi tenoris litteras prohibens, ne bona Eccleſiaſticarum perſonarum impedire ſeu in aliquo perturbare preſumant vsque ad feſtum beati Jacobi Apoſtoli anni predicti. Ipſo quoque die ibidem in Crzepicze caſtro ante dicto ſtrenuus miles Dominus Barthoſius filius peregrini de Chatel Caſtrum Odolanow habens in diſtrictu Kalienſi ex liberalitate Loduici Regis Vngarie prefati, memorato Domino Wladislao duce hoc gracioſius ordinante ſibi gracioſe donatum de treugis pacis cum prefato Domino duce, cum quo in eodem anno diſcordauerat ac terram Domini ducis prefati circa Oleſnam oppidum ad predandum inuaſerat, ſpolia non modica tollendo in eadem nunciis ſepdictis preſentibus mediantibus quibuſdam militibus pertraſtauit, ordinatque fuerunt treuge prefate inter ducem & Barthoſium prefatos & eis adherentes vsque ad diem ſancte Trinitatis; Taliter quod in feſto Penthecoſtes ſuper omnibus iniuriis dampnis & diſplicenciis vniuerſis in ciuitatem Kalienſem,

Vladislao
Duci Oppolienſi
Cura Regni Po-
lonie commiſ-
ſetur:

Difficultas de
Exactione Tri-
buti a Clero
Regni Polonie
pro Rege LV.
DOVICO:

sem, quilibet eorum compromittere in certos arbitros per quemlibet eorum protunc eligendos debebant, quod & fecerunt. Causa autem conuencionis Episcoporum in Kalis habende, de qua premissum fuit non solum pro expeditione nunciosorum ad Curiam Romanam, que minor videbatur esse, sed etiam pro missione legatorum versus Vngariam ad Dominum Loduicum Regem predictum, ne in clero inuito tributa a bonis Ecclesie exigere mandaret, sed potius Ecclesiam Polonie circa priuilegia sua & suorum antecessorum conseruaret, ad quem ex eadem conuencione Dominus Florianus Episcopus Cracouiensis cum suo Dobrogostio Decano de Cracouia antedicto fuerunt per vniuersitatem Cleri destinati. Quorum Rex magnificus visa presenciam & Cerei prouincie Gneznenlis precibus placatus tributa exigere postposuit. Non tamen in totum a solucione homines eorundem absoluit affectans, vt de aliqua certa quota secum conueniant fisco Regio annis singulis de quolibet manso Ecclesie persoluenda, &c.

De Exustione municipii Welcz sequitur.

Anno itaque prefato Sabbato in vigilia Pasche, quodam pastore in Welcz panem pistante Ignis de domo sua inopinate profluit & totum illud municipium cum blancis & Ecclesiam totaliter exussit, solo castro duntaxat excepto quod in integritate illesum permansit, sicque pauperes ciues loci illius propter guerras, quas sepius dicto municipio Pomerani Nobiles, qui dicuntur Borkowye, mouebant, frequentes insultus contra eundem facientes reedificare domos suas minime presumentes, in eodem ad diuersa loca alia se transtulerunt. Dominus vero Domaratus Capitaneus Polonie congregato exercitu terras predictorum nobilium subintrans multa incendia villarum ac fortalicionum ac depredaciones commisit vicibus iteratis, &c.

Incendium
municipii
V Welcz :

De Expugnacione secundi municipii Czopla.

Demum anno predicto Swanthoborius Dux de antiqua Stetin cum Stargardentibus & aliis ciuibus multorum robustorum manu collecta cum equitibus & curribus ad Czoplem municipium veniens illud manu forti impugnavit, taliter quod ab hora terciarum vsque ad horam vesperorum illud expugnando impugnare non cessauit. Nam quia fossata municipii predicti siccata fuerunt, idcirco sicco pede & nullo prohibente illa numerosa armatorum multitudo vsque ad portas municipii peruenit, portas securibus & aliis instrumentis scindere & rumpere viriliter attemptantes, sed homines municipii quamuis pauci qui fuerunt intrinsecus se pro viribus fortiter opposcentes, ipsorum herede videlicet Johanne & Sandiuogio de Czarukowo Iudice Poznaniensi ipsos ad repugnandum & resistendum exhortante, predictos hostes tam potenter ictibus lapidum & emissionibus sagittarum emittebant quod secedere cum non modica strage & lesione suorum sunt coacti, sicque prefatus Dux grauem lesionem in suis conspiciatus treugas pacis vsque mane mediante Sulissio de Wedel fieri ordinauit. Mane autem facto, cum treuge pacis expirassent, exercitum suum in duas partes diuidens villas in districtu Czoplenli consistentes iussit exuri & abscissit, necem suorum dolorose deplangens. Causa autem huius impugnationis fuit hec: quod quidam Nobilis Sandiuogius de Wir Castellanus Bninenlis tempore quodam Kazimiro duci Stetinenli fratri Germano Swanthoborii antedicti contra Ottonem Marchionem Brandenburgensem auxilia prebuerat per ipsum inuitatus. Cui Sandiuogio Kazimirus Dux prenотatus propter festine mortis precipitium dampna habita & stipendia non refarcierat. Que etiam Dux Swanthoborius fratri Kazimiro duci soluere protrahebat, vnde ex hoc Johannes Iudex pretactus veluti pro paterno suo & precipue quia homines Ducis Swanthoborii cum aliis villam quandam Baloserbe dictam inuaseraut, ipsam totaliter depredantes prefato Swanthoborio Duci guerrum mouerant, ipsius terras assiduus molestias infestando. Qui dux de suorum potencia & multitudine confusus & credens, prout eidem erat suggestum municipium Czoplense facilius expugnare, quod expugnandum fuit egressus, quod se non attemptare maluisset. Nam multa dampna in equis & captiuis & plura in occisis extitit perpeffus. Post hoc tamen treugis pacis ordinatis prelibatis militibus tam pro dampnis quam pro debitis satisfecit.

Incurfiones
Swanthoborii
Ducis Stetinenlis :

De obitu inuictissimi principis Karoli Romanorum Imperatoris & Bohemie Regis.

Anno itaque eodem Karolus Imperator Romanorum & Bohemie Rex preclarus

Mors & Elo-
gium CARO-
LI IV. IMP.
ROM. & RE-
GIS BOH.

in vigilia sancti Andree Apostoli, tertia hora Noctis in Castro suo Pragenſi plenus bo-
bonis operibus feliciter in domino obdormiuit. Iſte Karolus habuit ſucceſſiue qua-
tuor vxores. * Prima fuit filia Regis Francie, de qua procreauit vnicam filiam, quam
Loduigo Regi Vngarie moderno deſponſauerat in uxorem, que prole non habita mi-
grauit ad *Criſtum*. Secundo duxit filiam Ducis Bauarie vnicam patris ſui & cum da-
tis pecuniis habuit terras & caſtra verſus Bauariam a metis Bohemie, que filia Bohe-
micalis nuncupatur, incipiendo a municipio, quod Bernow dicitur vsque in Sulczbach
& de Sulczbach vsque ad Luphe prope Nuremborg incluſiue regno Bohemie terras &
caſtra vniendo, de qua filiam procreauit, quam filio ducis Austrie in vxorem dedit,
qua mortua iterum terciam, filiam Henrici Ducis Swidnicenſis poſt mortem eiusdem
Ducis per Dominam Elizabeth Reginam Vngarie ſeniores in Vngaria nutritam & per
eamdem ac eiusdem puelle patruum Boleslaum Ducem Swidnicenſem ſibi deſponſatam
duxit in Vxorem, de qua genuit Venceslaum nunc Romanorum & Bohemorum Re-
gem, & Filiam, quam Duci Austrie iuniori dedit in vxorem. Iſta ſimiliter debitum na-
ture ſoluens tranſiuit ad patres: Demum quartam Elizabeth filiam Boguslai Ducis Po-
meranie, Caſubie & Sterinenſis ac principis Rugianorum de Elizabeth filia Kazimiri
Illuſtriſſimi Polonie Regis genitam & per eandem thoro maritali ſociatam ſibi copula-
uit, cum qua vixit XVII. annis & tres filios & vnā filiam ex ea procreauit. Ipſam
quoque in Aquisgrani in Reginam Almanie, deinde in Medisano ac demum Rome
in Imperatricem Anno Domini MCCCLXVIII. per Dominum Vrbanum ſancte memo-
rie papam quintum fecit coronari. Et quia de iſto Karolo Imperatore & Rege cepit
eſſe tractatus, videndum eſt, de qua ſtirpe proceſſit. Eſtenim quidam locus prope Ci-
uitatem Metenſem, in cuius loci ciuitas & Caſtrum Luczelborg appellatur; Qui Co-
mitatus exiſtit, cuius loci Comes nomine Henricus vacante Romanorum Imperio per
mortem Albrici olim Ducis Austrie Imperatoris Romanorum per Electores Imperii
propter ſtrenuitatem & morum eleganciam ad apicem Imperialem fuit ſublimatus. Qui
Henricus Regnum Bohemie, quod de prouiſione Imperatorum extitit, filio ſuo Johan-
ni filia Venceslai ſecundi ex filia Przemislii Regis Polonie procreata in vxorem primi-
tus copulata tam iure deuoluto quam ratione vxoris donauit, ipſumque in Regem Bohe-
mie coronare fecit, & ex tunc poſt mortem Henrici Imperatoris eiusdem, qui per mo-
nachum fratrem ordinis predicatorum Florenciam obſidens in calice fuit toxico inter-
emptus & in Pyſana Ciuitate ſepultus, multa mala in Regno Bohemie fuerunt ſuſcita-
ta. Nam res ita erat, quod Rex iuuenis prefatus non tam animoſus quam doſoſus Ry-
nenſes & Swewos Bohemis preſerebat & ex hoc & alijs grauaminibus Bohemi contra
Regem concitati ipſum de Regno eiecerunt. Quod ſcernens Regina Bohemie relicta
Venceslai ſecundi quendam nobilem de Roſenberg in ſuum duxit conſortem, vt eius
adiuta preſidio iniurias ſue filie ac Regnicolarum forcius poſſit propulſare. Rex vero
Johannes prefatus vxorem ſuam Reginam Bohemie iuniores per ſentencias papales
ad ſe in Luczelborg venire coegit, quam licet Bohemi multo tempore Sentencias ex-
communicationis & interdicti ſuſtinentes recedere de regno tamquam heredem & domi-
nam non permiſiſſent, tamen poſtea Cleri fracti ſiſalio nibus Reginam ad virum ſuum ire
non ſine moleſtia & ſtenu induliſerunt. Que cum Almanorum comitatu iter eundem
ad virum cepiſſet, & in Pilſnam perueniſſet Bohemi nimio dolore de reſceſſu ſue Donſi-
ne contriſtati Almanos inſecutorum, quos vltra Pilſnam prope Thacho inſequentes Theu-
tunicis ſugatis cum domina ſua ad vrbeſem pragenſem alacres redierunt, malentes Sen-
tencias excommunicationis quaſlibet & impugnationes quaſuis pati, quam ſe herede
ſuo priuari. Et tandem poſt multa tempora Johannes Rex prefatus ſub certis paccionibus
iuramentorum appoſitis & literarum munimine roboratis Almanis a ſe amotis & Bo-
hemis ad ſua officia aſſumptis & ſibi fauoroſe reconciliatis Regnum Bohemie viceuer-
ſa ſuſcepit. Non tamen doli machinamenta Bohemis inferre neglexit, fertur namque
qualiter in quodam prato amoeniſſimo fecit quendam circulum muro ſatis alto circum-
cingi & duas turres altas in portis ſibi ex oppoſito conſtrui & in altum ſublimare, propo-
nens infra ambitum muri predicti torneamentorum ludos per nobiles regni Bohemie
gracia exercitationis & ſolacii exercere. Sed in turribus prefatis ordinaret Theutuni-
cos armatos & multo plures torneamenta exercencium ſe velle locare, ad hoc, vt cum
nobiliores Regni infra moenia murorum intraſſent, illico armati de turribus omnes exi-
ſtentes

De Origine
AVGVSTÆ
CENTIS LV.
CEMBVRGI-
CÆ:

Turbæ in Bo-
hemia exortæ:

Qua ratione
JOHANNES
Pater IMP. CA-
ROLI IV. BO-
HEMIÆ RE-
GNVM acce-
perit:

*Curatius de Vxoribus & Liberis IMP. CAROLI IV. egi Tom. I. p. 167. & 168, ſed erratum
Typographicum Litt. n. Lector amicus corrigat: quando Margaretham LUDOVICI M. Re-
gis Vngariæ & Poloniæ, non Bohemiæ, Coniugem dixi.

stentes gladio necarent, quod Regina iuuenis vxor eiusdem prescians Bohemis nunciare festinauit. Primi itaque Bohemorum de tam grandi nequicia stupefacti congregatione prehabita muros prefatos cum turribus ad solum prostrarunt, Regi fidem quam fecerant seruire reculantes, dictum sequentes poeticum, qui dicit: Cur miser te habeam in principem, cum tu me non habeas vt senatorem. Sicque Rex predictus de Regno Bohemie iterum in Luczeluorg secessit confusus, iste Rex tres filios habuit, quorum scilicet Karolo Moraue Marchionatum pro sua porcione assignauerat, * alteri Comitatum Luczelborgensem, qui pro tunc Ducatum Brabancie ex prouisione Karoli fratris sui prenominati est affecturus, ** tercio Karolus predictus post mortem patris Marchionatum Moraue dedit & suis filiis possidendum. Fuit namque Iohannes inde & SILE- Rex prefatus valde strenuus & liberalis sed fallax & mendacium non ignorans. Hic SIAM: per mendacia dolum & pecunias primo Glotsko municipium fortissimum in Slezie metis & Bohemie a fatuo Bolkone duce Slezie fratre Bernhardi Ducis Swidnizensis & Domino Zambiciensi fuit affecturus, de quo multas depredaciones, molestias & spolia ducibus Slezie in terris eorundem Rex intulit & inferri assidue per suos non cessauit, in tantum, quod Boleslaum filium quondam Henrici Ducis Wratislauenensis pecunia & promissionibus corruptum induxit, vt fratri suo Henrico Duci Wratislauenensi tedia, plurima dampna & grauamina facere deberet. Qui Henricus oppressiones, quas a fratre crebris capiebat vicibus, sustinere non valens Wladisla Regi Polonie Illustri Ducatum Wratislauenensem resignauit. Sed Wladislaus suorum prauo consilio circumuentus, licet Wratislauiam suscepisset, ipsam tamen prefato Henrico reddidit viceuersa, qui Henricus ad Iohannem predictum Bohemie Regem se conuertens, sibi Ducatum Wratislauenensem duos fratres germanos habens, Boleslaum Legnicensem & Wladislaum Diaconum, titulo possessionis perpetuo priuauit, fratribus predictis tamquam demeritis & sibi ingratis penitus obmissis. Sicque per Bohemos Wratislauia regitur & possidetur, cetera autem de hoc Rege Iohanne superius sunt descripta in locis suis, &c.

De desolatione villarum Episcopus Kaminensis.

Anno quoque eodem diuersis temporibus terre Marchionum Brandenburgensem, de quibus premissum est, nec non Swanthoborii Ducis Scetinenensis & Wedlenensis & Pomeranie ditioni & Episcopus Kaminensis inuicem duces & nobiles prefati in infaniam versi se mutuo depredantes & per incendia frequentissime commissa desolantes in tantum fuerunt & sunt desolate, quod nunquam aliquis meminerit, vel a senioribus audierit similem terre desolationem fuisse factam, ita quod castris & opidis munitis tantummodo exceptis nulla villa remanserat, que non fuisset exusta; Sequitur de deuastacione terre Scetinenensis.

De vastacione terre Swanthoborii Ducis Scetinenensis.

Item Anno eodem circa diem sancti Nicolai, quidam Equestris Ianussius de Wedel, cui municipium Czlopense per Iohannem Iudicem Poznaniensem & Vincentium fratres obligatum, congregato exercitu pedestrium de Thuczensi & Czlopeni districtibus inuasit terram Swanthoborii Ducis Scetinenensis circa Pyrzicz & ipsam duobus diebus & duabus noctibus deuastauit. Et cum tertia die cum preda & spoliis ad propria redirent, dux Swanthoborii prefatus cum hominibus patrii sui Warcislai Ducis Nouescetinenensis & Ciuitatensibus de Stargrod & aliorum presidio sustulit ipsos fuerat infecutus. Czlopenis vero & Thuczensis licet fugere potuissent preda dimissa, tamen cupiditate prede nouam Capiti aciem instruentes, aggressum Ducis Swanthoborii intrepide prestolarunt. Sed prefatus Dux multo forciori & armato exercitu stipatus cum ipsis congregitur, ipsosque ultra trecentos quinquaginta debellat & prosternit, quorum centum aut circa in quodam stagno circa locum certaminis sito sunt per se ipsos necati, &c.

Victoria Swanthoborii Ducis Pomeraniac:

De solucione Tributi pro terra Gnewconiensis Wladisla Duci Albo per Loduicum Vngarie & Polonie Regem.

Eodem namque anno circa festum omnium sanctorum Dominus Loduigus Vngarie & Polonie Rex sepedictus Domino Wladisla Duci Albo per Petrasium militem Capitaneum Cuyaue & per Symonem Vicecancellarium Polonie in Ciuitate Gdansk

* Wenceslao: qui † 1384. d. 8. Dec. sep. in Aurea Valle.

** Iohanni Henrico: qui † 1375. 12. Nov. sep. in Templo S. Thomae sub Castro Spilberg.

Ducatum
Gniewkowie-
sem REX emit

vigesima die mensis Octobris residuam pecuniam quam sibi pro terra Gnewconienſi debebat totaliter exſoluit. Hec autem pecunia fuit in bonis Eccleſie, vt premiſſum eſt, exacta. Dominus autem Dux Albus prefatus pecunia huiusmodi recepta Quittacionem ſeu recognicionis litteras dare denegauit. Sic quoque pecunia recepta cum pauca familia iuit verſus Lubek, que ciuitas in Slawonico Bucowyecz appellatur, ibique moram faciens, quid pretendat ignoratur, &c.

De morte Elizabeth Regine ſenioris Polonie & Vngarie matris Ludonici Regis Polonie.

ELIZABETH
Senior Hunga-
riac Regina
moritur.

Anno itaque Domini MCCCCLXXXI. in die beati Thome Archi-Epiſcopi Cantuarienſis, que fuit * XXI. dies mensis Decembris Domina Elizabeth filia Wladislai & ſoror Kazimiri premortui Regum Polonie, Regina Vngarie diem ſuum clauſit extremum. Tempore cuius multe depredaciones ſpolia & rapine in regno Polonie. Nam prelati Eccleſiarum in ſuis domibus commorantes tempore nocturno equis libris rebus latrocinialiter ſpoliabantur, mercatores & negociatores diuerſarum parcium Poloniam negociantes ſpoliabantur, iumenta nobilium indomita precipue in maiori Polonia furtiue extra terram per Latrones pellebantur, inter que etiam iumenta Eccleſie Gneznenſis, cum iumentis per Regem Kazimirum olim Regem Polonie in teſtamento legatis per ſures Dobrogostii Arnoldi Vlrici fratrum de Drzen ſubtracta verſus Marchiam ſunt depulſa & hinc inde diſtracta, propter quod Archi-Epiſcopus Gneznenſis eosdem fratres excommunicauit, & in locis Rogozno & Drzen Eccleſiaſticum interdictum tulerat. Sed poſthac nulla ſatisfaccione habita, ne grauiora dampna in bonis Eccleſie patrentur, predictos fratres abſoluit, interdictum Eccleſiaſticum relaxando. Nemo etiam reſtitucionem hereditatum iniuſte ablatarum, vel negociorum grauium diſcuſſionem ab ipſa Domina Regina potuit habere. Nam ea, que diſſerre. voluit ad filium ſuum Dominum Loduicum Regem remiſit & Dominus Rex. viceuerſa ad matrem remittebat. Sicque homines talibus dilacionibus attediati a monicionibus deſiſtebant, ſua negocia DEI ordinacioni committentes. Accuſancium dilacionibus occultis aurem ſuam faciliſter acclinabat & credula eorum ſwaſionibus plurimis iuſtis & ſuo filio fideliffimis mala inferebat, & ex hoc inter nobiles Regni Polonie odia & diſſenſiones ſaris multum exuenerunt, que ſolius DEI clemencia in melius poterat commutare.

Status POLO-
NIAE pertur-
batus:

De Conuencione in Budzyn per Nobiles Regni Polonie in medio Quadrageſime facta.

LVDOVICVS
REX. Conuen-
tum Polonis
iudicij prope
Budam:

Post mortem autem huius Nobiliſſime Regine, Dominus Loduicus Vngarie & Polonie Rex Clariffimus prelatos & Nobiles Regni Polonie ad ſe Budam iuſſis conuenire ipſis terminum in medio Quadrageſime proxime tunc ſequentis preſigendo, aſſerens ſe cum eorum ſalubri conſilio diſpoſicionem ſtatus Regni Polonie velle ordinare; in qua conuencione non de Nobilium omnium conſilio, ſed quorundam ſwaſionibus inductus diſpoſicionem negociorum Regni Zaniſſio Epiſcopo Cracouienſi, Dobeslao patri dicti Epiſcopi Caſtellano Cracouienſi & Sandiuogio de Subyno Palatino Kalienſi ordinandam commiſit, ipſos verſus Poloniam ad hoc faciendum deſtinando. Nullus autem ex nobilibus in conuencione predicta quidquam de ſuis negociis poterat ordinare, Domino Rege ipſis reſpondente, quod omnium negociorum diſpoſicionem predictorum commiſiſſet ordinacioni, & ſic quamplurimi magnis pecuniis conſumptis & in negociis ſuis minime proficientes ad propria redierunt, Epiſcopo & ſuis Collegis ipſis in feſto Penthecoſtes tunc proxime venturo & deinceps in aliis locis terminos generalis audiendi hereditates iniuſte ablatas reſtituendi, & queuis negocia diſponendi ſeu ordinandi preſigendo, &c.

vbi Zaniſſum
Epiſcopum Cra-
couienſem:
Dobeslaum:
Caſtellanum
Cracouienſem
& Sandiuogium
de Subyno Vice-
rios Regni Po-
loniae creat:

De Concordia inter Dominos Ladislaum Ducem Oppolienſem & Gnewconienſem & Epiſcopum Plocenſem.

Ladislaus Dux
Opolienſis ab
Epiſcopo Plo-
cenſi excom-
municatus:

Anno itaque predicto magnificus princeps Ladislaus, Boleslai Filius Oppolienſis, Welinienſis, Dobrinienſis, Gnewconienſis dux & Dominus, quia in bonis Eccleſie Plocenſis in Ducatu ſuo Dobrinienſi conſiſtentibus Collectam grauem ab hominibus eiusdem Eccleſie videlicet per mediam Marcam groſſorum impoſuit & exegit, quos etiam homines Capitaneus ducis prefati diuerſis rapinis affligens plurimum dampnificauerat, propter

* Dlugoſius lib. X, ad an. 1381. diem habet 29. Decembr. noſter vero coactus eſt.

propter quod Episcopus prefatus tam ducem, quam Capitaneum & eorum complices excommunicatos vigore statutorum prouincialium & sedis Apostolice legatorum publice nunciari mandauit, interdictum in terram Dobrinensem tam ab hoc, quam non solutionem decimarum campesitium proferendo. Verum cum Confessor dicti Ducis sibi Communionem Dominici Corporis in festo Pasche proxime preterito veluti excommunicato denegasset, ipse ad cor rediens ad Dominum Johannem Archiepiscopum Gneznensem festiue properauit, reatum suum in eo, quod Domino Loduigo Vngarie & Polonie Regi consilium dederat, confitendo, ut Collectam ab hominibus Ecclesie exigere deberet, offerens eidem Domino Archiepiscopo satisfactionem & sibi supplicans humiliter indulgeri & absolutionis beneficium impertiri. Dominus enim Archiepiscopus antedictus sui Capituli consilii munimine requisito, nulla satisfactione habita ipsum Ducem absoluit & absolutum publice nunciari mandauit; Qui dux statim post hoc videlicet XIII. die mensis Maii in Castro Zlothoria cum Dobeslao Episcopo Plocensi convenientes Domino Sbilutho, Episcopo Wladislauensi & multis Nobilibus Cuyauie & Dobrinie ac nonnullis Gneznenfibus, Crutchwiciensibus, VVladislauensibus & Plocensibus prelati & Canonicis presentibus ipso die nullatenus ad concordiam poterant peruenire, & tandem in crastino ibidem iterum convenientes, cum Dominus Dux post nonnullos tractatus iam circa occasum solis stabilitatem Episcopi considerasset & quod absque satisfactione dampnorum & restitutione pecuniarum exactarum habere non promisit absolutionem, bona fide metquarta manu videlicet Johanne Archidiacono Gneznenfi, Jarando Cantore Crutchwiciensi & Petrasio milite Capitaneo Brestensi tam pecunias exactas hominibus reddere quam dampna illata iuxta iuramenta dampna passorum in certis terminis in litteris eorundem designatis plenarie resarcire & sic meruit beneficium absolutionis obtinere.

Dama tandem dara resarciens absoluitur:

66.

De morte Semouiti Ducis Mazouie.

Anno itaque eodem mensis Junii die XVI. Illustris princeps Semouitus dux totius Mazouie filius quondam Traydeni Ducis Mazouie in Castro suo Ploczsko migravit ad Christum. Hic primo habuit vxorem * filiam Niclassii Ducis Oppauie, de qua genuit duos filios Janussium & Semouitum & duas filias, quarum vniam Ladislao Duci Oppolienfi, de quo superius in proximo Capitulo, & aliam primo Kasmiro Sctienfi & Dobrinienfi Duci & post mortem eius Henrico Loduici filio duci Bregensi desponsauit; Mortua vero prima vxore prefata duxit aliam filiam VVladislai Ducis Zabiczentis de Curia Karoli Romanorum Imperatoris facie preclaram & corpore venustissimam, de qua tres filios procreauit, que licet quibusdam terrigenis de adulterio fuisset suspecta, nullus tamen eorum indicare duci presumpsit, quia ipsam idem Dux renerrimo & omnia affectu diligebat, ipsius in omnibus desiderijs placens voluntate, donec quidam ex ipsis sorori Domine ducis prefate Ducisse Theffinenfi & filio eiusdem duci Przemislio in Theffin hoc suggesserunt, qui dux post hoc ad propria rediens ipsam in Castro Rawensi custodiri fecit, donec veritatem plenius indagaret, & quamuis puelle, que eius secretarie fuerant, diuersis supplicijs afflicte fuissent, nil tamen mali de ipsa attruere volebant, & quia prefata nobilis Ducissa pregnantis fuit, idcirco quousque parceret vitam eius conseruauit, que tandem postquam filium peperisset & aliquot septimanis vixisset, fuit per quosdam satellites de mandato ipsius Domini Ducis prauorum consilio seducti iugulata, de quo tamen facto nephario dux multum doluit, & penitere quoad vixit non cessauit. Vnum autem de adulterio huiusmodi delatum & in terra Prussie captum fecit idem Dux equis trahi & deinde suspendi. Puer vero tam nobilis matris in captiuitate genitus & per quandam pauperculam Dominam prope Rawam nutritus, tandem tercio anno natiuitatis sue, venientes duo equestres tempore noctis missi per Nobilem Dominam filiam ducis Semouiti prefati vxorem Domini ** Kaskonis Ducis Dobrinienfis ipsum puerum de cunabulis nutrice inuita & ipsum ipsa inscia, quo eundem fecerunt secum asportarunt. Quem soror sua Domina Ducissa prefata more ducali educari procurauit. Quem pater post hoc, cuius formam exprefferat, magno amore dilexit, & ipsum ad litteras promouens eum in prepositum Plocensem prefecit Nomine cuius pro nunc vigore Gracie, per sedem Apostolicam sibi facte prepositura Lancienfi per obitum Johannis Watham fuit accepta-

Semouiti Ducis Mazouie
Mors:
Coniuges & Liberi:

* Euphemiam nomine: vid. Tab. VII. Genealog. Tom. I. no. 9.

** f. Casimiri.

ceptata, de qua prepositura Johannes Archiepiscopus Gneznenfis Pelcze de Grabowo suo procuratori & prefecto Vncowienfis castri eodem tempore prouiderat, cuius Pelcze filii & familiares eiusdem inuenientes quosdam homines eiusdem ducis Mazouie prefati in dote prepositure Lancienfis predictæ, ipsos plagis & verbis contumeliosis appositis equis & omnibus spoliauerunt, cum confusione dotem exire iubentes, pro quo facto tamen presumpso dux paulo ante mortem suam iussit mouere exercitum suum & terram Lowiczensem Archiepiscopalem inuadere, & castrum Lowicz impugnare, cuius exercitus ueniens ad quandam villam Archiepiscopalem in eadem statione fecit ipsam totaliter desolando. Alius vero exercitus eiusdem Ducis villas prepositure Lancienfis occupauit & tenuit vsque ad mortem prefati Domini Ducis occupatas. Ille dux in etate iuuenili magnis priuilegiis & libertatibus Ecclesias Gneznensem, Poznaniensem, & Plocensem decorauit, quas tamen libertates vsque ad mortem toto nisu infringere licet per indirectum conabatur, magnam tyrannidem contra Ecclesias quantum potuit exercendo, & ob hoc aliquando Ecclesiastica interdicta per Episcopos in suis dominiis ponebantur, pacem tamen maximam cum Lithwanis tenuit, ita tamen, quod tempore regiminis sui Lithwani nulla dampna infra eius terminos visi sunt inferre. Sed in suos terrigenas erat maxime seuiens, maximas Collectas inauditas & fere inportabiles tam a Nobilibus, quam popularibus frequenter exigendo, magnus expensor & largus fuerat & liberalis munerum alienigenis exhibitor. Appositus est autem ad patres suos in Ecclesia Plocensi, tres filios scilicet Janussium & Semouitum de prima vxore & Henricum nomine de secunda, ut premissum est, suffocata, Plocensem & Lanciensem preposituras tenentem genitos in Ducatu Mazouie heredes & successores post se relinquens &c.

De vastatione Bonorum Ecclesiasticorum Episcopatus Wratislauiensis per Wenceslaum Regem Bohemie.

Anno quoque eodem princeps magnificus Wenceslaus quartus Bohemie Rex ueniens Wratislauiam quarta die post festum sancti Johannis Baptiste cogebat Clerum Wratislauensem, ut diuina resumerent, ob sui aduentus reuerenciam. Sed quia facere recularunt scelus prophanacionis incurrere formidantes, ipse prouocatus sequenti nocte ciuitatem Wratislauensem exiens, villas Capituli & Episcopi Wratislauensis ac monachorum quorumlibet deuastauit, predam infinitam sequenti mane ad ciuitatem Wratislauensem depellendo. Tanta enim preda fuit Wratislauiam conductæ, quod ducentæ oues pro tribus mediantibus exhibebantur uenales, Boues uero profertone. Bohemi uero non habentes emptores prede, predam huiusmodi uersus Bohemiam pepulerunt. Rex autem prefatus Abbatem sancte Marie in arena, quia prophanare noluit, illo die Petri & Pauli Apostolorum mane captiuauit, & in pretorio Wratislauensi per octo dies & amplius captiuum seruari fecit. Sed frater Marcus Abbas S. Vincencii Regis predicti furiam mitigans dixit, se uelle etiam insulatum celebrare, & illa nocte cum quibusdam fratribus clam fugam inuit & se in quibusdam locis Polonie occultauit. Similiter prelati & Canonici Wratislauenses subito eodem die beati Petri & Pauli Apostolorum quidam pedestres, quidam in equis fugierunt, uisualibus quibusuis & rebus suis in eorum domibus derelictis. Cernens autem Rex eorum constanciam pariter & timorem, mandauit Bohemis, ut tam monasteria, quam Curias Episcopi & Capituli occuparent, sicque factum est, quod Bohemi quidam ad sanctam Mariam, quidam ad sanctum Vincencium, quidam in Curia Episcopi & Canonicorum intrantes, omnia que rapuerunt, asportarunt, thesauros magnos in Clendiis & pecuniis auri & argenti & uasis preciosis fractis seris etiam in locis occultatis transfulerunt, Rege prefato presente & partem thesaurorum tollente. Er hys non contentus Rex memoratus iussit omnes villas Capituli & monasteriorum ad suam obedientiam compelli, eas uero que suis prefectis obedientiam recusarent, omnibus bonis eorum spoliarent; Manserunt itaque Bohemi multo tempore in Curia Episcopi & Capituli & monasteriis & Allodiis circumquaque positis queque victu alia consummentes & pauperes more tyraunico plurimum opprimentes. Solus quoque Rex in monasteriis sancte Marie & sancti Vincentii, iussit sibi de bonis eorundem monasteriorum profugatis monachis conuiuia preparari. Sed non est mirum, quia auus suus Johannes de Luceborg Rex Bohemie fere similem grannidem uerum tamen non tam crudellem contra Ecclesiam Wratislauensem exercuisse memoratur. Nam cum castrum Milicz Capituli Wratislauensis expugnasset & reddere tunc recusasset, Reuerendus pater

Bona Ecclesiæ
Wratislauien-
sis VENCES-
LAUS REX
occupat:

Abbatem S.
MARIE in
arena in Car-
cerem detru-
dit & Abba-
tem S. Vincen-
tium ad fines Po-
lonie expellit:

pater Nankerus olim Episcopus Wratislauenſis indurus Pontificalibus cum ſuis prela-
ris & Canonicis eundem Regem ad faciem excommunicauit & interdictum Eccleſia-
ſticum in tota Diocēſi Wratislauenſi promulgauit. Et ob hoc Rex preſatus Clerum
que ſue appellacioni adherere rennuit de ciuitate Wratislauenſi exire coegit, prout
hec & alia de ipſo ſuperius ſunt plenius deſcripta. Cauſa autem huius perſecutionis
preſentis fuit hec: Quod quidam Vicarii Eccleſie maioris & ſancte Crucis conſueue-
rant cereuiſiam Suidnicenſem in domibus ſuis habere, ipſamque pro pecunia quibus-
uis propinare, quod Conſulibus & communitati eiſum Wratislauenſium ſatis diſpli-
cuit, & quia hoc prohibere non poterant, emiſerunt edictum, quod ipſi Clero nul-
lus cereuiſiam adducere auderet, graui pena vallata in contrarium facientibus. Con-
tingit autem tandem, quod ad feſtum Natiuitatis *Chriſti* Illuſtri principi H. filio Wen-
ceſlai Ducis Legnicensis Decano Wratislauenſi frater eiſdem Ropertus Dux Legni-
censis aliquot vaſa cereuiſie eiſdem Wratislauiam deſtinauit, cuius vector cereuiſie
ueniens ad Conſules ipſos requiſiuit ex parte Ducis modo dicti, ut ſic dictam cereuiſ-
iam ad ſuum dominum deducere poſſet. Conſules vero hoc conſentire nolentes, ſed
etiam vectorem captiuarunt & receperunt, propter quod Capitulum Wratislauenſe
cum adminiſtratore ſuo Wenceslao duce Legnicensi Episcopo Lubnizenſi interdicta in
ipſa Eccleſia ciuitati Wratislauenſi poſuerunt, poſt hoc ſe verſus Niſſam tranſferentes.
Gracia autem ſedanda huiusmodi diſcordie Wratislauiam Rex preſatus ueniens, pe-
ciit Capitulum Wratislauenſe, vt in ſuo iocundo aduentu diuina celebrarent, pro-
mittens ſatisfaccionem pleniffimam impendere in quantum ciues culpabiles inueniſſet
libertates Eccleſie infringentes. Et quia niſi ſatisfaccio preceſſeret ſe facere non poſſe
dixerunt, idcirco Rex furore ſuccenſus premiſſa non expauit attemptare, &c.

Cauſa huius
Perſecutionis:

*De aduentu Palatinorum per Loduicum Regem Polonie & Vngarie pro iniſticia facienda de
iniuriis miſſorum.*

Eodem quoque anno tercia die ante feſtum ſancti Johannis Baptiſte, venerunt
Cuyauiam Nobiles viri Boleslaus Caſtellanus Cracouiensis, Sanduoguis de Subyno
Palatinus Kaliffensis & Magiſter Johannes de Nadliczicze, Archi-Diaconus & Can-
cellarius Cracouiensis ſingentes ſe habere auctoritatem a Domino Loduico Rege Po-
lonie reſtituendi hereditates dudum iniuſte ablatas ac querulantibus de Capitaneis iu-
ſticiam exhibere. Juſſerunt in Craſtino beati Johannis Baptiſte in terminis generalibus
in Brzeſcze proclamari, vt omnes, qui hereditates ſibi ablatas reppererent, priuilegia
coram ipſis & querelas offerrent, Priuilegiorum vero habitis copiis & querelis iner-
rant ſeria ſexta poſthac proxima in Cruſuiciam in Szreliuam Sabbato, die dominico
in Trzemeszuam, ſeria ſecunda in Maggiam, ſeria tercia in Gneznam & ſeria quinta
Poznaniam intrarunt, ibique vsque ad ſeriam terciam permanſerunt, ad quorū
viri Eccleſiaſtici quam Seculares iniuriam paſſi & reſtitucionem hereditatum ablata-
rum perquirentes conſuebant, ipſosque vsque ad Kalis ſecuti vsque in craſtinum ſan-
cte Margarethe ſequebantur, qui tandem pro ſua excuſacione aſtruebant, Zauiffium
Episcopum Cracouiensem ad feſtum ſancti Jacobi Apoſtoli debere venire, ſine quo
reſtitutio hereditatum ac ceterorum negotiorum diſpoſicio fuiſſet ipſis per litteras Re-
gis totaliter interdicta. Sicque omnes, qui de reſtitucione hereditatum ac iniuria-
rum reſaccione Iuridica ſpem habebant, ſe deluſos concernentes ad propria male con-
tenti euacuatis marſubiis redierunt. Illi autem Terras gyrantes hinc inde graues ex-
penſas facientes primo poſt feſtum ſancti Jacobi Cracouiam redierunt.

De Expeditione contra Barthoſſum in Odolanow.

Reuoluto itaque huiusmodi anni modico tempore circa feſtum Natiuitatis *Beate
Marie Virginis* omnes Capitanei totius Regni Polonie mouerunt exercitum fortem ni-
mis contra Dominum Barthoſſum militem, Caſtrum ſuum Odolanow ad mandatum
Domini Regis expugnare proponentes. Sicque conuencionibus in die ſanctorum
Prothii & Jacincti marturum in diuerſis villis Eccleſiarum & precipue Gneznensis &
Lubnizensis habitis & magnis dampnis & depredacionibus ſeu depopulacionibus factis
& illatis venerunt in villam Scarbimiczicze prepoſitū Gneznensis, ibique ſtantes fe-
cerant quandam concordiam amicabilem cum eodem Barthoſſo milite ſtrennuo tali-
ter, videlicet, quod quatuor milites ex vtraque parte electi Caſtrum Odolanow & omnes
hereditates predicti Domini Barthoſſii in Regno Polonie conſiſtentes taxare debeant
per Dominum Regem Polonie & Vngarie dicto Domino Barthoſſo perſoluendum
decem

Concordia cum
Barthoſſo Mi-
lite facta:

decem & octo milibus florenorum, in quibus Dominus Barthossius antedicto Gallico alias vt premissum est, depactauerat primitus & falcatis. Sic postmodum in certis terminis residuitate pecunie Domino Barthossio persoluta, Castrum Odolanow & hereditates eiusdem Regali mense manebant applicate. Concordiam aurem predictam estimatione quorundam sapientum non est credibile ad finem debitum posse venire. Immo dicitur Regi valde displicuisse concordia predicta, nec ipsam assercione quorundam voluit tenere tamquam contemptibilem Regie maiestati atque despectam.

De Occupatione Castri Vncowiens.

Anno itaque eodem in octaua sancti Martini quidam Petrasius prefectus Lanciciensis Pelkam prepositum Curcelowiensem procuratorem & gubernatorem Castri Vncowiensis, de quo premissum est, propter quedam dispendia ad predium Regale, quod Dambge dicitur, inuitauit. Ad quos cum casu veniens N. Castellanus Lanciciensis per predictum Petrasium fuit similiter inuitatus, vbi circa epulas prefatus Petrasius cum Pelca predicto preposito ad verba contenciosa propter quasdam venaciones, quas idem Pelca exercebat, insurrexit, & postquam familiares predicti prepositi sedata contencione ad equos exiissent, memoratus Castellanus cum suo cultello memorato preposito vultus letale intulit, a quo mox cadens expirauit. Idem quoque Castellanus cultello suo reiecto ad hospitium suum ire festinauit, quem familiares & propinqui dicti prepositi audita morte festiue insequentes cum multis plagis letalibus sibi impositis animose occiderunt. Post quorum mortem Bernardus de Carbowo Sandomirita frater dicti prepositi germanus Castrum Vncowin quo ipsum frater relinquerat contra fidei promissa occupauit & Thesaurum Archi-Episcopali effracto ad sexcenta marcarum grossorum in florenis & grossis fustulit, & omnia peccora, porcos, Strophas ac pecudes mactari & ad Castrum deportari precepit, tenuitque Castrum tere duabus septimanis, donec Domini Domarath Polonie, Petrasius Cuyaue Capitanei, Dzirczo Gnezniensis, Grzimala Castrinensis Castellani cum eodem & suis circa pacta iuissent ipsis nonnulla promissa literis roboratis & ab omnibus abipsis & per ipsos tam in Castro, quam extra Castrum sublati nomine Archi-Episcopi & Gnezniensis Ecclesie penitus absoluerent certas pactiones de vltcrius non petendum facientes.

De obitu Domini Dobeslai Sowka Episcopi Plocensis.

Boleslaus Sowka Episc. Plocensis d. r. Dec. 1381, moritur:

Eodem quoque anno die videlicet prima mensis Decembris Reuerendus pater dominus Dobeslaus dictus Sowka Episcopus Plocensis virilis defensor bonorum & libertatis Ecclesie ac strenuus propugnator, mirusque informator & restaurator bonorum deperditorum & desolatorum ad mensam Episcopalem spectantium hora mensis in quadam villa cuiusdam nobilis prope Gorzno cundo de Poltowsko feliciter in Domino obdormiuit. Post cuius obitum, ipsius corpore nondum debito modo sepulture dato, Capitulum Plocense senioribus de Capitulo minime vocatis ad mandatum ducum Mazouie Styborium Archi-Diaconum Plocensem in suum Episcopum festiue elegerunt, cuius electionem Reuerendus pater dominus Johannes sancte Gnezniensis Ecclesie Archi-Episcopus seria quarta decima octaua die mensis Decembris in Sneyna confirmauit. Dominus autem Semouitus Dux Mazouie suum nuncium ad Curiam Romanam ad petendam sacram Electio prefato in partibus impendendam pro quo nuncio vt idem Electus asseruit, sexcentas sexagenas grossorum a Iudeis in Cracouia dicitur recepisse per ipsum Electum & Ecclesiam Plocensem etiam cum vsurarum accrescentia persoluendum. Idem quoque Electus Interdictum in Terris Dobrinienfibus per suum predecesorem propter non solutionem decimarum & occasione quorundam iniuriarum rite prolarum improuide relaxauit in vigilia beati Thome Apostoli. Anno eodem Dominus Thomas Episcopus Lucerinus sedis Apostolice nuncios Nicolaum Strosberg prepositum Gnezniensem, collectorem regni Polonie pecuniarum Camere Apostolice in Ciuitate Wratislauensi recepta ratione ab ipso captiuauit, & hoc ideo quia cum primo circa scilicet sancti Michaelis ab ipso rationem accepisset, inuenit eum in mille quingentis florenis Cameram decepisse, propter quod tunc ipsum detinuerat, donec sibi de mille quingentis florenis caucionem prestitit, & satisfecit; Ex quibus ipsum suspectum reperiens mandauit omnibus auctoritate Apostolica Subcollectoribus Regni Polonie quitrationes suas producere, ex quorum quitrationibus & compositis repperit, ipsum Regestra sua mutasse & in duodecim milibus florenorum Ca-

meram

meram fraudari, propter quod ipsum Carceribus condemnatum, ut premissum est, in vincula coniecit & carcerali Custodie deputavit.

De Consensu Johannis Archi-Episcopi Gneznenfis & Poznaniensis Episcoporum ad solutionem tributi Poradlue.

Item transacto modico tempore eiusdem anni Dominus Domoratus Capitaneus Polonie a Rege rediens induxit Dominum Johannem Archi-Episcopum Gnezensem patrum suum, ut etiam irrequisito Capitulo suo & paulo ante sepius reclamante Ecclesie bona ad soluendum duos grossos de quolibet manso Regis nomine Tributi admittens solui precepit, & litteras sigillatas suo sigillo roboratas submissionis concessit, a privilegiis Ecclesie in lesionem Conscientie inconsulte recedens, solum eiusdem Capituli promotionem plus quam commodum & utilitatem Ecclesie prospiceret, & prospicere intendens. Submissioni autem predictae Lauffa Episcopus Cracoviensis & Nicolaus Poznaniensis principaliter operam dederunt, litteras Regias tollendo & suas concedendo, quos ob hoc diuina ultio ut verius creditur subito plaga mortis ferire crudeliter non obmisit, prout infra patebit.

De Morte Lauffi Episcopi Cracoviensis.

Anno Domini millesimo tricesimo octuagesimo secundo: XII. mensis Januarii Zauiffa filius Dobeslai Episcopus Cracoviensis, plenus malis operibus & virtutibus omnibus penitus exutus debitum humane nature exsoluit; & quia sagax humanitas gesta bonorum scripture testimonio memorie commendare adiuvet, adhuc ut eorum commendabilis virtutum gloria eis laudem tribuat, & ceteris imitandis eorum exemplaria prebeatur, malorumque gesta similiter necessario memorie hominum commendantur, ut boni actus eorum perniciosos virent, & reprobi a pravis operibus ignominioso ridiculo confusi desistant, proinde vitam detestabilem Episcopi prefati & conuersationem culpabilem & Nicolai de Curnik eius consorts duxi describendam. Ille enim Episcopus primo per Dominum Podzautham Episcopum Cracoviensem contra quandam impetrantem Dominum Johannem de Buisko qui Archi-Diaconatum Cracoviensem acceperat & eius possessionem ceperat per Dominum Podzautham Episcopum predictum & per amicos suos fuit intrusus, coactusque dictus Dominus Johannes Duska per Dobeslaum patrem eiusdem Episcopi & suos consanguineos dicto Archidiaconatu cessit, & demum morto felicissimo Rege Kazimiro de quo paulo superius premititur, prefatus Zauiffa cum Nicolao Curnik predicto quedam mendacia falsissima confingentes de statu prospero & duci Elizabeth Regine seniori Vngarie matri Ludouici Regis multum grato & accepto Jankonis cuiusdam Archi-Diaconi Gneznenfis Vicecancellarii olim Regis Kazimiri premortui maliciose inuidentes ipsum Archi-Diaconum & Vicecancellarium Regni prefate Domine Regine accusarunt. Que Domina Regina licet audiuisset eos, & cum delectatione accepit, ipsis tamen pro tunc fidem non adhibuit, sed prefati Vicecancellarii dicta & testimonia audiens ipsum iustificauit de premissis, quod cernentes delatores prefati & sibi in officio & seruiciis succedere ambiciose anhelantes Dobeslaum Palatinum patrem Zauiffi predicti & quosdam suos consanguineos & affines induxerunt in tantum seducentes, quod contra prefatum Vicecancellarium conspirare non expauerunt. Qua conspiratione per ipsos facta insinuerunt Domine Regine insancius opportunis multa praua & falsa de dicto Vicecancellario suggerentes se & eorum seruicia ad vota Domine Regine exhibentes, importune petentes, ut ipsum ab officio Vicecancellariatus Regni Polonie amoueret, & de predicto officio Vicecancellariatus Zauiffio provideret. Quorum importunitatem dicta Regina vitare non valens sigillum suum prefato Zauiffio tradidit, ipsi vice Cancellarie sue committendo, de quo facto tam Nobiles quam Ciuitatenses prelati Ecclesiarum nec non Communitates & nonnulli principes Terrarum multum dolentes & Domino Archi-Diacono veluti iusto caritative condolentes, cum aliquando de prefato Domino Archi-Diacono coram ipsa Domina Regina memoriam facientes laudabilium operum testimonia ferebant, & quod ab officio sine culpa fuisset amotus. Ista aiebat, quod ipsum ab officio suo minime amouisset, sed tantum sigillum suum Zauiffio tradidisset. Cernentes autem Zauiffius & Nicolaus de Curnik affectum Terrigenarum, & insancias, quas Domino Lodouigo Regi Vngarie & Domine Regine prefate frequenter pro ipso Archi-Diacono faciebant, attraxerunt quosdam Vngaros Regine pre ceteris acceptos muneribus & promissis, ut ipsi iterum de nouo eundem Archi-Diaconum Domine Regine nouis delacionibus mendaciter per ipsos ad inuentis per ipsos deferrent.

ferrent. Quorum dictis Regina nimium credula prefatum Archidiaconum ipsum pro tunc in Curia Reuerendissimi in *Christo* patris Domini Johannis Archi-Episcopi Gneznenfis in Vncow manentem per predictum Zauissium & Janussium de Castro Salomonis militem suggestores prefatos arrestare fecit, asserens ipsum multas pecunias & Clenodia de Thesauo Regio post mortem ipsius furtiue asportasse. Archi-Diaconus vero predictus contra consilium & voluntatem Domini Archi-Episcopi memorati cum prefatis emulis suis de sua iusticia multum presumens & ut suam innocentiam ostenderet ad Curiam prefate Domine Regine versus Cracouiam festiue properauit. Ad cuius Curiam cum venisset, ipsa iuxta consilium eorundem & Nicolai de Curnik ipsum altera die in Myechouia circa prandium ad mensam cum quibusdam viris Nobilibus sedentem per quendam Spitkonem Curie sue captiuari fecit. Sed ibidem eisdem Nobilibus pro ipso promittentibus cum eisdem permanfit, & eodem vespere quosdam ex suis familiaribus similiter captiuari fecit & separatim detineri, ad inquirendum de asportacione Thesauri. Altera autem die facto prandio ipsum versus Cracouiam destinari fecit & in Castro Cracouiensi captiuum detineri, miseratque nuncios ad Dominum Fflorianum Episcopum Cracouiensem petens & volens ut predictum Archi-Diaconum ad perpetuos Carceres deputeret. Qui indignatus respondit, ipsum iustum hominem esse & falsè delatum indebite detineri, nec se de ipso quoad suum malum aliquatiter introuiri velle, cum sibi de ipsius innocentia bene constaret. Sicque Domina Regina prefata considerans, se per prefatos suggestores esse deceptam, & rem iniustam attemptasse, dixit nimium indignata suggestoribus predictis, ut se contra ipsum parati facerent si vellent, alioquin ipsum dimittere iuberet. Ipsi autem iterum ad Dominum Fflorianum Episcopum Cracouiensem & ad suum officialem recursum habuerunt, ut contra ipsum per modum inquisitionis procederet, quod Dominus Episcopus recusauit, dicens ipse de suo foro non esse, nec infamatum de re super qua deberet fieri inquisicio, propter quod Domina Regina ipsum a captiuitate relaxare iussit ad examen Archi-Episcopi Gneznenfis cum suis delatoribus dimittendum remittendo. Sicque anxietatum suspitionis suos emulos prementibus ipse cum honore dimittitur & honorifice per Nobiles & proceres Regni, qui pro tunc Cracouie in festo sancti Stanislai in autumno conuenerant, presentatur, ibique nouem diebus iocunde peractis ad Curiam Domini Archi-Episcopi predicti in Vncow remeauit. A quo citacionem recipiens omnes in genere & in specie ipsum super delacione huiusmodi falsa accusare volentes per edictum in nonnullis Ecclesiis publice citare procurauit. Sed licet veniente termino Nicolaus de Curnik adinuentor mendacii predicti Zneynam veniens comparuisset, petens nomine Domine Regine prefate contra ipsum per inquisitionem procedi, tamen dicto Archi-Diacono replicante, quod contra ipsum inquisicio fieri non deberet, ex eo quod super huiusmodi re non fuisset infamatus super qua fieri deberet inquisicio, & si qua infamia esset de ipso, illam a predicto Nicolao suo inimico ortam fuisse asserere, offerens se cum eodem Nicolao velle inscribere ad penam talionis, si accusacioni ipsius insistere vellet, qui tamen recusauit. Idcirco Dominus Archi-Episcopus equitate Archi-Diaconi pensata ipsum ad instantiam tam Domine Regine quam eiusdem Nicolai absoluit & aliorum quorumcunque superne predicta deferencium. Archi-Diaconus vero predictus volens innocentiam suam lucidius declarare cum debita instantia petiit, ut se Canonicis purgare posset. Ad quam purgacionem etiam contra voluntatem Archi-Episcopi faciendam per trine Citacionis edictum omnes impugnare eandem volentes fecit euocare, & in tercio termino metexta manu prelatorum Ecclesiasticorum de termino sibi imposito se canonicè purgauit, videlicet per venerabiles viros A b c d e. Super qua purgacione canonica memorati litteras Domini Archi-Episcopi per Jarandum Notarium publicum Curie sue cum narratione facti totius sigillo suo communiteis eum recepisset versus Curiam Romanam ire proponens & delatoribus suis causam iniuriarum mouere intendens, ipsi videlicet Nicolaus de Curnik, Zauissa & Janussius delatores memorati hoc comperto Dominam Reginam prefatam suis & suorum complicum instantiis & prauis suggestionibus in tantum seduxerunt, ipsam stabilem & firmam ad malum Archidiaconi predicti erigentes. Quod prefata Domina Regina etiam omnibus proceribus Regni Polonie reclamantibus eundem Archidiaconum de regno bannire fecit, ipsum tam bonis paternis quam Ecclesiasticis spoliare iubendo. Hoc enim ad hunc finem delatores prefati fieri procurarunt, ut molestus a redditibus a prosecutione in Curia Romana mouenda cessaret. Sed voluntas Domine Regine & delatorum eo iussa non fuerunt adimpleta. Nam Archi-

diaconus predictus de DEI protectione & sua iusticia totaliter confidens & ipsius Regine metum minime formidans de regno nullatenus exire voluit, sed motus quorundam procerum consiliis ut ipsius Regine furiam facilius per ipsos placare posset, versus Wratislaviam se transfudit, ubi aliquandiu commoratus versus Pragam iuit & de Praga venit Lubus ubi ipsum Reuerendus pater Dominus Petrus Episcopus Lubucensis caritativè suscepit & affectuose per sex septimanas & ultra pertractavit. Post hoc ad propria rediit & vsque ad mortem eiusdem Regine in beneficiis suis DEO seruiens permanfit, ipsius Regine indignationem minime aduertens sententiis excommunicationis ipsam involuendo. Ipse vero fingens se Collectorem sedis Apostolice Episcopum viceuersa excommunicatum nunciari mandabat, & interdictum propter quasdam rapinas in Ciuitate Cracouiensi prolatum violauit. Nicolaus de Curnik vero predictus preposituram sancte Marie in ciuitate Cracouiensi pro tunc habens fuit deputatus Collector per Dominum Florianum Episcopum Cracouiensem ad colligendam quandam procuracionem bienalem per Dominum Gregorium papam vndecimum pro necessitatibus suis supportandam impositam. Qua procuracione in diocesi Cracouiensi recollecta ipsam consumpsit & in vsus suos conuertit in parte maiori & minima cuius summa ad decem milia florenorum se extendit ut creditur. Et cum rationem Episcopò facere debuisset, quittance Clero per Episcopum factas negauit, propter quod inter ipsum & Episcopum lis & contencio non modice fuerunt exorte, ita quod Episcopus ipsum captiuare querebat, cuius indignacionem metuens Poloniam aufugit, ibique aliquo tempore permanfit. Et quamuis ad Romanam Curiam ad prosequendas Appellaciones suas processerat, tamen audita morte piissimi patris Domini Iohannis Episcopi Poznanienfis, Poznaniam processit ibique Troyano preposito & quibusdam aliis Canonis minime requisitis administratorem sibi ad placitum ordinauit, volens absque aliorum velle in Episcopum eligi etiam per duas aut tres voces, aliorum eleccionem minime aduertendo. Et cum in Crassino sepulture defuncti Episcopi Sede vacante ad eleccionem processissent, cernentes quidam qui occulte partem suam tenebant, ut puta Andreas de Choynicza Archidiaconus & Damianus de Lancz molendinator Cancellarius Poznanienfis, quod maior pars Troyanum in Episcopum eligere cupiebat, finxerunt se dolo venenoso intermixto etiam fouere partem Troyani prepositi mitissimi viri in tantum quod Andreas Archidiaconus cum P. Archidiacono Gneznenfi fuisset tamquam senior de Capitulo quem vellet eligere requisitus, respondit prepositum eligere velle, cui Archidiaconus Gneznenfis dixit; si tibi hoc fit cordi certifies me, & ne me decipias, quia & ego prepositum eligere propono. Ille autem cum iuramento promittebat, quod in eligendo preposito ipsum decipere noller, dicens, quod ex quo tu ipsum eligere proponis & ego ipsum tibi eligere promitto & manum meam fidei tibi trado. Post sermonem vero Cancellarius prefatus assurgens inter medios fratres deceptiue ipsos allocutus est, dicens: Reuerendissimi Domini: Ecce videmus Reuerendum virum inter nos Dominum Troyanum prepositum nostrum, supplicemus sibi ut onus pastorale vacantis Ecclesie nostre suscipere dignaretur. Et cum omnes fere subito assensissent, Nicolaus de Curnik reclamauit quamvis indignatus existendo, asserens hoc voluntatis sue non esse. Sicque Archidiaconum Gneznensem qui eum ceteris sequacibus prius prepositum eligere proponebat peccit procedi per formam compromissi, elegit Archidiaconum & Cancellarium predictos estimans in eis fidem quam fecerunt inuenire, nec non Iohannem Custodem Poznaniensem, Kelzonem Scolasticum Gneznensem. Nicolaus vero de Curnik iuxta quinque predictis fratrem suum Albertum de Bandlew Archidiaconum Cirnensem & Michaellem de Messcowo Canonicos Poznanienfes. Sicque septem descenderunt ad Dominum Iohannem Custodem Poznaniensem pro tunc in pedibus infirmantem, qui & ipse prepositi partem tenebat. Idemque prepositus tamquam vir prudens & litteratus & consciencie bone vna cum Archidiacono & Scolastico Gneznenfi nominauerunt Troyanum prepositum. Andreas vero Archidiaconus & Damianus Cancellarius DEI timore & rubore postpositis adheferunt Alberto & Michaeli predictis qui partem Nicolai de Curnik fouebant, & nominarunt Nicolaum de Curnik in Episcopum & Pastorem, sicque tali captiositate & dolo vir sceleratissimus & omni immundicia plenus, qui nullis pollebat virtutibus, sed sola sciencia eminebat, quam semper ad peius conuertere solebat de vero falsum & de falso verum faciendo pro viribus laborabat, in Episcopum Poznaniensem permissione diuina potius quam eleccione canonica fuit assumptus, completumque tunc fuit dictum beati Gregorii dicentis super illud Osee: Fecerunt sibi Regem & non per me principem

Nicolaus de
Kurnick eligi-
tur Episcopus
Poznanienfis:

& non cognoui, vbi dicit: Ex se namque & non ex arbitrio summi Rectoris regnant, qui nequaquam diuinitus vocati sed sua cupidine accensi culmen regiminis rapuerunt potius quam assecuntur, quos tamen internus iudex & prouehit & cognoscit, quia quos permittendo tollerat profecto per iudicium reprobacionis ignorat. Hic licet apud Regem Loduicum Polonie & Vngarie impedimenta & reclamatoria Archiepiscopi Gneznenfis & Episcopi Poznanienfis habuisset, nichilominus tamen in promocione profecit, de cuius promocione papa Gregorius vndecimus imposterum asseritur nimium doluisse. Nam veniens de Curia ad propria semper litibus & discordiis vsque ad mortem cum Iohanne Archiepiscopo Gneznenfi & Floriano Episcopo Cracouiensi insudabat, Semouitum ducem Mazouie & filios eius contra Archiepiscopum & Ecclesiam Gneznensem ac Dobeslaum Plocensem & suam Ecclesiam excitabat, consilia prebeas contra libertates Ecclesie quas tam apud Regem quam apud principes Polonie infringere pro viribus anhelabat & primus bona Ecclesie Poznanienfis vna cum Zauissia Episcopo Cracouiensi predicto tributis annuis subdiderunt, litteras eorum concedendo & a priuilegiis & libertatibus olim per pyos principes concessis penitus recedentes. Dissensiones quoque inter Nobiles Polonie & populares plurimas faciebat, ex quibus Ecclesie Poznanienfis bona incendiis dampna infinita sustinuerunt, que multis futuris temporibus ad statum pristinum minime potuerunt restaurari. Et quid plura de viciis eiusdem & factis nephariis nimium esset narrare, vt puta quod in nullo vicio defuerunt. Et sicut duobus membris illicita inuerecunde perpetrabat, ita in eisdem fuit vsque ad mortem miserabiliter vlcione diuina punitus vt infra patebit. Nam partim tactus fornicatorum & precipue defloraciones virginum non vitabat, ideo morbo canceri fuit tactus, & quia pronus & loquax in proleccione illicitorum extitit, idcirco in lingua in gutture vlcerações fuit passus in tantum prout dicitur, quod ante mortem suam vix loqui aut potum deglutire potuit, & os claudere poterat & post mortem aperto ore permanfit, tam diu languit vt ideo melius penitere poterat, latus quoque eius dextrum per scissuras penitus dicitur fuisse ruptum, & sic XVIII. die mensis Martii de hoc seculo migravit. Iste Episcopus impudicus potius quam Reuerendus Curiam sollempnem in Czassini & in situ optimo situatam per suos predecessores fundatam & constructam vineis & pomeriis & aquarum decursibus sollempniter decoratam in alium locum fetidum pene contra hominum omnium consilium transferre ceperat, in qua prout DEO placuit, vitam finiuit, domum tamen in Glowno muro in parte reparauit, quam suus predecessor ceperat reformare, Ecclesiam quoque Poznaniensem que suo tempore corruit reedificare & ciuitatem suam Slupzam murare inchoauit. Episcopalia autem bona que multum informata & ditata repperit e contra totaliter depauperata reliquit. Zauissius quoque postquam Ianussius Suchiwick Decanus Ecclesie Cracouiensis & Cancellarius Regni Polonie in Archiepiscopum Gneznensem fuisset promotus, Cancellariam Cracouiensem patris & amicorum iuamine mediante assecutus, in tantam presumptionem fuit electus, quod Curiam Domine Regine senioris, assidue sequens neminem negocia sua nisi per Episcopum expedire permittebat penes eandem. Quem, vt dicitur, ipsa sepiissime arguebat de factis instabilibus, que in Curia eadem exercebat. Quem licet eadem Regina de Curia sua euadere cupiebat, tamen quia quasdam litteras per filium suum Dominum Loduicum Regem Vngarie & Polonie Regnicolis Polonie datas re habere affectabat, idcirco ipsum tolerauit, etiam ad maiorem gradum promouere promittens ad finem ut ipsius patris & amicorum suorum consilio & assensu easdem litteras facilius infringere posset. Dederat namque Rex prefatus tempore Kazimiri Regis premortui litteras Regnicolis Polonie super libertatibus diuersis ita quod nullas talias exaciones seu tributa ab hominibus Ecclesiasticis seu Nobilibus aliquialiter exigeret seu imponere posset, & presertim cautum fuit litteris in eisdem, quod Regnicole Regni tantum Loduico Regi prefato & filio suo si ipsum haberet fuerunt obligati, & quia filio caruit & filias procreauerat, idcirco laborabat litteras priores infringere & contractum nouum super omaggio filie primogenite a Regnicolis prestando & tributo exigendo exhibendo. Et vt premissa ad finem deduceret iuxta votum prefato Zauissio cum patre & suis proprinquis instante prefatus Dominus Rex cum sua genitrice super primo Episcopatum quem vaccare in Polonia contingeret, sibi donando litteras eorum appensis sigillis communitas concessit. Aliis vero proceribus Regni pecunias iuxta magnificenciam Regiam fuit elargitus. Tempore enim istius Domini Regis mos iste pessimus & iuri Canonico contrarius inoleuit quod Clericus ambicio-

ſus non ſolum ſuper beneficiis Eccleſiaſticis vaccaturis ad preſentacionem Domini Regis ſpectantibus ſed etiam ſuper Epiſcopatibus recipiebant minus diſcretè. Et hoc modo Layci Nobiles ſuper dignitatibus temporalibus ſimiliter litteras impetrabant propter quod iurgia & diſplicencie tam in Clero quam inter nobiles ſepius inſurgebant, factumque eſt, quod proceres Regni ſanguine, pecunia & promiſſionibus diuerſis attrahiti ad confraccionem priorum litterarum conſenſerunt. Tributa duorum groſſorum bona quoque predialia de quolibet manſo ſubmittentes, ac primogenite Regine omagium facientes, ſolo Clero totius prouincie reclamante & penitus conſentire nolente. Poſt mortem itaque filie primogenite Domini Loduici Regis, iterum Dominus Rex conuocatione in Coſzicze facta & habita peccit a proceribus Regni Polonie filie ſue ſecundo nate homagium preſtari ipſamque in Reginam Polonie aſſummi. Sed cum maiores natu de magna Polonia vna cum Ianuſſio Archiepiſcopo Gneznenſi id facere noluiffent, Cracouitis precipue Ianuſſii patre Palatino & ſuis conſanguineis conſenſientibus Dominus Rex fecit portas ciuitatis claudi. Quod Poloni cernentes ſe in anguſto poſitos homagium fidelitatis preſtiterunt, ipſius Regis filiam in Reginam ſuam aſſumentes. Hys itaque Domini Regis voluntatibus adimpletis & Eſſoriano Epiſcopo Cracouienſi de quo premiſſum eſt viam vniuerſe carnis ingreſſo feliciter, Domino Rege & genitrice ſua volentibus & ordinantibus Zauiffa preſarus per Capitulum Cracouienſe per formam Compromiſſi circa Dominicam Letare in Epiſcopum fuit electus Cracouienſem & in feſto paſche per Dominum Iohannem Archiepiſcopum Gneznenſem in Kalis fuit conſecratus. Qui Cracouiam veniens in ſolempnitate prime miſſe expenſas maximas pompaticè ſecit & poſthoc lubricitatis morem libidinofe ab olim conceptam impudicè ſectando in tantum habenas laxauerat quod fornicatorum opus in Epiſcopis deteſtabile abſque pudore minus caute exercebat, veſtimentorum quoque & equorum pro ſuo tantum corpore & ſella modum exceſſiui gerebat. Nam dicitur, ipſum vltra LXX. equos & totidem veſtimentorum mutatoria habuiſſe curruumque diuerſi apparatus & equorum inconfuetum numerum habuiſſe quadrigas trahencium habere ſolebat, mortuaque Regina ſeniore patri ſuo Dobeslao Palatino Cracouienſi Caſtellaniam Cracouienſem per mortem Iaſchkonis Caſtellani Cracouienſis vaccantem a Domino Rege impetrauit, & ſe ad gubernandum Regnum Polonie vice Domini Regis ab eodem deputari procurauit ſe vicarium Regni ſcribere preſumendo. Cuius ineptam demenciam & facta ſcleratiſſima Omnipotens diuinus nolens tollerare, ipſum poſt feſtum paſchatis anno poſt electionem ſuam vix reuoluto graui infirmitate percuffit. Fertur namque in quadam villa Eccleſie ſue percipiens cuiusdam pauperis filiam ſpecie decoratam ipſam concupiuit, ſed cum pauper pater eius & honeſtus nephario operi diſſentiret & recepcionem filie metuens aceruum frugum cum filia clam aſcendens, Epiſcopus in nocte illuc veniens ſcala appoſita aceruum aſcendit, quem ruſticus ibi latitans cum filia eum cum ſcala deiecit, ex qua collifione infirmitatem dicitur incurriſſe. Nec a modo vsque ad diem obitus ſui poterat curari, obiitque anno & die ſuperius prenotatis. Cuius exequie ſepulture non Epiſcopali non Ducali non Regali nec Imperiali more ſed exceſſiue fuerant per fratrem ſuum Crzeſſlaum Caſtellanum Sandzenſem in apparatu Curruum & equorum conſuetudine Laycali & detractiuo ordini Clericali fuerant celebrare, contigique prima nocte poſt ſepulturam ipſius quoddam memorabile, quod ſanctuarii, qui in armario Eccleſie theſaurum ipſius Eccleſie cuſtodientes vigilabant, audierunt ſtrepitum equorum per pauimentum Eccleſie huc & illuc diſcurrencium & voce dicencium alter ad alterum: Poyedzum na ops, id eſt veniamus ad onifandum. Et quibus ſonitu & ſtrepitu vocum & equorum in tantum fuerant territi preſati ſanctuarii, quod nec clamare nec loqui potuerunt & deinceps graui infirmitate quali attoniti remanſerunt nec vsque ad preſens de vira ipſorum ſpes habetur.

De Morte Nicolai Epiſcopi Poznanienſis.

Anno itaque eodem menſis Marci die XVIII. Nicolaus dictus Curnik Epiſcopus Poznanienſis ſatis graui infirmitate & longo tempore cruciatus diem clauſit extremum. Paciebatur enim ante duos annos mortis ſue & citra morbum cancri in genitalibus & virga, ob hoc tamen contubernium virginum non virabat & prohibiciones medicorum non aduertebat, donec febris quartana ſuperueniens ipſum quaſſare cepit nec a quaſſacione ceſſauit. Accidit enim quodam tempore ſexta die ante penultimam menſis Iulii preſato Domino Epiſcopo pro tunc in Glownya exiſtente cum iam bene potatus fuiſſet fortiter bibendo, Archidiaconus Gneznenſis ad eum veniens per ipſum fuiſſet

Zauiffus Epiſcopus Cracov. Polonus eo conuincit, vt Regis Filiam, REGINAM vocarent :

set susceptus eidem Nicolaus Strosberg prepositus Gneznenfis assedisset, ipse Episcopus inter prolationes ceteras, quas frequenter, prout sue consuetudinis fuerat, iactanter protulit dicens: Ecce Domine Preposite nos qui fuimus vltimi viuente Kazimiro Rege Polonie in Curia eiusdem nutriti, sumus primi & magni. Nam Dominus Zauissius quem Dominus Rex pro nichilo reputabat iam magnus Episcopus Ecclesie Cracouiensis est effectus, de quo nulli debet regraciari nisi DEO & michi, & Ego Episcopus Poznanienfis tu vero prepositus magne Ecclesie Gneznenfis similiter sumus effecti, & vnde hoc? Hec mutatio dextere Excelli. Conuersus Archidiaconus Gneznenfis ad quosdam dixit: Non est mutatio dextre Excelli sed diaboli. Contigit autem mirabile, quod illa nocte febris Episcopum quassauit, & vt premissum est inuasit. Et Nicolaus Strosberg statim post hoc eundo versus Byser in curru appenso collisus stapulam sinistram dislocauit & eadem via fuit captus & in carceribus satis diu trucidatus. Ille autem Episcopus fuit multum litigiosus, garrulus & magnus potator, crudelis & impius & libidinosus lubricitatis sectator, litiumque & discordiarum seminator, ita quod in quocunque loco manebat semper lites & discordias non tantum solus faciebat, sed etiam inter alios iurgia & dissensiones seminando excitabat; Dicebat enim nunquam se esse quieto animo quando operam litibus non dabat, quibus vsque ad finem vite sue pro viribus insistebat, letum animum ex hoc faciendo. Sepultus est autem in Ecclesia Poznanienfis die XXI. mensis predicti. Quo mortuo & sepulto Canonici Ecclesie Poznanienfis per viam compromissi ad electionem futuri Pontificis conuenientes, elegerunt venerabilem virum Dominum Nicolaum Scolaſticum Ecclesie Poznanienfis XXIX. die mensis eiusdem. Cuius electionem Reuerendus pater Dominus Johannes Archiepiscopus Gneznenfis secunda die mensis Aprilis in Zneya iam in lecto egritudinis constitutus feria quarta proxima ante festum pasche confirmavit administrationem sibi temporalium & spiritalium committendo Episcopatus predicti. Qui possessionem Episcopatus adeptus ad petendum a Domino nostro Papa sacram versus Curiam Romanam processit.

De Morte Johannis Archi- Episcopi Gneznenfis.

Iste Johannes venerabilis pater prius vocabatur Janussius Suchiwilk de domo Grzymalitarum natione Sandomiriensis de quo superius premissum est, primo fuit ex prouisione Jaroslai Archi- Episcopi Gneznenfis prepositus Gneznenfis, post hoc vacante Decanatu Cracouiensi per mortem Domini Sbischkonis Cancellarii etiam Cracouiensis Curie Regalis quamuis Dominus Bodzantha Episcopus Cracouiensis Ottoni Lissonecz de dicto Decanatu prouidisset, tamen dictus Otto arratus per Regem Kazimirum Polonie pro prepositura Gneznenſi cum Janussio Suchiwilk predicto commutauit. Sic Janussius Suchiwilk Decanus & Cancellarius Cracouiensis effectus & de supremo consilio ipsius Regis existens, qui etiam pro sapienciori inter proceres Polonie tunc habebatur, & Regem Kazimirum predictum suis consiliis regere videbatur, sed promotus in Archi- Episcopum nulla discrecionis prudencia utebatur. Nam irasci non desinebat, stabilitatis quoque constantiam penitus abiiciens, instabilitatem vagabundam pudore abiecto in dictis & factis sectabatur. Sepissime etenim conuocato Capitulo quod cum fratribus suis mutuo consilio tractatu & diligenter diffinendo stabiliuit se firmum pro Ecclesia sue iurium defensione ac aliorum negotiorum diuersorum seruandorum promittendo, mox suis fratribus ab ipso de suo Capitulo recedentibus & aliquo Laicorum sibi de contrario susurrante statim mutabatur, quedam in lesionem Ecclesie reuocando, a qua instabilitate frequenter licet per aliquos de suo Capitulo fuisset caritativa monicione correptus, diceretque se penitere de commisso & amplius facere nolle, hoc tamen minime impleuit, & tandem sciciens destitui viribus & carnalitatis ductus amore nepotibus suis & propinquis fere omnes prouentus Ecclesie sue conuertebat etiam in morte & post cupiens, vt bona per ipsum derelicta retinerent, amotis, omnibus Caſtrorum Ecclesie prefectibus & procuratoribus ipsa eisdem Nepotibus suis gubernanda commisit, nullam sui in bono memoriam relinquendo, preter quod Ecclesiam Gneznenſem cooperuit & testitudinem fecit in corpore Ecclesie ipsius & extremitatem vnam, & nonaginta sexagenas ad perficiendum tecturam & testitudinem, quas imperfecte relinquerat Ecclesie predictae dimisit. Cruatum etiam vnum sollempnem pro Ecclesia ipsa Gneznenſi comparauit, Clerum valde exosum habuit & Laycis semper in quibus poterat complacere studebat, presbiteros frequenter incarcerabat, ribaldos & nequam appellando. Obiit autem eodem anno Sabbato in vigilia pasche post crepuscu-

Joannes Suchiwilk Archi- Episc. Gneznenſis moritur anno 1382. 5. April.

crepusculum V. die mensis Aprilis Zneyne in Curia Archi-Episcopali, cuius thesaurum & alia omnia derelicta ac Curie supellectilem totalem Nepotes sui totaliter sustulerunt, nichil penitus relinquentes. Sepultus est autem Gnezne feria quarta post hoc proxima in Choro maioris Ecclesie sub lapide in Flandria per ipsum ad pompam preciose comparato. Cuius anima si DEO placet requiescat in pace. Hic autem in vita sua Clerum Ecclesie & Dioecesis sue diuerlis affligebat pressuris tallias & rapinas enormes sustinendo in nullo desentabat, Ecclesiamque suam Gneznensem in graui tribulatione reliquit. Nam in crastino pasche Semouius Semouiti filius Dux Mazouie cuius pater Semouitus sepius cum dicto Archi-Episcopo discordabat audita morte Domini Archi-Episcopi predicti Castrum Lowicz feria tertia proxima pasche circumualauit, ad quem Capitulum Gneznense venerabilem patrem Dominum Andream Episcopum Ceretensem Suffraganeum ad requirendum ex qua causa dictum Castrum impugnaret & cum petendum ut ab eo recederet, destinauit, per quem respondit, se propter duo Castrum obsedissee predictum, asserens se vacante sede vsque ad futuri pontificis electionem ad tenendum dictum Castrum Lowicz & quod Dzirczo Castellanus Gneznensis quem suum nuncium dicebat Castrum predictum gubernaret, quod Castrum si quispiam ex Capitulo tenuisset ipsum impugnare uoluisset, & tandem electione de venerabili, viro Domino Dobrogostio Decretorum Doctore Decano Cracouiensi & Cantore Gneznensi XVI. die mensis Aprilis in Ecclesia Gneznensi per Capitulum canonice facta venerabiles viros Dominos Bronislaum Cancellarium Gneznensem & Baguslaum Scolasticum Lanciciensem & Canonicum Gneznensem ac strenuos milites Sanduogium de Kazimierz & Johannem de Czarukow iudicem Poznaniensem Castellatum Naklensem & Gzeponem de Grodzisko ad prefatum ducem in obsidione Castri morantem iterum Capitulum Gneznense cum electo predicto destinarunt, quibus prefatus Dux obtemperatus sub certis tamen paccionibus dampnis plurimis in districtu Louicensi enormiter illatis a Castro recessit, sic tamen quod dictum Castrum per aliquem Canonicum regeretur, quod etiam ex commissione Capituli Baguslaus Scholasticus predictus ad gubernandum recepit, Castellano Gneznensi ipsum Castrum resignante. Pro dampnis autem & remunerationibus Castrensisbus qui in obsidione remanserant & viriliter exercitui ducis resistebant, fere ducente marce grossorum sunt distribute, ex quibus duo fuerunt interfecti. Duci vero quidam suus dilectus seruator & Nobilis nomine Widzecz fortis viribus per Castrenses & plures alii similiter fuerant interfecti, de quo dux prefatus & totus exercitus plurimum dolebant. Prefati vero milites Iudex Poznanienfis & Castellanus Naklensis cum Petro de Zneyna Canonico Gneznensi Castro prefato rehabito ulterius versus Vngariam ad presentandum electionem Domini Dobrogostii & ad petendum consensum eiusdem ad Dominum Regem Polonie & Vngarie profecti fuerunt. Quos Dominus Rex ad presenciam suam usque ad tercium diem admittere reculauit. Quibus tandem ad presenciam sui admissis & eorum legacionibus auditis in electum consentire noluit, dicens se electionem ipsius potius impedire quam promouere, misitque statim litteras per diuersos Dominos terrarum, petens quosdam & quibusdam precipiens, ut electos Gneznensem & Poznaniensem predictos cum ad eorum terras descenderent, detinere & arrestare deberent. Et quamuis huius Domini Regis contraria voluntas & eisdem electis valde nociua ipsis Wratyslaue existentibus fuisset intimata, ipsi tamen de DEI misericordia & suorum amicorum potencia plurimum confidentes versus Romanam urbem iter ceperunt. Sed postquam Ternisium peruenissent ibi electus Poznanienfis per potestatem ciuitatis predictae fuit arrestatus & electus Poznanienfis & alii in Comitatu eorum existentibus abire volentibus libere dimissis, & hoc ideo quia Wladislaus Dux Oppolie Welinie & Cuyauie, qui pro filio Boleslai Ducis Oppolie fratris sui preposito sancti Martini de Spisset iuueniculo in studio Bononiensi constituto litteras Domini Regis atque suas ad Dominum papam, ut sibi de Ecclesia Poznanienfis prouideret, destinauerat, Dominum Regem predictum asseruit, se peciisse ut electus Poznanienfis libere versus Romanam curiam absque arresta proficisci deberet, ne dicto Domino Duci amici ipsius electi ascriberent, ipsum huiusmodi arrestacionem ordinasse vsque ad finem ut ipso in arresta existente filium fratris sui facilius in Episcopum Dominus papa promoueret. Et proch dolor pactis populi & Cleri totius prouincie Gneznensis, ut verius estimatur, exigentibus extitit fere factum. Nam electo Gneznensi Taruisie in arrestacione manente & electo Poznanienfi nondum ad Curiam Romanam perueniente, Dominus papa ad preces eorum videlicet Regis & Ducis predictorum Bodzaute procuratori Regis in Cracouiensi & Sandomi-

rienſi terris de Archi-Epiſcopatu Gneznenſi & filio Boleslai Ducis predicti de Epiſcopatu Poznanienſi predicto nona die menſis Junii in diſſenſum gentis Polonice & in malum ſtatum ac deſolacionem Regni, niſi DEUS aliter ordinaret, feſtine prouidit. Ex qua Cleri pſouione mala que impoſterum euenire formidantur, per poſteros ſcribi poterit ſi placebit. Aliud quoque quod eciam ſub ſilencio pretermitti non debet. Ipſo Archi-Epiſcopo moriente ipſo forte ſic volente & diſponente Eccleſie multum dampnoſum accidit, quia Petrus Caſtrum Vncow & Nicolaus frater eius Caſtrum Oppatow Czechoni fratris Archi-Epiſcopi premortui, quibus Archi-Epiſcopus patruus eorum Caſtra predicta ante mortem ſuam ſine Capituli ſcitu ad tenendum dederat, ipſa caſtra quamuis poſt mortem ipſius Archi-Epiſcopi fide preſtita promiſerant, reddere reuſarunt, multa dampna & iniurias inferentes pauperibus Eccleſie in diſtrictibus eorundem caſtrorum conſiſtentibus, propter quam occupacionem & inuaſionem Johannes Archi-Diaconus & Bronislaus Cancellarius adminiſtratores in ſpiritualibus & temporalibus Archi-Epiſcopatus predicti ipſos excommunicatos publice vigore ſtatutorum prouincialium denunciari ſecerunt, Eccleſiaſtica interdictione in locis occupatis ſeruari mandantes, preſatumque Dominum Bronislaum Cancellarium & Johannem de Trlang Archi-Diaconum Cruiſchuiceniſem ad Dominum Regem verſus Vngariam cum querelis contra occupatores preſatos ad excuſandum ipſum electum ipſorum ac ſciſſos a quibusdam accuſacionibus, in quibus per quosdam ipſorum emulos ipſi Domino Regi fuerant falſe delati, Capitulum Gneznenſe deſtinauit. Relatum namque fuit coram Domino Rege & dictis aſſertiuè firmatum, quod Dobrogostius ad hoc vt eligeretur Semouitus Dux Mazouie a Caſtro dicebant eum receſſiſſe gaudio repletum & hoc ideo quia moriente Rege, ipſe vt Archi-Epiſcopus ducem eundem in Regem Polonie coronare deberet, ſuaſumque fuit Domino Regi vt preſatum electum videlicet Dobrogostium ne Romam veniret impedimentis in via aſſiceret. Sicque fecit eum in Taruiſio detinere iubendo, nil tamen de rebus ſuis ſiue comitiue ſue ſibi fecit auferre, qui tandem poſt aliquot ſeptimanas captiuitatem ſeu arreſtam euadens ad feſtum aſſumpcionis Beate Marie Virginis Lowicz Caſtrum intrauit, eſtimans quod Capitulum ipſum in Caſtro iuxta prouiſum manere permetteret. Sed cum coactus fuiſſet de Caſtro exire & Capitulum nec alique perſone de Capitulo ad ipſum venire voluiſſent, venit tandem Gneznam & pcecit a Capitulo, vt ſibi pro conſeruacione Caſtrum Lowicz ſeu Camen fuiſſet aſſignatum. Sed obtinere nequiuir, quia rem impoſſibilem aſſectabat. Nota itaque quod a prima die menſis Decembris proxime precedentis vsque ad quintam diem menſis Aprilis quatuor Sedes Epiſcopales per mortem pontificum vacauerunt videlicet Gneznenſis, Poznanienſis, Cracouiſis & Plocenſis, & Wratiſlauenſis iam in ſeptimum annum vacauit, &c.

De Strage Ducum Lithwanorum inter ſe facta.

Anno itaque eodem videlicet MCCCCLXXXII Jagello filius olim Holgerdi, maior princeps Lithwanorum qui ante annum & citra per Keyſtutum patruum ſuum cum matre fuerat captiuatus & in quodam Caſtro albe Ruſſie Poloczko dicto vinculis mancipatus circa feſtum Pentecoſtes captiuitatem euadens cepit Caſtrum cum fauore procerum Lithwanie Wilno dictum & mox Caſtro eodem capto miſit ad Wiudricum magiſtrum ordinis Theutunicorum de Pruſſia, aſſectans ſubſidium contra patruum ſuum preberi. Qui magiſter ſtatim miſſo exercitu cum preſato principe Lithwanorum obſedit Caſtrum principale Troky dictum, in quo preſati Keyſtutaniſ totus theſaurus & omnis glorie eius apparatus reconditus ſeruabatur. Hunc itaque abſque leſione gentis ſue, Caſtrenſibus timore ductis ipſum eiſdem preſentantibus ceperunt, omni theſauro ſupellectili ſublatis Caſtrum predictum cremauerunt. Quibus recedentibus Keyſtud preſatus congregato exercitu circumuallauit valuam Caſtri expugnare proponens, quod cum Skerdenko frater Jagelkoniſ magni principis preſati cum ſuo exercitu licet paruo exercitui Keyſtutoniſi appropinquafſet & Keyſtud vexillum ſuum erectum vididiſſet, mox fugere cepit. Cuius exercitum Skerdenko fugientem inſecutus tantam multitudinem ex ipſis proſtrauit, quod nunquam tanta ſtrages in populo Lithwanico dicitur fuiſſe commiſſa. Kyerſtud ſic ad quoddam fortalicium confugit, quem ex eodem magnus dux princeps memoratus expugnauit, & in vincula cum filio iecit, qui poſt modicum tempus ſeiſpſum in preſatis vinculis dicitur iugulaſſe. Sicque gloria ipſius & ſtrenuitas in Chriſtianos ſeuens crudeliſſime propter ambicionem in nichilum eſt redacta. Et gloria tota domus eius & filiorum eius cecidit in ſauillam, duobus filiis

Bellum Lithuanie Ducum interſtinum

duntaxat exceptis, qui de captiuitate fugientes ad duces Mazouie peruenerunt, quorum vnus Witalodus nomine sacrum baptisma recipiens Cunradus est vocatus, cui Duces Mazouie videlicet Ianussius, qui sororem eiusdem germanam in vxorem habuit & Semouitus frater Germanus ipsius quoddam fortalicium cum aliquot villis in possessionem sunt largiti: Duces vero Mazouie predicti cognoscentes intestina bella Lithwanorum intrauerunt terram Ruffie & ceperunt Drogyezin Castrum & Melnyck & magna preda ibidem facta & circa Brzescze recepta feliciter ad propria redierunt &c.

De prouisione Ecclesie Wratislaniensis.

Eodem quoque anno die mensis - - Dominus papa Urbanus VI. Nobili viro Wladislao fratri Ducis Legnicensis Episcopo Lubucensi de Episcopatu Wratislauenſi qui iam septem annis vaccauerat ad postulationem seu supplicationem Capituli Wratislauenſis concordem gracioſe prouidit, ipsum de Lubucensi Ecclesia ad Ecclesiam Wratislauenſem transferendo, propter quod Wenceslaus Rex Bohemie indignatus, quia ipſo inuito & contradicente fuerat sibi de dicto Episcopatu prouisum, ipsum admittere noluit, sibi ciuitates & Castra ne assignarentur eidem prohibendo. Et licet aliqui Canonici de Capitulo Wratislauenſi Regi predicto adhesissent & ab ipsa prouisione appellassent Regi adherentes, tamen maior pars Capituli & senior tam prohibitiones Regias quem appellationes confratrum suorum friuolas minime aduertentes Episcopo suo prefato ciuitates & Castra Episcopalia presentarunt, durauitque displicencia huiusmodi inter Regem & Episcopum prefatos per aliquod tempus, donec cum dampno Ecclesie Wratislauenſis fuit sedata. Concesserat enim Capitulum Wratislauenſe Karolo Imperatori Romanorum quinque milia marcarum patri dicti Wenceslai, de quibus ipsum Regem Episcopus antedictus solutum dimisit, omnia dampna alias Ecclesie per ipsum Regem illata eidem dimittendo, & adhuc certas summas pecuniarum in paratis ipsi Regi assignando. Translato itaque Episcopo Dominus Apostolicus cuidam Canonico Lubucensi de Episcopatu eodem Lubucensi prouidit & de Decanatu Wratislauenſi germano Ducis Legnicensis & Episcopi Wratislauenſis predictorum prouidit &c.

VVenceslaus
Dux Sileſiae
Legnicensis eligitur Episcopus VVratislauenſis:

De Morte Loduici Vngarie & Polonie Regis.

Post modicam igitur reuolucionem huius anni Loduicus Polonie & Vngarie Rex omnes Capitaneos Regni Polonie ad sui presenciam euocauit, ipsis terminum in Zolyn Curia sue venacionis prefigendo. Qui cum ad sui presenciam venissent, iussit eisdem vt Sigismundo genero suo omagium fidelitatis prestarent, quod & fecerunt, ipsumque cum eisdem Capitaneis & Bodzautha Archiepiscopo Gneznenſi ad capiendum possessionem Ciuitatum & Castrorum & ad expugnandum Castrum Barthossii Odolanow destinauit. Qui Marchio puer XIII. annorum existens congregato exercitu Polonorum primo Kosmin Ciuitate & Castro expugnatis Castrum Odolanow statim post festum Marie obsedit, prius duobus fortaliciis videlicet Nabisszice & Cosminecz similiter expugnatis. Ipsis autem in obsidione Caſtri moram facientibus, Loduicus Rex prefatus die XIII. mensis Septembris feliciter in Domino obdormiuit, cuius morte idem Marchio & sui Consiliarii videlicet Archiepiscopus & Sandiuogius Cracouienſis & Domaratus Polonie Capitanei veraciter intellecta & antequam fuisset diuulgata fecerunt pactum cum Barthossio sepius nominato certos arbitros in partem vtramque eligentes, qui tam Castrum Odolanow quam villas eidem adiacentes taxare deberent ad certam pecunie summam dicto Barthossio persoluendam. Quanta autem dampna per exercitum & Barthossium sunt & fuerunt illata, estimari non possunt & presertim in bonis seu villis bonorum Ecclesiasticorum ac dampnorum finis non est inferendum, quamdiu Castrum predictum ad possessionem Regiam non redibat. Huius tamen Regis tempore nulla stabilitas, nulla iusticia in Regno Polonie habebatur. Nam per Capitaneos & Burgrauios ipsorum rapine continue in bonis pauperum fiebant, & cum aliqui bonis suis obligatis versus Vngariam iussent Regi querelas deponentes Rex ipsos cum litteris suis pro quibus magnas pecunias in Cancellaria dare cogeantur ad propria remittebat. Sed ipsas Capitanei minime aduertentes, ipsos vt in antea maioribus grauaminibus affligebant, depredacionesque mercatorum in stratis publicis & aliorum transeuncium & furta committebantur incessanter. Nec Capitanei rapinas seu furta cohibebant seu cohibere volebant, sed tantum propriis comodis & vtilitatibus inhiabant. Post mortem vero eiusdem Castra fortissima in Russia per Kazimirum felicis

Virtus SIGISMVNDI Iuuenis: Marchionis Brandenburgici:

Mors LVDOVICI M. REGIS Hungariae & Poloniae:

memorie olim Regem Polonie non sine magnis laboribus & expensis ac effusione sanguinis acquisita & ditioni sue subiecta prodicionaliter perdidierunt, videlicet Crzemiecz, Oleſſo, Przemisl, Grodlo, Lopatin, Snatin & alia pecuniis receptis Lubardo Lithwano duci de Kiczsko presentabant, propter quod Elizabeth Regina quandam militem Vngarum, Capitaneum Ruffie & multum earum viro suo premortuo captiuatum vinculauit. Quid autem de eo facere voluerit ſequens euentus declarabit &c.

De diffenſione Polonorum inter ſe facta.

Discordia inter
SIGISMVN-
DVM Marchi-
onem & Polo-
niac Proceres:

Postquam autem exercitus Polonorum a Caſtro Odolanow vna cum Marchione diuerſiſſet ad propria remeando, marchio prefatus a Ciuitatenſibus & Opidanis fidelitatis omagia ſibi fieri poſtulauit, cui quamuis Ciuitatum & opidanorum Conſules homagium preſtitiffent, Nobiles tamen maioris Polonie ipſo Marchione in Poznaniam exiſtente, homagium preſtare recuſarunt. Nam vnanimiter de Ciuitate exeuntes ad Eccleſiam Cathedralẽ, miſerunt ad prefatum Marchionem in Poznaniam, vt Domaratum Capitaneum Polonie a capitaneatu remoueret, quem propter diuerſas oppreſſiones & iniurias pauperum, quas faceret, nullatenus pro Capitaneo habere volebant. Ipſum vero Marchionem cum Maria coniuge eiusem dummodo inter ipſos manere vellet, pro Domino eorum & Rege minime habere recuſabant. Qui Marchio dum eorum voluntati condeſcendere noluiffet, ſed Domaratum in Capitaneatu Polonie conſeruare velle dixiſſet, ipſi Nobiles conſenſu mutuo ab ea diſceſſerunt.

De Receptione Bodzanthæ Archi-Epiſcopi Gneznenſis.

Frequitæ LV-
DOVICORE-
GI celebratæ:

Eodem quoque tempore videlicet in Caſtino ſancti Mathei Apoſtoli & Euangeliftæ Badzautha Archiepiſcopus veniens Gneznam fuit per Capitulum & Clerum Gneznenſem receptus, vbi duobus diebus moram faciens iuit verſus Zneynam. Sed Dominico die videlicet ipſo die ſancti Wenceslai Marchione prefato Gneznam veniente Dominus Bodzantha Archiepiſcopus preueniens ipſum cum Clero & plebe & vexillis reuerenter ſuſcepit & in Eccleſiam Gneznenſem introduxit, & tandem in caſtino exequiis Domino Loduigo Regi mortuo in eadem Eccleſia celebratis, prefatus marchio ſuper amocione Domarathi iterum negatiua data Polonis, ſequenti die verſus Cuyauiam Domino Archiepiſcopo, Domaratho & Sandiuogio de Subino Palatino Kalifiſenſi ipſum comitantibus proceſſit. Poloni namque iteratis vicibus ad ipſum nuncios in Brzeſcze proceres deſtinarunt, vt Domaratum a Capitaneatu remoueret. Qui cum facere recuſaſſet, minas de quibusdam de Conſilio apponendo, ipſi congregacione in Miloslauiæ & colloquio prehabitis ad primates Cracouitarum nuncios miſerunt, cum quibus conuencionem generalem omnium terrarum Regni Polonie in Radomske ſuper ſtatu comuni pertractando ipſo die ſanctæ Catharine proximo nunc ſequenti celebrare ſtatuerunt &c.

De Colloquio in Radomske habito.

Quæſtio de
Nouo Rege Po-
loniæ creando:

SIGISMVN-
DVM vero
Marchionem
recuſant:

Adueniente itaque die ſanctæ Catherine conuenit vniuerſa multitudo procerum & primatum Regni Polonie in Radomske opido terre Siradienſis, vbi mature de ſtatu ſuo & Polonie Regni ſalubriter pertractantes vnanimi voluntate conglobati & mutuo ſedere vniti fide preſtita, promiſerunt ſibi inuicem auxiliari, fidemque factam & omagium preſtitum duabus filiabus Marie & Heduiſi Loduici Regis premortui firmiter tenere & obſeruare, dummodo earum altera cum viro ſuo in Regno Polonie in Regem & Reginam coronati reſidenciam facerent perſonalem, ipſis & Regno Polonie provide preſidentes, iuxta literas & ordinacionem alias inter Dominum Loduigum Regem premortuum & Regnicolas Regni Polonie factas & firmatas, quorum tractatui & diffinicioni Dominus Bodzautha Archiepiſcopus & Domaratus Caſtellanus Poznanienſis & Capitaneus Polonie, qui & ipſi conuencioni pro tunc intererant, aſſentire noluerunt, aſſerentes marchioni prefato fidelitatis promiſſa feciſſe, cui eciam caſtra & ciuitates Domaratus predictus Regales ſe aſſinxit velle preſentare. Terrigene vero confederacionem mutuum quam facerent, literis & ſigillis eorum roborarunt, & nuncios verſus Wiſliciam ad aliud colloquium, quod ibidem per Cracouitas & Sandomiritas ac nuncios vniuerſarum terrarum regni Polonie in die ſancti Nicolai celebrare debebant, prout & celebratum fuerat deſtinantes, in quo colloquio Sigismundo Marchione, Archiepiſcopo & Domaratho predictis preſentibus nuncii ſollemnes Elizabeth Regine Vngariæ videlicet - - - Epiſcopus & - - - regraciati fuerunt terrigenis. Quorum promiſſa

missa fidelitatis alias filiabus eius facta stabiliter obseruarent & nulli alteri eciam neque marchioni predicto fidem prestare deberent. Sicque omnes terrigene dictis huiusmodi nunciis letificati, recesserunt a marchione prefato, ipsum ciuitatem & castrum Cracouiense ac alias vrbes Regni intrare deinceps minime permittentes. Quod cernens Bodzuta Archiepiscopus predictus & Domaratus spe sua esse penitus frustratos, pecierunt Terrigenis adhereri, offerens se eisdem Domaratus super inculpatis iustificari velle, cuius iustificacionem Terrigene donec Capitaneatum Polonie dimitteret, recipere recusarunt. Sicque marchio cum suo infano consilio ad suam tocrum verius Vngariam mestus discessit &c.

qui in Hungariam abiit.

De Inuassone Castris Kalis per Barthosium.

Hys itaque peractis Dominus Barthosius antedictus veniens de Mazouia cum Mazouitis gentibus Semouiti Ducis Mazouie proponens Castrum capere Kalisiense & in nocte de feria sexta super sabbatum in vigilia sancti Thome Apostoli appositis scalis aliqui ex suis murum ascendebant & quidam artifex portam, que versus molendinum de Castro predicto habetur terebello perforauerat. Cuius porte hostium sicut prefertur pluribus vicibus & locis perforatum cum sarra farrabat, volens in hostio porte facere intrandum foramen. Sed quia prout DEO placuit, luna illa nocte lucidissime splendebat, vnde dictus Barthosius occasum lune vt umbram sub Castro habere potuisset, expectabat, & cum in porte fraccione, sicut premissum est, cum sarra laborare cepisset, pistior Castris cum securi ad seccandum ligna pro pistandis panibus illic casutransiens, audiuit sonitum sarre & caute illud accedens vidit sarram & hanc trahi per manum artificis laborantis, leuataque securi sarram predictam accurauit. Quam cum artifex trahere non potuisset, dixit ad constantes: Nescio quid contigit sarre, non possum iam trahere. Illi autem dicebant: Festina in laborando, quia diecit. Quod audiens pistior predictus clamare cepit: Hostes, hostes. Ad cuius clamorem Castrenses excitati ad arma concurrunt hostibus repugnare cupientes, attamen nullum ex hostibus propter festinum recessum eorum ledere valuerunt. Eadem itaque die prefatus Barthosius de Zlota cernens quod castrum Kalisiense habere non posset alias municiones animum suum conuertens Kosmynez municionem suam in Chotecz Domum quam Rex Kazimirus premortuus murare inceperat de blancis muniuit & hominibus ibidem positus per pontem super Przosnam fluuium per ipsum constructum pro tunc transiens iuit in Cozmyz Castrum & ciuitatem recuperare proponens. Sed cum proficere non posset propter defensionem hominum armatorum, quos Domaratus in Kosmin predicto pro defensione eiusdem posuerat, secessit ad quoddam fortalicium, quod Parsk nominatur cuiusdam Michalkonis Thomassii de Ostroweczno heredis, in cuius expugnacione per octo dies & circa fuerat commoratus. Iste enim Michalka Domarato adherebat, & ob hoc per Barthosium fuerat impugnatus, donec resistere non valens Domaratum dereliquit & Terrigenis adhesit.

Barthosius Castrum Kalisiense frustra tentat, dolum praefectentiae pistior:

Qualiter Vincencius Palatinus Poznanienfis cum Terrigenis Polonie Ciuitates Regales expugnabant.

Anno itaque Domini MCCCCLXXXIII. dum Dominus Domaratus sepedictus sensisset & pro certo didicisset, quod Terrigene ipsum nullatenus pro Capitaneo habere voluissent neque habebant, vt puta qui iam edicta grauissima emisserant, quod nullus eidem tanquam Capitaneo obedire seu tributa aliqua siue penas prestare aut iudiciis astare & parere presumerent, sub priuacione colli & honoris: Laxare linguam & vnus sani consilii presumpsit, dicens, quod Saxones Barones & Cassubitas ad Castra Regalia & ciuitates siue Terrule Marchionis auxiliares & subditos eiusdem vellent inuitare, qui Nobiles terre de domibus ipsorum traherent, captiuarent inuitos & bona ipsorum devastarent, tantumque nociuum terre se velle asseruit, quod infra ducentos annos successu temporis minime recuperare possent. Cuius dicta huiusmodi vana & sibi non proficua postquam ad procerum Polonie noticiam deuenissent, ipsi eorum euentu licet dubio nimium lauciati mox congregato exercitu forti cum ipsorum Palatino Poznanienfi Vincencio de Campa eciam Barthosium Mazouitis ipsos comitantibus proximo Dominico die infra octauas Epyfanie urbem Pisdrensem primitus sunt aggressi, quam quatuor diebus & citra impugnantes tandem ciues cum primis Polonie pactiti portas ciuitatis Castrensis inuitis apperuerunt, ipsos ciuitatem intrare permittentes. Qui ciuitatem ingressi Castrum impugnare ceperunt, quibus Castrenses tribus diebus viriliter

Bellum Polonorum interfectum:

repugnabant, sed propter carenciam victualium & preferrii aque & pabuli equorum diucius subsistere non valentes, pactis initis Castrum Terrigenis presentarunt, & soli cum equis & armis libere alcefferunt. Contigit autem priusquam ciuitas Terrigenis fuisset tradita artificem Barthosii ereo de pixide in valuum ciuitatis iecisse, qui lapis duas scissuras value per vehemenciam transiens Dominum Nicolaum plebanum de Byechouia in platea ciuitatis ex opposito value aspicientem contigit, qui cadens mox expirauit. Terrigene vero ciuitate & Castro Pisdrensis habitis, vt presertim, in crastino videlicet Prifce virginis staciones suas mouerunt, versus Kalis ciuitatem velocius properarunt, Sanduogium Swidwam Castellani Naklensem cum quinquaginta hastis ad ciuitatem Poznanensem destinantes, iam enim ciues dictarum ciuitatum & aliarum Vincencio Palatino & ceteris Terrigenis predictis, ipsis adhuc circa Pesdri morantibus per nuncios intimauerant, quod Domarathum similiter pro Capitaneo suo habere nollent, sed ipsis Terrigenis assistere vellent vniti. Cogebant enim ciues Poznanenses prefatum Domaratum de ciuitate Poznanensi Przethbelconi de Stansewo Castellano Medzirczensi. Castrum vero Kalisense cuidam Johanni de Lankosino Castellano Lanciciensi comisit tenendum &c.

Qualiter Kalis per Vincencium Palatinum Poznanensem impugnatur.

Eodem itaque tempore in die sanctorum Fabiani & Sebastiani marturum Vincencius de Campa Palatinus Poznanensis ciuitatem Kalis ingressus cum Terrigenis Castrum Kalis impugnare ceperunt, quod homines Domarati Capitanei Polonie nomine Marie filie Regis Vngarie tenebant & viriliter defensabant. Quibus sic altricantibus & villas Ecclesie tam Archi-Episcopales quam Religiosorum in circuitu ciuitatis Kalis consistentium fortiter deuastantes, superuenit Conradus Dux Slezie & Olesnensis cum tricenis lanceis armatorum per Dzirskonem de Girewo Castellani Gneznensem fratrem Domarati sepius dicti euocatus & eductus volens Castrum Kalis subintrare. Sed cum aditus castrum intrandi Kalisense sibi preclusus fuisset, nec intentum, ad quod exiuit, acquirere poterat, per Vincencium Palatinum predictum amotus & redargutus ad propria male contentus rediit, predicto Castellano Gneznensi maledicens.

Quid egerit Swidua Castellanus Naklensis ciuitatem Poznanensem ingressus.

Die quoque & tempore predictis Swidua prefatus ciuitatem Poznanensem ingressus stubam magnam ligneam sub Castro Poznanensi scala apposita per fenestram intrans Custodiam armatorum hominum in ea deputauit, ne de Castro exiens quisquam Ciuitatensibus molestiam inferret. Castrensis tamen prohibere nequiuit, quin per portas Castrenses extra Castrum ad campos exeuntes victualia eis adducta ad Castrum inferrent. Nec aliquid dictis Castrensis sic per ipsum & ciues obfessis dampni seu molestie inferebat sed tantum villas Ecclesie Poznanensis & precipue Capituli deuastabat. Inter quas etiam duas meas quas a Capitulo possidebam, Jancowo videlicet & Milochowo inhumaniter deuastauit. Postremo vero cum iam per nonnullos fuisset reitargutus, quod tam hostiliter ad bonorum Ecclesie desolacionem persisteret & aduersariorum bona tangere formidabat, a molestacione bonorum Ecclesie desistendo Purzchno & Camolice villas Domarati Capitanei prefati & quasdam alias eidem Capitaneo adherentes inuasit, spoliacionibus continuis desolando. Sed Domaratus predictus de Medzichot de Wyellen de Medzirczec de Subdzanfino de Keplow, Grzimala vero de Olesnicza Costrenensis Andreas de Swczeradlowo Caminenis Castellani & Wirzbaura de Smogulecz, Theodricus de Morgonino viceuersa de Naklensi Castro, quod Domaratus eis commiserat tenendum. Nec non quidam alii de Labischino Alberti Palatini Cuyauienfis & Hectoris olim Iudicis Cuyauienfis de Pacofcz terras Polonie circa Gneznam & Cleczko, Swanowo & Zneynam ac Kyflowo hostiliter assiduis spoliacionibus deuastabant, homines captiuando, Dominas vxores Nobilium & pauperum indumentis spoliantes. Similia circa Wroniek, Samotuli, Buk & Grodzisko etiam exercentes, vno quoque die videlicet tertia feria X. die mensis Marcii Goenure de Nakel Nicolao de Chomanfza Iudice Kalisensi sex villas circa Zneynam situatas veluti hostes extranei & non indigene deuastauerunt, & non solum equos & pecora sed etiam omnia alia animalia & domorum omnem supellectilem curus rusticorum spoliatorum onerantes secum deduxerunt & abducebant feribus pecorum & pecudum tantummodo relictis, quos

Conradus Dux
Olsnensis Polonie arma infert,

Bona Ecclesie
Poznanensis
pervastata :

quos tamen absque alimento vberum oportebat mori. Alii autem terrigene tempore nocturno depredaciones multas comittebant, & sic nemo dampna & rapinas huiusmodi poterat euitare. Nam qui terrigenis adherebant per Grzimalitas & eorum complices ex castris superius nominatis depredabantur. Illi vero qui Domarato apponebant per Naklenses molestabantur. Ceteri per furta & rapinas nocturnales desolabantur. Depredaciones quoque in fratis publicis publice committebantur. Accidit autem die nona mensis Februarii in crastino Inuocauit, quod quidam mercatores de diuersis partibus venientes de Thorun, & cum de Gnezna mane feria secunda die predicta exiissent, Poznaniam transeuntes, quidam nequam Johannes Galanfska congregacione facta ipsos circa villam Wosinkii in frata publica inuasit, qui se sibi opposcentes viriliter repugnabant. Sed quia de quinque curribus, quas secum habebant, stricto circuitu se munierant, idcirco liberam resistenciam habere non poterant. Actamen duos raptores, quorum vnus cognominabatur Zalatala occiderunt. Duo quoque mercatores rerum corporumque suorum frennui similiter per raptores fuerunt interfecti, & apud fratres minores in Zneyna sepulti. Quibus sic nepharie deuictis equis eorum & pecuniis quas capere poterant eciam rebus receptis fugam inierunt, & hoc ideo quia Kmetones de Wosnykii in subsidium mercatoribus venire confpexerunt. Octaua autem die post hoc in Crastino Reminiscere quidam raptores de Labischino & Pacoscz & aliunde congregacione facta quosdam currus de diuersis ciuitatibus Polonie circa Powicz inuasunt, ipsos depredare cupientes. Quibus in primo congressu raptores aliquos equos violenter abstraxerunt, sed mercatores viribus resumtis in secundo congressu raptoribus viriliter resistentes eorum plures letaliter vulnerarunt, & filium Boguslai de Pylarowo protinus occiderunt Caballumque suum XXX. marcas valentem & alios quindecim multo suis meliores retinuerunt & ad propria letantes redierunt &c.

De Conflictu inter Domaratum & Terrigenas habito.

Elapsis itaque paucis diebus Domaratus Capitaneus sepe dictus veniens cum Pomoranis, Cassubitis & Saxonibus primo Wronky opidum & villas plurimas in circuitu eiusdem opidi deuastauit. Et deinde transiens terram forritur deuastando venit ad quoddam predium S. Castellani Naklensis, quod Pyothronicze volgariter dicitur prope Samotuli opidum Castellani eiusdem in quo predio suas fixit staciones prefatum opidum totaliter deuastando. Cuius aduentus S. Castellani & Terrigenas minime latebat. Nam Sandiuogius intelligens congregacionem & hostilem inuasionem Domarati predicti, miserat occulte versus Kalis & Pyser pro Dominis Barthoffio de Odolanow & - - - Castellano Srzemeni vt festine sibi in auxilium venirent, secreciori tamen modo quam possent. Qui sabbato ante Reminiscere Poznaniam venientes eadem nocte subito bene cum CCC. lanceis pungnaturi contra prefatum Domaratum processerunt, & quamuis circa medium noctis Domaratho fuisset nunciatum, quod hostes sui prefati appropinquarent, ipsum in stacionibus suis invadere cupientes, ipse tamen B. & Sremenis Castellani aduentum ignorans non credebat, sciens Swidwan adeo non fuisse potentem quod ipsum invadere presumpsisset, sed mane Dominico die Reminiscere que fuit XV. mensis Februarii exploratores Domarati reuenientes ad staciones narrarunt Domaratho hostes accelerare ad pungnam. Sicque in ortu dici fere medietas Domarati exercitus propter acceleracionem pungne arma induere non valens ita inermes cum parte armatorum hostibus prope staciones suas nocturnales occurrerunt, ibique congressi fortiter inuicem pungnarunt. Sed Pomorani & Saxones inermes mox post congressum ierga vertentes fugierunt. Quos Castellanus Naklensis cum suis vltra VVronek duo miliaria infectus est plurimos ex ipsis captiuaui. Saniori autem discrecione vsus fuisset si in loco certaminis cum Barthoffio tamquam victor permanisset. Sed DEUS hunc honorem sibi propter inuisiones & rapinas, quas in bonis Ecclesie comiserat, ut premissum est, dare procul dubio denegauit, ymmo eodem die ipsum & suos graui iactura, ne tumor superbie ipsius alcius excreseat, pudorose concussit. Alii autem Terrigene ipsum Domaratum & suos homines per agros confuse dispersos animose debellantes plurimos ex ipsis captiuarunt, ipsorum equis receptis & armis exutis aliquot cumulos ad instar moncium ex ipsis armis comportatis congefserunt. Nondum VVirzbautha de Smogulecz cum centum lanceis & quingentis pedestribus appropinquauerat ad pungnam vt puta qui circa Obrzisko vltra fluuium VVartham pernoctauerat, nil penitus de prelii euentu suspicatus. In hoc autem prelio quidam nobilis adolescens nomine Troyanus Thamislai de Golancza olim Iudicis Kaliffensis filius omnium virtu-

tum donis mirabiliter insignitus cecidit letaliter vulneratus & feria tertia proxima in die Mathie Apostoli in Poznaniam debitum nature exsoluit. Grzimko etiam de Czemno vir nobilis & bonus & plures alii tam nobiles quam plebei proch dolor fuerunt occisi in bello eodem.

De secundo Conflictu inter eosdem facto.

Postquam autem rumor belli ad Wirzbautam de Smogulecz & ad suos peruenisset, illico mouens castra sui exercitus ad locum certaminis properauit. Ad quem veniens terrigenas quos ibidem nondum captos repperit, captiuauit, & non solum equos & arma eorum sustulit, sed etiam equos & arma Domarati per terrigenas primitus captiuatos obtinuit & in loco certaminis tamquam victor honorifice permansit. Ad quem Domaratus frater suus Mhroczo iam capti & armis exuti cum aliis gentibus suis tam captis quam per agros passim dispersis confluerunt, & de victoria huiusmodi exhilarati vires animose resumentes reditum hostium suorum qui Saxones insequabantur in loco prelii expectabant. Et quamuis Castellano Naklensi fuisse nunciatum a cede aduersariorum redeunti, quod Wirzbautha cum Domarato in loco prelii expectarent eius aduentum, ipse tamen estimans se potenciam Domarati totaliter prostrauisse, appropinquabat ad eosdem. Sed cum prope appropinquans ipsorum exercitum conspexit, & se longe viribus disparem sensisset, territus & corde tabefactus fugam iniit, malens fuge uti presidio licet confuse quam exercicio insistere belli. In cuius fuga multas terrigenas per exercitum Domarati & Wirzbaute prostrauit & etiam captiuauit. Et tandem Sandiuogius Castellanus Naklensis ad quoddam fortalitium Derskonis Grochole Castellani Santhocenensis nomine Ostrog vix cum paucis aufugit se in eodem hostibus suis opponere proponens; In cuius fortalitii predio siue villa Nobiles multi & diuiores de Polonia qui ad fortalitium pertinere nequuerant, quasi inermes & in illo se hostibus opposcentes fuerant captiuati ibidem in Ostrog partem diei predicti residuam in expungnatione fortalitii predicti ad quod Swidwa predictus cum suis confuse fugerat deducentes & nocte eadem usque mane. Mane vero facto alterius diei fere per totam diem fortalitium impugnabant memoratum. Sed expugnare tam subito non valentes & aduentum terrigenarum, quos in Poznaniam fore estimabant, formidantes sequenti nocte opidum Obornikin triumphum victorie reportantes leti achilares intrarunt, de quo opido exercitus Domarati a feria tertia, que fuit Dies XVII. mensis Februarii vsque ad octauam diem mensis Martii depredaciones incendia & rapinas assidue hostiliter comittebant; totam terram inter Poznaniam, Duk, Wronky ac fluuium Warthe deuastantes. Similiter & alii auxiliatores Domini Domarati de Castris & fortalitiis superius expressatis desolacioni totius terre Polonie fortiter insistebant, ipsam ad nichilum per suas depredaciones, quas frequenter faciebant, redigere conantes. In conflictu autem prehabito uterque exercitus vnius Domini acclamacione utebatur. Nam terrigene nomine Marie filie Loduici Regis premortui & vxoris Sigismundi Marchionis Brandenburgensis acclamabant. Que ergo causa huiusmodi punge extitit, cum vnum dominum omnes colebant & eius nomine pungebant, & videtur quod nulla alia ut in veritate consistit, nisi rancor pungeantium ab olim conceptus & zelus odii & inuidie ad litigandum confortans. Ex his itaque quidam terrigenarum Domaranum pro Capitaneo habere volebant, & hoc ideo, quia Eleccionem Dobrogostii in Archiepiscopum Gnezensem & Nicolaum in Episcopum Poznanensem de quibus premissum est, astruebant, Domaranum inuidie zelo infecisse & ob hoc plus quam propter iniurias quas ipsum dicebant crebre terrigenis fecisse, ipsum pro Capitaneo habere volebant, & ipse eorum voluntati in hoc propter pudorem acquiescere noluit, propter quod solum terra Polonie irreuerabili fere desolacioni proch dolor visa est subiacere.

De Conuencionem per Nobiles Regni in Syradia habita ante Letare feria quinta.

Interea vero die videlicet penultima mensis Februarii maiores natu Regni Polonie in Syradia colloquium celebrarunt, ad quod colloquium Elizabeth Regina Vngarie Loduici Regis predicti Relicta cum Maria filia ipsius, Nicolaum Episcopum Wespriemensem & quosdam Vngaros destinavit cum nunciis Polonorum, qui ad ipsas missi fuerant, sediciones & scismata, que in Regno Polonie periculose fiebant, nunciare. Et ut ipsis Mariam filiam ipsius cum viro suo gracia sedande dissensionis destinasset supplicantes, Alioquin ipsos aliter de remedio precipue ut Regem haberent providere oportebat.

Causa Discordie inter Polonos

ELIZABETH Hungaria Regina Polonorum Precibus nota Filiam juniorem HEDWIGEM sese missuram promittit:

portebat. In quo Colloquio Episcopus & Vngari memorati Regnicolas Polonie ab omnibus promissionibus & fidei paccionibus, quas Marie filie Regis predictæ fecerant, absolutos penitus eiusdem Marie & sui mariti dimiserunt, promittentes quod Regina Elizabeth Regis mortui filiam iuniorem, iam alias Leopoldo Duci Austrie desponsatam ad ipsos Poloniam post nunc instans festum Pascha destinaret in Reginam Polonie coronandam. Ita tamen quod procures Regni Polonie primitus iuramentis suis atque litteris firmiter promitterent, quod ipsam statim post coronacionem versus Vngariam ad suam genitricem triennio ibidem educandam redire nullatenus recusarent, super quo Regnicole Polonie vsque in sabbatum in altis deliberare decreuerunt responsionis dande prefatis nunciis die sabbati predicta statuentes &c.

Quomodo Castrum Kalisiense Terrigenis fuerat presentatum. †

De Conuencione autem Syradiensi predicta prima die mensis Marcii in Dominica Letare venientes Spithco Cracouiensis, Sanduogius Kalisiensis Palatini Nicolaus de Boguria Castellanus Zanichostenfis & Crzeczslaus Szczekoczskii in Kalis cum litteris Regine predictæ ordinarunt cum Castrensis, qui per Terrigenas obsidebantur in Castro Kalisiensi predicto, quorum Castrum eisdem Dominis nomine Regine redderent. Similiter de omnibus Castris & Ciuitatibus Polonie prefati Palatini & eorum confortes se intromittere volebant, sed Terrigene ipsos ad hoc nullatenus admiserunt. Et tandem post aliquam disensionem hinc inde habitam vtrique pars Johanni Kalisiensi Castellano Castrum Kalisiense & Ciuitatem & terram gubernandam committentes. Palatini vero predicti versus Vngariam ad Reginam festine processerunt, Nicolaum Zanichostum & Crzeczslauum verius Poznaniam ad faciendum treugas pacis inter Domaratum Capitaneum sepe dictum & Terrigenas destinarunt, qui Dominica die Judica VIII. mensis predicti in Starczinow villa Capitanei Poznaniensis & Radzin fluuio intermedio vsque ad festum sancti Johannis baptiste anni presentis sub certis paccionibus treugas pacis ordinarunt, Domino Domarato Castrum Poznaniense & non ciuitatem & cetera Castra Regalia ac opida & municipia nichilominus retinente. Gaudeat igitur infelix inuidie condicio, que Domaratum a Capitaneatu eiicere cupiens desolationem Terre more aspidis cum sua iactura nequiter parturiuit. Nec mirum si in laqueum, quem aliis odiose tetenderant, soli inciderunt.

Concordia inter
ter Polonus
sanctata

De Strage inter Grodziszczes & Keplowo facta.

Interim itaque die Veneris VI. mensis predicti A. & M. fratres heredes de Plaszcowo, quibus Domaratus sepedictus Castrum Kyeblow pro ipsorum conseruacione ac gubernacione tenendum commiserat, Congregatione cum Castrensis de Dzbanczin facta, quasdam villas circa Grodziszczes depredandas sunt aggressi. Quibus depredatis cum redirent ad propria habitatores Grodziszczes cum Kmetonibus circum vicinis ipsos insecuti, omnem predam quam ceperant hostibus in fugam conuersis abstulerunt; De cuius prede ereptione non contenti hostes insequabantur, ipsos prostrare cupientes. Sed hostes cernentes se in arto positos, subito nuncios ad Castra predicta destinarunt auxilium Castrensum postulantes. Quibus Castrenses festine in auxilium properauerunt. Quorum aduentum habitatores Grodziszczes cum vidissent, mox in fugam fuerunt conuersi. Quos hostes insecuti inhumaniter multos ex ipsis fugientibus prostrauerunt, sic quod ultra quam centum sexaginta occiderunt, exceptis captiuis & vulneratis, quorum plurimi post breue tempus vitam ex vulneribus finiuerunt.

De Expugnacione Castri Dragyzin.

Eodem quoque tempore Lithwanorum principes cum magno exercitu venientes Castrum Dragyzin, quod paulo ante Duces Mazouie sub ipsis acquisierant, circumvallarunt obsidione firmantes. Quod Castrum pro tunc quidam nomine Saffzin Ducis Mazouie Marschalcus tenebat, qui sciens, paucam gentem esse in Castro veniens cum XXX. lanceis & aliquot balistariis veloci cursu per media Castra Lithwanorum viriliter transiens, vsque peruenit. Quem sui de Castro agnoscentes, festine Castrum apperuerunt, ipsum ingredi facientes. Cumque defensionem Castri aliquot dies fortiter infisteret, quidam Rutheni in Castro existentes igne apposito Castrum succenderunt & per menia Castri salientes ad exercitus Lithwanorum fugam inierunt. Marschalcus vero cum aliquot ex suis Castrum exeuntes, tandiu cum hostibus pugnauerunt,

uerunt, donec ad captiuitatem principis Lithwanorum sunt redacti, ceteri vero quam plurimi igne & gladio heu sunt consumpti &c.

De Colloquio in Syradia per Terrigenas facto.

In Conuentu
Siradiensi
omnium Voto
Masouia Dux
eligitur REX
POLONIÆ:
sed obstante
Jaschkone de
Tenczyn:
Castellano
VVoyniciensi:
poscunt iteratis
Votis HED-
VVIGEM
LVDOVICI:
REGIS defun-
cti: Filium ju-
niorem REGI-
NAM:

Adueniente quoque sabbato in albis XXVIII. die mensis Marci conuenerunt regni procures in Syradia super responsione a Regina Vngarie, ut premissum est, habenda & eidem viceuersa danda. In quo Colloquio multi procures Regni sperabant tunc Semouitum Ducem Mazouie in Regem Polonie prout affectabat communiter assuendum. Sed cum Dominus Bodzautha Archiepiscopus Gneznenfis in Ecclesia Syradiensi astante nobilium multitudine voce sonorosa requisisset, an Semouitum ducem, Regem Polonie habere affectarent, & multi astantes clamantes clamassent, volumus, volumus & petimus, vt per vos Dominum Archiepiscopum in Regem Polonie coronaretur, subito quidam nobilis Jaschko de Tanczin, Castellanus Woyniciensis filius Andree olim Palatini Cracouiensis de Thanczin facto silencio dixit: O Nobiles & fratres, non decet nos sic ad Eleccionem accelerare festine, debiti enim sumus fidelitatis promissa Heduigi Loduici Vngarie Regis filie tenere. Idcirco si ad festum Pentecostes proximum adducetur, nobiscum quoque cum suo viro manere voluit & regnare ut domina; prestolemur eius aduentum; Alioquin nos ex tunc de principe providebimus, prout alias inter Regem Loduigum premortuum & nos conductatum, paccionibusque certis & literis roboratum. Cuius dictum fere omnes vnanimiter approbarunt, Responsa certa Vngarorum nunciis Episcopo Wesperienfi & N. militi dantes & legaciones inponentes que secuntur. Quod si Domina Regina Vngarie prenominata filiam suam Heduigem iuniorem ad festum Penthecostes proximum non adduxerit seu non destinauerit Cracouiam in Regno Polonie quoad vixerit regnaturam, extunc decreuerunt a promissis esse liberi & soluti, & quod eadem Regina Terram Rusie Regno Polonie reunit, ac Ducatus Dobrinensem, Cuyauiensem, Weliniensem & Castra cum opidis Ofzreffow, Boleslawecz, Crzepicze, Clobuczsko, Czankstochowam Holstin & Bubolicze, que vir eius Dominus Loduigus Vngarie & Polonie Rex prefatus illustri principi Domino Wladislao Duci Oppolienfi donando alienauerat, qui & tunc Conuencioni predictae intererat. In qua pro eo quia Eleccioni Semouiti Ducis Mazouie cuius sororem germanam in vxorem habebat consentire noluit, capi debebat, Regno Polonie & Corone ipsius Regni reordinet in statum pristinum reintegrando, alias deliberatis animis ad Regis eleccionem procedere vellent non obstantibus paccionibus in contrarium editis quibuscunque &c.

De Conuentione Regnicolarum in Sandecz habita.

Die itaque festi Penthecostis decima mensis Maii anni eiusdem, Seniores Regni Polonie conuenerunt in Sandecz aduentum Regine & filie ipsius Heduigis, prout per earum nuncios, de quibus premissum est, venire promiserat prestolantes, ad quos Sandiuogius Palatinus Kalisienfis sepedictus cum quibusdam militibus Vngarorum veniens, ipsos nomine Regine peciit, vt ad ipsam in Coszicze descendere dignarentur, asserens ipsam Reginam cum filiabus propter inundacionem aquarum versus Cracouiam, quo per Terrigenas conduci debebat, venire non posse. Et nichilominus si eius petitioni condescendere nollent, extunc ipsa cum filia sua periculosis euentibus se exponens Cracouiam veniret licet invita. Terrigene autem donaria plurima ab ipsa Regina se consequi estimantes tractatibus prioribus & quibusuis paccionibus penitus minime seruatis, securitatis transitu ac reditu accepto venerunt in Coszicze vbi donariis licet modicis & promissorum magnitudine circumuenti noua pacta cum predicta Domina Regina inierunt, taliter, quod Heduigis in festo sancti Martini proxime sequenti, quam tunc in Reginam erexerant debeat absque tractu lugubri longiori preciose coronari. Que sic coronata si absque prole decederet, extunc soror eius Maria vxor Marchionis de quo superius est premissum in Regno Polonie & Vngarie succedere deberet, & viceuersa Heduigis predicta si soror eius Maria Regina Vngarie sine prole decesserit, succedere debeat in Vngarie Regno, volentes quod hec duo Regna debeant esse vnita, donec prefate Domine aut earum altera filios procrearent, quorum vnus in vno, alter in altero succederet regno. Hanc igitur ordinacionem contra prohibicionem Regnicolarum Polonie atque scitu Wincencius de Campa Poznaniensis & Sandiuogius de Subyno Kalisienfis Spithco de Chazewo Cracouiensis Palatini, Dobeslaus de Curoswank, Cracouiensis, Jaschko de Tarnow, Sandomiriensis & Doma-

de Coniunctio-
ne Regnorum
Vngarie & Po-
lonie cogita-
tum:

Domaratus Poznanienſis Caſtellani cum ceteris Nobilibus fecerunt litteris & ſigillis eorum roborantes contradicione ceterorum Nobilium tunc preſencium totaliter non obſtante, que ordinacio quantum incommodi & deſolacionis Regno Polonie attulit, infra patebit.

De Aduentu Semouiti Ducis Mazouie & Bodzauth Archiepiſcopi Gneznenſis Cracouiam occultato.

Eodem quoque tempore die XVII. menſis & anni predictorum in vigilia ſancti Stanislai aduenit Cracouiam Dominus Bodzautha Archiepiſcopus Gneznenſis habens Semouitum ducem Mazouie in ſuo comitatu, quem tamen gens ſua Mazouie & Barthoſſius prenominaſus publicabant. Et quia Dominus Archiepiſcopus, qui & ipſe conuencionem Sandecenſi intereſſe debebat, ducis predicti fere quingentos armatos cum lanceis ſecum adduxerat, idcirco ciuitas Cracouie portas ciuitatis obfirmans ipſos ciuitatem ingredi non permiſit. Qui duabus noctibus in Curia preſati prepoſiti ſancti Floriani, quam idem Archiepiſcopus prepoſitus exiſtens ſatis ſumptuoſe ſtruxerat, fuerant hoſpitati. Sed quidam Terrigene & ciues predicti, comperto, quod Dux Semouitus in Statione Archiepiſcopi ſe occultaret, mandauerunt per nuncios Archiepiſcopo & genti predictæ vt feſtine a ciuitate recederent, alioquin cum ipſis quicquid pretenderent vellent experiri. Sicque nocte feſti Penthecoſtis omnis gens illa armis aſſumptis & equis aſcenſis pre foribus Curie preſate, ne contra Ducem & Archiepiſcopum inſultus fieret, diligentem cuſtodiam apponentes vigilabant, & facto mane iuerunt in Proſſzenicze opidum & deinde in Corczin, vbi duabus noctibus ſeptimanis & citra moram traxerunt &c.

Quare Semouitus Cracouiam veniens ſe occultaffeſſet.

Cauſa vero aduentus Cracouiam ducis preſati & latracionis eiſdem fuit hec, quia conſiderans, quod quidam Regnicole quaſi potiores a filia Loduici Regis in quantum eis pacta ſeruarentur recedere nollent, ipſam pro Regina habere volentes & ideo conceperat quorundam terrigenarum ſibi ſauencium auxilio preſatam Dominicellam Hedwigem filiam Regis, quin verſus Cracouiam ad coronandam duceretur, vi rapere & ſe a modo in Regem & ipſam in Reginam Polonie facere coronari. Sed conceptus ipſius quamuis occultus non ſolum de prope ſed eciam de longe poſitis fuerat lucide diuulgatus, vnde propter Ducis huiusmodi inſidias an ex alia cauſa coronacio preſate Dominicelle prout premiſſum eſt, fuerat prorogata incertum exiſtit &c.

Inſidie Regine
HEDVIGI
ſtrictæ:

De producione Terre Cuyaienſis.

Dux vero Semouitus poſtquam intellexiſſet prorogacionem coronacionis filie Regis & aduentum eiſdem, & Styborius Moſzcziczonis miles per Reginam Vngarie, Capitaneus Cuyauie fuiſſet effectus, iretque de Vngaria ad capiendam poſſeſſionem Capitaneatus predicti, premiſit verſus Cuyauiam Czeczſlaus militem filium Dobeslai de Coſczol Caſtellani Cruſchwicienſis cum Abraham Socha Palatino Plocenſi ad capiendum Caſtrum Brzeſcize de fauore Petri Malocha Capitanei Cuyaienſis & proditorum nequiſſimi terre predictæ, qui iam Duci preſato adheſerat, beneficiorum a regnicolis premortuis receptorum & honoris ſui penitus immemor caſtrumque Breſcenſe tradendum promiſerat eidem. Sicque dictus Czeczſlaus per Dziſczkonem Domini Jaroslai olim Archiepiſcopi Gneznenſis filiaſtrum generum Petri Maloſze predicti pro tunc preſectum Caſtri eiſdem ad Caſtrum Breſcenſe fuit intromiſſus & hoc in Craſtino Corporis Chriſti die XXII. menſis Maii & Abrahe Palatini, Cowale opidum cum fortalicio ſuo occupauit.

Qualiter Styborius Ciuitatem Breſcenſem intraſſet.

Eodem vero tempore Styborius veniens de Vngaria XXVI. die menſis predicti cum quibusdam Terrigenis Duci Mazouie adherere recuſantibus congregacione habita Breſcenſem Ciuitatem intrauit, quem ciues, qui ducem tamquam fulgur abhorrebant, leti ſuſceperunt, manſitque in ciuitate Dominus Styborius aliquor diebus, donec exercitus Ducis cum Abraham Palatino predicto ad ipſam ciuitatem ſtaciones fixiſſent, cum quo Palatino quadam ordinacione habita de ciuitate receſſit. Poſt cuius exitum Petrus Malocha Capitaneus Cuyauie & proditor per Caſtrum Ciuitatem

Brescensem cum quibusdam Mazouitis ingressus ciues pociores captiuauit, ipsos rebus eorum nefarie spoliando &c.

De prodicione Castri Cruschuiciensis.

Post paucos itaque dies Castro & Ciuitate Brescensi sic prodicionaliter ut sequitur seu prefertur, obtentis, Abraham Palarinus predictus cum exercitu Ducis antedicti vallauit Cruschuiciense Castrum & hoc sub dolo. Nam in Quadragesima precedenti Dobeslaus Castellanus Cruschuiciensis, supra de quo fuit mencio & fit, cum Terrigenis impugnabat Castrum predictum, fueratque inter Terrigenas & Petrasium Capitaneum proditorem prefatum taliter pactatum, quod Terrigene Castrum Cruschuiciense nomine filie Regis tenendum susceperunt, & vterius Woytkoni filio dicti Castellani Cruschuiciensis Castellano Brescensi & Jacussio Culig de Pyrweczerzino comiserant ad gubernandum, prohibentes ne cuiquam nisi Domaratho, Domine Regine aut filie eius seu Terrigenis dictum Castrum presumere presentare, promiserantque Woytko Castellanus Brescensis antedictus Domino Stiborio militi de mandato ipsius Domine Regine speciali ipso Castellano etiam in conuentione in Colzicze tunc existente Castrum Cruschuiciense absque omni dilacione presentare. Sed priusquam dictus Castellanus Brescensis Cuyauiam redierat, Castrum predictum fuit per Mazouitas obsessum, ut prefertur. Traxerat enim prefatus Castellanus moram in via diucius quam debebat, ne prodicione Castri predicti notaretur. Sed heu male dolum fraudis nepharie tegere poterat, quem precedencia & in propinquo sequencia lucidissime detegebant. Pater enim ipsius & frater Germanus Crzeslaus sepedictus cum quibusdam terrigenis Jacussio Culig iusserunt, ut Duci Mazouie Castrum Cruschuiciense presentaret & semper Duci prefato adherentes cum ciuitate Brescensi manebant. Sicque Dux Mazouie Cuyauientem terram cum pudore nimio Cuyauitarum etiam in posteros succedente tempore confuse relicto absque omni prelio & resistencia fuerat aliqua affectus &c.

Dux Mazouie
Cuyauiam oc-
cupat;

De Conuentione Ducis Semoniti & Archiepiscopi cum quibusdam Regnicolis in Syradia.

Denique Dux memoratus per Lassotam de Staniszino Dapiferum Kalisientem & P. & N. iussit omnes Nobiles regni Polonie versus Syradiam ad diem sancti Viti XVI. mensis Junii ad colloquium euocari, beneficia plurima venientibus & in ipsum ut Regni Polonie gubernacula assequatur consensientibus, se daturum promittendo, non venientibus vero & eleccioni sue dissensientibus minas incendii & delolucionis terribiliter imponendo. Sed maior pars & senior Regnicolarum premissa minime aduertentes conuentioni huiusmodi interesse contempserunt, ipsum in Regem nullatenus habere volentes, preterquam Dominus Archiepiscopus & quidam iuuenes prefatum ducem in Ecclesia fratrum predicatorum conuenientes, eundem in alium exeruerunt Regem acclamantes, & nisi quidam ex ipsis dissuasissent, debebat tunc per predictum Archiepiscopum Gnezniensem & Styborium Plocensem ac N. Kyouientem ordinis predicatorum Episcopos in Regem Polonie coronari.

Turbæ in Re-
gno Polonie
per Ducem Ma-
zouie excitæ;

De obsidione Ciuitatis Kalisensis.

Die vero XIX. mensis & anni predictorum Dux & Barthoffius sepe dicti Kalisientem Ciuitatem obsederunt & post paucos dies propugnaculum foras Ciuitatem in aggere versus Konyk exurentes expugnarunt, repugnantibus ciuibus viriliter, sed resistere tandem nequentibus ad captiuitatem prefati Ducis sunt redacti vno adolescente in punga predicta interfecto. Conradus autem Dux Slezie & Olefnicensis Dominus CCC. lanceas habens in suo comitatu veniens staciones suas ante ciuitatem predictam ex alia parte fixit in subsidium Ducis Mazouie predicti. Cui Barthoffius Castrum Odolanow sub quodam pacto iam duxerat assignandum.

De depredatione Gambicze opido Regali.

Interim vero Grzimala de Olefnicza, Woythco de Sweradowo Caminenses Castellani & Wirzbauta de Smagulecz prefecti Castri Naklenfis congregacione facta venerunt prope Zneynam Brzeskorzifew monasterii Trzemefensis die dominico XXI. mensis eiusdem, ubi staciones suas figentes miserunt ad ciues Zneynenses affectantes, ut ciuitatem suam potestati eorum presentent, Domino eorum se subdentes, alioquin ipsorum allodiis concrematis ciuitatem ipsam vellent impugnare, affirmantes coram eis-

dem,

dem, quod Archiepiscopus Duci Mazouie ciuitatem predictam & alia castra Ecclesie vt de ipsis Regnum impungnet accomodare promississet, & ne Gens prefari Ducis Regnicolis de predicta ciuitate molestias inferat, ipsam sibi assignare petebant. Sed cum ciues inconsulto Domino Archiepiscopo hoc facere aliquantulum non posse se assererent, ipsi vsque ad feriam quintam tunc proxime venturam inducias dictis Consulibus consenserunt, & illa nocte exercitum suum mittentes mane feria secunda Gambicze opidum Regale, quod iam Mazouite tenebant, totaliter depredare iusserunt. Cuius opidi preda & queque spolia versus Nakel per ipsos sunt iocunde deducta.

De Expugnacione Castri Camyen.

Quinta igitur feria XXV. mensis predicti Sandzimirus de Radzice cum gente exercitus predicti de Nakel recepto Nicolao Sampolborgenfi, Iaszcone Czodlinsky de Waldo-wo, Nicolao de Sabdus cum suis hominibus sibi assistentibus venit in Camen, quem ciues, qui pociores seducti ciuitatem intrare permiserunt, existimantes Dominum Archiepiscopum de Archiepiscopatu suo per Reginam fuisse penitus profugatum prout per predictum S. & alios fuerant licet false informati. Sicque ciuitatem ingressi vsque ad diem sabbati Castrum fortiter impugnarunt, & tandem Castrenses propter defectum defenculorum prefato S. sub quodam pacto Castrum tradiderunt se & sua liberantes.

De pacto inter Archiepiscopum cum Grzimala & Wirzbanta.

Interea autem Dominus Bodzautha Archiepiscopus Zneynam die Dominico XXVIII. mensis eiusdem festine intrauit, & tandem cum Grzimala & Wirzbanta conuentione habita de XLV. marcis grossorum ipsos remunerans omnes decimas in Terra Palucensi ad mensam suam pertinentes vt bona Ecclesie tueri deberent ipsis pro illo anno assignauit &c.

De uasfacione Oweczyszewo.

Eodem quoque tempore ipso die Kyliani VIII. mensis Iulii Michaël de Curowo cum filio suo Michaële & eorum complicitibus venientes de Crusuicia Oweczyszewo opidum & villam Grzeszow, equis pecoribus pecudibus & rebus omnibus nil pauperibus penitus dimittentes totaliter spoliarunt & versus Crusuiciam deduxerunt, & ex post Slawecz vexillifer Mazouie prefectus Castri Cruszno, Zlothcowo & Ostronite villas Capituli Gneznenfis similiter spoliarunt. Abraham vero Palatinus Plocensis tunc Capitaneus Crusuiciensis existens, villas Capituli Gneznenfis uidelicet Parlino maius, Parlino minus, Nyefronuo & Belky vna die similiter spoliavit & versus Crusuiciam deduxit &c.

Qualiter Domaratus Zneynam sub dolo obtinuit.

Mensis itaque Iulii die X. Domaratus Castellanus Poznanienfis de Vngaria rediens venit Zneynam ad Badzautam Archiepiscopum sepe dictum cum socero suo Alberto Palatino Cuyauienfi Grzimala, Wirzbanta & aliis suis sequacibus multis. Coram quo in secreto & post in aperto astruxit iptum Dominum Archiepiscopum coram Regina Vngarie & ipsius genero Marchione Brandenburgenfi veraciter fuisse delarum, qualiter ipse duci Mazouie omnia Castra Ecclesie & ciuitatem Zneynam aperire ipsumque ducem in Regem coronari permisisset, propter quod Regina & Marchio talibus creduli ad papam nuncios contra ipsum cum querelis destinassent, supplicantes, vt eum tamquam proditorem Regni ac crimine lese maiestatis & periurii notatum ab Archiepiscopatu remoueret. Et vt hec delacio & Regine indignacio suspicionis facilius tolli & mitigari possit, peciit Zneynam nomine Regine & eius filie sibi assignari, aliquin ipsum Archiepiscopum & eius bona & presertim Zneynensem districtum & eius opidum vellet impugnuare. Archiepiscopus autem licet iuramento firmante assereret, se promissa duci predicto Mazouie nunquam fecisse, Domaratus tamen Zneyna carere volebat. Cui Archiepiscopus respondit, Domarate, si eo respectu, vt a me sinistra suspicio tollatur, Zneynam tibi assignauero, per hostes tuos deuastabitur districtus eiusdem; sin autem non fecero quod cupis turpe, cum tuis deuastabis eundem. Vnde carius video, quod occasione tui deuastacio huiusmodi subsequatur, quam suspicionis mee ob respectum. Et tandem deliberacione vsque in crastinum habita, deliberauit cum aliquibus de Capitulo Grzimalam Castellatum Castrinensem in procuratorem Zneynensem ordinari, ad finem ne suspectus haberetur quod gentem Ducis Mazouie in opidum Zneynensem intromittat. Quod cum mane Domarato & Grzimala predictis ipse Archie-

piscopus retulisset, Grzimala predictus absque Wirzbanta de Smogulecz procuratorem predicti opidi suscipere recusauit, & sic varique eorum Zneyne & eius districtus gubernacio fieret commissa, tali pacto, quod auilam guerram de ipsa ciuitate alicui mouere sed solum feros pro posse reprimere deberent, nec aliqua dampna seu expensas Ecclesie computarent, ipsam aqualiter de repetendo. Sed qua intencione Zneynam appetebant euentus sequens declarabit &c.

De Conuentione Ducis & Archiepiscopi cum Cracouitis ibidem.

Denique primates Cracouie & Sandomiriensis terrarum cernentes, quod exercitus Semouiti Ducis Mazouie & Cunradi Slezie circa Kalis existentes & alie gentes eorundem de Castris diuersis Regni Polonie assiduus de solabant depredacionibus, nulla resistencia penitus patientes, miserunt litteras ad Semouitum Ducem Mazouie & Bodzantam Archiepiscopum Gnezensem petentes eosdem vt litteris securitatis & obfidibus receptis Cracouiam ad crastinum sancti Iacobi venirent cum ipsis de dispositione Regni & pace habenda tractatum. Ad quam conuencionem Archiepiscopus de Zneyna Grzimala predicto ibidem dimisso XX. die mensis Iulii processit, vbi conuenientes fecerunt inter se treugas pacis vsque ad festum sancti Michaelis tunc proxime venturum certis fideiussoribus & litteris roborantes, per quas treugas pacis Dux Mazouie sepe dictus fuit satis dampnose fallaciter circumuentus. Nam prius quam Dux Mazouie exercitum ab obsidione ciuitatis Kalisensis die mensis Augusti XIII. abire iussisset, Vngarorum fere XII. milia armis & arcubus accincti cum Sigismundo Marchione Brandenburgensi prenotato fines Cracouie attingentes in antiqua Sandecz staciones suas cum graui natura hominum in ibidem degencium pompatice extenderunt, & hoc X. die mensis Augusti. Sed Dux Semouitus eorum aduentum ignorans tercia die post hoc in vigilia assumptionis virginis Marie exercitum suum de Kalis amouit, propter aduentum Vngarorum inter Cracouitas & Sandeczitas dissensio satis grauis fuerat exorta, quibusdam asserentibus treugas firmatas & pacta cum duce inira seruari debere, aliis contrario dicentibus ducem treugas violasse. Manserat enim Barthossius cum exercitu ducis in obsidione ciuitatis predictae VIII. diebus & ultra contra preceptum ducis, treugas seruare recusans, & terram infra pacis treugas fortiter deuastans, donec dux veniens ipsum abinde amouisset, & ideo asserunt Ducem treugas non seruasse, precipue quia de Castris Cruszuiciensi, Brescensi, Przedenensi & aliis Gnezensis & Wladislauensis Ecclesiarum bona & aliorum Regnicolarum infra paucos dies predictos per homines Ducis predicti nimium fuerant spoliata &c. Sequitur

De obitu Sbiluti Episcopi Wladislauensis.

Die namque Veneris vltima mensis Iulii venerabilis pater Dominus Sbilutus de cognacione Palucensis, Episcopus Wladislauensis in Castro suo Raczens paralisi morbo in manu & pede parte sui corporis sinistra aliquot annis non tamen nimium acre laborans feliciter in Domino obdormiuit. Iste etenim felix Episcopus Ecclesie sue bona structuris satis sumptuosis mirifice decorauit. Thesauros quoque in vasis argenteis tam pro Ornatu Ecclesie quam mense Episcopalis, ac ornatum pro cultu diuino pertinentem libros & pecunias satis habunde & pre omnibus suis antecessoribus in manibus sui Capituli provide reliquit. Nam Castrum in antiqua Wladislauia, domos & curias in Sobcow & in Gora ante Gdansk de coctis lateribus de nouo construxit. Castrum eciam Raczens domo ibidem reformata cum muro cingere ceperat, sed morte preuentus imperfecte reliquit. Post cuius mortem fratres cognacionis sue multa dampna Ecclesie intulerunt. Hic super omnes Episcopos in quibusuis conuencionibus Episcoporum & principum secularium tam in familia quam in apparatu expensarum modum magnifici status decencius tenendo hilariter & largissime excedebat. Cuius anima requiescat in pace.

De impugnatione Fortalicii Lossow.

Igitur die Iouis penultima mensis Iulii Dominus Domaratus Castellanus Poznaniensis cum Andrea de Sweradowo Caminensi, Grzimala de Olesznica Coftrinenfi Castellanis & Wirzzauta de Smagulecz cum sibi adherentibus congregacione hominum Naklensis & Zneynensis districtuum habitum obsederunt fortalitium Lossow per Arnoldum de Waldowuo nouiter constructum & firmatum, vbi per VIII. dies morantes in nullo proiecerunt. Sed Iankonis corpus Przelslai de Margouino olim Iudicis Poznaniensis

Mors & Elogium Sbiluti Episcopi Wladislauensis:

nienſis filii ibidem de Caſtro per ſagittam interempto ſecum deferentes in Nakel meſti redierunt, opido Marcuſſii de Pamperzino quod dicitur Wanſowna penitus deuſtato & igne conſumpto &c.

De Electione Theodrici in Episcopum Wladislauiensem.

Demum die Mercurii XI. menſis Auguſti Capitulum Wladislauienſe in Caſtro Raczans conuenientes in vnum, quamuis aliam diem Eleccionem ſtatuiffent, tamen impreſſionem per Semouitum Ducem Mazouie, qui iam terram Cuyauienſem vt premiſſum eſt fuerat adeptus, fieri formidantes ipſam anticipare maluerunt, vbi tractatu maturo inter ſe ſepius repetito compromiſerunt in tres videlicet in Theodricum Wladislauienſem, Troyanum Poznanienſem prepoſitos & Johannem Archi-Diaconum Gneznenſem Canonicos VVladislauienſes, qui ſedentes ad partem elegerunt Troyanum prepoſitum memoratum. Cuius eleccionem Dominus Badzauta Archi-Epiſcopus Gneznenſis ipſo die aſſumpcionis beate Marie virginis in Caſtro ſuo Vncowauctoritate Metropolitana confirmauit. Sed munus conſecracionis impendere recuſavit.

Qualiter Drogoſſius Capitaneus Siradie Woyborz occupauit.

Deſuncto itaque felici Epiſcopo predicto Sbilutho, Drogoſſius Capitaneus Syradienſis de cognacione Polucenſium ambiens vt frater ſuus Nicolaus Chroberz Cantor VVladislauienſis qui a puerili etate per Sbilurum & ſuos antecellores Epiſcopos VVladislauienſes fuerat educatus & beneficus Eccleſiaſticis perampliſſime dotatus, fuiſſet per Capitulum in Epiſcopum electus, Caſtellaniam VVoyborcenſem fraudulenter occupauit. Nam quidam Jacuſſius Guetzkowsky familiaris eiusem veniens in VVoyborz per Henricum procuratorem Caſtellanie predictę & Canonicum VVladislauienſem fuit familiariter ſulceptus & ipſis circa menſam epulantibus familiares Jacuſſii predicti fortalicium Curie ibidem pretato Canonico contenciente & permittente intrarunt & ingreſſi exire nolebant. Et quamuis familiares prefati Henrici & Cuius VVoyborcenſes memoratum Jacuſſium & ſuos de predicta curia & fortalicio eciam vi eiicere voluiſſent & potuiſſent, ipſe tamen Henricus ipſos prohibuit, ne occupatoribus predictis in aliquo preſumerent eſſe moleſti. Vnde & ipſe ex hoc de fraude huiusmodi ſuſpectus haberetur. Memoratus vero Drogoſſius per Jacuſſium ſepe dictum non ſolum cenſum ab incolis dicti diſtrictus exegit, ſed tallis diuerſis & angariis nimium afflixit, collectas intolerabiles pauperibus imponendo. Pecora quoque & pecudes & queque animalia animanciade allodiis Epiſcopalibus diſtraxit & vlibus ſuis in conſuſionem honoris ſui timore DEI & honore proprio procul abiectis &c.

Qualiter peregrinus Capitaneus Polonie bona Eccleſie deuſtauit.

Interea vero Peregrinus milēs de VVangleſzino Eſſoriani olim Epiſcopi Cracoui-enſis fratris filius Capiraneum Polonie adeptus, cum non inueniret, de quo crapuloſe vt conſueuerat, viuere poſſet, fecit proclamari, vt omnes terrigene ad quasdam villas Epiſcopi Poznanienſis circa Miſoſlaum conuenirent, vltorius verſus Kalis ad repel-lendos ab obſidione Ducem Cunradum & Barthoſſium ituri. Sed cum pauci veniſſent, ipſe aliquot villis deuſtatis cum centum haſtis & vltra iuit ad villas monaſterii de Luben, aſſerens ſe velle reſiſtere Glogouitis qui pro tunc terram VViſchouenſem deuſtabant. Sed minime proficiſcens rediit Poznaniam bonis Eccleſie deuſtatis.

Qualiter Dux Cunradus obtinuit Ponecz.

Eodem quoque tempore Dux Cunradus venit cum paucā gente ante Ponecz, cum quo Thomiſlaus VViſchota prefectus in Ponecz pacto occulto palam habito ſibi Caſtrum ſubito preſentauit, nullam penitus reſiſtenciam faciendo, propter quod dictus Thomiſlaus cum fratre ſuo per Capitanum Polonie fuerant captiuati &c.

Qualiter Capitaneus Polonie recuperauit Ponecz.

Modico igitur dierum intervallo precedente Thomiſlai VViſchote prefati nutu & conſilio, Capitaneus Peregrinus predictus exercitu congregato proſectus in Ponecz villas Eccleſiarum fortiter deuſtando. Sed priusquam Ponecz perueniſſet, homines ducis in Caſtro Ponecz manentes licet reſiſtere potuiſſent, tamen exercitu non expectato Caſtrum ſuccenderunt & leti ad propria redierunt, Capitaneus vero circa refor-

macionem dicti Caſtri inſiſtens, omnes fere villas Epifcopi Poznaniensis circa Grobya & Dolsko ac Cuſtodie Gneznenſis Slup & Pampawo inhumaniter deuſtauit &c.

Qualiter Barthoſſus exercitum Polonorum in Vinea monte perturbat:

Altera autem vice menſis Auguſti die Peregrinus Capitaneus prefatus iuſſit in vineo monte villa Epifcopi Poznaniensis exercitum Polonorum conuenire, Ducem Cunnardum & Barthoſſium ab impugnatione Kalis repellere pretendens; Sed Barthoſſius die conuencionis predictæ comperto ad ipſum venire feſtinauit, clam non vocatus, ubi quos reperit captiuauit, & multos equos, arma & ſupelleſtilia queque ſuſtulit & abſque moleſtatione ſuorum ad ſtationes ſuas rediit feliciter proſperatus.

De vaſtatione Thurek & Grzegorzewo.

His vero temporibus Stziborius miles, olim filius Moſczuzonis de Stziborze Cuyauita & Johannes Oſwaldi de Plomicowo ac Criſtinus de Cozeglowi Capitaneus in Colo milites de Caſtro eodem exeuntes, diebus diuerſis Thurek & Grzegorzewo cum ſuis adiacenciis enormiter ſpoliarunt, Domino Archi-Epiſcopo Bodzaontha Gneznenſi in Caſtro ſuo Vncow tunc exiſtente, ſed reſiſtenciam, licet potuiſſet, facere nolente &c. Sequitur

De vaſtatione diſtrictus Zneynenſis.

Domarathone itaque in obſidione Loſſow cum ſuis commorante Arnoldus de VValdowo cum Palucenſibus & aliis adiutoribus gregem Zneynenſem & aliarum villarum inopinate ſuſtulit & Golanczam innocuus abduxit. Et hoc ideo, quia homines diſtrictus Zneynenſis iuſſu Grzymale fortalicum Loſſow impugnabant. Poſt hoc copia armatarum ſibi in odium Domarati aſſiſtencium terram Naklenſem multimode predando ſpoliauit, &c.

De exuſione opidi Leknenſis.

Grzymala itaque cum VVoythcone Caſtellano Cuyauienſi iuniore tetendentes inſidias ante opidum Leknenſe equos predocinaliter capere iuſſerunt. Quos cum opidani cum quibusdam armigeris fuiſſent inſecuri, ipſi ex inſidiis prodientes opidarios inſequebantur in opidum fugientes, & ſic opido obtento ipſum totaliter exuſſerunt &c.

De impugnatione opidi Zneynenſis.

Vngarorum, Cracouitarum, & Sandomiritarum exercitibus denique in partibus quorundam Mazouie moram hoſilem facientibus B. Plocenſis Capitaneus, ſuaſu quorundam Archi-Epiſcopi Gneznenſis hoſtium, cum VVincencio Palatino Poznaniensi Dzirſchcone & Oſtrorogone Santhocenſi, Sandziuogio Swidwa Naklenſi Caſtellano, Arnolde de VValdowo, & Palucenſi ac ceteris Terre Terrigenis forti ſatis exercitu congregato, die dominica VI. menſis Septembris mane veniens ante Zneynam ipſam impugnauit, villas Archi-Epiſcopi in circuitu fortiter deuſtando. Et mane alodiis crematis Ciuitatenſium ex vtraque parte Ciuitatis conſiſtentibus preda nimia oneratus in Biſcupicze villa Archi-Epiſcopi pernoctauit. Et ſic altera die in natiuitate Beate Virginis ac in craſtino ceteras villas Archi-Epiſcopi & Capituli & Grzimalitarum cundo Gneznam miſerabiliter deuſtauit. Et veniens Gneznam in Curia Archi-Epiſcopi & Canonicorum hoſpicia ceperunt, in quibus dampna non modica intulerunt.

De impugnatione urbis Breſcenſis per Vngaros.

Exercitus itaque Vngarorum, Cracouitarum & Sandomiritarum prenotatus deſolatis Terris Mazouie circa Radam Sochaczow Lowicz, Gambyno & Goſnino ac miſerabiliter igne exuſtis, die Veneris menſis Septembris XXV. urbem Breſcenſem Cuyauie obſidione vallarunt. Circa quam XI. diebus moram facientibus, terram Cuyauie crudeliter vaſtarunt. Et tandem mediante Duce VVladislao Oppolienſi & Cuyauienſi Duce treugas pacis vsque ad feſtum paſcharis tunc ſequentis cum Semouito Duce Mazouie & ſibi aſſiſtentibus certis paccionibus firmauerunt; Quibus firmatis Vngari paucis ex ſe amiſſis ſed plurimis maliter in Regno Polonie nepharie commiſſis, ad propria retenta malediccione eterna, predaque nimia ditati cum confuſione Polonorum graui incolumes redierunt. Nam ſeuiffima gens omnes Eccleſias ad quas pertingere poterat violare non expauit, ſacramenta Dominici corporis & reliquias ſanctorum minime deferendo. Atterantur ergo confuſionis ſcabie tempore eterno, quorum ſtudio

hec gens indomita ad simulate proteccionis iuuamina fuerat euocata, quam plus dolo inuidie quam gracia subsidii constat fuisse eductam &c.

Qualiter exercitus Domarati fuit debellatus.

Domaratus namque volens coram Marchione & Vngaris sui status magnificentiam ultra vires extendere ostensuam Pomoranos & Saxones quam plurimos precio & precibus conuentos eduxit. Quorum C. cum lanceis & vltra & alias gentes armatas in Zneya opido Archi-Episcopali vt de iplo terras Cuyauie & Polonie deuastaret, collocauit, donec Marchio cum Vngaris ingrederetur Cuyauiam prestolantem. Hy namque de Zneya opido multas depredaciones vicissim comitebant. Et tandem die & mense predictis Exercitus Domarati predicti cum deuastatis quibusdam villis circa Crusuiciam versus Zneynam properaret pars exercitus eiusdem vt puta XLV. cum lanceis secedens iuit in Pyasky predium Ecclesie Crusuicenses ipsumque predium cum aliis circumvicinis depredando spoliauit. Dum vero cum preda redirent & circa iuuenem VVladislauiam iter facerent, VVladislaus Dux prenotatus misit ad eos, prohibens, ne per terram suam predam deducerent. Cuius prohibita minime aduertentes, sed de se ipsis prelium presumentes circa ipsam ciuitatem in ducis despectum transibant, predam quam ceperant conducentes, quos Dux animatus iussit festine insequi. Qui videntes homines Ducis preda dimissa fugam inierunt. In qua fuga aliqui vulnerati sed plures multo fuerant captiuati, captiuatos huiusmodi autem Dux predictus receptis fidesponsionibus cum equis & armis altera die liberos abire permisit.

De Receptione Zneyne de manibus Grzimala per Archi-Episcopum.

Hys itaque triste vulneratis volentibus venerabilis pater B. Archi-Episcopus prenotatus auditis querelis tam a duce quam a Cuyauitis propter deuastacionem villarum de se factis misit nuncios ad Grzimalam & VVirzbantam prefectos Zneynenses & affectans, vt eicctis Saxonibus & Pomoranis Zneynam ipsam sibi restituere curarent, qui tam promissa quam requisiciones minime aduertentes neque restitutionem opidi nec eieccionem gentium quibusdam occasionibus vtentes explere curarunt. Et tandem Dominus Archi-Episcopus visitato in stacionibus ante Brzezczle Marchione prenotato & a falsa accusacione honesta expurgacione facta, intelligens Dominum Domaratum & VVirzbantam sepeditos cum XLV. lanceis de Zneya ad Marchionem processisse colloquacione cum proconsole & ciuibus Zneynensibus prehabita ipso die Dionisiu & sociorum eius Zneynam inopinate intrauit, Grzimala & eius consortibus penitus ignorantibus. De cuius ingressu Grzimala & sui consortes male contenti fuisse videbantur. Vbi veniens omnia alodia sua reperit deserta. Consumplerant enim tam frumenta quam pecora & pecudes nil penitus relinquentes. Et quia nil de grano fuerat in alodiis seminatum, tandem Saxonum vadia L. marcis grossorum cum redemisset, ipsos euadere affectans. Ipsi tamen exire differebant donec minis appolitis ipsos quinta die post introitum suum eciam inuitos de Zneya exire coegit. Post quorum exitum Zneynam cum suo districtu Domino Jarando Decano Gneznenfi gubernandam commisit, &c.

De Captiuitate Sandiuogii de Subino in Vngaria.

Modico igitur post hoc temporis interuallo Dominus Sandiuogius de Subino prelatatus associatis sibi quorundam procerum Cracouiensium & Sandomiriensium filiis iuit Vngariam ad supplicandum Regine ut Heduigim filiam suam versus Poloniam in Reginam Polonie coronandam destinaret, offerens in obides iuuenes predictos, quod ipsam Vngariam remitteret coronatam. Sed cum inprosperatus de Zadra ad propria redire vellet, non fuit permixsus cum sua comitiua totali ad hunc finem vt Cracouiam & alia Castra Vngaris presentaret. Miserat enim Regina Jaschconem de Tarnow Castellatum Sandomiriensem vt se intromitteret de castro Cracouiensi ipsumque mox Vngaris presentaret. Sed ipse hoc presciens misit nuncium Cracouiam Cracouiensibus precipiens ne Castrum Cracouiense Vngaris presentaretur, eciam si intelligerent, quod ignis incendio esset deputatus. Et tandem equis ad certa loca premisiss occulte fugam iniit & sexaginta miliaria vno die & nocte transcurrit. Quo dolo Poloni animati ac priores dolos eciam ad memoriam reuocantes, colloquium generale, quod fieri statuerant celebrare distulerunt, aliud in octaua Cinerum in Radomske celebrandum statuerunt &c.

De expugnacione Castrî Troky Lithwanie per Cruciferos.

In eadem vero anni reuolucione Magister generalis Cruciferorum de Prussia gentis sue multitudine recollecta & terras Lithwanorum potenter ingrediens Castrum Troky magnum & muris altis circumseptum suis hominibus potentissimis obsedit. Quod cum aliquot septimanis instrumentis expugnatoriis expugnasset, Lithwani intus existentes pactis initis ipsum Castrum Magistro Prelato presentarunt; Quod Castrum Magister predictus fere quingentis hominibus cum expensis sufficientibus satis provide muniens cum ad propria redisset, Lithwani ipsum viceuersa vallarunt, machinarumque & pixidum proieccionibus fortiter impugnarunt & tandem gentes Magistri in Castro consistentes considerantes murum castrî tam per Magistri quam Lithvvanorum adeo debilem fuisse, quod subsistere non valens casum peteret premisis certis paccionibus predictum Castrum Lithvvanis iterum reddiderunt, cum suis rebus salui ad propria remeantes &c.

Anno quoque eodem Rome in tota fere Ytalia ac circa mare mediterraneum in terris, que Morauiæ nuncupantur, & in Pomorania inferiori ac in partibus Sandomiriensibus, Cracouiensibus, Bohemie, Slezie & Polonie per loca diuersa magna pestilencia seuiebat, in qua multi prelati & Canonici Poloni Rome & extra abierunt.

De Receptione Iohannis Episcopi Wladislauensis Eropidlo dicti.

Anno itaque Domini MCCCLXXXIII. Johannes Olich, Boleslai Ducis Oppolienfis filius, Episcopus Wladislauensis de Ecclesia Poznanienfi ad Ecclesiam Wladislauensem ut premittitur translatus & per Theodricum prepositum & electum Wladislauensem admissus per Capitulum XI. die mensis Februarii in Episcopum Wladislauensem est receptus, & tandem die eodem tercia die sequenti Wladislauia & Raczens Castra fuerunt sibi presentata &c.

De Colloquio in Radomske habito.

Denique feria quarta post Inuocauit mensis Marcii die secunda maiores natu Polonorum & Bodzanta Archi-Episcopus Gneznenfis conuenientes in Radamske ordinarunt vnanimi voluntate & consensu pro Hedwigæ felicis Regis premortui filia mittendum, petentes vt mitteretur Poloniam regnatura. Alioquin si venire differret ad principis electionem extunc procedere vellent, firmantes & inuicem libimet prohibentes, quod nullus ex ipsis deinceps sub obtentu honoris Vngariam mitti deberet, intimantes Regine quodammodo pro filia ipsius nunquam mittere vellent.

Qualiter Sigismundus Marchio fuit prohibitus Poloniam intrare.

Suggerentibus vero quibusdam Polonis, Regina Vngarie, Sigismundum Marchionem generum suum ad gubernandum Regnum Polonie versus Poloniam destinauit. Quid Cracouite prescientes iuerunt in Sandecz sibi ingressum prohibere volentes, destinatisque nunciis ad eundem pecierunt per eosdem vt ab ipsorum impetitione cessaret; Cum ipsum nec in principem nec in gubernatorem elegissent, alias sibi armata manu occurrere vellent. Qui legacionibus huiusmodi acceptis, peciit vt saltem aliqui cum ipso conuenirent, ad quem Sandiuogius de Subino Palatinus Kalisienfis cum quibusdam aliis versus Lubocolam fuerant destinati. Qui Marchionis promissionibus seducti Poloniam redeuntes tam Archiepiscopum quam ceteros Nobiles Polonie induxerunt, quod aduentum Dominicellæ prefatæ ultra terminum prefixum videlicet a die sancti Stanislai vsque ad festum Penthecostis expectarent, asserentes ipsam procul dubio esse venturam. Promiserat enim Marchio Domino Sandiuogio Palatino prefato apud Dominam Reginam efficere vt Maczkonem Subcamerarium Kalisiensem & quosdam alios eiusdem nepotes, quos post fugam Domini Sandiuogii, de qua premissum est, captiuauerat, a captiuitate dimitteret absolutos, quod tamen minime adimpluit.

Qualiter Nobiles se inuicem captiuabant.

Tempore quoque eiusdem Quadragesime Przeczslô Jacussii de Goluthovvo cum Anastasia matre sua in quodam predio ipsorum, quod Velina dicitur moram facientibus, homines Dobeslai & fratrum suorum de Golaucz, partem Castrî Vŕezze tenentes ipsos inuaserunt & ipsos in domo expugnare non valentes domum succenderunt, sicque Przeczslauum cum suis salientem captiuarunt, equis quoque & rebus ipsorum receptis

receptis ipsos secum abduxerunt ad mille quingentas marcas depaſcantes &c. Poſt modici temporis interualla die vltima menſis Februarii Przibco de Przefſoka, Iohannes Galanſka & eorum complices Ianuſſium de Skoky de monaſterio Lcknenſi venientem de inſidiis quas tetenderant exientes inuaſerunt & in capite grauiter vulneratum cum ceteris conſanguineis & familiaribus ſuis captiuarunt.

Poſt paucos itaque dies eiſdem Quadrageſime Ieracz iuuenis de Sedlicze cum Iankone filio Dobrogostii de Samotuli Martinum de Swonowo de Poznania verius Swonowo tranſeuntem letali vulnere lancea ſibi dato captiuarunt. Et hoc ideo quia Sandiuogius Svvidvva frater Martini predicti Nicolaum de Iaſtrovve fratrem Iankonis & Dobeslaus de Golancza conſors litis eorundem Przeczſlaum fratrem Ieracii captiuaerat, vt eſt premiſſum.

De occiſione Ianuſſii aduocati de Obornyky.

Die namque XXVI. menſis Aprilis in craſſino Marci Euangelifte Ianuſſio aduocato de Obornykus cum genero ſuo B. de Brzeſcze & avvunculis ſuis Iaſzkont Stephano dictis Scory & ceteris ad numerum XVIII. perſonarum in quodam predio nomine Przeczſlavve Ieraczonis de Mroczkovvo, qui Mroczko predictus ipſos ſepulturam Ianuſſie vxoris prefati que in craſſino ſancti Adalberti pridie in Obornykus fuit eccleſiaſtice tradita ſepulture inuitauerat, vt meroris luctum in gaudii ſolacium ſaltem in parte conuerteret eorundem conuiuantibus & conſedentibus, S. Svvidvva congregatione equitum & pedeftrium facta de fortalicio ſuo Galovvo exiens ipſis adhuc dormientibus iuit & irruit in eosdem, ibique Ianuſſio aduocato predicto ſe viriliter opponente nepharie occiſo. ceteros captiuaui, nobiles ſeminas, vxores ipſorum veſtimentis lectiſterniis & earum clenodiis nequiter ſpoliando. Poſt quod factum temere preſumptum tanta commocio inter Polonos exercuit, quantam nulla vnquam meminerat etas fuiſſe exortam, prout infra aliquiditer deſcribetur, cum nimium eſſet omnia ac ſingula ſilo ſcripture commendare.

De Conuentione Nobilium iterum in Sandecz habita.

Die vero ſancti Stanislai menſis May VIII. conuenerunt in Sandecz primates Cra-couie & Sandomirie, vbi inter cetera decreuerunt ex ſuperhabundanti & vltimam pro Heduigi filia Regis Vngarie eſſe mittendum, miſeruntque Spithconem de Tarnow Palatinum Cracouiensem & Petrum Sezekoczsky Caſtellanum Lublenſem ad Domini-cellam prefatam petentes vt ad diem Penthecoſtis proxime nunc venturum Cracouiam veniret in Regno Polonie regnatura, alioquin votis mutuo ſe aſtrinxerunt certis pac-cionibus firmantes, quod a feria quinta feſti Penthecoſtis nullus eorum ſub teſto quieſceret donec principem eligerent in Regno Polonie regnaturum, quod & feciſſent, ſi inſtabilitas eorum annuiſſet. Intelligens autem Przeczſlaus Wauvvelsky miles, quod S. Palatinus & P. prefati ad eundem pro filia Regis fuiſſent deputati, proſiliens in medium dixit, Domini & fratres, nuper de vltimo colloquio ad Dominam Reginam me deſtinatis petentes, vt filiam ſuam vobis deſtinaret, alioquin in antea nullos nuncios mittere velletis pro eadem. Nunc autem iterum pro ipſa mittere decreuiſtis me mendacem reddere cupientes, peciurque ne aliquos mitterent, quia ex eorum miſſione non ſolum ipſe ſed & ipſi crimine mendacii notarentur. Poſt hoc maiores natu premiſſo tractatu miſſionem nunciorum detractarunt, prohibentes ne aliquis Vngariam preſumeret viſitare. Contra quorum prohibitionem S. Palatinus prefatus verſus Vngariam ire preſumpſit. Nichilominus Nobiles terre ex poſt deliberarunt colloquium generale in die Natiuitatis Beate Marie in Siradia celebrare, quod poſtea fuit immutatum. Nam Cra-couie fuit ſtatutum, in quod Terrigene maioris Polonie non conſenſerunt, ſed ad duas ſeptimanas poſt Natiuitatem Virginis Marie in Siradia conuencionem ſecerunt ſinalem de eligendo ibidem Rege &c. Sequitur

De exuſſione Terre. circa Wronky & de impugnatione Bytyn.

Paucis itaque diebus elapſis Peregrinus Capitaneus Polonie S. Caſtellanus Naklenſis & ceteri vallarunt fortaliciu Bythyn Nicolai de Lodza cum machina Ciuium Poznanienſium iactu iacientes in idem & ſuſceptis ſagittarum vlnerationibus deuſtatiſque villis eiſdem rapinis & incendio diſceſſerunt, fortalicio predicto nullo nocumento penitus illaro. Fecerunt tamen treugas pacis inter ſe Peregrinus, Domaratus cum Vincencio Palatino, S. Swidwa Caſtellano Naklenſi & Wiſſzata de Curnik duntaxat exceptis qui treugas pacis cum Domarato tenere rennuerunt, ipſum vilem & debilem pe-nitus

nitus estimantes. Sed mox Domaratus Castellanus Poznanienfis cum suo exercitu irruit in opida Kazimirczs & Samotuli, ipsamque cum villis & molendinis ac ceteras villas complicum seu adherencium S. Svividve Castellano Naklenfi sepe dicto despolians crudeliter exussit. Svividva autem Golovvo fortalitium suum cum Peregrino Capitaneo quem ad prandium inuitauerat existente sed prohibere ipsam nolente.

De Coronacione Hedwigis filie Loduici Regis Vngarie.

HEDWIGIS:
REGINA PO-
LONIE coro-
natur:

Anno Domini MCCCLXXXIII. dominico die Hedwigis Regis Loduici Polonie & Vngarie filia in Ecclesia Cracouiensi per Dominum Bodzantam Archiepiscopum Gneznensem presentibus Demetrio Cardinali Strigonienfi, Iohanne Cracouiensi, Iohanne Ceradinensi Episcopis est in Regem Polonie coronata ob defectum sexus masculini dicti Regis Loduici Vngarie &c.

De aduentu Ducum Lithvvanie & postulacione Hedwigis Regine predictae Iegelloni magno Duci Lithvvanie in uxorem.

quæ IAGTEL-
LONI: MA-
GNO DUCI
LITHUANIE
nubuit: ad Ro-
mano-Catholi-
cam Fidem
prius conuerso:

Anno Domini MCCCLXXXV. Sgergalo Elgemoth & Berizo Duces Lithvvanie cum multo comitatu Cracouiam intrantes Hedwigi Regine Polonie in Regem coronate munera non modica obtulerunt, & a nobilibus Regni Polonie ipsam Hedwigini Iegelloni magno Duci Lithvvanorum in uxorem postularunt, fidem Christi assumere cum eorum subditis promittentes, antequam huiusmodi contractus celebraretur. Sed Nobiles Terre Polonie ad Vngariam pro consensu & voluntate matris sue Domine Elizabeth Legatos eius & nuncios proprios cum nunciis Lithvvanorum remiserunt &c. Sequitur

Qualiter Iagello Dux magnus Lithvvanorum Cracouie suscipitur.

Anno Domini MCCCLXXXVI. die XII. mensis Februarii Iagello Dux magnus Lithvvanorum in ciuitate Cracouiensi cum multa sollempnitate suscipitur, cum quo Widokdus Strigallo Georgius Parriso & alii quam plures Duces Lithvvanorum intrarunt.

Quomodo Iagello baptisatur & cum Heduiqe matrimonium contrahit.

&c cognomen
VVLADIZ-
LAI adepto:

Item Anno Domini MCCCLXXXVI. in Crastino Sancti Valentini, die Iouis, XIII. mensis Februarii predictus Dominus Iagello cum fratre vterino Wigalth per Dominum Badzantam Archiepiscopum in Ecclesia Cracouiensi sunt baptisati. Iegelloni Wladislaus & Wigantho Wiganth nomina imponuntur.

Item Anno mense predictis die solis XVII. mensis antedicti cum Domina Hedwigis Regina Polonie predictus dux Wladislaus matrimonio cum multa sollempnitate sunt copulati, & licet predicta Hedvigis, vt assererat, in annis puerilibus Wilhelmo de Austria Duci fuisset per parentes desponsata, tamen tunc existens in annis maturitatis in Ecclesia predicta publice ipsa sponsalia, si qua fuerunt, irritauit & reuocauit.

Item Anno Domini MCCCXC. Cruciferi cum Duce Witoldo & - - Terre Lithvvanie die sancti Augustini Wilnam circumuallarunt Krziuigrod cremarunt & multis ibidem militibus necatis eciam igne suffocatis & Kazimiro alias Konigel interfecto.

MARIA RE-
GINA UNGA-
RIÆ obiit:

Item Anno Domini MCCCXCV. die lune XVII. mensis May Maria Regina Vngarie vxor Sigismundi Regis obiit in Vngaria.

Item Anno Domini MCCCXC. gentes Domini Regis Wladislai circumuallarunt Castrum Bobrownikus, inter quos erat principalis Cristinus de Ostrow & tenuerunt se Castrenses circumueniendo dictam gentem a die vsque ad octauam sancte Marie. Et in octaua predicta de mane gentes Cruciferorum congregatae in Golub tempore frigido nimium & niues - - - & eis victis & valuis exseccatis Castrum predictum intrauerunt & totam illam Castellaniam occuparunt dicto Cristino tunc fugiente simulante se ad Custodiam exiuisse & latuit ad duo miliaria in quadam borra.

Item anno reuoluto gentes Cruciferorum in vigilia sancti Nicolai circumuallarunt ciuitatem Dobrzin & Castrum ibidem, quod tenebant a Domino Rege dicti Cosszysko & tandem tertia die tradiderunt Castrum & istam totam terram dicti Cruciferi obtinuerunt. Rex vero dicto Cosszysko assignauit Grzegorzewo cum quinque villis Ecclesie Gneznensis.

* * *

Recentior * Manus hæc in Cod. MSto addidit:

Anno Domini MCCCCLXXXIII. Illustriss. Princeps Dominus Kazimirus: secundo genitus Serenissimi Principis ac Domini Domini Kazimiri DEI gracia Regis Polonia: Magni Ducis Lithuania: &c. feria quinta proxima ante Dominicam Inuocavit in Lithuania in Grodno defunctus est, qui existens plenus moribus disertis & sanctis ac piis operibus erga subditos suos: honorifice in Wilna humi funus datum.

Anno Domini MCCCCLXXXII. Serenissimus Princeps Dominus Kazimirus: Rex Polonie & Magnus Dux Lithuanie in Grodno mortuus est: 7. Junii: qui fuit Fautor Spiritualium summus: Orate pro Eo!

IV. VITA THOMAE I. EPISCOPI WRATISLAVIENSIS EX VARIIS TESTIMONIIS

EPISCOPI: CAPITVLI ET ABBATIS S. VINCENTII CONGESTA.

Andreas DEI gratia Episcopus Wratislaviensis: Superioris & Inferioris Silesia: supremus Capitaneus. Omnibus & singulis cujuscunque gradus dignitatis aut præminentia fuerint, in quorum manus hæc scriptura perveniet, salutem in Domino. Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini Domini Maximiliani, Electi Polonia: Regis, Archiducis Austria, Stiria, Carinthia, Comititis Tirolis, Habsburgi, ordinis Teutonici in Germania & Italia supremi Magistri &c. Consiliarius & Secretarius, Nobilis** Andreas Hannivvald de Eckersdorf, Pillicz & Rotfirben petit a nobis, ut historiam vel vitam Thomæ Primi quondam Episcopi Wratislaviensis descriptam concedere dignaremur. Nos igitur cum hoc ab Hannivvaldo historiarum amore ac studio fieri intelligeremus, ejus desiderio benigne locum dedimus, & in antiquis ac authenticis Episcopatus Archivis diligenter curavimus inquiri, ac diversis in locis ea quæ sequuntur, reperimus.

Andreas Episcopi

Causa Scripturae

THOMAS PRIMUS.

Quindecima mensis Augusti die adveniente, quam Capitulares Wratislavienses novum pontificem ordinaturi, pro Comitibus dixerant, Capitulares scrutinii via procedendo Thomam Canonicum Wratislaviensem, paucis aliorum divertentibus eligunt. Hic genere nobilis erat de stirpe & familia Baronum Polonia, qui tres hastas transversatiles in campo rubro deferunt pro insigni, & caput hirci in galea, & habent proclama Kozlove Rogicz. Qui non solum propter nobilitatem generis, sed etiam propter scientia & prudentia, atque facunditatis raras quibus fulgebat dotes opinione & fama apud proprios & vicinos celebris habebatur. Huic & Henricus cum Barba Wratislaviensis Dux cum favisset, a Vincentio primo Archiepiscopo Gnesneni Electio sua Gnesna fuit confirmata, & ipse in pontificalem ordinem benedictus, qui in pontificalem arcem conscendens, nihil sibi antiquius agendum duxit, quam ut Clerum Wratislaviensem, incontinentia vitio fere coinquinatum, ab illa labe purgaret. Itaque plures Sacerdotes concubinis assuetos, aut carcere, aut exilio multavit, cæteris se emendantibus fuit clementior. Videns insuper mensam suam episcopalem Wratislaviensem per donationes parum providas dominorum suorum prædecessorum Cypriani & Laurentii immediatarum Monasteriis Lubensi & Trebnicensi factas, graviter castratam & læsam fore, quorum notabiles uterque decimas manipulares præfatis Monasteriis donatione perpetua contulerant, ipsas rescidit, & irritavit, ac mensæ suæ reunivit, non sine maximo indignationis nubilo Henrici cum Barba & Filiorum Ejus HENRICI & BOLESLAI, ad quorum intercessionem donationes illæ fiebant, ut qui Monasteria ipsa a se fundata & dotata spoliari tam crassa dote, quasi a se largita iniquo animo ferebant, nec taciti quidem querebantur coacervabanturque assidue odia contra illum, tam principum quam Baronum, multisque persecutionibus & adversitatibus, quas forti tolerabat animo conquassabatur. Fortis deinde & valida sibi manus injecta est, a Boleslao Legnicensi Duce filio Henrici cum Barba de annuentia aliorum Principum, cum Boguslao Præposito & Heicardo Canonico Wratislaviense apud Gorkam Villagium Abbatis S. Marie in Are-

THOMAS I. Ep. VVratislaviensis perScrutinium eliguntur

Nobilis Polonus:

Virtutes Ejus:

Clericorum Cenfor:

Factas Lubensi & Trebnicensi Monasterio donationes revocat:

A Boleslao Legnicensi Duce capitur:

* Quæ tamen omnino Seculi XV. Litteras præ se fert: Possessoris forte Codicis istius MSti.

** Ita legitur in MSto, sed verum Prænomen est Simon, ut patet ex iis quæ infra sequuntur.

Nec dimittitur
nisi dato pro-
misso de Deci-
mis manipulari-
bus in maldrat-
as & fertona-
les permutan-
dis.

Obitus
an. 1267.

na, cujus ecclesiam dedicaturus advenerat, sexta octobris captus est & carceratus, compede vinculatus. Et quamvis Archiepiscopus Gnesnensis tulisset ob ejus captivitatem & in captivatorem ejus Ducem Legnicensem Boleslaum sententias execrabiles interdicti: Quamvis insuper Innocentius Papa Quartus, sollicitantibus illum Fulcone Archiepiscopo Gnesnense & universis Polonica Ecclesiarum Episcopis, per literas & nuncios Crucem & generale passagium contra Boleslaum ducem per Bullam quam ego originaliter vidi promulgaverit, tot tamen & tantis flagellis ferreum Boleslai Ducis emoliri non potuit pectus, donec Thomas ipse Capitulo reclamante VVratislaviensi decimas manipulares universi grani, quas pia veterum Regum & Principum Poloniae religio & devotio instituerat, Ducibus & Baronibus exigentibus, nec aliter in suam solutionem assentiri volentibus, sed suos census augere, Ecclesiam diminuere nitentibus, in maldratas & fertones decimales verti pro se & universo Clero VVratislaviensi impie & miserabiliter, cum satius sibi omnem mortem appetere debuerat, pro Ecclesiae libertate consensit, & tam beneficia Dioecesis VVratislaviensis in majori dimiditate suorum introitorum illo consensu execrabili mutilavit. Fuitque illud primum Schisma, quo se Duces & Barones Silesiae a corpore Regni Poloniae non sine DEI & ecclesiae gravi & enormi offensa scindere, decretisque veteribus per vim abrogatis, scita sua instituere coeperunt. Quid mirum igitur si Divinitas ab illis irritata indignationem suam iustissime in illis assidue infundit, dum & illos Regni Poloniae privavit successione & hereditate, & Regibus externis haeretica labe fundatis in servitutem subjecit. Exactis igitur Thomas Episcopus in pontificatu annis triginta quinque sub quibus bona Episcopatus sui notabiliter auxit, Anno Domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Septimo tertio Calend. Junii in aetate grandaeva consistens moritur & in Ecclesia VVratislaviensi sepelitur.

Ex alio Libro.

Idem breviter.
Thomas I.
Ep. VVrat.
Donationes
revocat:
Decimas cogi-
tur permutare:
Obitus Ejus
an. 1267.

Tartari Silesi-
am invadunt.

Thomas primus Ecclesiam non mediocriter ampliavit, vir ad omnia agenda natus Cleri incontinentiam rursus pullulantem rigide repressit, inofficiosas Laurentii & Cypriani decimarum donationes revocatas mensa sua rursus incorporavit. Contracto igitur odio Boleslai Ducis Legnicensis filio Henrici de Barba, captivatus compellitur maldratas in fertones argenti reclamante Capitulo, convertere, inde perpetuam toti Clero calamitatem invexit. Sedit annis triginta quinque. Obiit inglorius Anno Domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Septimo. Interea Tartari e sedibus suis erumpentes, Hungariam, Russiam, Poloniam & Silesiam saeva clade affecerunt: Henricum filium S. Hedwigis praelio victum interfecerunt. Concilium Lugdunense Innocentius quartus pro terrae sanctae recuperatione celebrat. Fridericus secundus Imperator Papas maxima clade afficit. Albertus Magnus Parisiis floret & S. Bonaventura clarus habetur; miserabilis lues in totum orbem desevit.

Item alibi.

Thomas I.
Ep. VVrat.
Per Scrutinium
eligitur:
Nobilis Polo-
nus

Donationes
revocat:

Capituli

Thomas primus defuncto Laurentio Wratislaviensi Episcopo Praelati & Canonici Capitulares Wratislavienses die 15. Augusti pro Comitibus instituta, via scrutinii procedendo Thomam Canonicum Wratislaviensem paucis aliorum divertentibus eligunt. Genere hic Nobilis. Stirpe & familia Baronum Poloniae, qui tres hastas transversaliter in campo rubeo deferunt pro insigni, & caput hirci in galea. Huic & Henricus cum Barba VVratislaviensis dux cum favisset, a Vincentio primo Gnesnensi Archiepiscopo, Electio sua Gnesnae fuit confirmata & ipse in Pontificalem ordinem Benedictus. Hic videns mensam Episcopalem VVratislaviensem per donationes praedecessorum suorum Cypriani & Laurentii immediatorum Monasteriis Lubensi & Trebnicensi in manipularibus decimis satis improvide factas, nimium fore laesam & castratam ipsas rescidit, & irritavit & mensa sua episcopali reunivit. Quod Henricus cum Barba cum Henrico & Boleslao filiis suis agre ferens, ad quorum intercessionem illae donationes fiebant, & assidue ipsum persequabantur, & tandem Boleslaus Legnicensis Dux filius Henrici cum Barba ipsum in Gorka Villagio S. Mariae Abbatis in Arena cum Annuentia aliorum Principum cum Boguslao Praeposito & Heicardo Canonico VVratislaviensi cujus Ecclesiam dedicaturus advenerat, sexta octobris capiebat & carcerali compede vinculatum tenebat. Ob cujus captivitatem Fulco Gnesnensis Archiepiscopus sententias execrabiles interdicti contra captivatorem in universa Gnesnensi Provincia tulit & insuper Innocentius Papa quartus per literas ac nuncios, crucem & generale passagi-

um contra Boleslaum Ducem Legnicensem prædictum promulgavit, tamen ferreum Boleslai pectus tantis flagellis emolliri non potuit, nec ipsum Episcopum dimissurus Thomam, donec Thomas ipse capitulo reclamante, omnes decimas manipulares uni-
 versi grani in augmentum censuum Ducum & Baronum Poloniae & Ecclesiasticorum maximam diminutionem pro se & universo Clero in maldratas & fertionales verti & mutari consensit. Et tam Episcopatum quam omnia monasteria, Ecclesias & beneficia suæ Diocesis in majori dimidietate illo consensu execrabili mutilavit: Sedit autem in sede VVratislaviensi annis triginta quinque & anno millesimo, ducentesimo, sexagesimo septimo tertio Calendas Junij moritur & in Ecclesia Cathedrali VVratislaviensi sepelitur. In cujus rei fidem & testimonium sigillum nostrum appendi curavimus. Datum Nissæ VII. die mensis Julij. Anno Domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo octavo.

Andreas Eps. VVratislaviensis. mpp.

NOs capitulum Ecclesiæ Cathedralis VVratislaviensis. Omnibus & singulis cujuscunque gradus, dignitatis aut præminentiae fuerint, in quorum manus hæc scriptura perveniet. Salutem in Domino Sacratissimi ac Invictissimi Imperatoris, ac Domini Domini Rudolphi Secundi, semper Augusti &c. Hungariæ & Bohemiæ Regis Serenissimi Domini nostri Clementissimi &c. Nec non Reverendissimi in Christo Principis ac Domini Domini Andreæ Episcopi VVratislaviensis. Supremi per utramque Silesiam Capitanei. Consiliarius Magnificus Generosus & Nobilis Dominus Simon Hanniwaldus de Eckersdorf, Pilsitz & Rotfirben petiit a nobis ut historiam vel vitam Thomæ primi quondam Episcopi VVratislaviensis descriptam eidem concedere dignaremur. Nos igitur Domini Haniwaldi petitioni honeste locum dedimus & in antiquis ac authenticis Capituli nostri Archivis diligenter curavimus inquire, ac ea quæ sequuntur reperimus, quorum tenor ut sequitur est talis.

THOMAS PRIMVS.

Quindecima Mensis Augusti die adueniente, quam capitulares Wratislavienses novum Pontificem ordinaturi, pro Comitibus dixerant, Capitulares Scrutiniis via procedendo, Thomam Canonicum Wratislaviensem, paucis aliorum divertentibus eligunt. Hic genere Nobilis erat de stirpe & familia Baronum Poloniae, qui tres hastas transversalites in campo rubro deferunt pro insigni & caput hirci in Galea, & habet proclama Koslowe Rogy, qui non solum propter nobilitatem generis, sed etiam propter scientiæ & prudentiæ, ac facunditatis raras quibus fulgebat dotes, opinione & fama apud proprios & vicinos celebris habebatur. Huic & Henricus cum Barba Wratislaviensis Dux cum favisset, a Vincentio primo Archiepiscopo Gnesnensi Electio sua Gnesnæ fuit confirmata, & ipse in pontificalem ordinem benedictus. Qui in Pontificalem Arcem conscendens, nihil sibi antiquius agendum duxit, quam ut Clerum Wratislaviensem incontinentiæ vitio fere coinquinatum, ab illa labe purgaret. Itaque plures Sacerdotes concubinis assuetos, aut carcere aut exilio multavit. Cæteris se emendantibus fuit clementior. Videns insuper mensam suam Episcopalem Wratislaviensem per donationes parum providas Dominorum suorum prædecessorum Cypriani & Laurentii immediatorum Monasteriis Lubensi & Trebnicensi factas, graviter castratam & læsam fore, quorum notabiles uterque decimas manipulares præfatis monasteriis donatione perpetua contulerant, ipsas rescidit & irritavit, ac mensæ suæ reunivit, non sine maximo indignationis nubilo Henrici cum Barba & Filiorum ejus Henrici & Boleslai, ad quorum intercessionem donationes illæ fiebant, ut qui monasteria ipsa a se fundata & dotata, spoliari tam crassa dote, quasi a se largita iniquo animo ferebant, nec taciti quidem querebantur, coacervabanturque assidue odia contra illum, tam principum quam Baronum, multisque persecutionibus & adversitatibus, quas fortis tolerabat animo, conquassabatur. Fortis deinde & valida sibi manus injecta est, a Boleslao Legnicensi Duce filio Henrici cum Barba de annuentia aliorum principum cum Boguslao Præposito & Heicardo Canonico Wratislaviense apud Gorkam Villagium Abbatissæ S. Mariæ in Arena, cujus Ecclesiam dedicaturus advenerat, sexta Octobris captus est, & carceratus, compede vinculatus. Et quamvis Archiepiscopus Gnesnensis tulisset ob ejus captivitatem & in captivatorem ejus Ducem Legnicensem Boleslaum sententias execrabiles interdicti: Quamvis insuper Innocentius Papa Quartus, sollicitantibus illum Fulcone Archiepiscopo Gnesnense & universis Polonicae Ecclesiæ Episcopis, per literas & nuncios, Crucem & generale passagium contra Boleslaum

dimittitur.

Obitus Ejus.

Ducem per Bullam quam ego originaliter vidi promulgaverit, tot tamen & tantis flagellis ferreum Boleslai Ducis emolliri non potuit pectus, donec Thomas ipse capitulo reclamante Wratislaviense decimas manipulares universi grani, quos pia veterum Regum & Principum Poloniae religio & devotio instituerat, Ducibus & Baronibus exigentibus, nec aliter in suam solutionem assentiri volentibus, sed suos census augere, Ecclesiam diminuere nitentibus, in maldratas & fertones decimales verti pro se & universo Clero Wratislaviense impie & miserabiliter, cum satius sibi omnem mortem appetere debuerat pro Ecclesiae libertate, consensit & tam beneficia Dioecesis Wratislaviensis in majori dimidietate suorum introitorum, illo consensu execrabili mutilavit. Fuitque illud primum Schisma, quo se Duces & Barones Silesiae, a corpore regni Poloniae, non sine DEI & Ecclesiae gravi & enormi offensa scindere, decretisque veteribus per vim abrogatis, scita sua instituere coeperunt. Quid mirum igitur si Divinitas ab illis irritata indignationem suam iustissime in illis assidue infundit, dum & illos Regni Poloniae privavit successione & hereditate, & Regibus externis haeretica labe fundatis in servitutem subjecit. Exactis igitur Thomas Episcopus in Pontificatu annis triginta quinque sub quibus bona Episcopatus sui notabiliter auxit, Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Sexagesimo Septimo: Tertio Calend. Junij, in aetate grandeva consistens moritur, & in Ecclesia Wratislaviensi sepelitur. In cujus rei fidem & evidens testimonium Sigillum nostrum Capitulare appendi volumus. Datum Wratislaviae 23. Julij Anno Domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo octavo.

* * *

Abbas ad S.
Vincentium
Testimonium.

D. RUDOLPHI ROM. IMPERATORIS semper Augusti Hungariae & Boemiae Regis Sacratissimi &c. Consiliarius Joannes divina providentia Abbas ad S. Vincentium Wratislaviae &c. Omnibus & singulis cujuscunque gradus, dignitatis aut praeminentiae fuerint in quorum manus haec scriptura pervenerit. Salutem in Domino, orationes & officia. Ejusdem Sacratissimae Caesareae Regiaeque Majestatis, nec non Reverendissimi in Christo Principis ac Domini Domini Andreae Episcopi Wratislaviensis supremi per utramque Silesiam Capitanei Consiliarius &c. Magnus & Nobilis D. Simon Haniwaldt de Eckersdorf, Pilsitz & Rotfirben, petit a nobis, ut historiam vel vitam Thomae primi quondam Episcopi Wratislaviensis descriptam concedere dignaremur. Nos igitur D. Haniwaldi petitioni & desiderio locum dedimus & in vetustissimis ac authenticis monasterii nostri Archivis diligenter curavimus inquiri, ac ea, quae sequuntur reperimus. Quartus decimus Episcopus Wratislaviensis, Thomas primus ecclesiam non mediocriter ampliavit, Vir ad omnia agenda natus, Cleri incontinentiam rursus pullulantem rigide repressit, Inofficiosas Laurentii & Cypriani decimarum donationes revocatas mensae suae rursus incorporavit. Contracto igitur odio Boleslai Ducis Legnicensis filii Henrici captivatus, compellitur maldratas in fertones argenti reclamante Capitulo convertere, inde perpetuam toti Clero calamitatem invexit. Sedit annis triginta quinque Obiit inglorius: Anno Domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo septimo. Interea Tartari e sedibus suis erumpentes Hungariam, Russiam, Poloniam & Silesiam seva clade affecerunt, Henricum filium S. Hedwigis interfecerunt, Consilium Lugdunense Innocentius quartus pro terrae sanctae recuperatione celebrat. Fridericus secundus Imperator Papam maxima clade afficit. Albertus Magnus Parisiis floret & S. Bonaventura clarus habetur. Miserabilis lues in totum orbem defavit. In cujus rei fidem & testimonium Sigillum nostrum appendi curavimus & propria manu subscripsimus. Datum Wratislaviae ex Monasterio nostro S. Vincentii Decimo quinto Calend. Augusti Anno Domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo octavo.

Joannes Abbas manu sua.

V. JOHANNIS LONINI: CANONICI CRACOVENSIS. EPISCOPORVM SMOGORZOVENSIS: ET PITZINENSIS, QVAE NUNC WRATISLAVIENSIS, ECCLESiarUM HISTORIAE ET ACTA:

Praefatio.

Tempore Primi Polonorum Principis & Monarchae Catholici Mietzlai, & filii ejus Boleslai Primi, Poloniae Regis, Anno Domini Noningentesimo Sexagesimo sexto fundatae sunt simul & eodem tempore novem Ecclesiae Cathedrales inter quas una Me-

Metropolitana videlicet Gnesnensis, Reliquæ Cathedrales: Cracoviensis, Wratislavienſis, Wladislavienſis quæ quondam Cruſwienſis, Poſnaniensis, Plocenſis, Lubu-
cenſis, Culmenſis, Caminecenſis.

Novem Eccle-
ſiæ Cathedrales
fundatæ in Po-
lonia.

GODFREDUS PRIMUS.

Godfredus Primus Smogorzoviensis Eccleſiæ Episcopuſ, genere nobiliſ, natione ac proſapia Romanuſ: Anno Domini Noningentefimo ſexageſimo ſexto proviſuſ & datuſ eſt, per Stephanuſ Romanuſ Pontificem, qui ſumme curabat, ut rudes Carnaleſque & agreſtes ac ſemi barbaroſ ſuæ diœceſiſ homineſ in duodecim articuliſ fidei orthodoxæ, moribuſ & honeſtiſ diſciplinis inſtrueret ac moreſ optimoſ & rituſ Catholicos plantaret. Sedit autem in Eccleſia Smogorzovieneſe annis decem ſeptem & anno Domini Noningentefimo Octuageſimo tertio mortuſ eſt & in Eccleſia Smogorzovieneſi ſepultuſ.

Primuſ Episcopuſ
Smogorzovi-
enſiſ Patria
Romanuſ

Ejuſ Obituſ
an. 983.

URBANUS PRIMUS.

Urbanuſ Primuſ, ſecunduſ Smogorzoviensis Episcopuſ ob petitionem Boleslai antedicti Poloniæ Regiſ per Johannem Papam duodecimuſ, Anno Domini Noningentefimo octuageſimo tertio fuit proviſuſ & datuſ. Hic modeſtuſ genere nobiliſ natione Romanuſ & Canonicuſ ſanctæ Mariæ majoriſ de urbe fuit. Qui proviſione & conſecratione Romæ accepta nonnulloſ viroſ ſpiritualeſ & ſacerdoſ, libroſ quoque eccleſiaſticis officiis deſervienteſ ſecum ex Italia detulit, per quos diœceſiſ Smogorzoviensis (quæ jam aliquomodo eccleſiaruſ parochialiuſ fundacione creverat) faciliuſ adminiſtraretur. Hic primuſ curam adhibuit, ut pueri & adoleſcenteſ in literiſ latinis erudirentur, Scholaſque ob id in Smogorzaw conſtituit & tam Doctorem Scholaruſ quam Scholareſ ipſoſ de menſa ſua liberaliter reſiciebat & providebat. Sedit autem in ſede Smogorzovieneſi annis viginti duobuſ. Sepelitur morieſ in Eccleſia Smogorzovieneſi Anno Domini Milleſimo quinto.

Urbanuſ I.
II. Episcopuſ
Smogorzovi-
enſiſ Roma ac-
ceſſituſ:
Sacerdoſe &
libroſ aſſerit

Prima Schola
ſileſiæ:
Obituſ an.
1005.

CLEMENS PRIMUS.

Clemens primuſ, Smogorzoviensis Eccleſiæ pontifex tertiuſ, a Clero & populo Smogorzoviensi, electuſ Italicuſ ſanguiniſ & Lingwagii homo genere nobiliſ per interceſſionem Boleslai Chrobry Poloniæ Regiſ a Benedicte Papa ſeptimo confirmatuſ & a Gneſnenſi Archiepiscopuſ Hypolito conſecratuſ: Unuſ ex eccleſiaſticis viroſ quos antecelloſ Urbanuſ ſecum ex Italia adduxerat: Qui præcipue operam dabat ut a ſua diœceſi rituſ gentileſ quos Poloni neophyti nondum ex integro depoſuerant depelleret. Cum autem annis duodecim in ſede Episcopali Smogorzoviensi ſediſſet, febriſ gravem incidens Anno Domini Milleſimo viceſimo ſeptimo obiit, & in Eccleſia Smogorzoviensi ſepelitur.

Clemens I.
III. Episcopuſ
Smogorzovi-
enſiſ Electuſ Smo-
groviz:
Urbanuſ Comen-

Obituſ an.
1027.

LUCILIUS PRIMUS.

Defuncte Clemente, Smogorzoviensi Episcopuſ, Luciliuſ unuſ ex Smogorzoviensiſ Canoniciſ per cœteroſ Prelatoſ & Canonicos adhibito Clero Smogorzoviensi ad Cathedram electuſ & ſuffectuſ eſt, vir Italicuſ genere & lingua cujuſ electionem Romanuſ Pontifex, Sylveſter Papa ſecunduſ, ad iſtanteſ Mietzlai Poloniæ Regiſ preceſ Anno Domini Milleſimo viceſimo ſeptimo confirmavit, cui poſtea Boſucha Gneſnenſiſ Archiepiscopuſ ex commiſſione ejuſdem ſummi pontificiſ in Gneſnenſi eccleſia munuſ benedictioniſ & conſecrationiſ impendit. Erat vir ſtudioſuſ & literatuſ diviniſ & humaniſ doctriſ die noctuque operam danſ. Cui rei plureſ ſibi ex Italia libroſ coacervabat: A clero præſertim incontinenti abhorrenſ & illum vario poenaruſ genere mulctanſ, quia ſoluſ, rite, pudice & nitide clarebat, Clericoſ autem quos noverat caſtoſ & pudicoſ ſingulari proſequabatur benevolentia & charitate. Qui cum annis novem in ſede Smogorzoviensi ſediſſet podagra ægritudine aliquandiu quaſſatuſ omnibuſ libroſ quos coëmerat Smogorzoviensi Eccleſiæ appropriatiſ, ſumpto viatico ſalutari Anno Domini Milleſimo Tricentefimo ſexto moritur & in Eccleſia Smogorzoviensi ſepelitur.

Luciliuſ I.
Ep. IV. Smo-
groviz:
Electuſ Smo-
groviz:
Italiuſ:
Mietzlai Com-
mendatione:
Ejuſ ſtudia:
Libroſ compo-
ſit:
Cenſor morum

Libroſ Eccleſiæ
legat:
Obituſ an.
1036.

LEONARDUS PRIMUS.

Dum poſt mortem Clementiſ, Smogorzoviensis Episcopuſ ſucceſſor idoneuſ queritur, Leonarduſ ejuſdem eccleſiæ Decanuſ a capitularibuſ per viam Scrutiniſ eligitur, vir genere & lingua Italuſ ex ſtirpe nobiliſ ortuſ ducenſ, cujuſ electionem ſummuſ Pontifex, Benedicte Papa octavuſ per interceſſionem Regiſ Richſe, Mietzlai relictæ, Nobiliſ Italuſ,

Leonarduſ I.
Ep. V. VVra-
tiſlaviensis:
Electuſ per
ſcrutiniuſ:
Nobiliſ Italuſ,

Mores Ejus:

lietæ, ac procerum Poloniæ ac Capitularium Smogorzovienſium confirmavit facillime & per Stephanum Archiepiſcopum Gneſnenſem in Gneſnenſi eccleſia ordinatur & confeſcratur. Hic ſingulari gratia DEI, ut etiam in conſpectu hominum gratioſus habebatur, Verax in ſermone & juſtus in judicio, in agendis ſuis adeo efficax ut ejus providentia & diligentia Episcopatus Smogorzovienſis non parum creverit. Qui etiam Episcopatus propter ſiccitatem & ariditatem loci de conſenſu Caſimiri Primi Poloniæ Regis, atque Benedicti Papæ octavi, anno ſui pontificatus quinto, videlicet Milieſimo quadrageſimo primo de Smogorzaw in oppidum vicinum & propinquum magis quam celebrem videlicet Ritzinam tranſtulit. Et ab eo tempore non Smogorzovienſis ſed Ritzinenſis Episcopatus nuncupabatur. Sedit annis novem & quartanam febrim incurrens. Anno Domini Milieſimo quadrageſimo quinto moritur & in Ritzinenſi eccleſia ſepelitur.

Eccleſiam tranſtulit Ryczinam:
Obitus an. 1045.

THIMOTHEUS PRIMUS.

Sub TIMO-
THEO I.
Ep. VI.
Bona Episcopatus
crescunt:
Electio:

Creverant autem providentia & cura ſuperiorum Episcoporum bona temporalia Episcopatus Ritzinenſis & redditus illius propter decimas manipulares, quos milites & agreſtes de campeſtribus frugibus univerſis pendebant & reddebant, multiplicabantur, ut etiam a plerisque episcopatus ipſe amplius deſideraretur. Prima itaque die menſis Martii ad eligendum conſtituta, Thimotheus præpoſitus Ritzinenſis ad pontificatum præſatum paucis aliorum tendentibus eſt electus & per Stephanum Archiepiſcopum Gneſnenſem Anno Domini Milieſimo quadrageſimo quinto, die duodecima menſis Martij ſicut & alii ſui prædeceſſores eſt confirmatus & per eundem Stephanum in Gneſnenſi eccleſia in Episcopum Ritzinenſem confeſcratus & ordinatus, natione Italus nobilibus parentibus prognatus. In Pontificali doctrina inſigniter imbutus, vir pudicæ vitæ caſtitem magnopere in ſe & aliis diligenter obſervans: Sub diebus ſui Pontificatus Poloniæ regnum bellis propter ejectionem Caſimiri in ſpem regni progeneri & genitricis ſuæ Richſœ Reginæ laborabat. Et præſertim a Duce Bohemiæ Brzetislao, qui nulla injuria offenſus, Regnum Poloniæ hoſtiliter ingreſſus, in quo diœceſis Ritzinenſis conſiſtebat vehementius vaſtando deſtruxit. Episcopos tamen omnibus deſolatis & afflictis de ſuis liberaliter ſubveniebat facultatibus. Qui cum annis ſex in ſede Ritzinenſi ſediſſet, Anno Domini Milieſimo quinquageſimo primo moritur & in eccleſia Ritzinenſi ſepelitur.

Nobilis Italus:

Virtutes:

Brzetislai irruptione in Sileſiam:

Obitus an. 1051.

HIERONIMUS PRIMUS.

Hieronymus I.
Ep. VII.
per Scrutinium
eligitur:

Nobilis Italus:
Caſimirus I.
Poloniæ Rex
factus:

Eccleſiam tranſtulit V Vratislaviam:

Obitus an. 1062.

Caſimirus dotat Eccleſiam unde fundator dictus.
B. Vincentii Caput Roma allatum.

Post mortem autem Timothei Episcopii Ritzinenſis Calend. Julij Jeronimus Ritzinenſis eccleſiæ cantor & Canonicus, juris pontificalis peritus a Capitularibus per viam ſcrutinij uniformiter eligitur & a Stephano Archiepiſcopo Gneſnenſi anno Domini Milieſimo quinquageſimo primo confirmatur, ac in Ritzinenſem Episcopum confeſcratur, vir Italus, ex curia Romana nobilem ortum ducens: ſub cujus temporibus Caſimirus primus Poloniæ Rex per Benedictum Papam nonum ex Galliis ex Monasterio Cluniacenſi, cujus religioni ſeſe adjunxerat & diaconatus ordinem ſuſceperat ad gubernationem Regni Poloniæ vocatur & pro legitimo hærede inſtituitur. Hic multis cauſis motus ſedem Ritzinenſem conſenſu & auctoritate ſummi pontificis anno Domini Milieſimo quinquageſimo ſecundo in civitatem Wratſlavienſem circa Oderam ſitam tranſtulit. Ab eo tempore eccleſia ipſa tertium locum, tertiamque ſedem ſortita, Wratſlavienſis cœpit vocitari eccleſia. Et ipſe Jeronimus Episcopos qui poſt translationem a Caſimiro Poloniæ Rege a Ritzina in Wratſlaviam factam primus in eccleſia Wratſlavienſi ex ligno fabrefacta Baculum pontificiale geſſit. Sex numero habuit, Septimus ipſe cenſendus, prædeceſſores. Hic cum annis undecim eccleſiæ Wratſlavienſi præſuiſſet dyſenteria morbo vexatus Anno Domini Milieſimo Sexageſimo ſecundo deſunctus eſt, & in eccleſia Wratſlavienſi ſepelitur. Poſtquam Caſimirus Rex Poloniæ in translatione hujusmodi munificum ſe præbens, ampliorem dotem eccleſiæ Wratſlavienſi quam fuerat a proavo ſuo Mierzlao aut avo ſuo Boeſlao in fundatione addita conferret, factum eſt ut a multis fundator eccleſiæ verius quam translator nominetur. Hic etiam Jeronimus fertur Sacratum Beati Vincentii Martyris caput ex Urbe, Wratſlaviam ubi hodie colitur attuliſſe.

JOHANNES PRIMUS.

JOHANNES I.
Ep. V Vratislav. VIII.

In locum Jeronimi Wratſlavienſis Episcopii, jam pridem deſuncti, Canonici & Capitulares Wratſlavienſes tam Itali quam Poloni qui tunc ratione electionis aliquomodo

modo differentes fuere, ob interventum Boleslai Poloniæ Regis, Johannem Canonicum Wratislaviensem unanimiter eligunt, Virum Generosum ex familia Accipitrum, Nobilis Polonus, qui pro insigni babatum cruce in medio posita in campo celestino gestant ducens Stirpem, qui per Petrum primum Gnesnensem archiepiscopum auctoritate metropolitana confirmatur, & in præsentia Casimiri Poloniæ Regis prædicti in Gnesnenfi ecclesia ab eodem Petro consecratur. Cujus electionem confirmationem & consecrationem Alexander Papa Secundus feliciter approbavit. Hic Johannes natione Polonus primus in Wratislaviensi ecclesia pontificalem promeruit obtinere dignitatem qui etiam primo summopere conatus est tantummodo in locum obeuntium Prælatorum & Canonico- rum dignas compatrialis linguagii gnaras substituere & promovere personas qui cum annis decem Wratislaviensem rexisset ecclesiam, calculi morbum incidit, & anno Domini Millesimo Septuagesimo secundo moritur & in Wratislaviensi ecclesia sepelitur.

Primus ex Polonis Episcopus:

Obitus: anno 1072.

PETRUS PRIMUS.

Post mortem vero Johannis Episcopi Wratislaviensis Prælati & Canonici Capitulares interventu Boleslai Secundi Poloniæ Regis, Petrum Scholasticum VVratislaviensem concorditer eligunt in pastorem. Genus inter Polonos ducens nobili ex familia vulpium, geminatum crucem, sagitta cruci apposita in campo rubeo deferente pro insigni. Ad cujus electionem cum Poloniæ Rex Boleslaus consensisset, a Petro primo Gnesnenfi Archiepiscopo anno Domini Millesimo septuagesimo secundo in sua electione confirmatus & in Gnesnenfi ecclesia ad ordinem pontificalem consecratus est. Coætaneus hic vero *Sancto Stanislao Cracoviensi Episcopo* & singulari illi familiaritate conjunctus fuit. Altero anno ordinationem Beati Stanislai secuto in VVratislaviensem Episcopum, ut præmittitur, per Archiepiscopum Gnesnensem in ecclesia Gnesnenfi & Beatorum Stanislau Cracoviensem Episcopum consecratorem alterum ordinatus. Coëmit hic aliquot villas in sortem VVratislaviensis ecclesiæ, & Numerum Canonico- rum & Vicariorum VVratislaviensium notabiliter auxit, dans illis de mensa sua episcopali in decimis manipularibus dotem. Eo etiam tempore Beatus Stanislaus martyrio feliciter occubuit, ob cujus mortem interdictum ecclesiasticum a Petro Gnesnenfi Archiepiscopo in universa Poloniæ ecclesiæ provincia quam primum feliciter fuerat a Boleslao Poloniæ Rege consummatus martyrio positum, scrupulose studuit conservare. Sedit itaque annos uno de triginta & in senectute bona defunctus est: Anno Domini Millesimo nonagesimo primo: in Wratislaviensi ecclesia, capitularibus juxta suo funeri solventibus sepultus requiescit.

PETRUS I. Ep. VVRATISLAVIENSIS IV. Boleslai II. Commendatione eligitur: Nobilis Polonus:

Beato Stanislao coævus:

Numerum Canonico- rum auget:

Obitus an. regni.

ZIROSLAUS PRIMUS.

Defuncto Petro Wratislaviensi Episcopo, Prælati & Canonici Capitulares, die Sancti Martini confessoris per electionem instituta, Ziroslaus præpositum Wratislaviensem per viam scrutinii eligunt in VVratislaviensem Episcopum & Pastorem. Genere hic nobilis erat de domo & familia Rosarum, Rosam albam in campo rubeo deferente ex provincia Cujaviz ortus, fuitque Ziroselai Canonica Electio de consensu dicti Boleslai Krzivvousti Domini & Monarchæ Regni Poloniæ, filii Wladislai Hermanni & germani Boleslai secundi Poloniæ Regum, a Martino primo Gnesnenfi Archiepiscopo, anno Domini Millesimo Centesimo confirmata & ipse Ziroslaus ab eodem Archiepiscopo Martino apud Calisch in Episcopum Wratislaviensem fuit consecratus. Hic primo ad Cracoviensem ecclesiæ Rubricam animum appulit velut ordinationem & eam in ecclesiam Wratislaviensem, prius & usque ad tempus sui pontificatus in cantu & rubrica diffusam induxit, vige- bat insuper eodem tempore inter prælatos & Canonicos VVratislavienses & Cracovienses ecclesiarum tam ardens favor ut pauci ex VVratislaviensibus prælatis & Canonicis existerent, qui in Cracoviensi ecclesia præbendas & beneficia & e contra non obtinerent. Hic cum annis Octo & viginti in ecclesia VVratislaviensi sedisset & illam in ecclesiastica suppellectili ampliasset in ægritudinem decidit & sacramentis procuratus Anno Domini 1120. obiit, & in ecclesia VVratislaviensi tumulatus.

ZTOSLAUS I. Episcopus VVRATISLAV. Per Scrutinium eligitur: Nobilis Polonus:

Officia Cracoviensis Ecclesiæ introducit:

Obitus: an. 1120.

IMISLAUS PRIMUS ALIAS HEIMO.

Prima die mensis Novembris pro electione instituta, Capitulares VVratislavienses Imislaum alias Heimo nuncupatum, per viam scrutinii pro majori parte designatum electum pronunciant. Genere hic Polonus erat, nobilem stirpem ex domo & familia Lescitarum, acervum pro insigni deferentium ducens. Vir literaturæ simplicis, sed

IMISLAUS I. EPISCOP. VVRATISLAV. VI. Per Scrutinium eligitur: Nobilis Polonus, vitæ

Virtutes ejus: vitæ pudicæ & virtuosæ, oſor avaritiæ & caſtam vitam eccleſiaſticorum ducentium benignus fautor & amator. Fuit autem electio ſua per Jacobum primum, Gneſnenſem Archiepiſcopum, annuente Boeſlao totius Regni Poloniæ Principe & monarcha licet difficulter, apud Zneinam confirmata & ipſe Imiſlaus ibidem in VVratiſlavienſem Episcopum conſecratus & ordinatus. Hic cum annos prope ſex in VVratiſlavienſi eccleſia ſediſſet, & regimen ſuum actibus virtuoſis concordaviſſet Anno Domini 1126. moritur & in Eccleſia VVratiſlavienſi juſto honore ſepelitur.

ROBERTUS SIVE RUBERTUS PRIMUS.

**RUPERTUS I.
EPISCOP.
VV RATISLA-
VIENSIS XII.
per Scrutinium
eligitur:**

Prælati & Canonici VVratiſlavienſes in locum deſuncti Imiſlai Episcopii VVratiſlavienſis Rupertum cuſtodem VVratiſlavienſem ſcrutinio iterum ſervato, die quarta decima menſis Auguſti unanimiter eligunt. Cujus electionem Jacobus primus Gneſnenſis Archiepiſcopus de voluntate Boeſlai principis & monarchæ totius regni Poloniæ qui victorioſus & Krziwouſli, id eſt curvatum os habens appellatus eſt, propter curvitatē oris, in Oppatovv villagio exiſtens ſive ſe continens faciliter confirmat. Munus deinde conſecrationis in Califchienſi eccleſia ſuſcepit. Natione Polonus de domo & familia militum * Poloniæ qui Galeram ſive magnam navem marinam pro inſigni deſerunt, ducens ortum. Hic cum annis decem ſeptem eccleſiam VVratiſlavienſem provide gubernaviſſet, poſt mortem Radifchkonis ſive ſecundum alios Gaudentii apud Kaltze oppidum anno Domini 1141. decima nona menſis Januarii deſuncti ordinante Boeſlao Duce regni Poloniæ & Monarcha in cujus principatu VVratiſlavienſis & Cracoviēſis conſiſtebant civitates, per Innocentium Papam ſecundum eodem anno Capitulo Cracoviēſi per poſtulationem illum depoſcente ad Cracoviēſem tranſlatus eſt eccleſiam, qui cum apud eccleſiam Cracoviēſem annis duobus ſediſſet anno Domini 1143. duodecima die menſis Aprilis moritur & in eccleſia Cracoviēſi ſepelitur.

**Cracoviēſis
Episcopii fa-
ctus:**

**Obitus an.
1143.**

MAGNUS PRIMUS.

**MAGNUS
EPISCOPVS
VV RATISLA-
VIENSIS XIII.
A Papa conſi-
titur:**

Poſt translationem itaque Ruperti Wratſlaviēſis Episcopii viſum eſt omnibus ab electione & poſtulatione qualibet abſtinere, cum Eccleſia tunc non ex morte ſui pontificis vacaret, ſed in Cracoviēſem Eccleſiam translatione Ruperti facta in ſolius ſummi pontificis proviſionem eccleſia Wratſlaviēſis recideret. Romanus itaque Pontifex Innocentius ſecundus, literis & petitionibus Boeſlai ducis Poloniæ & Capituli Wratſlaviēſis permotus Ruperto in Cracoviēſem Eccleſiam tranſlato & Magno VVratiſlaviēſi & Cracoviēſi Canonico & Gneſnenſis eccleſiarum cuſtodi atque ejusdem Boeſlai ducis ducali Cancellario anno domini Milleſimo centeſimo quadrageſimo primo de VVratiſlaviēſi providit eccleſia, & Jacobus primus Gneſnenſis Archiepiſcopus de ſummi pontificis conſenſu illum in eccleſia Gneſnenſi conſecrat. Hic natione Polonus ex terra Califchienſi ortum ducens, Nobilis de domo & familia, quæ ſe appellat Zarem-
ba. Vir in literis divinis & humanis eruditus ad iram proclivis, in cognatos atque nepotes laſcivior, quorum aliquos parum dignos in honores & dignitates eccleſiæ promovebat, qui cum annis quinque & dimidio in eccleſia VVratiſlaviēſi ſediſſet, in febrim quartanam incidit & anno Domini 1146. moritur & in eccleſia VVratiſlaviēſi ſepelitur.

**Boeſlai Can-
cellarius:**

**Nobilis Polo-
nus:**

Mores:

**Obitus ann.
1146.**

JOHANNES SECUNDUS.

**JOHANNES
II. EPISCOP.
VV RATISLA-
VIENSIS XIV.
per Scrutinium
eligitur:
Commendatio-
ne Boeſlai
Crispi:**

Magno VVratiſlaviēſi episcopo abſumto, prælati & Canonici Capitulares, ſcrutiniū via tanquam modeſtiori probata, Joannem de Brzesnitza, qui & Janik alias Janiſlaus vocabatur præpoſitum VVratiſlaviēſem & Canonicum Gneſnenſem & Cracoviēſem ob interceſſionem Boeſlai Crispi ducis & monarchæ Poloniæ conformiter eligunt ſucceſſorem, qui electionem & conſenſum principis naſtus a Jacobo primo Gneſnenſi Archiepiſcopo facile ſuæ electionis confirmationem conſecutus eſt & ordinis Episcopalis benedictionem. Hic ex terra Sandomiriēſi & Broſznetza ortum ducens nobilis de domo & familia Griffonum, Griffem album in campo rubeo pro inſigni deferentium ex patre Clemente & matre Anna genitus vir devotus & religioſus. Hic anno domini Milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto, pontificatus ſui Archiepiſcopatus Gneſnenſis anno quarto, cum germano ſuo Clemente Cœnobium Ciſterciēſium Andrzejow nuncupatum fundavit, in villa & fundo Patrimonii ſui Brzesznitza Cracoviēſis diœceſis, & primos monachos ex monaſterio Burgundiæ Morimondenſi accepit,

**Nobilis Polo-
nus:**

**Cœnobium
Andreoviēſe
condit:**

* Nobilium Familia Korabitarum; uti lib. IV. Hiſtoriæ Poloniæ idem Dlugoffus tradit.

pit, propter quod locus ejusdem monasterii Andrzejowienſis Morimundus nomen accepit. In tantum autem prefatum monaſterium facta converſatione perluxit, ut Beatus Bernhardus Abbas Clarevallenſis ordinis Ciftertienſis in humanis adhuc exiſtens, ad videndum monaſterium præſatum ex Britanijs proceſſit & apud Spiram civitatem Rheni gravi ægritudine correptus ſuum propoſitum conſummare nequivit. Qui cum apud Wratiſlaviensem eccleſiam annis duobus ſediſſet, Gneſnenſi Archiepiſcopo primo Jacobo abſumto fatiſ, per Eugenium papam tertium ſuffragante & conſentiente Polonorum duce & monarcha Boeſlao de Wratiſlaviensi in Gneſnenſem translatus eſt eccleſiam, in qua cum annis 17. ſediſſet, Anno Domini Milieſimo Centeſimo ſexageſimo quinto, apud Znenam moritur & ad Gneſnam relatus in Gneſnenſi eccleſia tumulatus.

B. Bernhardus
ilud viſurus
veterudine im-
peditur :

Factus Archie-
piſ opus Gneſ-
nenſis :

Obiit an. 1165.

WALTHERUS PRIMUS.

Translato Johanne ſecundo, VVratiſlaviensi Epico ad Gneſnam, VValtherus VVALTHE- Scholaſticus Cracoviensis & Canonicus VVratiſlaviensis, ducis Boeſlai alti Cancellarius per Eugenium papam tertium ad petitionem & interceſſionem prefati Boeſlai alti ducis Poloniæ ad VVratiſlaviensem eccleſiam anno domini milieſimo centeſimo quadra- geſimo octavo ſuffectus & proviſus eſt, & a Gneſnenſi Archiepiſcopo Johanne in Epicoſcopum VVratiſlaviensem conſecratus. Hic primo eccleſiam VVratiſlaviensem uſque ad tempus ſui pontificatus ligneam lapidibus & lateribus ex contributione cleri totius dioceſis per omne tempus pontificatus ſui, annis, videlicet viginti duobus ædificat & cultum obſervantias, ritus, ceremonias, caput & habitum ex Galliis eccleſiæ Lugdunenſis introduxit. Qui cum annis viginti duobus in ſede VVratiſlaviensi ſediſſet, morbo colicæ vexatus, Anno Domini * Milieſimo Centeſimo Septuageſimo Sexto moritur & in eccleſia VVratiſlaviensi ſepelitur.

RUS I. EPI-
SCOP. WRA-
TISLAVIEN-
SIS XV.

Boeſlai Alti
Cancellarius :

Eccleſiam Ca-
thedralem ſtru-
xit lapideam :

Ritus Eccleſiæ
Lugdunenſis
æmulatur :

Obiit an. 1176.

ZIROSLAUS SECUNDUS.

Suffecturi ſibi & Eccleſiæ VVratiſlaviensi novum pontificem Prælati & Canonici Capitulares VVratiſlavienses die duodecima menſis Martij per viam compromiſſi conveniunt. Et facto in tres Canonicos compromiſſo, Zirolaum Canonicum VVratiſlaviensem compromiſſarii electum pronunciant, omneſque illum concorditer in Epicoſcopum ſuum aſſumunt. Electus ipſe Zirolaus Archiepiſcopum ſuum Gneſnenſem Petrum ſecundum apud Opathow perſonaliter acceſſit & ſuam electionem Canonicam & uniformem fuiſſe monſtrans, confirmari etiam illam obtinuit. A quo in eccleſia Caliſchienſi munus conſecrationis ſibi impenſum ſuſcepit. Nobilis genere de domo & familia Roſæ, Albam deferentium Roſam ſtirpem ducens. Hic pro eo a Boeſlao VVratiſlaviensi & Legnicenſi duce & Abbate monaſterij Lubenſis ad idem monaſterium Lubenſe novis tunc ædificatum muris invitatus fuerat, omneſ decimas uti in privilegio foundationis monaſterij Lubenſis continetur & expreſſum eſt manipulares in territorio & diſtrictu Legnicenſi ad menſam ſuam epicoſpalem de jure & conſuetudine provinciæ pertinentes monaſterio præſato Lubenſi de conſenſu capituli VVratiſlaviensis donatione perpetua & inſcribit ſatis improvide maxime mutilans menſam Epicoſpi ſua prodigalitate. Sedit annis undecim & anno domini 1181. tertio nonas Aprilis moritur & in eccleſia VVratiſlaviensi accepit ſepulturam.

ZIROSLAUS
II. EPISCOP.
VV RATISLA-
VIENSIS XVI.
Per Compromiſſum electus

Nobilis Polo-
nus :

Monaſterio
Lubenſi donat
Decimas Ligna-
cenſes :

Obiit an. 1181.

FRANTZKO PRIMUS SIVE FRANCISCUS.

Maji die prima menſis Prælati & Canonici VVratiſlavienses Capitulares ad petitionem Boeſlai alti VVratiſlaviensis & Legnicenſis ducis, Franconem Canonicum VVratiſlaviensem & Cancellarium ejusdem Boeſlai ducis qui alio nomine Swantko vocabatur per viam ſcrutinij in locum noviter deſuncti Zirolai Epicoſpi VVratiſlaviensis uniformiter eligunt. Quoniam præter favorem & gratiam principis plura habebat adminicula quæ ut eligeretur illi ſuffragabantur. Natione ſi quidem Sileſita erat genere nobilis de domo & familia Prawditarum qui Leonem ex muro coctili prædominium pro inſigni deferunt ducens ſtirpem. Cujus electionem Petrus ſecundus Gneſnenſis Archiepiſcopus confirmavit, & in eccleſia Gneſnenſi aſſidente ſibi Arnolſdo Poſnani- enſi Epicoſpo in ordinem epicoſpatus benedixit. Sedit autem Franko ipſe in ſella epicoſpali annis decem ſeptem & Phthiſeos paſſione frequentius vexatus, tandem Anno Domini Milieſimo Centeſimo nonageſimo octavo moritur, & in eccleſia VVratiſlaviensi ſepelitur.

FRANCISCUS
EPISCOPUS
VV RATISLA-
VIENS XVII.
Boeſlai Alti
Cancellarius :

Per Scrutinium
eligitur :

Nobilis Sileſius :

Obiit an. 1198.

* Oberaſſe hoc loco Dlugoſſum & an. adhuc 1178. WALTHERUM fuiſſe ſuperſtitem Diplomatiſ Auctoritate Tom. I. ad Roſitzium pag. 65, in notis litt. K. probamus.

JAROSLAUS PRIMUS.

JAROSLAUS
I. EPISC.
VV RATISL.
XVIII. DVX
SILESIAE:
alti Boleslai
filius:

Terram Nissen-
sem Episcopa-
tui donat:

Patrem & No-
vercam in Exi-
lium pellit:

Obiit an. 1201.

Vacante ecclesia VVratislaviensi ex morte Frankonis Episcopi sui ultimi, instigante Boleslao alto VVratislaviensi & Legnicensi duce, Jaroslaus Canonicus VVratislaviensis, Ejusdem Boleslai alti filius nullo audente discrepare aut contrahiscere per Capitulares VVratislavienses conformiter eligitur in Episcopum & successorem, a Zdzislao primo Gnesnensi Archiepiscopo confirmationem adeptus & consecrationem, ac primo suae promotionis Anno, VVratislaviensem Episcopatum magnificaturus paterno consensu obtento oppidum & terram Nissensem cum omnibus villis oppidis ac fortalicijs ac omni Jure Ducali ecclesiae VVratislaviensi donatione perpetua donavit. Abstulit & Lubensi monasterio decimarum manipularium in districtu Legnicensi quam antecessor suus fecerat Ziroslaus secundus donationem, & illam penitus irritavit. Conjugium insuper Patris sui Boleslai alti, qui matre sua VVentzeslawa mortua * Christinam sororem Imperatricis Conradi Imperatoris superduxerat & duos filios videlicet Heinricum cum Barba & Conradum & Alendam filiam susceperat ex ea, propter multiplicationem prolis quam sibi videbat a patre praeferrri prorsus ipsum cum suffragio Mietzslai alias Mieskonis ducis Cracoviensis & Monarchae de suis principatibus expulit, novercam quoque Christinam quamvis gravidam & almanam secedere coegit. Tandem regimento triennali ecclesiae VVratislaviensis expleto anno Domini Millesimo ducentesimo primo decimo Calendas Februarij moritur & in ecclesia VVratislaviensi sepelitur.

CIPRIANUS PRIMUS.

CTPRIANVS
I. EP. VVRA-
TISLAV.
XIX.
Canonici me-
tuunt Boleslai
Indignatio-
nem:
Postulant Cy-
prianium, Epi-
scopum Lubu-
fensem, Boles-
lao consenti-
ente:
Obitus an.
1207.

Obeunte Jaroslao VVratislaviensi Episcopo, Praelati & Capitulares ob certas ple-
rasque rationabiles causas, maxime propter metum Boleslai principis, qui in Cano-
nicos grandi ferebatur ira quasi eorum consilio & opera ipse & uxor sua Christina a
filio Jaroslao Episcopo fuissent exulati, electione omissa ad postulationem sese conver-
tunt & Ciprianum Episcopum Lubucensem fratrem ordinis Praemonstratensis olim Ab-
batem Sancti Vincentii extra muros VVratislavienses in Episcopum unanimiter postu-
lant. Quam postulationem praefatus Boleslaus minus cunctanter admittit. Et ipse Ci-
prianus Episcopus nullum habens impedimentum aut obstaculum, ab Innocentio papa
tertio propter postulationem concordem de Lubucensi in VVratislaviensem fuit trans-
latus ecclesiam, qui cum annis sex in sede VVratislaviensi sedisset a Paralytico morbo
invasus Anno Domini Millesimo Ducentesimo septimo: sexto Calend. Decembrium
moritur & in monasterio Lubensi secundum quod vivens ordinaverat sepultus.

LAURENTIUS PRIMUS.

LAURENTI-
US I. EPISC.
VV RAT. XX.
Per scrutinium
eligitur.

Rosarum odo-
re perit an.
1233.

Monasterium
Henrichovien-
se & Cameni-
cense excita-
tur:

Post mortem Cipriani Episcopi Wratislaviensis secunda die mensis februarii, pro
eligendo novo pontifice instituta, Capitulares Wratislavienses via scrutinii servata Lau-
rentium Canonicum Wratislaviensem unanimiter paucis renitentibus eligunt in Episco-
pum & pastorem, qui tempore Henrici cum Barba ab Henrico primo Gnesnensi Ar-
chiepiscopo confirmatus est & in coenobio sanctimonialium ordinis Sancti Benedicti in
Olobok in Episcopum ab ipso Henrico Archiepiscopo consecratus. Hic Episcopa-
tum Wratislaviensem notabiliter auxit. Qui cum in sede VVratislaviensi viginti quin-
que sedisset annis & sibi longam in episcopatu polliceretur vitam, corpus habens sa-
num & nullis hactenus languoribus interpellatus, in media pace tempestas subita & in-
sperata exorta est. Et ipse in curia & villa sua episcopali Prichow constitutus, dum ni-
mium odore rosarum indulgeret in morbum Rhevmaticum, a quo studio Physicorum
liberari non poterat incidit & mortem non vulgarem Septimo Idus Junij anno Domi-
ni 1233. subiit & in monasterio Lubensi sepelitur. Sub hujus Pontificatu monasteria
Heinrichau ab Henrico notario Henrici cum Barba de ordine Cisterciensi, item in Ka-
mienietz monte editiori etiam ordinis Cisterciensis fundata sunt. In quo dum olim
VVratislaus Dux Bohemiae capellam in decus Beati Procopij erexisset & locum illum
Canonici sancti Augustini Regulares de monasterio Sanctae Mariae in Arena VVratisla-
viensi in suam deditionem perduxissent ordo Cisterciensis Canonicis Regularibus locum
deferentibus introductus est, qui & in hanc diem illic perseverat.

THOMAS PRIMUS.

THOMAS I.
EPISC.
VV RATIS-
LAV. XXI.

Defuncto Laurentio VVratislaviensi Episcopo Praelati & Canonici Capitulares VVra-
tislav-

* ADELHEYDEN: Berengarii Comitis Sulzbacensis Filiam altera vice Boleslaum Altum:
Silesiae Ducem: Vxorem duxisse Tab. Genealog. I. no. 5. probamus. Tom. I. pag. 306.

tislavienſes die quinta decima menſis Auguſti pro comitiis inſtituta, via ſcrutiniſ pro- cedentes Thomam Canonicum VVratiſlaviensẽ paucis aliorũ divertentibus eligunt. Genere hic nobilis de ſtirpe & familia Baronum Poloniae, qui tres haſtas tranſverſali- ter in campo rubeo deferunt pro inſigni & caput hirci in galea. Huic & Henricus cum Barba VVratiſlaviens ſis dux cum faviffet a Vincentio primo Gneſnenſi Archiepi- ſcopo electio ſua Gneſnæ fuit confirmata & ipſe in pontificalem ordinem benedictus. Hic videns menſam Episcopalem VVratiſlaviensẽ per donationes prædeceſſorum ſuo- rum Cipriani & Laurentii Monaſteriis Lubenſi & Trebñnicenſi in decimis manipularibus ſatis improvide factas nimium fore læſam & caſtratam, ipſas reſcudit & irritavit & men- ſæ ſuæ episcopali reunivit. Quod Henricus cum Barba cum Henrico & Boleslao fi- liis ſuis agre ferens, ad quorum interceſſiones illæ donationes fiebant & aſſidue ipſum perſequebantur, & tandem Boleslaus Legnicenſis Dux filius Henrici cum Barba ipſum in Gorka villagio Abbatis Sanctæ Mariz virginis in Arena, cum annuentia aliorum prin- cipum cum Boguſalo præpoſito & Heikardo Canonico VVratiſlaviens ſi cujus eccleſiam dedicaturus advenerat ſexta Octobris, * capiebat & carcerali compede vinculatum te- nebat. Ob cujus captivationem Fulko Gneſnenſis Archiepiſcopus ſententias execrables interdicti contra captivatorem in univerſa Gneſnenſi Provincia tulit. Et inſuper Inno- centius Papa quartus per literas & nuntios cruceẽ & generale paſſagium contra Bo- leslaum ducem Legnicenſem prædictum promulgavit, tamen ferreum Boleslai pectus tantis flagellis emoliri non potuit, nec ipſum Episcopum Thomam dimiſſurus, do- nec Thomas ipſe capitulo reclamante, omnes decimas manipulares univerſi grani in augmentum cenſuum Ducum & Baronum Poloniae, & eccleſiaſticorum maximam di- minutionem, pro ſe & univerſo clero in maldratas & fertionales verti & mutari con- ſenſit. Et tam episcopatum quam omnia monaſteria, eccleſias & beneficia ſuæ dice- ceſis in majore dimidietate illo conſenſu execrabili mutilavit. Sedit autem in ſede Wra- tiſlaviens ſi annis triginta quinque & anno Domini Milleſimo ducentefimo ſexageſimo octavo: tertio Calendas Junij moritur & in eccleſia Cathedrali VVratiſlaviens ſi ſepelitur.

Per ſcrutinium
eligitur:
Nobilis Polo-
nus:

factas Lubenſi
& Trebñnicenſi
Monaſterio
donationes re-
vocat:

A Boleslao ca-
pitur:

dimittitur cer-
tis Conditio-
nibus:

Obitus an.
1268.

THOMAS SECUNDUS.

In locum Thomæ primi VVratiſlaviens ſis Episcopii defuncti nepos ſuus etiam Tho- mas nuncupatus a Capitularibus VVratiſlaviens ſibus unanimiter prima die menſis Au- guſti eligitur. Impedita autem fuit ejusdem Thomæ quamvis conformiter electi con- firmatio circa annis tribus per VVladislaum VVratiſlaviens ſem ducem & Saltzburgen- ſem Archiepiſcopum, filium Henrici a Tartaris occiſi, qui per multas interceſſiones & instantias a Clemente Papa quarto episcopatum tunc vacantem cum uſu & perceptio- ne omnium ſuorum fructuum in commendam ad Sexemium (ut vero nonnullis pla- cet ad vitæ ſuæ tempora) obtinuit conferri. Sed vix triennio fructus ex illo percipiens Thomæ ſecundo pacificam illius reliquit poſſeſſionem. Hic Thomas quam notabilem ſummam pecuniarum quoniam Henricus Dux VVratiſlaviens ſis qui probus dicebatur ab eo & Clero ſuo expetebat dare recuſavit, ab eodem Henrico omnibus caſtris civi- tatibus villis & decimis ſpoliatus & exutus eſt. Tandem propter interdictum quod Ja- cobus Stympka Archiepiſcopus Gneſnenſis in eum tulerat & ducatum ſuum, a Duce Henrico & civitate Wratſlaviens ſi cum omni Clero Wratſlaviens ſi in exilium coactus eſt, præter fratres minores monaſterii Sancti Jacobi qui divina omnia prophanando canebant. Thomas autem Episcopus injuriam hujusmodi vindicaturus ad concilium Lugdunenſe ivit, ad quod Henricus dux etiam miſſis ſuis procuratoribus abſolutionem obtinuit nulla ſatis- factione Episcopio impenſa quapropter nulla deſenſione a concilio conſecuta in Poloniam rediit in Rathibor divertit. Qui cum luſtro uno apud Rathiboriam per Caſimirum ducem Opolienſem collectus ſine clero ſuo ſtaret, ab Henrico dum famem & obſidionem op- pidum tolerare non poſſet proceſſionaliter exiit, & cum Tyranno remiſſis omnibus damnis reconciliationem in æde Sancti Nicolai fecit. Sedit annis viginti duobus & anno Domini 1292. idus Martij obiit & apud eccleſiam VVratiſlaviens ſem ſepultus. Hic beneficii & hospitalitatis a Kazimiro duce Opolienſe ſibi & clero ſuo tempore exi- lii præſtitorum memor eccleſiam collegiatam ſub titulo: *Beate Mariae Virginis* in caſtro Rathibor fundavit, eamque decimis menſæ ſuæ Episcopalis dotavit quæ ſucceſſu tem- poris ex arce in oppidum translata eſt.

THOMAS II.
EP. VVRA-
TISL. XXII.
Electus poſt
tres annos de-
mum confir-
matur, VVla-
dislao reditus
obtinente.

Ab Henrico
Duce Vrat.in
Exilium pelli-
tur,

& Rathiboriz
obſidetur: ſed
Duci reconci-
liatur:

Obitus an.
1292.

Collegiatam
Rathiborienſem
fundat:

JOHANNES TERTIUS DICTUS ROMKA.

JOHANNES
III. EPISC.
VVRATIS.
LAV. XXIII.
Per Compromissum electus:

Morte Thomæ secundi VVratislaviensis Episcopi secuta, Capitulares VVratislavienses via scrutinij omiſſa viam compromiſſi ſectari conſtituunt & in Decanum, Cantorem & cuſtodem compromittunt qui auctoritate eis contributa Johannem Komka Canonicum VVratislaviensem eligunt in pastorem. Et quamvis aliqui de Capitularibus Conradum ducem Sileſiæ & Dominum Sagani, præpoſitum VVratislaviensem, filium Conradi ducis Glogoviensis primi, magno studio licet caſſo eligi depoſcebant; Ipſe tamen Johannes ad Jacobum Stimpka Archiepiſcopum Gneſnenſem ſe perſonaliter contulit & electionem ſuam confirmari & munus benedictionis ſibi obtinuit impendi. Hic natione Polonus genere nobilis de domo & familia Sulunitarum, qui mediam aquilam nigram & tres lapides in campo rubeo deferunt, patronymicum cognomen a patre ſortitus qui cum annis novem in ſede Wratislaviensi ſediſſet Anno Domini 1301. moritur 13. Kalend. Decembris, & in eccleſia Wratislaviensi juſto honore ſepelitur.

Nobilis Polonus;

Obitus an.
1301.

HEINRICUS PRIMUS.

HENRICVS
I. EP. WRAT.
XXIV.
Per ſcrutinium
eligitur:
Ortus:
Mores:
Henrici V.
ſiliorum tutori

Capitulo generali ad ſecundam diem februarii pro eligendo futuro pontifice congregato Prælati & Canonici Wratislavienses Capitulares via ſcrutinij procedendo Heinrichum de Wirbna uniformiter eligunt in pastorem. Hic de vico Wirbna ducens ortum ab Archiepiſcopo Gneſnenſi Jacobo Stympka confirmatus in electione & benedictus in ordine, Vir competens literaturæ, in gulam & laſciviam proclivus: Qui poſt mortem Boleslai, Sweidnicenſis ducis, ſiliorum Heinrichi quinti Wratislaviensis & Legnicenſis ducis qui nondum maturitatis annos attigerant, Baronum & militum Wratislaviensium & Legnicenſium concordia conſenſu gubernationem & tutoria acceptavit mandata. At ille ducalem faſcim aſſumens, ſumptusque profuſos faciens, theſaurum puerorum a Boleslao Sweidnicenſi duce conditum ad Sexaginta millia marcas ſe extendentem pro majori parte conſumſit. Pro quo temporis proceſſu a Ducibus Wratislaviensibus annos pubertatis attingentibus, & a Baronibus plures anxietates pertulit & perſecutiones. Sedit autem in ſede Wratislaviensi annis decem octo & anno domini 1319. Calend. octobris moritur & in eccleſia Wratislaviensi ſepelitur. Cui etiam deſuiſſent funebria, niſi illa Capitulares ex publico ſuffeciſſent.

Obitus an.
1319.

VITUS PRIMUS.

VITVS I.
EPISC.
VVRAT.
XXV.
Electio gemina
Viri Germani
& Lutholdi
Poloni:

Viceſima quinta die menſis Decembris Capitulo generali VVratislaviensi ad eligendum futurum principem congregato, cum nonnulli ex Prælatis & Canonicis Schisma abhorrentes ſuaderent unitatem viamque compromiſſi laudarent, nullatenus illis aſſenſum eſt, ſed via ſcrutinij electa. Cum vota eligentium variaſſent bivaria electio ſubſecuta eſt. Quidam enim Vitum natione Teutonicum Canonicum VVratislaviensem de nobilitate & familia Habdanck, quidam vero Lutoldum etiam VVratislaviensem Canonicum natione Polonum genere nobilem de domo & familia Wiruſonum eligunt. Sicque diſcordia peſtifera tam inter electos quam eligentes exitioſa æmulatione conſurgit & contentio eorum non ſine VVratislaviensis eccleſiæ pernicioſa vacatione & damno, ad ſummi pontificis Johannis viceſimi ſecundi tribunal dilata eſt. Ubi tanta pertinacia ab utraque parte litigatum eſt, ut annis prope ſeptem cauſa ipſa protraheretur. Et licet poſt multas altercationes & lites ſeptennio continuato Vito ceſſiſſet victoria, octo tamen tantummodo diebus poſt relatum de Lutoldo triumphum ſupervivens, morte immatura ſubtractus eſt Anno Domini 1326.

Post ſeptem
annos Vitus
vincit:
Obitus an.
1326.

NANKERUS PRIMUS.

NANKERVS
EPISC.
VVRAT.
XXVI.
Poſtulat an-
tea Episcopos
Cracoviensis:
A Vladislao
Loſtico alapa
percuſſus:
Johannes Rex
Bohemiæ Ca-
ſtrum Miſiſch
occupat:

Prælati & Canonici VVratislavienses ex electione Viri & Lutoldi cauiores facti ſcrutinij ſive compromiſſi via poſtpoſita ad poſtulationem ſeſe divertunt, & explorata mente Nankeri Episcopi Cracoviensis poſtulationem de eo faciunt uniformem, qui in Pontificatu Cracoviensi annos ſex cum dimidio federat. Ideoque minus cunctanter poſtulationi de ſe ad eccleſiam Wratislaviensem factæ conſenſit, quod graviter & indigne tulit alapam ſibi a Vladislao ſecundo Poloniæ Rege Loktek cognominato pro executione juſtiſciæ & deſenſione Jurium eccleſiæ conſtanter viriliterque ſe opponens irrogatam. Translatus per Joannem Papam Viceſimum ſecundum anno domini 1326. de Cracoviensi in VVratislaviensem eccleſiam. Cum autem Bohemiæ rex Johannes, vocatus coccus, caſtrum eccleſiæ VVratislaviensis Meliſch per vim occupaveſſet, apud VVratislaviam conſtitutus, ipſum Tyrannum proceſſionaliter adiit & inventum in faci-

ciem

ciem ejus anathematizavit non regem nominans sed regulum qui in regno suo nullum haberet metropolitanum, sed pro munere coronationis sibi impendendo cogeretur extraneorum Archiepiscoporum solatia mendicare, posito autem ob presentiam Regis Johannis & ob occupationem castri Melitsch in civitate Wratislaviensi & universa ejus dioecesi ecclesiastico interdicto, quod tamen fratres minores de Sancto Jacobo publice agendo divinam rem prophanabant. Rex autem Bohemiarum Johannes prophanatus clerus civitatis VVratislaviensis suæ appellationi adherere recusantem turpiter ejecit & expulit. Dum enim Nanckerus ipse apud Nissam agens decima mensis Aprilis quæ tunc in die veneris pasceves cadebat pontificali officio solenniter expleto, cum omnes ecclesias illius oppidi nudis pedibus visitasset, in domum rediens devotissime moriens spiritum exhalavit Anno Domini 1341. dum in sede VVratislaviensi prope annis quindecim sedisset. In ipso autem animæ suæ e corpore egressionis articulo suavissimus cantus a quadam devota scemina auditus est quem cum admirans ad sonum ejus consisteret revelatum est illi animam Nenkeri Episcopi VVratislaviensis ab angelis in coelum deferri, corpus ex Nissa in VVratislaviam relatum in ecclesia majori conditum est.

Episcopus cum anathemate feriens in Exilium pellitur:

Obitus an. 1341.

PRECZLAUS PRIMUS.

PRECISLAUS:

Nankero Wratislaviensi Episcopo defuncto, Capitulares Wratislavienses scrutiniis via assumpta Pretzlaum de Pogorzeliurz Canonicum Wratislaviensem in studio Bononiensi tunc existentem, die quinta mensis Maji, die videlicet Beati Gothardi concorditer eligunt. Cujus electionem jam Jaroslaus Gnesnensis Archiepiscopus a Capitularibus Wratislaviensibus rogatus, Casimiro Secundo Poloniae Rege, qui aliquem ex suis Polonis Canonicis Wratislaviensibus æstuabat promovere, impediens cunctabatur confirmare. Ad Benedictum Papam tertium ex Bonania transit & tam confirmari se obtinuit quam consecrari ab eodem. Eodem revoluti anno quæ electus fuerat, quinta mensis Maji die in qua etiam illum ferunt natum fuisse & genetrici suæ revelatum extitisse, ut beatum Gothardum puer ex ea tunc natus in speciali haberet cultu & veneratione, multa bona ejus patrocinio consecuturus. Hic a Boleslao Legnicensi & Bregensi duce castrum & oppidum Grotkaw cum suo districtu in sortem Wratislaviensis ecclesiæ pro certa summa pecuniarum coemit. Item collegium mansionariorum in Wratislaviensi ecclesia cum eorum capella in fronte ecclesiæ sita. Item duodecim pauperum Laiorum stipem singulis diebus & amictum annuum sumentium, conventum Panioth nuncupatum in oppido ecclesiæ Nissa erexit, fundat & dotavit. Ecclesiam insuper Wratislaviensem murorum fabricis, piscinarum structuris, villarum locationibus & coemptionibus, vasis aureis & argenteis ornamentisque decoris variæ suppellectilis adeo ornavit, extulit & magnificavit, ut vulgari fama vocitatione & nomine aureus appelleretur episcopatus. Cum autem triginta annis in sede VVratislaviensi sedisset Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, octavo Calendas Aprilis, febris infirmatus apud Othmachaw moritur & in VVratislaviensi ecclesia capellæ mansionariorum medio, in sepulchro albi marmoris iusto honore sepelitur. Beatum etiam Gothardum genetricis suæ iustioni obediens singulari colens devotione festum ejus sub duplici in VVratislaviensi ecclesia agi, & tam Prælati & Canonicis quam Vicariis speciales distributiones illo die dari ordinavit & fundavit.

EP. VVRATISL. XXVII.

Eligitur absens:

A Pontifice Romano consecratus:

Castrum & Oppidum Grotkaw emit: & alia fundavit:

Episcopatum aureum facit:

Obitus an. 1376.

B. Gothardum colit.

THEODORICUS PRIMUS.

THEODERICUS:

Post mortem Pretzlai VVratislaviensis Episcopi, Prælati & Canonici Capitulares, Polonis viris idoneis de suo gremio contentis Theodoricum Bohemum Decanum VVratislaviensem qui de decanatu præfato Albertum cancellarium Kazimiri Poloniae Regis apud sedem apostolicam nuncium & oratorem, cui tanquam de beneficio reservato de illo provisorum fuerat, perperam Caroli Imperatoris Romanorum & Regis Bohemiarum, cujus coquina erat expeditor & notarius spoliaverat, in Episcopum eligunt & successorem. Quo electionis suæ apud Gregorium undecimum in Avinione petente confirmationem, Papa introitus ecclesiæ (quam fama auream & pontificem ejus mortuum Pretzlaum magnam auri quantitatem reliquisse, quæ electionem Theodorici Decani multipliciter impugnabat) sumpta occasione electionem ipsius confirmare differtens respondit: Non prius se de ecclesia VVratislaviensi velle disponere, donec ex Avinione Romam transmearet. Interim vero ad VVratislaviensem ecclesiam mittit fratrem Nicolaum ordinis Prædicatorum Episcopum Majoricensem, ut ecclesiæ VVratislaviensis fructus & redditus velut ejus jurata & gubernata percipiat & omnia per Pretzlaum

EP. VVRATISL. XXVIII. Bohemus:

A Papa Confirmationem petit:

quæ differtur:

Pontifex interim redditibus potitur:

Nuncius Apo-
stolicus mitti-
tur, cui Cano-
nici Pecuniam
solvunt:

laum derelicta cameræ apostolicæ reddi ad plenum imperet & procuret. Qui VVratislaviam deveniens, publicato apostolico mandato, VVratislaviense requirebat capitulum quatenus illius exquerentur contenta. Verum capitulum VVratislaviense per plures dies re digesta, cum intelligerent per alienigenam & forensē gubernationem varia pericula & dispendia VVratislaviensi ecclesiæ proventura, cum nuncio apostolico Nicolao Episcopo Majoricensi his pactis conveniunt, ut singulis annis quo VVratislaviensem ecclesiam vacare contigerit, octo millia florenorum Apostolicæ sedī reddant Cameræ. Pro derelictis Pretzlai Episcopi triginta millia, pro collecta & contributione biennali ecclesiæ Polonicæ imposita pro sorte ecclesiam VVratislaviensem contingente duo millia, & pro expensâ & fatiga in pecunia huiusmodi urbem ferenda subeundis unum mille reddere teneantur. Eo itaque pacto inito VVratislaviense capitulum nuncio Apostolico Nicolao Episcopo Majoricensi triginta millia florenorum sub uno die & tempore persolvit. Et propterea Gregorius præsentis pecuniæ summa manibus sui nuncii consignata & futura quantitate illectus Theodorico VVratislaviensi electo etiam Romæ illum de sua confirmatione frequentius sollicitante providere distulit. Sed ecclesiam VVratislaviensem, a tempore suæ vacationis & Pretzlai morte plusquam biennio fructus percipiens, ex illa vacare permisit. Anno vero Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, morte Gregorii Papæ undecimi secuta cum permissione divina horrendum scisma in ecclesia, quod annis quadraginta duravit & quod non nisi concilium Constantiense extinxit, fuisset exortum & Romæ Urbanus in sua obedientia nominatus Papa sextus, in Avinione vero Clemens in sua obedientia nominatus Papa septimus præsiderent, Theodoricus Electus VVratislaviensis Urbano Sexto neglecto Clementem septimum qui sibi jus potius in papatu habere videbatur in Avinione Roma deserta personaliter secutuselectionis suæ confirmationem & tandem consecrationem facile ab eo in Avinione obtinuit & dum spe & exultatione plenus in Poloniam rediret in itinere constitutus intellexerit Poloniæ Regnum & Gnesnensem provinciam cui VVratislaviensis ecclesia jure metropolitico subiecta est & non in obedientia Clementis septimi sed Urbani Sexti fore, itaque ea denunciatione concussus sumptus suos tot annorum & temporum pessundatim recidere videns, non se de cætero electum & aut confirmatum VVratislaviensis ecclesiæ gerere præsumsit, talique errore involuta annis septem vacavit ecclesia.

Schisma ortum in Ecclesia: eligitur Pontifex Maximus Romanus & Avinionensis: Theodricus adit Avinionensem, a quo confirmatur, sed VVratislaviæ non recipitur.

VVENCESLAUS: EPISC. VVRATISLAV. XXIX. Dux Lignicensis Episcopus Lubussensis:

WENCESLAUS PRIMUS.

VVenceslaus Bohemiæ Rex electionem improbat, & receptionem prohibet frustra:

Turbæ ortæ sopiuntur:

Privilegium Ecclesiæ VVratislaviensis:

Obitus an. 1417. Episcopatus in manus Papæ resignatur.

Septennali VVratislaviensis ecclesiæ vacatione expleta, Urbanus sextus Papa præfatus, Anno Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo secundo, *Wenceslao*, filio VVentzeslai ducis Legnicensis, Lubucensi Episcopo & ecclesiæ VVratislaviensis administratore, ob petitionem & instigationem Prælatorum & Canonicorum VVratislaviensium de ecclesia VVratislaviensi providit, & ipsum de Lubucensi in VVratislaviam transtulit ecclesiam substituens in Lubucensi Adam de Kitlitz Canonicum Lubucensem, quam quidem provisionem VVenzeslaus Bohemus Rex, quod absque sua voluntate & consensu procurata fuerat plurimum odiens & pro ea restituenda multiplices impendebat conatus inhibens Prælatos & Canonicos VVratislavienses atque interdicens sub gravissimis poenis ne præfato VVenzeslao Episcopo Castrorum & civitatum ecclesiæ VVratislaviensis possessio quomodolibet traderetur. Plerisque autem Prælati & Canonici VVratislaviensibus iussionem Regis implentibus ac contra provisionem & censuras VVenceslai Episcopi se appellatione tuentibus, a parte tamen majori & saniori pro legitimo pontifice habitus possessionem castrorum & civitatum ecclesiæ VVratislaviensis, ne quicquam rege interveniente accepit. Scismate autem assidue per partium studia gliscente & discordia crescente, tandem sub iniquis est sedata conditionibus per quas omnia damna VVratislaviensis ecclesiæ per VVenzeslaum Regem irrogata & quinque millium marcarum Carolo Patri suo per capitulum VVratislaviensem mutuatarum debita remissa sunt, & quantitas novæ pecuniæ quæ iratum placaret regem adiecta. Id tunc unum Privilegium ecclesia VVratislaviensis pro sui doloris lenimine obtinuit, & eo se solatur quod prædictis conditionibus sanctum est quod Consules VVratislavienses de novo creandi, ex prætorii loco creatione celebrata domos proprias non introeant, nisi primum in ecclesia VVratislaviensi sive domo Capitulari singulis annis de manuteneendis & defensandis juribus & libertatibus ecclesiæ VVratislaviensis corporale in manibus Capitularium præstiterint iuramentum. Sedit autem Wenceslaus præfatus in sede VVratislaviensi annis 35. Et Anno Domini 1417. grandævus senio in manibus Martini Papæ quinti illam spontaneè resignavit.

CONRADUS PRIMUS DICTUS SENIOR.

Pontificali honore VVenceslao VVratislaviensi Episcopo in manibus Papæ Mar-
 tini quinti cedente, ad instantes petitiones & litteras, tam Sigismundi Romanorum & EP. VVRAT.
 Hungariæ Regis & qui etiam se tunc Bohemiæ Regem gerebat, quam Prælatorum & XXX.
 Canonorum VVratislaviensium personam Conradi senioris Olsnicensis ducis (qui eo Dux Olsnensis
 quod duos fratres Conradum nigrum & Conradum album germanos haberet natu mi-
 nores, Senior ad differentiam eorum nominabatur filius Conradi ducis Olsnicensis)
 promoventium & commendantium eidem Conrado, Anno Domini Millesimo quadrin-
 gentesimo decimo septimo providit de episcopatu VVratislaviensi. Qui provisionis
 litteras nactus in ecclesia collegiata in Othmuchaw in die Sancti Vincentii fuit consecra-
 tus, vir integer & clericus, parvæ literaturæ, staturæ parum justæ, mero, crapulæ & Character ani-
 ventri deditus, in fœminas male temperatus, prodigus expensor, crassi corporis, ocu- mi ejus:
 los habens lippientes, sermone mutilato & balbutiente utebatur. Ad profas & canti-
 ca de novo componendas ingeniosus & suapte natura ad id productus. Faciles ad se
 dabat aditus, fastu & arrogantia carens, ad lenitates proclivus, Maluatico & Italico ac
 quolibet syavi & peregrino vino non secus quam cerevisia utebatur. In consuetudi- Consuetudo
 nem quoque & observantiam traxerat, non se aliter alicui provisionem de beneficio ali- offerendi Vi-
 quem valorem habente impendere, nisi ille Barille vini malvatici aut Italici propinasset num.
 pro honorantia & jam pro consuetudine introducta continue observabatur. Conditor
 instante VVratislaviensi Capitulo statuti quod a Concilio Basiliensi obtinuit confirmari, Statutum a Ba-
 ne cui liceret præbendam aut dignitatem in ecclesia VVratislaviensi nisi diocesano aut fileensi Conci-
 Doctore Theologiæ Juris aut Medicinæ obtinere. Cum autem Conradus ipse, annis lio obtentum,
 prope triginta sedisset & bona ecclesiæ voluptuose vivendo partim obligasset partim di-
 straxisset aut alienasset, Suum quoque & ipse regimen sub quo totam videbat ecclesiam
 corruisse prorsus & quadam poenitudine ductus, cesserat ante mortem annis tribus E- Episcopatum
 piscopatus honori & oneri. Sed a fratribus carnalibus argutus, cessionem retractat & deponit & reci-
 tam dignitatem quam possessionem, quam Capitulum eo resignante tenebat, repetiit. pit.
 Recusavit Albertum Zastrabietz Archiepiscopum Gnesnensem cum totam provinciam Archiepisco-
 de mandato speciali Martini Papæ quinti visitasset, se quoque visitare vellet suscipere, ti- Gnesnensem
 mens de enormitate vitæ pariter & regiminis reprehendi. Elapso autem anno justo visitantem Ec-
 DEI judicio & in sua diocesi, a Bohemis hereticis Hussitis magna cæde visitatus & cla- clestem admit-
 dibus amisit a castrum Othmuchawa familiari suo Nicolao de Alzenaw milite interceptum tere noluit:
 quod ægre auro redemit. Sub quo tempore ecclesia Othmuchoviensis diruta est & to-
 ta diocesis misere devastata. Anno autem Domini Millesimo quadringentesimo quadra- Obitus an.,
 gesimo * sexto nona Augusti nulla re memorabili gesta VVratislaviæ moritur & in eccle- 1446.
 sia VVratislaviensi sepelitur.

PETRUS SECUNDUS APPELLATUS NOWAK.

PETRUS II.
 EP. VVRAT.
 XXXI.

Morte Conradi Episcopi VVratislaviensis secuta, Prælati & Canonici VVratislavi-
 enses adeunt Laurentium Zaremba Castellatum Siradiensem & Capitaneum VVielu-
 nensem nobilem, ut illis filium suum Johannem det in Episcopum ut & solvat æsec- Post aliquos
 clesiæ contractum mittunt Canonicum sui gremij Johannem Lautschloer ad Theodori- frustra compel-
 cum VVeinrich in Cracovia Presbyterum. Hic senex erat ex Cracovia ortus sed cen- latos: per scru-
 tum millium florenorum & amplius Dominus, qui antequam in sacerdotium promo- tinium eligi-
 veretur mercando variis mercibus quæsierat petentes ut Episcopatum VVratislaviensem tur:
 susciperet. Sed cum tam hi duo, quam nonnulli alii pari studio & respectu rogati de-
 dignarentur non tam Episcopatum quam molem debitorum suscipere, Capitulares
 VVratislavienses feria tertia ante nativitatis Mariæ pro die electionis constituta, per
 viam scrutinij procedendo Petrum dicti Nowak decretorum doctorem Præpositum &
 Canonicum VVratislaviensem tunc officialem generalem eligunt uniformiter in Episco-
 pum & pastorem. Fuit hic ortus ex plebe humili de villa VVratislaviensi prope Nis- humili loco
 sam dicta Nowak & ab inde sortitus fuit cognomen Nowak. Vir frugi humilis pru- natus.
 dens modestus industrius doctus & magnæ experientiæ. Electionem autem suam
 Vincentius Rock Archiepiscopus Gnesnensis tanquam metropolitanus spectabilibus &
 notabilibus nunciis suis videlicet Andrea Skoda & Jaroslao Cankolowski Canonicis VVra-
 tislavien-

Y

* Rositzius cœvus annum habet 1447.

alienata redi-
mit :

res alienum sol-
vit :

Obitus : an.
1456.

tislaviensibus rogatus apud Gnesnam confirmat & Johannem Episcopum Naturiensem fratrem ordinis minorum suffraganeum suum Gnesnensem cum eisdem nunciis VVratislaviam mittit, qui eidem Petro Nowagk electo & confirmato benedictionis pontificalis munus, die solis vicesima secunda Octobris in ecclesia VVratislaviensi vice & nomine prefati Archiepiscopi Gnesnensis impendit & continue bona episcopatus sui per prædecessorem suum Conradum distracta, obligata & alienata cœpit redimere & ad jus, proprietatemque ecclesiæ VVratislaviensis reducere, tanto studio ut sub brevi temporis intervallo sua modestia & industria pro majori parte ecclesiæ VVratislaviensis ære alieno solveretur. Qui cum annis novem in ecclesiæ VVratislaviensi sedisset & illam notabiliter restaurasset, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo sexto, sexta mensis Februarii post noctis medium, in castro Othmuchaw, domo sua disposita & sacramentis viaticatus moritur & in VVratislaviam funus ejus deducitur. Et nona ejusdem mensis Februarii in ecclesia VVratislaviensi justo honore juxta summum altare sepelitur.

JODOCUS PRIMUS.

JODOCUS
L. B. a RO-
SEMBERG.
EP. VVRAT.
XXXII.

Commendatio-
ne Ladislai Re-
gis eligitur.
Dignitates :

Character &
Stemma :

Præpositum
Vrat. Capit-
ulum tenet :

Virorum do-
ctorum pro-
motor & Geor-
gii Podibradii
fautor, postea
hostis :

Obitus : an.
1461.

Omnibus Capitularibus VVratislaviensibus morte Petri Episcopi secuta, diuturnam Vacationem ecclesiæ periculosam (ut erat) censentes, octavam diem pro eligendo futuro pontifice constituunt. Qua adveniente cum nonnulli ex Prælatibus pontificalem sellam aut sperarent aut ambirent, Capitulares quoque unum de gremio suo eligere censuissent, Nuncii & literæ Ladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis superveniunt, & ut Jodocus de Rosenberg, frater, ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani cum cruce Prior, præpositus Pragensis ordinis ejusdem eligeretur intercedentes. Capitulares itaque VVratislavienses propriis Prælatibus & Canonicis sui collegii neglectis, veriti suam futuram electionem si contra voluntatem regiam illam celebrarent recidere in irritum, præfatum Jodocum præpositum ordinis præfati quamvis ætatis defectum quantum ad pontificalem ordinem patientem eligunt concorditer in Episcopum electionem autem suam Calixtus Papa tertius nona mensis Junii die anni præfati Romæ confirmat & præposituram Pragensis dispensans super minorennitate tempore vitæ suæ dat in commendam. Vir erat hic stature altæ, caput, oculos & ossa grandia habens, corpore crassius, in eloquentia, literatura atque prudentia singularis. Nobilis de domo & familia Rosenbergensium ex Bohemia, rubeam rosam in campo albo deferentium. Ad crapulam proclivus, adeo ut quoque sua cibaria sumptuose condiret Zukaro, animi magni & liberalis qui Johannem Deuster præpositum VVratislaviensem suo insidiantem & adversantem VVratislaviæ cepit & vinctum in castro Kaldenstein usque ad diem mortis suæ captum tenuit, non ante dimissurus si vixisset nisi juxta pactum cum eo factum præposituram VVratislaviensem dimisisset & dimissam jure jurando in missa ab eodem præposito celebrata, corpore Christi tacto nunquam repetere se firmasset. Cum crassitudine corporis crescente stare propter pedum tumorem nequiret sedendo tamen in sella rem divinam fere singulis diebus in privata camera peragebat. Vitæ continentis & nitidæ virorum doctorum aut virtuosorum specialis promotor & Zelator, nec alios quam hujuscemodi viros ad Prælaturas & beneficia promovere consuevit. Georgii Podziebradzki in Regem Bohemiæ assumti, antequam se hereticum declarasset, fautor, licet nosset patrem suum illi in festum, ex post vero notorius hostis, sub quo & castrum Edelsstein Nissæ imminens expugnavit & ecclesiæ VVratislaviensi ejus bona adjunxit. Qui dum in pontificatu annis decem, menses sex exegisset in oppido suo Nissa & curia splendide per ipsum ædificata religiose & devote omnibus sacramentis rite procuratus vocatisque ex VVratislavia ad se Canonicis quibus civitatem Nissam & castra ecclesiæ commendaverat, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, die martis, quinta decima Decembris in aurora ex crapula & calculo moritur. Cujus corpori cuncta communitas VVratislaviensis donec Præpositus Johannes solveretur negasset ingressum, interim tamen a Baronibus Bohemiæ, qui ad dietam convenerant illum comitantes, ad civitatem inductum, Baronibus Poloniæ & Bohemiæ Prælatibusque & Canonicis VVratislaviensibus juxta suo funeri solventibus in ecclesia majori in choro sepultum est, tumulo eminentiori.

RUDOLPHUS PRIMUS.

RUDOL-
PHUS : EP.
VVRAT.
XXXIII.

Ad eligendum futurum pontificem VVratislaviensem æstimabant se capitulares VVratislavienses nunquam majori libertate potitos potiendosque esse, quoniam &

Geor-

Georgius Podziebratzki per Paulum papam secundum regni Bohemiarum honore ut hereticus privatus erat & nondum alius successerat. Itaque vicesima Januarii die pro Comitibus constituto Przemislaum ducem Opaviae, Cantorem sanctae Crucis & Canonicum Wratislaviensem eligere animis aestuabant. Interim oratores Kazimiri Regis Poloniae, videlicet Stanislaus de Ostrook Calischienfis palatinus, Jacobus de Damno Regis Poloniae Vice thesaurarius, & Johannes Dlugosch senior Canonicus Cracoviensis qui ad dietam Wratislaviam venerant, memores puritatis quam Rudolphus Episcopus Lavantinus Legatus apud Silesiam pacem Prutenicam conficiendo monstraverat, junctis sibi Baronibus Bohemiae Catholicis quorum Stanegk de Sternbergk Principalis erat, Capitulares Wratislavienses adeunt & persona praefati Rudolphi Episcopi & legati excellenter commendata petunt illum eligi ad sedem Wratislaviensem. Verum etsi intercessio haec nonnullis Capitularibus molesta erat, qui proprium judicabant ecclesiae Wratislaviensis utiliore fore quam forensi. Schisma tamen vitaturi & veriti ne summus Pontifex jure suo in providendo Baronum Bohemiae accedendo & interveniendo supplicatione ipsis etiam invitis uteretur praefatum Rudolphum viginti votis Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo octavo postularunt in pastorem via scrutinij procedendo. Cujus postulationem & Baronum Bohemiae intercessionem Papa Paulus Secundus perpendens ipsum Romae vicesima quinta Aprilis de Laventina transtulit ecclesia & Wratislaviensi praefecit in pastorem. Annatam insuper plenarie indulgit, gratissimum quod nuntii ab eo in pacificationes provinciarum missi in pontifices eligerentur & deposcerentur. Vir mansueti & religiosi ingenii, fuscus & niger, staturae decentis, decretorum doctor, ex oppido Rudisheim Moguntinensis dioecesis, ex patre Henrico & matre Catherina ortus, cujus genitor Henricus inter suos concives celebris habebatur. In anno vicesimo quinto aetatis, auditor rotae, brevi post Camerae auditor factus, duorum summorum pontificum Pii videlicet Secundi & Pauli referendarius, deinde Episcopus Lavantinus, pro superiori parte clipei medietatem stellae septicornutam in celestino, in medio planiciem & barram candidam in rubeo, in inferiori vero parte rosam semissam etiam rubeis campis pro insigni & armis deferebat, Polonici idiomatis ignarus, causas subditorum non nisi per interpretes expediebat.

Post electum
Premislaum
Oppaviae do-
cem commen-
datione Orato-
rum Regis Po-
loniae Rudol-
phus postula-
tur:

Quae Postulatio
Papae grata

Mores:

Ortus:

Dignitates:

Insignia:

* * * JOHANNES QUARTUS.

Johannes quartus, Rudolpho Episcopo in Wratislaviensi ut ante hac in Laventina ecclesia successit, initio Ladislai Hungariae & Bohemiae Regis a secretis, mox Friderici tertii Imperatoris consiliarius ac Rerum Germanicarum moderator. Caesaris insuper protectionis in Urbem ad Paulum secundum pontificem maximum comes, Vir cum singulari doctrina atque facundia, tum maximarum rerum usu praestantissimus, ut qui praeter aulica negotia lectioni & sapientiae studiis tota vita vacaverit, insigni praeditus bibliotheca, quam omnis generis optimorum librorum magnis sumptibus sibi paraverat. Adolescens, Juri pontificio Patavii, humanioribus autem Litteris & eloquentiae Romae sub Laurentio Valla, maximo illius aetatis viro operam dedit. Caesaris inde nomine tam ad Venetos, quam ad alios Christiani nominis principes, legationes frequentes feliciter obivit. Ut autem primum ad Wratislaviensem ecclesiam est translatus, deformes quasdam Cleri ac populi consuetudines sustulit, Cantum figuratum ut indecorum atque prophanum in ecclesiis interdixit, Villas Episcopales plerasque jam olim oppignoratas proprio statim aere redemit, Piscinasque admodum uberes & hospitales alias commoditates in eis constituit. Arcem Ochmuchaw & curias alias magnis sumptibus instauravit, ampliterque ornavit. Optimus plane Pontifex, & quo a Przeceslai tempore nemo plura in ecclesiam contulerit. Quique multo plura conferre paratus foret, nisi factione quorundam capitularium (ut plerumque fit) vexatus animum revocasset. Quo factum est, ut extrema jam aetate Coadjutorem (infelici prorsus & sibi pernicioso exemplo) adoptaverit. Quae res & obitum illi maturavit, & ecclesiae plurimorum malorum fuit causa. Moritur desideratus omnibus pater, 1506. mense Januario in echoro mansionariorum juxta Przeceslai tumulum, cujus virtutes aemulabatur sepultus. Tempore eo in Peloponneso Venetis per Turcas Metona adempta est & Johannes Albertus Poloniae Rex cruento prelio a Walachis victus.

JOHANNES
IV. EPISC.
WRATISL.
XXXIV.

Dignitates:
Studia:

Legationes va-
rias obiit:

Abrogata:

Reparata:

Coadjutorem
adoptavit:

Obitus an.
1506.

JOHANNES QUINTUS.

JOHANNES
V. EP. VVRATISL. XXXV.
Laudes;

Arcem S. Jo-
hannis struit:
Obitus an.
1520.

Externa:

Johannes quintus e * Thurzonum genere, prædecessoris adoptione Episcopatum Wratislaviensem affecutus, Eundem religionis observatione atque civilitate morum haud incommode administravit, singulari in loquendo oris gratia & in demerendo doctos & industrios homines humanitate, eruditionis insuper & facundia splendore præditus, Curias episcopales nonnullis in locis structuris ornavit. Et demolito castro Kaldenstein Arcem St. Johannis (cui nomen ipse indidit) in loco diruti veteris quondam castri extruere cœpit. Obiit Phrbisi 2. Augusti 1520. ætatis autem suæ sexto & quinquagesimo quum anteriori anno a morte Maximiliani Cæsaris Imperium Romanum *Carolo quinto* deferretur, & eodem ferme tempore Alba græca præcipuum Hungariæ munimentum, mox Rhodos a Turcīs interciperetur. Ejus insuper tempore in Germania cœpit omnibus anterioribus nocentior heresibus Luthero monacho autore, quæ hæctenus horrendis incrementis in sanctam religionem grassata, bonam orbis Christiani partem nefanda impietate implevit.

VI. ANNALES WRATISLAVIENSES.

Cura Senatus
VVratisl. con-
servanda: Hi-
storiz Patriæ:

Admovenda Respublica Posteritæque consulendum est. Placuit itaque Magistratui Annales quantum ex vetustissimis Libris Civitatis hujus & aliis colligi poterit describi ut visis antiquis Historiis Vicissitudinibusque rerum perspectis, & Reipublicæ & privatis negotiis fructuosius incumbere possit Magistratus: Ideoque hic Codex exorditur Anno Domini M. D. XIII.

Ecclesia S. Vin-
centii dotata:

Anno Domini M. C. XLIX. consecrata est Ecclesia & dotata S. Vincentii in Wratislavia, a Boleslao Rege Poloniae cum Foro in Atrio Monasterii pro festo S. Vincentii per octo Dies continuos.

Anno Domini 1214. per Henricum Ducem Slesiae forum in Atrio S. Vincentii commutatum pro novo Foro in Wratislav. Olsnic & Domsław: Anno Domini 1232. iterum roboratum.

Henricus I.
Barbatus Dux
Silesiae moritur:

Anno Domini 1238. obiit Illustris Dux Henricus I. dictus cum Barba, Maritus S. Hedwigis XIV. Kalend. Aprilis: sepultus in Monasterio Trebnicensi.

Anna: Ducissa
Silesiae moritur:

Anno Domini M. CC. XLI. secund. non Decembr. obiit Domina ** Anna Ducissa Slesiae.

HENRICUS
II. Pius Dux
Silesiae a Tarta-
ris occisus:

Anno Domini M. CC. XLI. occisus est a Tartaris Dux Henricus II. qui devastarunt totam Slesiam & Poloniam: & Dominus *** Poppo Generalis Magister Ordinis Prutenorum: sepultus in Wratislav. in Ecclesia S. Jacobi.

S. HEDVIGIS
obiit:

Anno Domini M. CC. XLVII. X. Kal. Nov. obiit **** S. HEDWIGIS coruscans pluribus miraculis.

Canonisatio S.
STANISLAI:

Anno Domini M. CC. LIIII. canonisatus est S. Stanislaus Martyr & Episcopus Cracoviensis.

Anno

* De quo curatius egi ad Henelii annales Tomo hoc II. & quidem ad an. 1503.

** Anno demum 1265. in nocte S. JOHANNIS BAPTISTÆ denatam testatur Inscriptio Tumuli: vid. Tab. I. Genealog. n. 22. Tom. I. p. 317.

*** Errant annales, cum aliis, inscriptione recentiore ad Henrici Pii Tumulum in æde S. Vincentii decepti, anno enim 1253. Poppo ab Osterna Magister Marianorum Militum demum Electus, & an. 1265. defunctus est.

**** Tabula ænea, Ejus ad Tumulum affixa, & pag. 313. Tom. I. a nobis allata an. 1243. VII. Id. Octobr. pie decessisse B. HEDWIGIN testatur.

Anno Domini M. CC. LVI. VI. non. Octobr. Thomas Episcopus Wrat. per Ducem Boleslaum filium Ducis Henrici II. & nepotem S. Hedwigis captus est & detentus usque ad festum Pasce. Thomas I. Episc. VVratislav. captus:

Anno Domini M. CC. LIX. fuit Terre motus magnus: & erat II. Kalend. Febr. Terrae Motus:

Anno Domini M. CC. LX. vastaverunt Tartari Sendomiriam & Cracoviam aliasque Provincias adjacentes, plurima millia hominum abducentes & occidentes. Tartarorum Incurio:

Anno Domini M. CC. LXI. egerunt Homines Poenitentiam enormem contra Institutionem Sancte Matris Ecclesiae.

Anno Dni M. CC. LXIII. visa est Cometa V. Kalend. Augusti & stetit ad VI. non. Octobr. presagium magne famis, effusionem Sanguinis, necis Animalium ac Principum. Tanta etenim fames erat in Almania, ut multi relictis agris & possessionibus suis irent in Poloniam. Ex morte Animalium etiam homines noluerunt carnes bovinas comedere, neque emere, timebant temporis malum. Cometa apparuit:

Anno Dni M. CC. LXIII. Reconciliata est Ecclesia S. Mariae in Wratistavia per Dnum Anshelmum Episcopum, Apostol. Legatum Id. Decembr. Ecclesia S. MARIAE:

Anno Dni M. CC. LXV. Carolus occidit Manfredum qui patrius vocabatur. Manfredus occisus:

Anno Dni M. CC. LXVI. obiit dux Henricus III. frater Wladislai: Nepos S. Hedwigis: III. Non. Decembr. HENRICVS III. Dux VVratislav. moritur:

Anno Dni M. CC. LXVII. eadem S. Hedwigis per Clementem IV. Papam est canonizata. Canonizatio S. HEDVIGIS:

Anno Dni M. CC. LXVIII. in Vigilia S. Bartholomaei Apostoli devictus est Conradus, filius Conradi, filii Fridrici Imp. ab illustrissimo Rege Sicilie Carolo & Vinculis rentus capiteque plexus. Adversa CONRADINI Fata:

Anno Dni M. CC. LXIX. sequ. die S. Bartholomaei fuit exaltatio S. HEDVIGIS. Exaltatio S. HEDVIGIS:

Anno Dni M. CC. LXXXVIII. in occisus est Dux * Bulko de Stinavia in Sivor. Przemcko: Dux Stinaviae occisus:

Anno Dni M. CC. LXXXVIII. RUDOLPHUS Rex Romanorum occidit in bello Ottokarum Regem Bohemie in castris S. Bartholomei. Ottokarus Rex Bohemiae occisus:

Anno Dni M. CC. LXXXIX. obiit Dux Henricus Dux Slezie Dnus Wrat Cracovien. & Sendomirien. HENRICVS IV. Dux VVratislav. moritur:

Anno Dni M. CCC. III. fuit hyems remissa, ut frigus juxta Qualitatem Temporis non sentiretur. Hyems remissa:

Anno Dni M. CC. LXXVII. IV. fer. in castris S. Georgii Dux Henricus habuit conflictum cum Duce ** Boleslao & filio suo. Bellum Silesiae intestinum:

Anno Dni M. CC. LXXVI. in die S. Marci Evangeliste combusta est Wratistavia per totum. Incendium Wratistaviae:

Anno Domini M. CC. XCI. in castris S. Mauricii natus est Boleslaus filius Henrici V. Ducis Slezie & Dni Wratistav. BOLESLAUS III. Silesiae Lignicensis nascitur:

Anno Dni M. CC. XC. Ducatus Wratistaviensis per D. RUDOLPHUM REGEM ROMANORUM Comitem in Habsburg Corone Bohemie incorporatur: actum *** Erfordie VI. Kal. Octobr. Ducatus VVratislavienfis Incorporatio Regno Bohemiae facta:

* Non Bolconis, sed Przemckonis nomen, Duci Stinaviae an. 1290. in praelio prope Szewior: d. 27. Febr. occiso fuisse diximus ad no. 5. Tab. II. Genealog. Tom. I. p. 347.

** Cogn. Calvo: Duce Lignicensi.

*** vid. Diplom. CXXII. & CXXIII. Spec. C. nostri D. Tomo I.

HENRICUS
VI. Dux VVra-
tislav. nascitur:

Anno Dni M. CC. XC. IV. in crastino Gertrudis Virginis natus fuit Henricus, filius Henrici V. Ducis Slesie existente Patre suo in captivitate Ducis Glogovie.

Concordia in-
ter VVratista-
viensem & Glo-
goviensem Du-
cem:

Anno Dni M. CC. XC. IV. * concordati sunt Illustrissimi Dn. Duces occasione captivitatis facte in VVratislavia, Henricus VVrat. ac Legnicenf. Dnus & Henricus, Glogovienfis Dnus.

**VVLADIZ-
LAUS**: Dux
Lignicenf. na-
scitur:

Anno Dni M. CC. XC. VI. in crastino S. Bonifacij natus fuit Wladislaus, filius Henrici V. Ducis Slesie mortuo Patre suo.

BOLCOI.
Dux Svidnic,
moritur:

Anno Dni M. CCC. I. in Vigilia ** S. Martini Episcopi obiit Bulcko Dux Slesie.

ELIZABETH
Ducissa VVra-
tislav. moritur:

Anno Dni M. CCC. IV. in Vigilia S. Michaelis obiit Dna Elizabeth Ducissa Slesie Mater filiorum Henrici V.

Anno Dni M. CCC. VIII. ante Carnisprivium obiit Hermannus Sacharie Civis Wratislav. & Peregrinus de Luban dictus Civis Gorlicenfis.

ALBERTUS I.
ROM. IMP.
occisus:

Anno Dni M. CCC. VIII. in die Philippi & Jacobi occisus est Albertus Rex Romanorum per Johannem, filium fratris sui.

Ducatus VVra-
tislav. fit Feo-
dum RegniBo-
hemie:

Anno Dni M. CCC. XXVII. tempore Regis Bohemie Johannis, *** Ducatus Wratislav. & Noviforen. devoluti sunt realiter & cum effectu ad Regnum Bohemie.

Clades Prute-
norum:

Anno Dni M. CCCC. X. fuit bellum magnum Prutenorum & Polonorum ubi Pruteni miserabiliter prostrati in bello succubuerunt.

Pestis horren-
da:

Anno Dni M. CCCC. XIII. fuit Pestis generalis per totum orbem.

Tumultus
VVratislaviz:

Anno Dni M. CCCC. XVIII. in die Arnolphi facta est seditio & Tumultus in Wratislavia.

Adventus SI-
GISMUNDI
IMP. AUG.

Anno Dni M. CCCC. XX. in Vigilia trium Regum venit in Wratislaviam SIGISMUNDUS IMP. Rex Hungariae & Bohemiae.

Ruina Pontis
inter Summum
& Arenam
VVratislav.

Anno Dni M. CCCC. XXIII. cecidit Pons inter Summum, & Arenam sub Populo qui Processionem sequebatur de Ecclesia B. M. V. & mox postquam Praeful transisset Pontem, decidit Pons.

Hussitarum fu-
ror:

Anno Dni M. CCCC. XXVII. Bohemi qui sectam Wiclevisticam defendere & CHRISTI fideles expellere conabantur, vulgo Husseni nuncupati, Oppidum Lubanum prope Görlitz, & aliud ultra Görlitz nomine Löbau vi ceperunt & homines necantes Spolia abduxerunt.

Anno Dni M. CCCC. XXVIII. Wratislavienses & alij Silesij a Bohemis, Hussenis vulgo nuncupatis, prostrati in bello succubere dolenter atque misere.

JOHANNES:
Dux Monster-
bergenfis occi-
sus:

Anno Dni M. CCCC. XXIX. in die Johannis Evangelistae Dnus JOHANNES: Dux Monsterbergenfis occubuit circa Natalem CHRISTI.

Arcis Ottmu-
chovienfis
Fata:

Anno Dni M. CCCC. XXX. quidam miles auratus nomine Nicolaus Altzenaw, Capitaneus Arcis Ottmüchaw, Bohemis undique vicinos armis vastantibus, vulgo Husseni appellatis, Arcem prefatam tradidit, hinc Ecclesie ac Civitati Wratislaviensi maxima Incommoda intulere, usque dum per VVratislavienses obsessa, & vicissim Bohemi expulsi fuerunt.

Anno

* Vid. Dipl. CXXIV. l. c.

** Adde quæ ad no. 1. Tab. Genealog. IV. Tom. I. dixi.

*** Vid. Dipl. CXXVI. l. antea c.

Anno Dni M. CCCC. XXXV. in die ante festum Divisionis Apostolorum fuerunt impressiones Aëris & fulgura inaudita.

Anno Dni M. CCCC. XXXVI. sabbatho ante Philippi & Jacobi obiit mortem LUDOVICUS Dux LUDOVICUS Lignicenfis.

Anno Dni M. CCCC. XXXVIII. in Vigilia S. Elizabethæ venit ALBERTUS REX Hungariæ & Bohemiæ in VVratislaviam.

Anno eodem fuit generalis Pestis per Silesiam.

Anno Dni M. CCCC. XLIII. in die S. Bonifacii fuit in VVratislavia Terræ motus.

Anno Dni M. CCCC. L. fuit Turbatio in hac Provincia propter mutationem denariorum factam per Svidnicenses & Lignicenses Civitates.

Eodem anno fuit celebratus Jubileus.

Anno Dni M. CCCC. LIII. in Carnisprivio venit Venerabilis Pater JOHANNES CAPISTRANUS VVratislaviam.

Eodem anno in die S. Philippi & Jacobi capti sunt Judæi ob blasphemias factas DEO in Sacramento Evcharistiæ, & Igne judicati sunt.

Anno Dni M. CCCC. LIV. in die S. Nicolai venit REX LADISLAUS Hungariæ: Bohemiæ &c. &c. in VVratislaviam, & moratus est ibidem ad octo Hebdomadas.

Anno Dni M. CCCC. LVII. in die Clementis LADISLAUS REX: Hungariæ & Bohemiæ: misere occubuit Pragæ: dum altera die bene sanus fuisset Tempore Georgij de Podiebrad, uti in * in majore libro, in quo tota Historia dicti Georgij Podiebradi conscripta est.

Anno Dni M. CCCC. LIX. in die Perpetue & Felicitatis fuit VVratislaviæ maxima Tempesta ex Vento validissimo, Prælagium futuri mali.

Eodem anno Georgius de Podiebrad: REX BOHEMIÆ factus, Civitatem VVratislaviam, suffragio Dominorum Ducum & Incolarum Silesiæ, exceptis solis Namslavienfibus, armata manu invasit, volens eandem manu capere & castigare.

Anno Dni MCCCC LX. fuit magna Mortalitas in Silesia.

Anno Dni M CCCC LXVI. fuit GEORGIUS REX BOHEMIÆ per sedem Apostolicam Hereticus declaratus, anathemifatus & depositus, quare Dn. Duces: Barones & Civitates Silesie, qui sibi Homagium prestiterant, ab Obedientia absoluti, Bella movebant prefato Regi.

Anno Dni MCCCC LXXIII. fuit magnus Calor & ariditas, ita quod Sylvæ, nemora & montana incenderentur, ex Voragine Ignis pro magna Parte absumptæ.

Anno Dni MCCCC LXXX. die 24. mensis Novembr. Laurentius Charwolsky, haeres in Czulawff, dum in Jure Civitatis contra quendam Civem actiones instituisset, & salvo conductui quem a Civitate obtinuisset, omnino renunciasset, finito Termino Juris captus & Vinculis traditus est, confessus posthac de rapina, Capite plexus in sede, finem suum finivit. Cui duo erant filij qui etiam mala morte interierunt.

Anno

* Hic M. Petri Eschenloëri: Norimbergensis Secretarij Reipubl. Wrat. Chronicon Wrat. tislavienfe de Rebus sui Temporis MStum indigitari opinor, ab an. 1440, ad annum usque 1478. summo studio non nisi Diplomatum fide confectum, Res sub GEORGIO REGE ac hunc insequentibus Temporibus in Silesia gestas exponens.

RVDOL:
PHVS. EPISC.
VVRATISL.
XXXIII. mo-
ritur:

Anno Dni 1481. in die S. Anthonij Confessoris, hora 12. extrema clausit Pater & bonus Pastor RUDOLPHUS: EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS: natione Renensis: qui Legatus a Latere missus erat in Silesiam in Causis Girczikonis, depositi Regis Bohemorum. Iste Præful in concordandis Partibus divino fretus Ingenio, ubi persuasionibus Concordiam efficere nequibat, fulmine suo partem temerariam domuit, & sic in Concordiam adduxit.

FRIDRICVS
I. Dux Ligni-
censis moritur:

Anno Dni 1488. Obiit Illustriss. Dns FRIDRICUS: Lignicensis atque Bregenſis Dux, qui ex filia Gerczikonis tres genuit Filios: JOHANNEM videlicet: FRIDERICUM & GEORGIUM. Johanne vero mortuo in teneris annis: superstites fuere Dns FRIDRICUS & Dns GEORGIUS. Qui dum uno pabulo vivere nollent, bona paterna inter se dividerunt: Ubi Dux FRIDRICUS Lignitz, Hainoviam & Aarimontem Oppida cum suis Districtibus obtinuit: sed Dux GEORGIUS Bregam: Strelen: Nymptsch: Olaviam: Biciniam & Creutzburg obtinuit.

Johannis Bel-
lum Ducis Sa-
ganensis cum
Marchione
Brandenbur-
genſi JOHAN-
NE ob Duca-
tus Crosnensis
Possessionem:

Anno Dni 1490. Illustris Dux JOHANNES Saganensis, post mortem Ducis HENRICI Glogovienſis sine hærede defuncti Glogoviam, Freistath, Sprottaviam, Swebussin, Grüneberg Jure hereditario successionem sibi usurpavit. Cui Marchio Brandenburgensis Johannes hortatu Patris sui ALBERTI: Electoris Imperij, propter Dorem relicte Ducis HENRICI, sororis sue bella movit. MATHIAS vero REX Hungariæ & Bohemiæ &c. suppetias huic JOHANNI Duci Saganensi præstitit. Sequebatur hinc Concordia, qua relicta Crosnam, Czüllich, Boberſſyn, Sommerfeldt, oppida in Districtibus suis obtinuit. Et Dux Saganensis quietus permanſit usque ducatum Regi MATHIÆ alienare contendit, & septem primarios Cives Glogovienſes in Turre arcis Glogovienſis fame interire fecit. Ab eodem Mathia de omnibus Dominiis prefatis expulsus erat, & exul permanſit. Sed propter Confoederationem cum Duce *HENRICO VVolaviam obtinuit, & Conjux sua Stinaviam & Rauden ex Dote solvit & possedit.


MATHIAS
Corvinus REX
HUNG. &
BOH. mori-
tur:

Anno Dni 1490. feria post Dominicam Rami Palmarum: Vienne ultimam diem repenti morte clausit MATHIAS prefatus, de cujus vita egregijsque facinoribus conscripti sunt plures annales.

succedit
VVLADIZ-
LAUS: PRIN-
CEPS POLO-
NIÆ:

Anno Dni 1491. successit Regi MATHIÆ in omnibus Regnis & Dominiis REX VVLADIZLAUS BOHEMIÆ: primogenitus Regis Poloniæ Kazimiri. Et nisi MATHIAS morte preventus fuisset, expulisset tam Patrem de Polonia & filios suos, quam etiam ipsum VVLADIZLAUM de Bohemia. Complures facinoris habens Duces: Barones: Castrenſes atque ipsos Pragenſes. Quos DEUS OMNIPOTENS omnino mutavit juxta verba Prophetæ: Et incidit in Foveam, quam fecit.

* Monſterbergenſi.





VII. ANONYMI VITÆ EPISCOPORVM ECCLE-
SIÆ, QVÆ OLIM SMOGROVIENSIS DEINDE RYTZIN-
ENSIS, MUTATO LOCO ET NOMINE WRATISLAVI-
ENSIS APPELLATUR.

I. GODOFRETUS.

Fundatis & dotatis in Poloniæ Regno a Primo Polonorum Rege, Princi-
pe & Monarcha Catholico Mieczeslao & Filio ejus Boleslao, Primo Polono-
rum Rege, novem Cathedralibus Ecclesiis & per oppida fluvios & loca li-
mitatis, Smogroviensis Ecclesia, quæ hæcenus transmutato loco & nomine Wratislavi-
ensis appellatur, una erat ex illis notabilis & famosa, quæ primo apud oppidum Smo-
grow locata, sedem suam illic aliquanto tempore habuit. Sub ea enim tempestate
Smogrow oppidum insigne adeo erat, ut caput ejus oræ, quæ nunc Silesiæ dicitur, ha-
beretur, non procul oppidum Szyczow alias Wartenberg situm, in quo velut inter
cætera excellentiori optimum visum fuit, piis & religiosis Principibus Polo-
niæ jam dictis Mieczeslao & Boleslao, primis Christianæ Religionis, & Cathe-
dralium Ecclesiarum in Polonia fundatoribus, Cathedralē fundare ecclesiam
cæteris proximis & vicinioribus Ecclesiæ, & Diocæsis, ex æquo magis & di-
recto confirmandam, quæ fines & terminos Regni Poloniæ versus Moraviam Bo-
hemiam & Saxoniam testando non lineret confundi impostero ac abrogari.
Ad cujus Regimen cum per præfatos Principes Mieczeslaum & Boleslaum Pon-
tiffex peteretur, Godofredus genere nobilis, natione & prosapia Romanus, Anno Do-
mini 966. provisus & datus est. Vir doctus & eruditus & exemplaris, divinæ legis &
Religionis maximus Zelator, qui promotus & Romæ jussu Stephani Papæ, ordinatus
& consecratus, Poloniam adveniens & cum gratia, benevolentiaque Principum, in sel-
lam rudem Smogroviensem se locans nil sibi antiquius agendum providendumque du-
xit, quam ut rudes adhuc carnalesque agrestes & pene semi Barbaros suæ diocæsis ho-
mines in 12. articulis fidei Orthodoxæ, moribus & virtutibus Christianis instrueret, & co-
gnitionem unius DEI, & illius amorem in pectoribus Polonorum sordes Idolorum ad-
huc reddentibus formaret. Per se itaque & Presbyteros, quos secum ex Italia traduxerat,
fermenta expurgabat Idololatriæ, & mores optimos atque ritus Catholicos plantabat. In
locis ab Ecclesia Cathedrali distantioribus fundans & instituens imprimis Parochiales
Ecclesias & Presbyteros ad eorum curam undecunque requirens & conquiens. Sedit
autem in Ecclesia Smogroviensi annis decem & septem & Anno Domini 983. mortu-
us, in Ecclesia Smogroviensi sepultus.

Smogrow pri-
ma Silesiorum
Ecclesia :

Ejus fundato-
res :

Godofredus
primus Episco-
pus :

Ejus Laus :

Parochiales
Ecclesias fun-
dat :
Obitus : an.
983.

II. URBANUS PRIMUS.

Secundus Ecclesiæ Smogroviensis Pontiffex Urbanus fuit, qui morte Godo-
fredi Episcopi primi Smogroviensis secuta, ad ecclesiam Smogroviensem pe-
tente Boleslao Poloniæ Rege, per Johannem Papam XII. Anno Domini 983.
fuit provisus. Vir frugi & modestus, genere nobilis, natione Romanus, in
doctrinis divinis & humanis apprime eruditus, Canonicus S. Mariæ majoris de
Urbe, qui provisione & consecratione accepta Romæ, sciens Poloniam & suam
diocæsim Smogrow Viris Ecclesiasticis & libris defectuosam esse & indignam, non-
nullos viros spirituales & Sacerdotes, libros quoque Ecclesiasticis officiis deservientes se-
cum ex Italia detulit, per quos diocæsis Smogroviensis, quæ jam incrementum aliqua-
le, & in plebibus, & in Parochialium Ecclesiarum foundationibus acceperat, posset fa-
cilius & curari & administrari. In Poloniam autem veniens, Smogrow deductus est,
ibique processionis honore a Clero & populo Smogrow susceptus est, in sella au-
tem pontificali primam curam habuit, ut ex Polonorum natione pueri & ado-
lescentes in latinis litteris erudirentur, scolam quoque ob id in Smogrow con-
stituit, & tam doctorem Scholarum, quam scolares ipsos de mensa sua provi-
debat, alliciens ipsos & cæteros eorum exemplo ad Studia litterarum, quatenus
ex illis legi possent, qui & populo Smogroviensi Evangelicam annunciarent doctri-
nam & Sacramenta Ecclesiastica administrarent. Hinc quoque factum est, ut ex

VRBANVS:
EP. VVRA-
TISL. II.

Roma accer-
tus :

Sacerdotes &
libros secum ex
Italia afferit :

Scholz initi-
um :

providenti sua ordinatione plures ex Polonis in litteris eruditi ad Clericatum & per consequens ad Ecclesias Parochiales, quarum fundatio assidue crescebat, promoverentur. Sedit autem Urbanus in sede Smogroviensi annis 22. & Anno Domini 1005. moriens, in Smogroviensi Ecclesia sepelitur.

CLEMENS I.

III. EPISC.

VVRATIS.

LAV.

Electus Smogrovia:

Urbani Comes:

Mores:

Sedulitas:

Obitus an.
1027.

LUCILIUS:

IV. EP. VVRATIS.

Electus Smogrovia:

Italus:

Mieczslai Com-
mendatio:

Studia:

Libros compa-
rat:

Censor. mo-
rum:

Libros Eccle-
sia legat:

Obitus an.
1036.

LEONHAR-
DUS I. V.

EPISC.

VVRAT.

Electus per
Scrutinium:

Nobilis Italus:

III. CLEMENS PRIMUS.

Smogroviensis Ecclesiae tertius Episcopus Clemens, a Clero & populo Smogroviensi morte Urbani Episcopi secuta electus, Italici sanguinis & linguagij homo, genere nobilis, Poloniae Rege Boleslao Chrobrij illum litteris suis & nuntiis promovente, per summum Pontificem Benedictum Papam septimum confirmatus, & per Gnesnensem Archiepiscopum Hippolitum consecratus est. Et hic Clemens erat unus ex Cleris & Ecclesiasticis viris quos secum praedecessor ipsius Urbanus ex Italia conduxerat, qui in Polonia pluribus annis demoratus, linguam Polonicam pro magna parte & sonare, & intelligere didicerat, maxime idoneus visus est, qui ad pontificatum Smogroviensem & propter linguae notitiam & morum praestantiam assumeretur, ne Polonis fastidiosum foret, proprium per interpretem alloqui Pontificem. Erat hic vir suavium morum, blandus & benignus, & qui humanos sciret perferre defectus, qui in curam praecipuam id sibi assumpserat, ut ex sua dioecesi ritus sacrilegos gentilium, quos nondum Poloni neophyti ex integro reliquerant, eliminaret. Circumibat itaque cum viris timoratis & exemplaribus, suae dioecesis Parochias, & spurcicias quaslibet barbaricas pia & benigna admonitione arguendo, increpando, obsecrando rescindebat. Praedicabat & populis Poloniae Verbum DEI, & propria declamatione rudes adhuc Poloniae Populos ad ritus Catholicos inclinabat, afficiebat autem illi unice Populus Polonicus Agrex ad tam gratiosi pastoris mores, vitam & doctrinam respiciens, facile ad sui imitationem movebatur. Dum autem jam 12. annis in sede Pontificali Smogrow sedisset, febrim gravem incidens Anno Domini 1027. obiit & in Ecclesia Smogroviensi exstitit humatus.

IV. LUCILLIUS PRIMUS.

Defuncto Clemente Smogroviensis Episcopus Lucillius unus ex Smogroviensibus Canonicis, per coeteros Praelatos & Canonicos Smogrovienses adhibito Clero Smogroviensi ad Cathedram illam electus & susceptus est. Vir Italicus genere & lingua, sed qui linguam Polonicam etsi non integre, corrupte tamen formare & intelligere sciebat. Quippe qui ex Italia accitus, & in Polonia aliquandiu conversatus, Idioma Polonorum mores & conversationem apprehenderat. Cujus electionem Romanus Pontifex Sylvester Papa secundus litteris & nuntiis Mieczslai Poloniae Regis rogatus confirmavit Anno Domini 1027. & cui postea Roszucha Archiepiscopus Gnesnensis iussus a summo Pontifice, munus consecrationis & benedictionis in Gnesnensi Ecclesia impendit. Erat autem Lucillius ipse vir studiosus & litteratus, studiis & doctrinis divinis & humanis nocte & inter diu dans operam, cui rei plures libros ex Italia sibi coaccervabat. Non ob id tamen curam dimisit suae dioecesis, sed in procuranda & dirigenda suorum salute peruvigil excubabat. Cleri & Populi suae dioecesis corrigens & succindens vitia, in Clero praesertim incontinentiam abhorrens & illam vario poenarum genere mulctans. Erat enim solus vitae pudicae & nitidae & quoslibet sacerdotum & maxime ad sui imitationem & factis & verbis formabat, docens in cleri sui auribus corpus universum tenebrosum existere, si pudicitiae virtute non fuerit lucidatum. Clericos autem quos noverat castos & pudicos singulari prosequeretur benevolentia & charitate ipsosque de facultatibus sui Episcopatus providebat, neque aliquem quacunque alia virtute praeditum sacerdotio fungi iudicabat dignum, qui fulgore castimoniae caruisset. Qui cum annis 9. in sede Smogroviensi sedisset, podagrae aegritudine aliquandiu quassatus omnibus libris, quos quaesierat, Ecclesiae Smogroviensi legatis, sumpto salutaris viatico Anno Domini 1036. moritur & in Smogroviensi Ecclesia sepelitur.

V. LEONHARDUS PRIMUS.

Dum post mortem Lucillii Smogroviensis Episcopi successor idoneus ad praesidendum in Ecclesia Smogroviensi quaereretur, Leonhardus ejusdem ecclesiae Decanus a Praelatis & Canonicis Capitularibus praefatae Ecclesiae via Scrutinij uniformiter electus est. Vir generis Italici & linguae, ex nobili stirpe ducens genus, doctrina divina & humana insigniter imbutus, in Idiomate quoque Polonico competenter instructus, ita ut absque aliquo interprete posset & alloqui & responsa per se ipsum postulantibus dare.

Cul-

Cultus in moribus, affabilis & humanus, in choleram tamen proclivis, vitæ castæ & mundæ, cujus electionem facile probavit summus Pontifex Benedictus Papa octavus, promoventibus illum & Regina Rixa Mieczeslai relicta & proceribus Poloniæ, & Capitularibus Smogroviensibus. Ipse Leonhardus per Stephanum Archiepiscopum Gnesnensem in Ecclesia Gnesnensi ordinatur consecraturque. Hic etsi fuerit, ut præmisimus, forensis & extraneus, Poloniæ tamen regulis & satrapis, atque propriis subditis & civibus tam gratus juxta atque propriis moribus. Patriæ gnarus, rebus Ecclesiasticis tractandis promovendis & ampliandis idoneus, singulari gratia DEI perfusus etiam in conspectu hominum gratiosus habebatur. Verax in sermone, justus in Judicio, in opere constans, & in omnibus agendis administrandisque efficax, adeo, ut ejus providentia, diligentia & factivitate Episcopatus Smogroviensis, tam in spiritualibus, quam temporalibus notabile incrementum acceperit, quem videns situm habere aridum humilem & infrequentem, petio & obtento Casimiri primi Poloniæ Regis consensu, Episcopatum & sedem ejus de licentia Benedicti Papæ octavi, Anno sui Pontificatus quinto videlicet 1041. in oppidum propinquum & vicinum, magis tum celebre transtulit, quatenus loci celebritas Pontificatui quoque celebritatem adjiceret. Caputque ab eo tempore non voluit Smogroviensis, sed Ryzinensis Episcopatus nuncupari & quamvis magno studio curam & officia erga temporales proventus & introitus ecclesiæ suæ, & dispositioni rerum & negotiorum exteriorum intenderat, tamen novit per omnia cujuslibet temporalitati commodo & usui præponere curam animarum, sciens se ob id sellam Pontificalem assumpsisse. Sedit annis novem & febrim quartanam incurrens Anno Domini 1045. moritur & in Ecclesia Ryzinensi sepelitur.

Gratus Silesiæ

Virtutes:

Sedem transtulit Ryzinam.

Obitus an. 1045.

VI. THIMOTHEUS PRIMUS.

Grandi concertatione post mortem Leonhardi Ryzinensis Episcopi inter Prælatos & Canonicos Ryzinenses, quis in Cathedra Ryzinensi sublevandus esset exorta, comitia etiam Episcopalia Comitatus agebantur, creverant enim providentia & cura superiorum Episcoporum bona temporalia Episcopatus Ryzinensis, & assidue redditus illius propter decimas manipulares quas & milites & agrestes de campestribus frugibus universis reddebant, multiplicabantur. Prima itaque die mensis Martij ad eligendum constituta, etsi studiis partium monstrosa electio timebatur fieri, præter tamen spem & metum omnium Timotheus Præpositus Ryzinensis ad Pontificatum præfatum paucis aliorum tendentibus est electus, & electio sua Anno Domini 1045. d. 12. Martij per Stephanum Archiepiscopum Gnesnensem, sicut & aliorum prædecessorum suorum fuit confirmata, & ipse Timotheus in Gnesnensi Ecclesia per eundem Stephanum Archiepiscopum fuit & ordinatus & consecratus in Episcopum Ryzinensem. Nationis hic Italicæ erat, de nobilibus Parentibus ducens genus, in Pontificali doctrina insigniter eruditus, verum ætatis valetudinarix & confectæ, intestinorum passione illum frequentius agitante, Idiomatis magna ex parte Polonici gnarus, quod tamen melius scivit intelligere, quam sonare. Ad pietatis studia magno studio intentus, viduarum, orphanorum & egenorum intentius curam gerens, vir vitæ pudicæ, castitatem magnopere in se & aliis diligens, & observans, sub diebus sui Pontificatus Poloniæ regnum bellis externis, propter ejectionem Casimiri in spem regni geniti, & genitricis suæ Rixæ Reginæ laborabat, & præsertim a Duce Bohemiæ Przetislao, qui regnum Poloniæ intelligens absque rectore & principe esse, illud nulla injuria offensus, hostiliter ingressus eam Poloniæ oram, in qua diocesis Ryzinensis consistebat, vehementius vastando destruxerat. Episcopus tamen mira patientia virum se constantem & Heroicum monstrabat, subveniens de facultatibus suis omnibus desolatis & afflictis, qui cum annis sex in sede Rytzinensi sedisset, ævo confectus, & ægritudine extenuatus, Anno Domini 1051. moritur, & in Ecclesia Ryzinensi tumulatur.

TIMOTHEUS
I. VI. EPISC.
VVRAT.
Concertatio
Canonicorum:

Electio spe melior:

Nobilis Italus:

Virtutes:

Bretislai Irruptio in Silesiam:

Obitus an. 1051.

VII. HIERONTIMUS PRIMUS.

Magno studio & cura, morte Thimothei Episcopi Ryzinensis secuta, a Capitularibus Ryzinensibus dignus & legitimus quærebatur illi successor, Canonicis Capitularibus ad Calendas Julias dictis, dum omnium vota via scrutinij procedendo perquisita fuissent, Ryzinensis Ecclesiæ Cantor & Canonicus Juris Pontificalis peritus,

HIERONTIMUS
I. VII. EPISCOP.
VVRAT.
Electus per
Scrutinium:

Nobilis Italus:
Casimirus I. Po-
loniæ Rex fa-
ctus:

Sedem trans-
fert Vratisla-
viam:

Error de Casi-
miro & Hiero-
nymo:

Episcopi
Obitus an.
1062.

D. Vincentii
Caput Roma-
narum.

JOHANNES
I. EP. VVRATISL. VIII.

Canonicorum
concertatio:

Boleslai com-
mendatione
rejectione Italii
primus Polo-
nus eligitur:

Genere nobi-
lis:

conformiter electus est, & nullum habens impeditorem a Stephano I. Gnesnenfi Archiepiscopo confirmatus Anno Domini 1051. & in Ryczinensem creatus Episcopum, Vir Italicus, ex Romana urbe nobilem ducens progeniem, pollens prudentia singulari. Sub cuius temporibus Casimirus I. Poloniæ Rex a Primoribus regni Poloniæ ex Galliis & ex Monasterio Cluniacensi, in quo jam professionem fecerat, & diaconatus gradum susceperat, mandante Benedicto Papa IX. ad gubernandum Regnum Poloniæ iusto & legitimo destitutum hærede, revocatus. Inter alia suæ probitatis & industriæ insignia, VVratislaviense oppidum ad flumen Oderæ situm honorificaturus sedem Ryczinensem consensu & autoritate summi Pontificis VVratislaviam Anno Domini 1052. transfudit, & ejus Pontificem Hieronymum, habens in suo conspectu gratiosum, prope arcem VVratislaviensem locum pulcherrimum & spatiosum, non solum pro Cathedrali Ecclesia honori S. Johannis Baptistæ dicanda, verum & pro domibus Episcopi, Prælatorum & Canonicorum areas & loca liberaliter assignavit. Ab eo quoque tempore *Ecclesia* ipsa tertium locum tertiamque sedem sortita, *VVratislaviensis* cepit vocitari. Hinc quoque geminatus error subortus est, quasi Casimirus I. Rex Poloniæ, qui & Instaurator appellatus est, primarius Ecclesiæ VVratislaviensis fundator & dotator exstiterit, & Hieronymus antecessoribus, qui in Smogrovienfibus & Ryczinenfibus pontificatum exegerant, suppressis, primus Episcopus putaretur, cum dotatio & fundatio omnium novem Poloniæ Ecclesiarum Cathedralium sub uno & eodem tempore, & distinctio diocesium cœperit, & Hieronymus Episcopus qui post translationem a Casimiro Poloniæ Rege a Ryczina in VVratislaviam factam, primus in Ecclesia VVratislaviensi ex ligno fabrefacta baculum Pontificiale gessit, sex numero habuit, septimus ipse censendus, prædecessores. Hic cum annis undecim Ecclesiæ VVratislaviensi præfuisset dysenteria morbo vexatus Anno Domini 1062. defunctus est & in Ecclesia VVratislaviensi sepultus est. Neque enim Poloniæ Pontifices hic præsertim, sub quorum diocesium VVratislaviensis fundabatur Ecclesia diffusam diocesim habentem creari & suas dioceses cassari & usum perceptionemque decimarum manipularium, omnium generum frugum, in quibus Ecclesia ipsa, quemadmodum Ecclesiæ Poloniæ sunt, adnumerari passi fuerint. Poterat alia Causa erroris esse postquam Casimirus Poloniæ Rex in translatione hujusmodi munificum se præbens crassiorē dotem Ecclesiæ VVratislaviensi, quam fuerat a Proavo suo Mieczeslao & avo suo Boleslao in fundatione tributa contulerit, & propter quod a plerisque habitus, creditusque est fundator ipsius verius quam translator. Hic etiam fertur sacratum D. Vincentii caput ex Urbe VVratislaviam, ubi hodie colitur, adduxisse, de quo creditur Prælatos & Canonicos morituros commonefacere.

VIII. JOHANNES PRIMUS.

In locum Hieronymi VVratislaviensis Episcopi novum Præsulem Prælati & Canonici Capitulares substituturi, primum diem mensis dicunt Augusti, ad quem, cum pene singuli Capitulares convenissent, longa concertatio inter eos orta, & eligentes, & Comitia in tempus diutius extrahentes. Italicorum enim genus, quorum non pauci adhuc supersites Prælaturas & præbendas VVratislaviæ obtinebant, ut aliquis ex eorum natione, Polonis in adversum, qui pauciores numero erant, adnitentibus eligeretur, instabant. Prævaluisse quidem numero & ingenio, ni Boleslaus Rex Poloniæ fomite discordiæ intellecto venire VVratislaviam personaliter maturasset. Quo adveniente docuit in Ecclesia Poloniæ a suis prædecessoribus fundata & dotata, a suo vero patre translata, & gratiis, Privilegiis, & libertatibus, cæterisque prærogativis & donationibus communita, Polonum, cum plures præsertim inter illos non secus quam inter Italos extent Idonei, eligi oportere, sufficere, differens Italis, si per annos plus quam centum successio VVratislaviensis Ecclesiæ apud illos fuisset continuata, Indignum & dedecorosum ratus forenses propriis & indigenis anteferri. His & aliis pluribus rationibus conatus Italicorum Rex elidens pervicit, ut Johannes Canonicus VVratislaviensis non solum a Polonis, verum & ab Italis uniformi voto eligeretur. Erat enim vir maturus, senio & avo, nobilis genere, stirpem generosam de domo ac familia accipitrum, qui pro insigni gebatam cruce in medio posita, in campo caelestino gestant, ducens. Pollebat quoque ingenio, industria, & factivitate, favorem insuper Boleslai promoverat sua humana civilitate.

Ele-

Electiois itaque opinio, jure & favore Regis & principum coeterisque id genus prærogativis factus, Petrus primus Gnesnensis Archiepiscopus, sua sibi præsentata apud Gnesnam electione, ipsum facile autoritate metropolitana, sicut solitum erat, confirmat, munus benedictionis & consecrationis in Gnesnensi Ecclesia Casimiro Rege Poloniae præsentate illi impendit. Ejus quoque confirmationem & consecrationem Alexander Papa secundus, facile probavit, fuitque ipse Johannes, tam nomine, quam inter Polonos natione primus, qui in Wratislaviensi Ecclesia Pontificalem Cathedram tenuit. Ab eo tempore Italicorum natione abrogata successio Pontificum Wratislaviae in natione & linguagio Polonorum continuata fuit multis annis, & in prælaturas, præbendasque Vratislavienses non nisi providebantur succedebantque Poloni in loca forensium de-mortuorum. Studium autem fuit Johannis Vratislaviensis Episcopi, maturitatem & præstantiam Pontificalem gerere & in locum obeuntium Prælatorum & Canonorum dignas, compatrialis linguagii gnaras, personas promovere. Qui cum annis decem Vratislaviensem Ecclesiam rexisset calculi morbum incidit, a quo gravius quam ætas ferebat vexatus Anno Domini 1072. Vratislaviae sumpto salutari Viatico obiit & in Vratislaviensi Ecclesia sepultus. Hujus tempore Mathildis nobilissima Comitissa, Bohemici quidem sanguinis, in Thuscia late potens Apostolicæ sedis urbes, possessiones, terras, adeoque totam suam substantiam donavit, quæ omnia Patrimonium S. Petri appellavit. Fames præterea immensa, & pestis sævissima in toto orbe grassabatur.

Canonicos & popularibus eligit:

Obitus an. 1072.

Mathildis Legata:

IX. PETRUS PRIMUS.

PETRUS I. EPISC. VVRATISL. IX.

Pontificalibus comitiis, quæ pro die nativitatis *Dominae nostræ Virginis Mariæ* a Capitularibus Wratislaviensibus constituta erant, advenientibus Prælati & Canonici Wratislavienses apud Wratislaviam congregati, etsi per viam scrutinii procedendo in vota varia scissi fuerint, Boleslai tamen secundi Regis Poloniae & nunciis & litteris admoniti, quatenus sibi & Ecclesiæ a monstrosa caverent divisione, se Authores divisionis non secus quam hostes habituros, nec in Regno suo toleraturos, timore Regio constricti, & Schisma nefarium perosi, sedatis privatis passionibus uniformem electionem celebrant, & Petrum Wratislaviensem Scolasticum concorditer eligunt in pastorem, viridem ætatem agentem, & qui tunc vix annos Pontificali congruos gradui attigerat. Præstabat enim virtute & humanitate coeteros, litteraturæ insuper competentis erat. Genus inter Polonos ducens nobili ex familia vulpium, geminatum crucem sagitta cruci apposita in campo rubeo deferente pro insigni. Ad cujus electionem cum Boleslaus quoque Poloniae Rex a Capitularibus Wratislaviensibus rogatus, consensum suum Regium præstitisset, fuit ille Petrus eodem suæ electionis anno videlicet 1072. a Gnesnensi Archiepiscopo Petro primo & in sua confirmatus electione & in Ecclesia Gnesnensi ad ordinem Pontificalem consecratus. Coætaneus hic vero Beato Stanislao Cracoviensi Episcopo, & singulari illi familiaritate conjunctus fuit: Altero anno ordinationem Beati Stanislai secuto in Vratislaviensem Episcopum, quemadmodum præmisimus per Petrum Archiepiscopum Gnesnensem in Ecclesia Gnesnensi & beatum Stanislaum Cracoviensem Episcopum Consecratorem alterum ordinatus. Coemit hic aliquot villas in perpetuam sortem & hæreditatem Vratislaviensis ecclesiæ. Vetus quoque ejus introitus provida gubernatione ampliavit, numerum insuper Canonorum Vratislaviae auxit, atque etiam vicariorum, dans eis de mensa Episcopali in decimis manipularibus dotem. A correctione Boleslai Poloniae Regis, jam tunc pestiferos & enormes excessus in DEUM & homines evomentis, licet id sedulo litteris Beati Stanislai Cracoviensis Episcopi admoneretur, metu Tirannidis Regiæ, se continuit. Interdictum tamen Ecclesiasticum, ob necem Beati Stanislai a Petro Gnesnensi Archiepiscopo in universa Polonica Ecclesiæ provincia, quam primum felici fuerat a Boleslao consummatus Martyrio, positum scrupulose studuit observare. Sedit annis 19. & in senectute bona defunctus Anno Domini 1091. in Ecclesia Wratislaviensi Capitularibus iuxta suo funeri solventibus sepultus requiescit.

Boleslai II. commendatione eligitur:

Laus:

Nobilis Polonus:

Coætaneus B. Stanislao:

Numerum Canonorum auxit:

Obitus an. 1091.

X. ZTOSLAUS PRIMUS.

ZTOSLAUS I. EP. VVRATISL. X.

Corpore Petri primi Wratislaviensis Episcopi sepulturæ mandato, iustisque per omnia illi solutis, Prælati & Canonici Wratislavienses ad eligendum futurum novum Pontificem Diem Beati Martini constituunt, qua appetente, quum per dies aliquot cæca ambitione & aviditate improba nonnulli eorum ad Pontificiam dignitatem variis modis & ingeniis se ingererent, & ut eligerentur inverecunde instarent, post varias tamen alter-

Post lites Canonorum per Scrutinium eligitur:

cationes

cationes & disceptationes in hac re continuatas, rejectis universis ambitiosis Zyroslaum Wratislaviensem præpositum per viam scrutinij eligunt in Wratislaviensem Episcopum & Pastorem. Genere hic nobilis erat de domo & familia rosarum, rosam albam in campo rubeo deferentium. Erat præterea jam vir fractæ ætatis, maturus moribus & ævo scientiæ competentis, ex provincia Cujaviæ ortus. Ad cujus electionem Boleslaus dictus Krzywousty, Dominus & Monarcha Regni Poloniæ filius Wladislai Hermanni & Germanus Boleslai secundi Poloniæ Regum, a Capitulo Wratislaviensi, & ab ipso Ziros-
Nobilis Polo- laus electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
laus : laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
Consentis Bo- laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
leslaus : laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
Officia: laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
Cracoviensis laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
Ecclesiæ intro- laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
ducit : laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
Concordia Ec- laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
clesiæ Craco- laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
vienfis & laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
VWratislavi- laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
ensis : laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-
Obitus an.1110. laio electo exoratus benevolum præbuit assensum, fuitque ipsius Ziros-

XI. IMISLAUS PRIMUS ALIAS HETMO.

Prælati & Canonici Capitulares VWratislavienses novum Episcopum ad sedem VWratislaviensem ex morte Ziros-
IMISLAUS I. laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
EPISC.VVRA- laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
TISL. XI. laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
Per Scrutinium laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
eligitur : laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
Nobilis Polo- laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
nus : laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
Virtutes : laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
Boleslaus ele- laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
ctionem prius laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
improbatam laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
postea probat : laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
Obitus an.1126. laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
Collegium Glo- laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem
goviz fundat : laus Episcopi vacantem substituturi, ad primum diem

XII. ROBERTUS SIVE RUBERTUS PRIMUS.

Futurum Pontificem VWratislaviensem in demortui Imislai locum Capitulares VWratislavienses electuri comitia pro die decimo Augusti constituunt, quibus adve-
ROBERTVS I. nientibus dum per dies aliquot irritò conatu sudassent, & propter studia partium de
EPISC.VVRA- nientibus dum per dies aliquot irritò conatu sudassent, & propter studia partium de
TISL. XII. nientibus dum per dies aliquot irritò conatu sudassent, & propter studia partium de
Post Studia nientibus dum per dies aliquot irritò conatu sudassent, & propter studia partium de
Partium sopita nientibus dum per dies aliquot irritò conatu sudassent, & propter studia partium de
per Scrutinium nientibus dum per dies aliquot irritò conatu sudassent, & propter studia partium de
eligitur : nientibus dum per dies aliquot irritò conatu sudassent, & propter studia partium de
Boleslaum adit : nientibus dum per dies aliquot irritò conatu sudassent, & propter studia partium de

tinentem, & electionis suæ confirmationem impetravit, munus deinde consecrationis in Ecclesia Callisiensi suscepit. Nazione hic Polonus erat, genus ducens ex domo & familia militum Poloniæ qui Galeram five navem magnam marinam deferunt pro insigni, quam Poloni suo vulgari Koriab appellant, geminæ scientiæ pollens. Solers enim Regi misericordiæ spiritualia administrabat, & in temporalibus providum & animosum se exhibuit defensorem. Comis & frugi erga omnes, & a spiritu arrogantiae abhorrens qui cum annis 17. Ecclesiam VVratislaviensem provide gubernasset Cracoviensem Episcopo Cratostone, qui etiam a nonnullis Gaudentius intitulatur, ex scabiosa ægritudine apud Relcze oppidum Anno 1141. 19. mensis Januarij obeunte, Robertus præfatus, seu secundum alios Rupertus ordinante duce Regni Poloniæ Boleslao in cujus Principatu & dominio Wratislaviensis & Cracoviensis civitas consistebat, de Wratislaviensi in Cracoviensem Anno videlicet 1141. per Innocentium Papam translatus est, Capitulo Cracoviensi illum per postulationem illuc deposcente. Qui cum apud ecclesiam Cracoviensem a præfato duce Boleslao novo & ampliori saxo, demolito veteri de novo fabricatam & a se dedicatam, Biennio tantummodo sedisset, Anno Domini 1143. d. 12. die mensis Aprilis moritur, & in Ecclesia Cracoviensi sepelitur, & vel maxime, si coetera deessent insignia, quod hunc Cracoviensis Ecclesia pro suo Regimine maluit deposcere, quam de suis aliquem eligere.

Nobilis Polonus:

Virtutes:

Cracoviensis Episcopus factus:

Obitus an. 1143.

XIII. MAGNUS ZAREMBA PRIMUS.

Quamvis ad substituendum alium Episcopum Wratislaviensem in Roberti locum a nonnullis varii adhibiti Capitularibus conatus fuissent, pro futuro Episcopo VVratislaviensi eligendo, visum tandem est omnibus ab electione & postulatione qualibet abstinere cum Ecclesia tunc non ex morte sui Pontificis vacaret, sed in Cracoviensem Ecclesiam translatione Roberti facta, in solius summi Pontificis provisionem Ecclesiæ VVratislaviensis recideret. Habebat autem tunc Boleslaus Poloniæ Monarcha & Princeps inter alios aulicos suos virum insignem, Magnum nomine, Canonicum Cracoviensem & VVratislaviensem, Gnesnensem vero Custodem, & ducalem suum Cancellarium, hunc Pontificatu VVratislaviensi judicans non indignum. Scripsit ideo ad Capitulum VVratislaviensem, rogans ut secum concurrerent & hunc sibi pro Pontifice deposcerent præfici a sede Romana, facile autem Capitulum VVratislaviensem petitioni & intercessioni Principis sui Boleslai assensit, & summo Pontifici in favorem Magni litteras commendaticias & suffragia misit. Romanus itaque Pontifex Innocentius secundus & litteris ducis Boleslai, & Capituli VVratislaviensis permotus, Roberto in Cracoviensem Ecclesiam translato, Magno de VVratislaviensi Ecclesia Anno Domini 1141. providit, quem Archiepiscopus Gnesnensis Jacobus primus de summo Pontificis consensu in Ecclesia Gnesnensi consecravit. Fuit autem Magnus ipse nazione Polonus, in terra Callisiensi ortum ducens, genere nobilis, de domo & familia quæ se appellat Zarembo, vir in litteris divinis & humanis eruditus, proclivis tamen in iram & choleram, in procuranda re domestica & familiari solers & diligens, tenacior quam sat erat, & in cognatos atque nepotes lascivior, quorum aliquos parum dignos in honores & dignitates Ecclesiæ promoverat. Qui cum annis quinque & dimidio in Ecclesia VVratislaviensi sedisset, in febrim quartanam incidit, a qua vexatus & languidatus Anno Domini 1146. moritur & in Ecclesia VVratislaviensi sepelitur.

MAGNUS: EPISCOP. VVRAT. XIII.

Boleslai Cancellarius, cujus Commendatione eligitur.

Nobilis Polonus:

Mores:

Obitus an. 1146.

XIV. JOHANNES SECUNDUS.

Absumpto Magno VVratislaviensi Episcopo, octava dies Septembris pro eligendo futuro Episcopo VVratislaviensi a Capitularibus dieta cum appetiisset, & frequens Capitularium numerus electionem celebraturus convenisset, Scrutiniij via tanquam modestiori probata Johannem de Brzeszniza, qui & Janek alias Janislaum præpositum VVratislaviensem Canonicum Gnesnensem, & Cracoviensem, pro quo & Boleslaus Crispus Dux & Monarcha Poloniæ nuntiis & litteris suis, ut eligeretur rogabat, conformiter eligunt. Qui electionem conformem simul & consensum Principis nactus a Jacobo primo Gnesnensi Archiepiscopo facilem suæ electionis confirmationem consecutus est, & ordinis Episcopalis benedictionem. Hic ex terra Sandomiriensi, & ex vico ut præscripsimus Brzeszniza ortum ducens, parentes habuit secundum carnem nobiles, de domo & familia Gryffonum, Gryffen album in campo rubeo deferentium, ex patre Clemente & Matre Anna genitus, vir devotus religiosus, comis & humanus, cholerae aliquantulum indulgens, ad augendas res divinas plurimum intentus, qui ad Religionem

JOHANNES II. EP. VVRATISL. XIV.

Eligitur per Scrutinium: commendatione Boleslai Crispi:

Nobilis Polonus:

Mores:

Coenobium
Andreovienſe
condit :

B. Bernhardus
illud viſurus
valetudine im-
peditur :

factus Archie-
piſcopus Gneſ-
nenſis :

Obitus an.
1165.

gionem Ciftercienſium in qua tum temporis Beatus Bernhardus Abbas Clarevallenſis florebat, ſingularem gerebat devotionem, in villa & fundo patri-
monii ſui Brzeszniza Cracoviienſis dioceſis Anno Archiepiſcopatus ſui Gneſnen-
ſis quarto, videlicet Anno Domini 1154. cum Germano ſuo Clemente Coenobium
Ciftercienſibus, quod nunc ab oppido Andrzeow juxta illud ex poſt locato Andrzeo-
vienſe appellatur, fundavit, dotans illud prædiis & villis, item & decimis manipulari-
bus menſæ Archiepiſcopalis ſufficienter, primosque Monachos ex Monasterio Burgun-
diæ Morimundenſi accepit, propter quod & locus Coenobii Andrzeovienſis propter
primævam generationem ſuam Morimundus nomen accepit. In tantum autem in
principiis ſuæ foundationis monaſterium præſatum Andrzeovienſe per viros illuc Mori-
mundo adductos, ſancta converſatione perluxit, ut Beatus Bernhardus in corpore ad-
huc tunc poſitus fama celebri ejus illeſtus ad videndum & viſitandum ex Britannijs pro-
ceſſit, ſed apud Spiram Civitatem Rheni gravi ægritudine invaſus ſanctum & pium pro-
poſitum ſuum confirmare, moleſtia ob id ſingulari refertus non valuit. Qui cum apud
Wratiſlaviienſem Eccleſiam ſediſſet annis duobus & illam ſpiritualibus & temporalibus
celebriter adminiſtraſſet, Gneſnenſi Archiepiſcopo Jacobo primo, viro grandævo ab-
ſumto a Capitulo Gneſnenſi conformiter poſtulatſus ad Gneſnenſem Eccleſiam per Eu-
genium Papam tertium ſuffragante & conſentiente Boleslao Poloniæ duce translatus
eſt, in qua cum annis 17. ſediſſet & proventus illius ampliſſet, paſſione Colica vexa-
tus, apud Znenam ſacramentis perceptis, & domo ſua diſpoſita Anno Domini 1165.
ad Gneſnam relatus, ibidem in Eccleſia tumulatur.

XV. WALTERUS PRIMUS.

WALTERUS
I. EP. WRA-
TISL. XV.
Boleslai Alti
Cancellarius :

Virtutes :

Eccleſiam Ca-
thedralem an-
tea ligneam,
ſtruxit lapide-
am :

Ritus Eccleſiæ
Lugdunienſis
imitatur :

Obitus an.
1176.

Translato Johanne ſecundo Wratiſlaviienſi Epifcopo ad Gneſnenſem Walterus
ſcolaflicus Cracoviienſis, & Canonicus Wratiſlaviienſis, Ducis *Boleslai alti* Cancellarius,
per Eugenium Papam tertium ad petitionem & interceſſionem præſati Boleslai alti du-
cis Poloniæ ad Wratiſlaviienſem Eccleſiam Anno Domini 1148. ſuffectus & proviſus eſt,
& a Gneſnenſi Archiepiſcopo Johanne in Epifcopum Wratiſlaviienſem conſecratus.
Vir maturus & pluribus relucens virtutibus, celibem vitam ducens, & ad decorem
& ornatum domus DEI, & ſponſæ Wratiſlaviienſis Eccleſiæ animum aſſidue gerens,
ſtudioſum & intentum in Prælatos, Canonicos, & quoslibet Clericos ſuæ dioceſis,
per incontinentiæ campos incedentes, ſeverus & rigidus ultor, & tam perſeverans
conſtansque, ut primum ille a Clero Wratiſlaviienſi pluribus temporibus, radicam,
inveteratamque laſciviam primus & reſciderit & repulerit. Quam primum enim ſa-
cris Epifcopalibus initiatus eſt, ſuum & Eccleſiæ ſuæ VWratiſlaviienſis imo totius Regni
Poloniæ abſterſurus opprobrium, & quaſi lethale abditurus Chirographum, ligneam
in id tempus VWratiſlaviienſem Eccleſiam, facile igne, aut vento, aut undiſcorrupti-
bilem, & ſitu ſuo nimie anguſtam & coarctatam, quaſi commune dedecus, de Ec-
cleſia nova Lapide quadro & latere fabricanda animum intendit. Nec ſumptibus tan-
tis ſolus ipſe cum Capitulo ſuffecturus Clero contributionem ſub omni tempore, quo
fabrica continuaretur Eccleſiæ impoſuit, & Eccleſiam VWratiſlaviienſem a primis fun-
damenti opere firmo, ſolido, amplo & extenſo incipiens, fundamentaque omnia ja-
ciens, per omne tempus Pontificatus ſui annos videlicet 22. illam ſummo ſtudio ſum-
moque conatu & diligentia nihil ſinens ad opus deeſſe uſque quo conſummaret, intrinſe-
cam quoque ejus & ſpirituaſem fabricam non neglexit, ſed Eccleſiæ Lugdunienſis ex Galliis
cultum, obſervantias, ritus, caremonias, cantum & habitum, quem, quos, & quas dum ibi
haberet ſtatam, & ſacris apud Pariſienſes imbueretur litteris condidicerat, probante ſuo ca-
pitulo, quibus etiam in diem hanc VWratiſlaviienſis utitur, & Regularum Eccleſiæ introdu-
xit. Qui cum annis duobus & viginti in ſede VWratiſlaviienſi ſediſſet, morbo Colicæ vexa-
tus * Anno Domini 1176. Calendas Februarij moritur & in Eccleſia VWratiſlaviienſi juſto ho-
nore ſepelitur.

XVI. ZTOSLAUS SECUNDUS.

ZTOSLAUS
II. EPISC.
VVRAT. XVI.
Electus per
Compromiſ-
ſum :

Suffecturi ſibi & Eccleſiæ VWratiſlaviienſi novum Pontificem Prælati & Canonici
Capitulares VWratiſlaviienſes ad 12. Martij pro Comitibus Epifcopalibus inſtitutam con-
veniunt, & facti in tres Canonicos compromiſſo, *Zirotlaum* Canonicum VWratiſla-
vien-

* Dlugoſſum & hic uti ſupra aberrare, Diplomatiſ Auctoritate Tom. I. ad Roſitzium pag.
65. in notis litt. K. probamus: quod an. adhuc 1178. Waltherum ſuperſtitem fuiſſe te-
ſtatur.

vienſem compromiſſarij electum pronunciant, omneſque illum concorditer in ſuum Episcopum aſſumunt. Electus ipſe Zirolaus Archiepiſcopum & Metropolitanum ſuum Gneſnenſem Petrum ſecundum apud Oppotaw perſonaliter acceſſit, & ſuam electionem Canonicam & uniformem fuiſſe monſtrans, confirmari illam etiam obtinuit, a quo in Eccleſia Caſiſienſi munus conſecrationis ſibi impenſum ſuſcepit. Nobiliſ Polonus: Nere de domo & familia Roſæ, albam roſam deferentium ſtirpem ducens, vir Religioſe, pudicitia, nitoreque caſtitaſis pollens, animo & actione liberalis & animoſus in egenos, viduas, ſervos DEI coeteroſque indigentes munificus. Ad monaſterium in Leubes ſpeciali ducebatur devotione, unde eo a Duce VVratiſlavienſi & Lignicenſi Boleſlao Cognomento Alto & ab Abbate & conventu Lubenſi invitatus, & Lubenſe monaſterium muris fabricatum novis, perſonaliter acceſſit & Eccleſiam ejus dedicavit, cui & grande munus & munificentia opus adiecit & tam ducis Boleſlai Alti, quam ſervorum DEI, Abbatis & Monachorum Lubenſium petitione permotus de conſenſu Capituli VVratiſlavienſis donatione perpetua donat & perpetuo inſcribit, omneſ videlicet decimas, in territorio Lignicenſi manipulares & ejusdem diſtrictu in cruda radice conſurgentes & conſurrecturas ad menſam ſuam Episcopalem de jure & conſuetudine provincia & Eccleſia Gneſnenſis pertinentes, parum providus, quam magnam mutilationem & alienationem donatio ipſa in gleba præſertim ubere, licet tunc infrequenter & tenuiter culta, ſecum menſa Episcopalis latura foret. Sedit annos duos & poſt hoc in febrim tertianam incidens non ſuſſragantibus quæ ingerebantur antidotis, Anno 1181. d. 3. Nonas Aprilis obiit & in Eccleſia VVratiſlavienſi accepit ſepulturam. Moros: Monasterio Lubenſi donat Decimas Lignicenfes: Obitus ann 1181.

XVII. FRANCO ſive FRANCISCUſ.

Maji Menſis prima dies pro comitiſſorum die a Prælatiſ & Canonicis Capitularibus VVratiſlavienſibus ad electionem futuri Episcopii præſinita cum adveniſſet, & plures numero inter Capitulares exſtarent, qui aut ambirent, aut ſperarent, ſe ad ſedem VVratiſlavienſem extolli, timereturque electio monſtroſa, propter ſtudia partium, aut ſpem ſuam promoventium, aut ambitus rerum. Advenit Boleſlaus Altus VVratiſlavienſis & Lignicenſis dux & frequentibus precibus, & ſuffragiis, ac exquisitis ſtudiis, privatim & publice Capitulares VVratiſlavienſes ſolicitare coepit, ut Franconem Canonicum VVratiſlavienſem Cancellarium ſuum, qui alio nomine Swancko appellabatur, in Episcopum eligerent, itaque ducaliſ interceſſionibus fracti, coeteris omnibus neglectis Franconem Cancellarium præſatum ducalem, per viam Scrutinij eligunt, electione conformi, quoniam præter favorem & gratiam Principis plura habeat adminicula, quæ eligendo ut plurimum ſuffragabantur. Natione ſiquidem Sileſiata erat, linguæ Alemanicæ peritus, in ſcientia quoque Juris Pontificii inſigniter doctus, genere nobiliſ de domo & familia Prawditarum, & qui Leonem ex muro coctili prodeuntem pro inſigni deferuſt, ducens ſtirpem, gravis in moribus facetus & humanus. Cujus electionem Petrus ſecundus Gneſnenſis Archiepiſcopus tanto confirmavit facilius, quanto majori unanimitate & gratia Capitularium ad illam ſedem vocatum illum intellexit, cui & in Eccleſia Gneſnenſi, aſſiſtenti ſibi Arnolſo Poſnanienſi Episcopu in ordinem Episcopalem benedixit. Sedit autem Franco in ſede VVratiſlavienſi annis 17. & paſſione phthiſica frequentius vexatus, tandem Anno Domini 1198. moritur & in Eccleſia VVratiſlavienſi ſepelitur. Hic duas villas quas Episcopatus VVratiſlavienſis in Cracoviænſi dioceſi habuit, videlicet Groſwitz & Szdunow & pro prædictarum villarum, quæ & ad Episcopum VVratiſlavienſem pertinebant, duabus decimis manipularibus cum Monasterio Mechoviænſi commutavit pro villis & decimis etiam duabus. FRANCISCUſ EPISC. VVRAT. XVII. Commendatio- ne Boleslai Alti eligitur; cu- jus Cancellarius fuit: per viam Scrutinij: Nobiliſ Sileſius: Obitus an. 1198.

XVIII. JAROSLAUS PRIMUS.

Dux VVratiſlavienſis & Legnicenſis. Vacante Eccleſia VVratiſlavienſi ex morte Franconis Episcopii ſui ultimi ſponſi & paſtoris, Capitulares VVratiſlavienſes pro- viſuri de ſucceſſore primam diem Junij Comitiſſis dixerant, & aliquem virum dignum & meritum ſui gremij eligere cogitabant. Sed ſolito ſuo more Boleſlaus Altus VVratiſlavienſis & Lignicenſis dux ſuperveniens, ne alius quam filius ſuus Jarolaus Canonicus VVratiſlavienſis, quem dilexerat, eligeretur multiplici inſtantia, nunc ſingulos, nunc univerſos obeundo Capitulares inſtanter rogabat, & precabatur. Itaque votis & neceſſitate in virtutem converſa, Jarolaus præſatus nullo audente diſcrepare aut contrahiſcere, conformiter electus eſt, & a Jarislao primo Gneſnenſi Archiepiſcopo JAROSLAUS: DUX SILEſiæ: EPISC. VVRAT. XVIII. Boleslai Alti filius: cujus Com- mendatione eligitur:

Propo confirmationem & consecrationem adeptus, qui primo promotionis suæ anno VVratislaviensem Episcopatum magnificaturus paterno consensu obtento, oppidum & terram Nissensem cum omnibus villis oppidis, fortalitiis & omni jure ducali Ecclesiæ VVratislaviensi donatione perpetua donat & inscribit. Ab illo quoque tempore VVratislaviensis Ecclesia oppidi & terræ illius habet plenum & pacificum dominium, ita ut frequentius proprio titulo omisso, Nissensis Episcopatus vocitetur. Abstulit & Leubensi monasterio decimarum manipularium in districtu Lignicensi, quam antecessor ipsius fecerat Zyroslaus secundus, donationem, & illam penitus irritavit, ratus utierat, per illam mensam Episcopalem fuisse enormiter læsam. Conjugium insuper Patris sui Boleslai, qui matre sua VVeneceslava mortua, * Christinam, sororem Imperatoris Conradi coniugis, superduxerat, ex qua duos filios videlicet Henricum cum Barba, Conradum & Adelheidam filiam suscepit, Episcopus propter multiplicationem proli, quam sibi videbat a patre præferri, perosus, ipsum cum suffragio Myceslai alias Miesconis ducis Cracoviensis de suis Principatibus expulit. Novercam quoque Christinam quamvis gravidam in Alamaniam secedere coegit. Tandem cum Patre de Expeditione Lombardica reverso per communes Barones reconciliatus, 10. Calendas Februarij Anno Domini 1201. moritur & in Ecclesia VVratislaviensi sepelitur, quam circa triennium rexerat, tantummodo brevis ævi fragmenta ob id unum creditus, quod mandato DEI prævaricato parentem suum probro & expulsionem cæterisque id genus contumeliis affecerat.

Terram Nissensem Episcopatu
tui donat:

Leubensibus
Decimas eripit:

Patris secundas
nuptias improbat;

Eumque &
Novercam in
Exilium pellit:
Patri reconciliatur:
Obitus ann.
1201.

XIX. CYPRIANUS PRIMUS.

Obeunte Jaroslao VVratislaviensi Episcopo, etsi per Prælatos & Canonicos VVratislavienses pro prima die mensis Martij Electio futuri Pontificis fuisset instituta, & frequens Capitularium numerus ad illam convenisset, cunctatio tamen longa apud eligentes habita est, quemnam deberent mortuo substituere, propter metum & odium Boleslai Alti ducis VVratislaviensis diffusum, qui in Prælatos & Canonicos VVratislavienses grandi ferebatur ira, quasi eorum consilio & opera ipse & uxor sua Christina, a filio Jarislao Episcopo fuissent exulati, ob id singulorum promotionem execrabatur, non secus quam infesti hostis illam si sequeretur averfurus. Itaque Capitulares huic petifero morbo proinde consulturi, electione neglecta, ne ad irritum recideret, ad postulationem se convertunt & Cyprianum Episcopum Lubuffensem & fratrem ordinis Præmonstratensium, olim Abbatem S. Vincentij, extra muros VVratislavienses, cujus vitæ Sanctimoniam, conversationem laudabilem dudum noverant, in Episcopum unanimiter postulant, rati hunc ducem Boleslaum Altum, non abnuiturum, nec illos sefellit opinio. Minus cunctanter enim dux Boleslaus admisit. Et ipse Cyprianus Episcopus nullum habens æmulum, aut competitorem concurrentem, aut obstaculum, ab Innocentio Papa tertio fuit propter postulationem concordem de Lubuffensi in VVratislaviensem sedem translatus. Fuit autem vir grandævus & Religiosus, in divinis libris eruditus, in largitionibus & sumptibus profusus, religiosorum amator, in egenos, viduas & orphanos liberalis, qui cum annis sex in sede VVratislaviensi sedisset, a Paralytico morbo invasus aliquantum temporis vexatus est. Tandem intelligens sibi instare mortis diem, domui suæ disposuit, omnibus sacramentis devore perceptis, in monasterio Lubensi sepulturam elegit & 6. Calendas Decembris Anno Domini 1207. demum spiritum exhalavit. In monasterio Lubensi secundum quod vivens disposuerat & ordinaverat sepultus.

Postulant Cyprianum Episcopum Lubuffensem,
Boleslaus Alto consentiente:

Virtutes:

Obitus ann.
1207.

XX. LAURENTIUS PRIMUS.

Secunda dies mensis Februarij pro eligendo futuro VVratislaviensi Episcopo a Prælati & Canonicis VVratislaviensibus indicta cum appetiisset, & frequens Capitularium numerus confuisset, tractatu aliquorum dierum solenni præmissio satagebant, sicut semper consueverant, sibi virum dignum, ad Pontificatus arcem eligere, placuitque in eligendo viam Scrutinij servare. Erat pro ea tempestate inter Capitulares vir notabilis Laurentius Canonicus VVratislaviensis, pollens intelligentia & festivitate singulari. Qui etsi non haberet profundam doctrinam, in rebus tamen temporalibus coeteros anteibat, iræ aliquantulum & crapulæ indulgens. Ad hunc cum major pars animum inflexisset, ipsum paucis renitentibus eligunt in Episcopum & pastorem, qui tempore Henrici cum Barba a Gnesiensi Archiepiscopo Henrico primo confirmatus, & in coenobio Sanctimonialium ordinis S. Benedicti in Olopok in Episcopum consecratus

LAURENTIUS EPISC.
VV RAT. SL.
XX
Per Scrutinium
eligitur:

Studia & mores:

* Adelheyden: Berengarii Senioris Com. Sulczbacensis Filiam.

cratus est. Episcopatum Wratislaviensem notabiliter auxit, & in cruda radice plures villas locavit, nonnullas quoque aut earum sortes coemit, & Episcopali adjecit mercedem. Erat tamen præter modum familiæ studiosus, nepotes consanguineosque suos beneficiis ac bonis temporalibus, unde viverent extollere saragebat, quod revera & ratione & jure reprehensioni obnoxium est, nisi tales idonei sint & digni. Qui cum per annos 25. in sede Wratislaviensi sedisset & corpus habens sanum & vegetum, longam sibi in Episcopatu polliceretur vitam, nonnullis hæcenus languoribus interpellatus, in media pace tempestas subita & insperata exorta est. In curia enim sua & villa Breychow constitutus, dum nimium odori Rosarum indulgeret, in morbum Rheumaticum, a quo studio Physicorum liberari non poterat, incidit, & mortem non vulgarem 7. Id. Junij Anno Domini 1232. moritur, & in monasterio Lubensi (ita enim vivens mandaverat) sepelitur. Ut ostenderet Dominus in viris præsertim Ecclesiasticis Apostolicum locum tenentibus, etiam odoris & deliciarum usum esse perniciosum. Sub hujus Pontificatu monasterium in Heinrichow, ab Henrico notario Henrici cum Barba de ordine Cisterciensi fundatum est, & decimis Episcopalibus dotatum in quo dum olim Wratislaus Dux Bohemæ Capellam in honorem B. Procopij crexisset & locum illum Canonici S. Augustini Capitulares de monasterio S. Mariæ Wratislaviensis in suam deditionem perduxissent, Ordo Cisterciensis, Canonicis prædictis locum deferentibus introductus est, qui & in hanc diem illic perseverat.

Episcopatum
auget villis;
Consanguineis
benefacit:

Rosarum odo-
re perit:

Monasterium
Heinrichovien-
se excitatur:

XXI. THOMAS PRIMUS.

Quindecima mensis Augusti adveniente quam Capitulares Wratislavienses novum Pontificem ordinaturi pro Comitibus dixerant, Scrutinijs itaque via procedendo Thomam Canonicum Wratislaviensem, paucis aliorum divertentibus, eligunt, genere nobilem, de domo & familia felitorum Baronum Poloniæ, qui tres hastas transversales in campo rubeo deferunt pro insigni & caput hirci in galea & habent Proclama Kozleroghi, qui non solum propter nobilitatem generis, sed etiam propter scientiæ & prudentiæ, atque facunditatis raras quibus fulgebat dotes, opinione & fama apud proprios & vicinos celebris habebatur. Huic & Henricus cum Barba Wratislaviensis dux cum favisset, a Vincentio primo Archiepiscopo Gnesnensi sua electio Gnesnæ fuit confirmata, & ipse in pontificalem ordinem benedictus. Qui pontificalem ordinem & arcem conscendens, nihil sibi antiquius agendum duxit, quam ut Clerum VVratislaviensem incontinentiæ vitio fere inquinatum, ab illa labe purgaret, itaque plures sacerdotes concubinis asuetos, aut carcere aut exilio multavit, ceteris se emendantibus fuit clementior. Videns etiam mensam suam Episcopalem per donationes parum providas Dominorum suorum prædecessorum, Cypriani & Laurentij Monasteriis Lubensi & Trebnicensi factas, graviter castratam & loesam esse, quorum uterque decimas manipulares notabiliter præfatis monasteriis donatione perpetua contulerant, ipsas rescidit & irritavit, & mensæ suæ reunivit, non sine maximo indignationis nubilo, Henrici cum Barba & filiorum ejus, Henrici & Boleslai, ad quorum intercessionem donationes illæ fiebant, & qui monasteria ipsa a se fundata & dotata spoliari tam crassa dote, quasi a se largita iniquo animo, nec tacite quidem querebantur. Coacervabantur autem assidue contra illum odia tam principum, quam Baronum, multisque persecutionibus & adversitatibus, quas forti tolerabat animo, conquassabatur. Fortis deinde & valida sibi injecta est manus a Boleslao duce Legnicensi filio Henrici cum Barba, de annuentia aliorum Principum, cum Bugophallo præposito, & Heickardo Canonico Wratislaviensi apud Gorkam Villagium Abbatis S. Mariæ de Arena cujus ecclesiam dedicaturus venerat & 6. Octobris capitur, & carcerali compede vinculatur. Et quamvis Archiepiscopus Gnesnensis Fulcko in universam Provinciam Gnesnensem tulisset ob ejus captivitatem, & in captivatorem ejus ducem Legnicensem Boleslaum sententias execrabiles interdicti, quamvis insuper Innocentius Papa tertius sollicitantibus illum Archiepiscopo Fulckone, & universis Poloniæ ecclesiæ Episcopis per litteras & nuncios, crucem & generale passagium contra Boleslaum per bullas promulgasset, tot tamen et tantis flagellis ferreum ducis Boleslai pectus emolliri non potuit, donec Thomas ipso capitulo reclamante VVratislaviensi, decimas manipulares universi grani, quas pia veterum Regum et Principum Poloniæ religio et devotio instituerat, Ducibus et Baronibus Silesiæ exigentibus, nec aliter in suam solutionem assentire volentibus suos census augere, ecclesiæ minuere nitentibus, in maldratas et fertionales verti, pro se et universo Clero VVratislaviensi, impie et miserabiliter, cum satius sibi omnem mortem appetere pro ecclesiæ libertate debuerat, consensit, et tam episcopatum suum, quam omnia monasteria, ecclesias et beneficia dioecesis VVratislaviensis, in majori diminuitate suorum introituum, illo consensu execrabili mutilavit. Fuit au-

THOMAS I.

EPISCOPUS
VV RAT. XXI.
Per Scrutinium
eligitur:
Nobilis Polo-
nus:

Virtutes:

Clericorum
Censor:

Ecclesias Lubensi
& Trebnicensi
Monasterio
donationes re-
vocat:

A Boleslao Li-
gnicensi Duce
capitur:

Nec dimittitur,
nisi dato pro-
misso de Deci-
mis manipula-
ribus in mal-
dratas & fertona-
les permutan-
dis:

tem primum Schisma, quo se Duces & Barones Silesiæ a Corpore regni Poloniæ, non sine DEI & Ecclesiæ gravi & enormi offensa scindere, decretisque veteribus per vim abrogatis, sancita sua instituere cœperunt. Quid mirum igitur, si divinitas ab illis irritata, indignationem suam iustissime in illos assidue infundit, dum illos & regni Poloniæ privavit successione & hæreditate, & regibus externis hæretica labe infectis in servitutem subiecit. Exactis autem Thomas Episcopus in Pontificatu annis 35. sub quibus bona episcopatus sui notabiliter auxit, Anno Domini 1267. 3. Calendas Junii in ætate grandeva consistens moritur & in ecclesia VVratislaviensi sepelitur.

Obitus an.
1267.

THOMAS II.
EP. VVRA-
TISL. XXII.

XXII. THOMAS SECUNDUS.

Nobilis Polo-
nus:

Post tres annos
denuo confir-
matus:
Viadislao Du-
ce Vrat. & Ar-
chiep. Salzbur-
genfi Redi-
tus Episcopatus
obtinente:

Ab Henrico
Duce Vrat. in
Exilium pel-
litur;

& Ratiboriæ
obsidetur;
tandem Duci
reconciliatur:

Obitus an.
1291.

Collegiata Ra-
tiboriensis ab
Episcopo fun-
datur.

Non secus ac juvenis Thomas primus Episcopus Wratislaviensis, quamvis ætate bona & matura discessisset a populo & Clero Wratislaviensi, desideratus est, cujus ea erat apud Prælatos & Canonicos Wratislavienses reminiscencia & charitas, ut nepotem suum secundum carnem ex sorore, prima Augusti ad eligendum instituta, qui & ipse de nobili prosapia militum Poloniæ, qui se Zarembas appellant, & Leonem cum quatuor Lapidibus pro insigni deferunt, genus ducebat, eligerent. Rati illum avunculo, quemadmodum loco, sic merito virtutibus successurum, impedita autem fuit ejusdem Thomæ, quamvis conformiter electi, confirmatio annis citra tribus. Wladislaus enim Wratislaviensis dux, & Archiepiscopus Salzburgenfis, filius Henrici a Tartaris occisi, per multas intercessionem & instantias a Clemente quarto, vacantem tunc per mortem Thomæ primi Episcopatum Wratislaviensem, cum usu & perceptione omnium fructuum in commendam ad sexenium, vel ut nonnullis placet, ad vitæ tempora obtinuit, sed vix triennio (divinitate non ferente) fructus percipiens fato concessit, & huic Thomæ secundo pacificam illius reliquit possessionem. Sed & hic Thomas secundus juxta atque in episcopatum sic & in persecutiones prædecessori, & avunculo suo Thomæ successit. A duce enim Wratislaviensi Henrico, qui probus dicebatur, quoniam notabilem summam, quam ab eo & Clero suo expetebat, dare recusavit, omnibus castris, civitatibus, villis & decimis spoliatus & exutus est, & tandem propter interdictum, quod Jacobus Swincka Archiepiscopus Gnesnensis in eum & ducatum suum contulerat, a Duce Henrico, & civitate Wratislaviensi in exilium actus, præter fratres minores, qui divina omnia prophanando canebant. Thomas autem injuriam suam & Cleri sui persecuturus, ad Concilium Lugdunense ivit, ad quod & Henricus dux missis procuratoribus absolutionem obtinuit, nulla satisfactione de damnis & malis, quorum non erat numerus, Episcopo impensa. Quapropter Episcopus nullam defensionem in concilio consecutus in Poloniam rediit, & Ratiboriam divertit, sed & cum lustro uno apud Ratiboriam per Casimirum ducem Oppoliensem collectus cum Clero suo staret, ab Henrici obsidione dum famem & obsidionem oppidum tolerare non posset, processionaliter exiit, & cum Tyranno remissis omnibus damnis, reconciliationem in æde S. Nicolai fecit. Sedit annis 22. Anno Domini 1292 Idus Martii obiit, apud Ecclesiam Wratislaviensem tumulatus. Hic beneficii & hospitalitatis, a Casimiro Duce Oppolienfi exiliationis tempore, sibi & Clero suo præstitorum memor Ecclesiam collegiatam sub titulo B. M. V. in castro Ratiboriensi a Duce Casimiro Oppolienfi rogatus fundat, eamque decimis mensæ suæ Episcopalis dotat, quæ processu tempore ex arce translata est, & plures præbendæ largitione ducum Ratiboriensium in ea fundatæ & adauctæ fuerunt.

JOHANNES
II. EP. VVRA-
TISL. XXIII.

XXIII. JOHANNES TERTIUS DICTUS ROMCKA.

Per Compromissum eligi-
tur:

Principes Sile-
siæ maluisse

Ad 24. mensis Aprilis diem pro electione futuri Episcopi Wratislaviensis institutam, Capitulares Wratislavienses cum convenissent, & de futuri pontificis electione tractatus communes agerent, animadverterunt se in vota varia & monstrosa si per viam Scrutiniij procederent scindendos fore, itaque via Scrutiniij omissa, execrabile Schisma utatur, viam compromissi sectari constituunt & in Decanum Cantorem, & Custodem compromittunt, qui autoritate eis attributa post alicujus temporis deliberationem Johannem Romcka Canonicum Wratislaviensem in Episcopum eligunt & electum publicant, & quamvis plures Canonicos & Capitulares magna intercessisset poenitudo, quod in viam compromissi se trahi consensissent, intelligentes tamen rem retractum iri non posse, electum suscipiunt. Qui cum Principum Silesiæ, videlicet Boleslai Svidnicensis, & aliorum agre consensum obtinissent, quippe & ipsi ejus electionem pa-

rum

rum gratam habentes, Conradum Ducem & Dominum Sagani præpositum Wratislaviensem, filium Conradi ducis Glogowienſis primi magno ſtudio licet caſſo eligi deſcebant. Ad Johannem Swincka Archiepiſcopum Gneſienſem ſe perſonaliter conſultit, & apud Znenam offeſum, primo electionem ſuam confirmari deinde apud Gneſienſem Eccleſiam munus benedictionis ſibi ab eodem impendi, obtinuit. Hic natione Polonus, genere nobilis, de domo & familia Szulmatarum, quæ mediam aquilam nigram & tres lapides in campo rubeo deferunt, Patronymicum cognomen Romka ex patre ſortitus. Vir ingenii ſingularis, ſcientiæ pontificalis gnarus, in bilem & iram proclivis, pietatis operibus deditus, in egenos & pauperes liberalis, qui cum annis 9. in ſede Wratislavienſi ſediſſet, in morbum Epidimiæ incidit & 13. Calendas Decembris Anno Domini 1301. moritur & in Eccleſia Wratislavienſi juſto honore ſepelitur. Hic anno pontificatus ſui quarto, videlicet anno 1296. 17. Calendas Novembris de Eccleſia Parochiali ſuæ Collationis in Gniezmo collegiatam fundat & præpoſituram, & tres præbendas ſeu Canonias in ea inſtituit, certas decimas, redditus & proventus eiſdem de menſa Episcopali conſignat. Hujus tempore monaſterium Grifſovienſe a Boleslao ſive Bolkone duce Swidnicenſi fundatur.

Ducem S
nienſem :

Nobilis Polo
nus :

Virtutes :

Obitus an.
1301.

Collegiatam in
Gniezmo fun-
dat :

Monasterium
Grifſovienſe
conditur :

XXIV. HENRICUS DE WIRBNA.

Capitulo generali ad ſecundum diem februarii per Capitulares VVratislaviennes pro eligendo futuro pontifice inſtituto & frequenti numero Prælatorum & Canonico- rum VVratislaviensium congregato, via Scrutiniij procedendo Henricum de VVirbna, præpoſitum VVratislaviensem, pro quo & duces Sileſiæ, & plerique Barones, quos ſibi humanitate & liberalitate obſtrinxerat, magnis ſtudiis ferendo ſuffragia intercedebant, eligunt concorditer in paſtorem. Genere hic nobilis erat, de domo & familia, quæ Sedzayoffa appellatur, plures habens affines, fratres, & neceſſarios de vico VVirbna ducens ortum. Ab Archiepiſcopo Jacobo Swinka in Uniow eſt confirmatus in electione & benedictus in ordine. Vir competentis litteraturæ, civilis, hilaris & munificus, in gulam & laſciviam proclivis, mundatis intentus & deditus operibus, cui ob induſtiam probitatemque ingenii poſt mortem Boleslai Swidnicenſis ducis filiorum Henrici V. VVratislaviensis & Legnicenſis ducis, qui nondum annos maturitatis attigerant, Baro- num & militum Lignicenſium & VVratislaviensium concordî conſenſu gubernatio & tutoria manus data eſt. At ille ducalem ſibi faſtum aſſumens, & plures milites in curia ſua tenens, ſumptusque quam magnos faciens, theſaurum puerorum a Boleslao Swidnicenſi conditum ad ſexaginta millia marcarum ſe extendentem pro majori parte conſumpſit. Pro quo temporis proceſſu, & a ducibus VVratislaviensibus annos pubertatis attingentibus, & a Baronibus plures perſecutiones & anxietates pertulit. Sedit annis 18. & 9. Calendas Octobris Anno Domini 1319. quartanam febrim incidens, moritur, & in Eccleſia VVratislavienſi ſepelitur, cui etiam deſuiſſent funebria, niſi illa Capitulares ex publico ſuffeciſſent, ſicut ſemper hætenus pie & religioſe hoc facere conſueverunt, non ſolum Episcopis, ſed & fratribus ſuis, cum propriis deficiunt.

HENRICUS I.
EPISCOP.
VVRATISL.
XXIV.

Per Scrutinium
eligitur :

Nobilis :

Mores :

Tutor filiorum
Henrici V. Du-
cis Vrat.

Obitus an.
1319.

XXV. VITUS PRIMUS.

Vigefima quinta die menſis Decembris Capitulo generali VVratislavienſi ad eligendum futurum præpoſitum & præſulem congregato, cum ex tractatibus ante electionem præmiſſis, & ex vultibus, qualificationeque eligentium appareret, electionem monſtroſam fore, nonnullique ex Prælatis & Canonicis Schiſma abhorrentes, ſuaderent unitatem viamque compromiſſi laudarent, nullatenus illis aſſenſum eſt, ſed via Scrutiniij electa, cum vota eligentium variaſſent, biſaria electio ſubſecuta eſt. Quidam enim eligunt Vitum natione Thevtonem qui & genere nobilis erat, Canonicus VVratislaviensis, de nobilitate & familia Habdanck ; quidam vero Lutholdum Canonicum VVratislaviensem natione Polonum, genere nobilem, de domo & familia Vieruzonum, Hircum cornutum & barbatum pro medietate ſcutatum in campo rubeo deferentium. Discordia peſtifera, tam inter electos quam eligentes liuoroſa æmulatione conſurgit, & licet aliquæ conditiones ad pacem oblata fuiſſent, neutra tamen parte de ſuo jure cedere nolente (fidebat enim uterque de Jure ſuo) quaſtio eorum non ſine VVratislaviensis eccleſiæ pernicioſa vacatione atque damno ad ſummi Pontificis Johannis 22. tribunal delata, ubi tanta perti-

VITUS I.
EPISCOP.
VVRATISL.
XXV.

Electio gemi-
na: Viti Germa-
ni & Lutholdi
Poloni :

nacia a parte utraque litigatum est, ut annis prope septem Causa extenderetur & grandes sumptus inutiliter emuncti. Licet enim post multas altercationes & lites septennio continuatas Vito cessisset victoria, octo tamen diebus tantummodo post relatum de Lutholdo triumphum superveniens, damnante DEO & Victoris & victi ambitionem morte immatura substractus est. Anno Domini 1326.

XXVI. NANKERUS PRIMUS.

NANKERUS:
EP. VVRA-
TISL. XXVI.

Postulatur:

antea Episco-
pus Cracovien-
sis:

Nobilis Silesi-
as:

Vladislaus Lo-
dicus ei ala-
pam impingit:

quotannis do-
num Cracovi-
am mittit:

Johannes Rex
Bohemiae Ca-
strum Militsch
occupat:

Episcopus cum
anathemate fe-
riens in Exili-
um pellitur:

Obitus an.
1341.

Mores:

Longa concertatione in Comitibus, pro die S. Johannis Baptistae inter Praelatos & Canonicos Capitulares VVratislavienses tractatum & deliberatum est, qualem & quem Episcopum deberent substituere, & quam viam deberent tenere in electione: superiores enim omnes, quoniam secus cesserat, quam sperarant, damnabant, perpendentes multiplicia damna quibus per septennium, litigio duorum, alio vero & livore multorum vexata & exinanita fuerat ecclesia, exhaustum ararium, vasa & clenodia nonnulla Ecclesiae, sed & villagia, aut obligata, aut venundata, & alienum grande contractum, tandem itaque plenae bursae emunctae, bona Ecclesiae distracta, fecerunt Praelatos & Canonicos cautiore. Itaque omnibus de gremio suo reprobatis, verentes ne nova lite Ecclesiam involverent, ad postulationem Nankerum Episcopum Cracoviensem spectare coeperunt, quem bene noverrant virum magnae maturitatis, justitiae & religionis, civilem, politicum & humanum fore. Explorata igitur sua mente, postulationem faciunt de eo uniformem, credentes ipsius sagacitate & providentia Ecclesiam VVratislaviensem a suis oppressionibus damnis & debitis relevari. Erat hic provincia Oppolienfi Silesita ex villa Ramgen, de nobilibus parentibus & familia. Oxa seu Brodazcicka, Asciam in campo rubeo pro insigni deferente ortus, & in Pontificatu Cracoviensi annos sex cum dimidio federat, & novam Ecclesiam Cracoviensem opere pulcherrimam ex petra quadrata, latitudinem, ejusque longitudinem, quantum spatia loci extendens initiaverat, qui ideo minus cunctanter postulationi de se ad ecclesiam VVratislaviensem facta consensit, quod graviter & indigne tulit alapam sibi a Vladislao secundo Poloniae rege cognominato Loktek pro Executione Justitiae ac defensione Jurium Ecclesiae constanter viriliterque se opponenti, irrogatam. Translatus per Johannem Papam 22. Anno Domini 1326. de Cracoviensi Ecclesia in VVratislaviensem, tanta autem charitate & affectione ferebatur in Ecclesiam Cracoviensem & ejus ministros, ut singulis annis quoad viveret in VVratislaviensi Episcopatu certam & notabilem quantitatem pecuniarum, Vicariis Ecclesiae Cracoviensis, quam Cracoviae solitus erat dare, pro munere columbationis transmitteret. Sed nec VVratislaviae agens, domino illum dignificante persecutione adversitateque caruit. Nam cum Johannes Bohemiae Rex vocatus caecus, castrum Ecclesiae VVratislaviensis Mieliz per vim occupasset, ipsum VVratislaviae constitutum, omnibus fere Capitularibus praeter duos aut tres deferentibus illum metu, Tyrannum adiit personaliter, & inventum in faciem anathematizavit, non regem sed regulum nominans illum, qui in regno suo nullum haberet metropolitanum, sed pro munere coronationis sibi impendendae cogeretur extraneorum Archiepiscoporum solatia mendicare. Posito autem ob praesentiam Regis Johannis & ob occupationem castri Milicz in civitate VVratislaviensi & in universo ejus dioecesi Ecclesiastico interdicto, quod tamen fratres minores de S. Jacobo publice agendo rem divinam prophanabant, VVratislavia Nissam egressus est. Rex autem Johannes omnem Clerum Civitatis VVratislaviensis prophanare & suae appellationi adhaerere recusantem turpiter ejecit & exclusit. Qua contumelia Johannes caecus Rex Bohemiae perculsus, veneno illum clam propinato ferrur fuisse. Dum enim Nissae agens ac terrores ac persecutiones Regis Bohemiae aliquando tempore tolerans consisteret, 10. mensis Aprilis, quae tunc in diem pascae cadebat pontificali officio solenniter expleto, omnes Ecclesias illius oppidi nudis pedibus visitasset, domum reversus devotissime moriens, spiritum exhalavit Anno Domini 1341. cum in Ecclesia VVratislaviensi prope annis 15. sedisset. In ipso autem animae suae egressu, suavissimus cantus a quadam devota foemina auditus est, quem cum admirans ad sonum ejus consisteret revelatum est illi animam Nankeri Episcopi VVratislaviensis ab angelis in coelum deferri. Mirae devotionis sanctaeque simplicitatis & magnae abstinendae, corpus jejuniis & vigiliis nocte atque interdium affligentem constat fuisse, & hac inter alias conditione celebrem, ut omnes missas quot quot in Ecclesia, in qua aderat, legi poterant, audiret, & ad quamlibet earum specialem oblationem offeret. Corpus Nissae

VVra-

VVratislaviam relatum in Ecclesia majori conditum est. Fortunatus & insignis Pontifex, cui in Cracoviensi alapam, in VVratislaviensi mortem pro iustitia contigit appere.

XXVII. PRECESLAUS PRIMUS.

Prima die mensis May electionis dies instituta, cum frequens numerus Prælatorum & Canonorum Capitularium VVratislaviam convenisset, via Scrutiniij post multos tractatus assumpta Preceszlaus de Pogorzeltz, Canonicum VVratislaviensem Silesitam natione, ex nobilibus parentibus, tres turres in campo rubeo deferentium pro insigni ortum ducentem, licet tunc absentem & in studio Bononiensi agentem 5 mensis May videlicet B. Gothardi concorditer eligunt. Cujus electionem cum Jaroslaus Gnesnensis Archiepiscopus a Capitularibus rogatus Casimiro secundo Poloniae Rege, qui aliquem ex suis Canonicis Polonicis VVratislaviam aestuabat promotum, impediende cunctabatur confirmare, Preceszlaus Bononia ad Benedictum Papam tertium transiit, & se tam confirmari, quam consecrari ab eodem impetravit. Eodem revoluto anno quo electus fuerat 5 mensis May die, qua etiam illum serunt natum, & genitrici suæ revelatum B. Gothardum speciali habiturum cultu, & veneratione, multa quoque bona ejus patrocinio consecuturum) ex Italia reversus, cui Clerus universus obviam factus, eum obvijs ulnis cum gaudio suscepit. Hic a Boleslao Lignicensi & Brigenfi duce castrum & oppidum Grotkaw cum suo districtu in sortem VVratislaviensis Ecclesiæ pro certa summa pecuniarum coemit. Item Collegium mansionariorum in prædicta VVratislaviensi Ecclesia, cum eorum capella in fronte Ecclesiæ sita, item duodecim pauperum Laicorum stipem singulis diebus & amictum annuum summentium conventum Panyoth in oppido Ecclesiæ Nissæ erexit, fundavit & dotavit. Ecclesiam VVratislaviensem murorum fabricis, piscinarum structuris, villarum locationibus & coemptionibus, vasis aureis & argenteis, ornamentisque decoris varii suppellectilis adeo ornavit, extulit & magnificavit, ut vulgari famâ vocitatione & nominatione aureus Episcopus vocaretur. Cum autem 35. annis in sede VVratislaviensi sedisset, octavo Calendas Aprilis 1376. ex febribus infirmatus, apud Ottmuchaw moritur, in Ecclesiæ VVratislaviensis capellæ mansionariorum medio, albi marmoris sepulchro justo honore sepelitur. B. Gothardum genitricis suæ visioni obediens, singulari coluit devotione, ideoque festum ejus sub duplici officio in Ecclesia VVratislaviensi teneri, & tam Prælati, quam Canonici, ac Vicarijs speciales distributiones illo die dari ordinavit & fundavit. Mansionariorum item Collegium, quod ipse de novo erexit, pro horis B. M. V. decantandis sufficientem dotem de menta episcopali largitus, jura ducalia superiora villis Episcopalibus violenter introducta in libertatem vindicavit, & aliquot altaria in Ecclesia VVratislaviensi fundavit & dotavit.

PRECESLAUS:
EPISC. VVRA-
TISL. XXVII.

Per Scrutinium
eligitur:
absens:

Nobilis Sile-
sius:

A Pontifice Ro-
mano consecra-
tus:

Castrum & Op-
pidum Grotkaw
emit:

Alia fundat:

Episcopatum
locupletat:
unde Aureus
fiscus:

Obitus an. 1376.

B. Gothardum
peculiariter co-
lit:

Mansionario-
rum Collegium
erigit:

XXVIII. THEODORICUS PRIMUS.

Cum Prælati & Canonici & Wratislavienses ad 27. mensis Aprilis pro futuri Pontificis electione convenissent, Polonis viris idoneis & virtuosis de suo gremio contentis, Theodoricum Bohemum Decanum Wratislaviensem, qui de decanatu præfato Albericum Plebanum Rochnensem & Dobrezinensem Cancellarium Regis Poloniae Casimiri apud sedem apostolicam oratorem & nuncium, cui tanquam de beneficio reservato, de illo provisum erat perperam, & Caroli quarti Imperatoris Romanorum, & regis Bohemiæ, cujus coquinæ erat expeditor & notarius spoliaverat, in Episcopum eligunt. Quo electionis suæ apud Gregorium undecimum Avinione petente confirmationem Papa introitus & proventus Ecclesiæ (quam fama plus justo auream, & pontificum ejus Preceszlaus mortuum, magnam auri quantitatem reliquisse vulgaverat) ambiens, occasione sumpta ex litteris Caroli Imperatoris & Regis Bohemiæ electionem Theodorici decani confirmare differens, respondit, non prius de Ecclesia Wratislaviensi se velle disponere, donec Avinione Romam transmigret. Interim ad Wratislaviensem Ecclesiam mittit fratrem Nicolaum ordinis prædicatorum Episcopum Majoricensem, ut Ecclesiæ Wratislaviensis fructus & redditus, velut ejus jurata & gubernata percipiat, & omnia per Preceszlaus derelicta Camera Apostolicæ reddi ad plenum imparet & procuret. Qui Wratislaviam adveniens publicato apostolico mandato, requirebat capitulum, quatenus illius exequerentur contenta. Verum Capitulum Wratislaviense per plures dies re digesta, cum intelligeret, per alienigenæ & forensis gubernationem varia pericula & dispendia Ecclesiæ proveutura, cum Nuncio Apostolico his pactis conveniunt, ut singulis annis quibus Ecclesiam Wratislaviensem vacare contigerit

THEODORICUS I. EPISC.
VVRA-
TISL. XXVIII.

Bohemus:

Apud Grego-
rium XI. Ave-
nionem Confir-
mationem pe-
tit:

quæ differtur:

Pontifex inter-
im Redibus
poritur:

Nuncius Apo-
stolicus mitti-
tur, cui Cano-
nici pecuniam
solvunt:

rit 8000. florenorum Apostolicæ Camera reddant, pro derelictis Preceszlai Episcopi 30000, pro collecta & contributione biennali Ecclesiæ Polonicæ imposita, pro sorte Ecclesiam VVratislaviensem contingente 2000, & pro expensâ & fatiga pecuniæ hujusmodi Romam deferendæ, subeundis unum mille reddere teneantur, & itaque pacto inito VVratislaviense Capitulum Nuncio Apostolico 33000. florenorum uno die & tempore persolvit. Et Papa Gregorius præsentis pecuniæ summa manibus nuncii consignata, & futura quantitate illectus, Theodorico VVratislaviensi electo, etiam Romæ de sua confirmatione frequentius sollicitanti providere distulit, sed Ecclesiæ VVratislaviensis a tempore suæ vacationis, & Preceszlai morte plus quam biennio fructus percipiens, illam vacare permisit. Anno Domini vero 1378. morte Gregorij undecimi secuta, cum permissione divina horrendum Schisma in Ecclesia DEI, quod annis 40. duravit & vix Concilium Constantiense extinxit, fuisset ortum, ac Romæ Urbanus Sextus, Avinione vero Clemens septimus præsiderent, Theodoricus electus VVratislaviensis Urbano sexto neglecto Clementem Episcopum qui sibi jus potius in Papatu habere videbatur Avinionem Roma deserta personaliter profectus electionis suæ confirmationem & tandem consecrationem facile a Clemente impetravit & obtinuit, & dum spe & exultatione plenus in Poloniam rediret, in itinere constitutus intellexit Poloniæ Regnum & Gnesensem provinciam, cui VVratislaviensis Ecclesia jure metropolitico subjecta est, non in obedientia Clementis septimi sed Urbani sexti stare. Itaque ea denunciatione concussus, sumptus suos & fatigas tot annorum & temporum pessum iri videns, non se de cetero aut electum, aut confirmatum VVratislaviensis Ecclesiæ gerere præsumpsit, iusto DEI judicio a Pontificatu VVratislaviensi exclusus, qui oraterem & nuntium Albertum Regium brachio seculari de decanatu VVratislaviensi perperam excluferat, talique errore involuta annis 7. VVratislaviensis vacavit Ecclesia.

XXIX. WENCESLAUS PRIMUS, DUX LEGNICENSIS.

Septennali vacatione VVratislaviensis Ecclesiæ, Prælati & Canonici VVratislavienses coangustati & afflicti, sub quibus ejus administratio VVenceslao Lubensi, filio VVenceslai ducis Legnicensis fuit demandata, mittunt ad Urbanum sextum Romam speciales nuncios, petentes sibi de Episcopo provideri. Nunciis autem Capitularibus personam præfati VVenceslai Episcopi Lubensis efferentibus, & ipsum de vita conversatione moribus & genere commendantibus, Ecclesiæque VVratislaviensi illum pro Pontifice dari obsecrantibus, Urbanus Papa sextus, Anno Domini 1382. præfato VVenceslao Lubensi Episcopo Ecclesiæ VVratislaviensis administratori de Ecclesia VVratislaviensi providet, & ipsum de Lubensi in VVratislaviensem transfert, substituens Lubussensi Adamum de Kitlitz Canonicum ibidem. Quam quidem provisionem VVenceslaus Bohemiæ Rex quod absque sua voluntate, & consensu procurata fuerat contemptum se querens & dolens, plurimum execratus, pro ea rescindenda multiplices intendebat conatus, inhibens Prælati & Canonicis VVratislaviensibus atque interdicens sub gravissimis poenis, ne præfato VVenceslao Episcopo Castrorum Civitatumque Ecclesiæ VVratislaviensis possessio quomodolibet traderetur. Prælati autem plerisque & Canonicis VVratislaviensibus jussionem Regis implentibus, & contra provisionem & censuram VVenceslai Episcopi se appellatione tuentibus, a parte tamen majori & saniori pro legitimo pontifice est habitus, possessionem civitatum & castrorum VVratislaviensis Ecclesiæ nequicquam Rege interminante accepit. Schismate autem assidue per partium studia gliscente, & ex temporis diuturnitate fomentum fumente, discordia tandem sub iniquis conditionibus sedata est, quibus omnia damna Ecclesiæ VVratislaviensis per VVenceslaum Regem irrogata & quinque millium marcarum Carolo patri suo per Capitulum VVratislaviense mutuorum debitum, remissa sunt, & quantitas novarum pecuniarum, quæ iratum placaret Regem adjecta. Id tamen unum Privilegium Ecclesiæ VVratislaviensis pro sui doloris lenimine retulit, & eo se solatur, quod prædictis conditionibus sancitum est: Quod Consules VVratislavienses de novo creandi ex pratorii loco creatione celebrata domos proprias non introeant, nisi primum in Ecclesia VVratislaviensi sive in domo Capitulari singulis annis de manutenendis & defendendis juribus & libertatibus Ecclesiæ VVratislaviensis corporale in manibus Capitularium fecerint juramentum. Sedit autem VVenceslaus præfatus in sede VVratislaviensi annis 35. & Anno Domini 1417. senio grandævus & ævo, in manibus Martini Papæ quinti illam spontanee resignavit.

Schisma ortum:
Duo Pontifices
Romæ & Avinione:

Theodoricus
adit Clementem
VII. Avinione:
& ab eo confirmatur, sed
VVratislaviæ
non recipitur:

VVENCESLAUS: EPISC.
VVrATISL.
XXIX.
Dux Lignicensis
Lubussensis
Episcopus:
A Pontifice Romano
impetratur:

VVenceslaus
Bohemiæ Rex
improbat &
receptionem
frustra prohibet:

Turbæ ortæ
fopuntur:

Privilegium
Ecclesiæ VVratislaviensis:

Obitus an.

1420.

Episcopatus in
manibus Papæ
signatur:

XXX. CONRADUS PRIMUS DICTUS SENIOR.

CONRADUS
EPISC. WRATISLAV. XXX

Pontificali honore in manibus Papæ Martini quinti cedente & onere cum Wratislaviensis Ecclesiæ proviſio in eo caſu a ſolo ſummo Pontifice dependeret, nec Capitulares poſſent ad alterius electionem & ſubſtitutionem procedere, ad inſtantes petitiones tam Sigismundi Romanorum & Hungariæ Regis & qui etiam tunc Bohemiæ rex ſalutatus, quam Prælatorum & Canonicorum Wratislavienſium perſonam Conradi Senioris Oleſchniceniſis, alias ducis Olsnenſis, qui eo, quod duos fratres Conradum nigrum & Conradum album, germanos haberet natu minores, ſenior ad differentiam eorum nominabatur, filius Conradi ducis Olsnenſis, promoventium & commendantium, eidem Conrado Anno Domini 1417. de Episcopatu proviſum eſt, qui proviſionis litteras naſtus in Eccleſia Collegiata Ottmuchaw in die S. Vincentij fuit conſecratus, Vir niger & cholericus, exiguæ litteraturæ, ſaturæ parum juſtæ, mero crapulæ deditus, in ſcæminas male temperatus, prodigus expenſor, craſſi corporis, oculos habens lippientes, ſermone mutilato & balbutiente utebatur. Ad proſas & cantus de novo componendos ingenioſus & ſuapte natura ad id perdoctus, plures edidit cantus, quos ſuo tempore voluit in Eccleſia Wratislavienſi cantari, faciles ad ſe dabat aditus, faſtu & arrogantia carens, ad levitates proclivis. Malvatico & Italico quolibet ſuavi & peregrino vino non ſecus quam cereviſia utebatur. In conſuetudinem quoque & obſervantiam traxerat, non ſe aliter alicui proviſionem de beneficio aliquem valorem habente, impendere, niſi illi varile vini Malvatici aut Italici propinaſſet, pro honorantia, & jam pro conſuetudine introducta continuo obſervatur. Conditor inſtante Capitulo Wratislavienſi iniqui ſtatuti, quod a Baſilienſi concilio obtinuit: Ne cui liceret præbendam aut dignitatem in Eccleſia Wratislavienſi, niſi diæceſano aut Doctore Theologiæ, Juris aut Medicinæ obtinere, ſolis Polonis hoc ſtatuto ad Eccleſiam Wratislavienſem præcludens aditus, qui ſoli tanquam illius Eccleſiæ filii, doctores & alumni juſtiorẽ quam quæcunque aliæ gentes digni ſunt habere ingreſſum. Et qui nec hac injuria moti omnes Sileſiæ & Wratislavienſis diæceſis filios, dummodo ſint nobiles, ad omnes Regni Poloniæ Cathedrales Eccleſias, etiam ad Pontificatus, & quæcunque beneficia paſſim promovent & admittunt, & non ſecus quam propriis favent, digni etiam qui tam profunda charitate & affluentia rerum potiantur. Cum autem ipſe Conradus annis prope 30. ſediſſet, & bona Eccleſiæ voluptuoſe vivendo, partim obligafſet, partim diſtraxiſſet, & alienaſſet, ære quoque alieno ſe & Eccleſiam multipliciter involuiſſet, ſuum quoque & ipſe regimen ſub totam videret Eccleſiam corruille, perofus & quadam poenitudine ductus ceſſavit ante mortem annis tribus Episcopatus honori & oneri, ſed a fratribus carnalibus argutus ceſſionem retractavit, & tam dignitatem, quam poſſeſſionem, quam Capitulum eo reſignante tenebat repetiit. Recuſavit Albertum Jaſtrabiecz Archiepiſcopum Gneſnenſem cum totam Provinciam de mandato ſpeciali Martini quinti Papæ viſitaſſet, ſe quoque viſitare vellet, ſuſcipere, timens de enormitate vitæ pariter & regiminis reprehendi, elapſo autem anno, juſto DEI judice & in ſua diæceſi a Bohemis hæreticis & Huſſitis cædibus viſitatus. Amiſit Caſtrum Ottmuchaw a familiari ſuo Nicolao de Alcenaw milite interceptum, quod ægre auro redemit, ſub eo tempore Eccleſia Ottmucheniſis diruta eſt & tota diæceſis miſere vaſtata. Anno Domini 1447. 9. Auguſti nulla re memorabili geſta moritur Wratislaviæ & ibidem in Eccleſia ſepelitur.

Dux Olsnenſis.

Character animi:

Conſuetudo offerendi vinum:

Statutum a Baſilienſi Concilio obtentum:

Episcopatum deponit & recipit:

Archiepiſcopum Gneſnenſem viſitantem Eccleſiam admittere noluit:

Obitus an. 1447.

XXXI. PETRUS SECUNDUS NOWACK DICTUS.

PETRUS II.
EPISC. WRATISLAV. XXXI.

Exquiſito ſtudio Prælati & Canonici Wratislavienſes & in vita & morte Conradi Episcopii Wratislavienſis laborabant, & variis adnitebantur ingeniis, talem dare Conrado ſucceſſorem, qui opibus perpollens Wratislavienſem Eccleſiam, debitorum nexibus quam maxime irretitam, ſolveret. Adeunt itaque Laurentium de Zarembo de Colmova, Caſtellanum Syradienſem & Capitaneum Vielunenſem, nobilem de armis Zarembo, ut illis filium ſuum Johannem det in Episcopum & ſolvat æs Eccleſiæ contractum. Mittunt & Canonicum ſui gremij Johannem Lautſchloer ad Theodoricum Weinrich, Cracoviam. Præſbiter hic erat ſimplex & Cracovia ortus, ſed centum millium florenorum dominus & amplius, quos antequam in ſacerdotium promoveretur mercando variis modis quaſierat, petentes ut Episcopatum ſuſciperet, ſed cum tam hi duo quam nonnulli alii pari ſtudio & reſpectu rogati, dedignarentur, non tam Episcopatum quam molem debitorum ſuſcipere, die feria tertia ante nativitatẽ B. M. V. feſtum pro electione conſtituta, Capitulares Wratislavienſes per viam Scrutiniij procedendo Petrum dictum Nowack decretorum Doctorem Præpoſitum & Canonicum Wratislavienſem, tunc officialem generalem eligunt uniformiter in Episcopum & paſtorem. Fuit hic ortus ex plebe humili, de villa Eccleſiæ Wratislavienſis prope Niſſam dicta Nowack & ab inde

Poſt aliquos fruſtra compellatos:

per Scrutinium eligitur:

humili loco natus:

Ejus virtutes: sortitus fuit cognomen Nowagk. Vir frugi, humilis, prudens, industrius, doctus & magnæ experientiæ. Electionem autem suam Vincentius Rok Archiepiscopus Gnesnensis tanquam metropolitanus specialibus nuncijs suis Andrea Skoda & Jaroslao Can-
Alienata redi-kolowsky Canonicis VVratislaviensibus rogatus Gnesnæ confirmat, & Johannem Epi-
mit: scopum Naturiensem fratrem ordinis minorum suffraganeum suum Gnesnensem cum
As alienum iisdem nuncijs VVratislaviam mittit, qui eidem Petro electo benedictionis pontifica-
solvit: lis munus die solis 22. Octobris in Ecclesia VVratislaviensi impendit. Et continuo
Obitus an, bona Episcopatus sui per prædecessorem Conradum distracta, obligata & alienata coe-
1456. pit redimere, & ad ejus Ecclesiæque proprietatem reducere, tanto studio ut sub brevi
 temporis intervallo sua modestia & industria pro majori parte Ecclesia VVratislavi-
 sis ære alieno solveretur. Et quamvis, ut præmisimus, origine ruris fuerit, Rosam
 tamen albam in campo rubeo pro insigni ferebat. Qui cum annis 9. in Ecclesia VVra-
 tislaviensi sedisset, & illam notabiliter instaurasset, Anno Domini 1456. 6. mensi Fe-
 bruarii post noctis medium in Castro Ottmuchaw domo sua disposita & sacramentis
 viaticatus moritur, & VVratislaviam funus ejus deducitur, 9. ejusdem mensis ibidem
 in Ecclesia Cathedrali justo honore juxta summum altare sepelitur.

XXXII. JODOCUS PRIMUS A ROSENBERG.

JODOCUS: Omnibus Capitularibus VVratislaviensibus morte Petri Episcopi secuta diuturnam
EPISCOPIUS vacationem Ecclesiæ periculosam, ut erat, censentibus, octavam diem pro eligendo futuro
VVRATISL. Pontifice constituunt. Qua adveniente cum nonnulli ex Prælatibus Pontificalem sellam aut
XXXII. sperarent aut ambirent, Capitulares quoque unum de gremio suo eligere censuissent, nun-
Commenda- cij & litteræ Ladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis superveniunt, ut Jodocus a Rosenberg
tione Ladislai frater ordinis S. Johannis Hierosolomytani cum cruce prior, Præpositus Pragensis ordinis
Regis eligitur: ejusdem eligeretur intercedentes. Itaque Capitulares VVratislavienses propriis Prælatibus &
Dignitates: Canonicis neglectis sui collegii, veriti suam futuram electionem, si contra voluntatem Regi-
 am fieret, fore irritam, præfatum Jodocum præpositum ordinis præfati, quamvis quoad or-
 dinem Pontificalem ætatis defectum patientem, in Episcopum concorditer eligunt, Ulricus
 de Rosenberg Regni Bohemiæ principalis Baro, coeteris Baronibus Bohemis in hæresim
 VViclefistarum prolapsis, catholicam puritatem cum filiis & subditis suis tenuit, & in fide-
 litate religionis orthodoxæ, & devotione Romanæ Ecclesiæ semper uniformis permansit, ad-
 de quod frater ejus senior Henricus de Rosenberg totius Silesiæ Capitaneatum teneret, &
 illi potenter intenderet. Quo etiam respectu Calixtus Papa tertius permotus electionem su-
 am nona mensis Junij die, anni præfati Romæ confirmat, & præposituram Pragensensem dispen-
 sans super minorennitate, tempore vitæ suæ, ac Præposituram Pragensensem dat in commen-
 dam. Vir erat hic staturæ altæ, caput, oculos, ossa habens grandia, corpore crassus, eloquentia,
 litteratura atque prudentia singularis, nobilis de domo & familia Rosenbergensium ex Bo-
 hemia rubram Rosam in campo albo deferentium. Ad crapulam proclivis, adeo ut quæque
 sua cibaria sumptuosa condiret saccaro, animi magni & liberalis. Qui Johannem Dufther
 Præpositum VVratislaviensem suo insidiantem & adversantem calcaneo VVratislaviæ coe-
 pit & vinctum in castro Kaldenstein, usque ad diem mortis suæ captivum tenuit, non autem
 dimissurus si vixisset, nisi juxta pactum cum eo factum Præposituram VVratislaviensem di-
 misisset, & dimissam jure jurando in Missa ab eo Præposito celebrata, corpore Christi tacto
 nunquam repetere firmasset. Cum crassitudine crescente stare propter pedum tumorem
 nequiret, sedendo tamen in sella rem divinam fere singulis diebus in privata camera perage-
 bat. Vitæ continentis & nitidæ, virorum doctorum ac virtuosorum specialis promotor, ac
 Zelator, nec alios quam hujusmodi viros ad Prælaturas & beneficia promovere consuevit.
 Georgii Podzebratij in Regem Bohemiæ assumpti, antequam hæreticum se declarasset, fau-
 tor, licet patrem illi infestum nosset. Postea vero notorius hostis, sub quo & castrum Edel-
 stein, alias Zukmantel Nissæ propinquum expugnavit, & Ecclesiæ VVratislaviensi ejus bona
 adjunxit. Portam etiam Nissæ frementibus civibus, nec immutare audentibus, qua pro libitu
 ex curia Episcopali haberet ingressum & regressum, dirupto muro civili ædificavit, quæ ta-
 men post mortem ejus a civibus Nissensibus demolita hyemali tempore clausa servata est.
 Qui cum in Pontificatu annis decem, menses sex exegisset, in oppido suo Nissæ, & in Curia
 splendide a se ædificata religioso ac devoto omnibus Sacramentis rite procuratus, vocatisque
 VVratislavia Canonicis, quibus civitatem Nissam & castra Ecclesiæ commendaverat, An-
 no Domini 1467. die Martis 15. Decembris in aurora ex crapula & calculo moritur.
 Cuius corpori etiam communicas VVratislaviensis, donec Præpositus Johannes solve-
 retur, negasset ingressum, interventu tamen Baronum & procerum Bohemiæ atque
 Poloniae funus concomitantium, illud civitati intromissum, Prælatibus Canonicisque
 iuxta solvenibus, in Choro Ecclesiæ Cathedralis tumulo eminentiori est sepultum.

XXXIII. RUDOLPHUS PRIMUS.

Ad eligendum futurum Wratislaviensem Pontificem existimabant se Capitulares Wratislavienses nunquam majori libertate potitos potiendosque esse, quandoquidem & Georgius Podebrazky per Paulum secundum Regni Bohemiæ honore ut hæreticus privatus erat & nondum alius successerat. Itaque 22. Januarij die, Comitij constituta Przemislaum Ducem Oppaviæ Cantorem S. Crucis, & Canonicum Wratislaviensem eligere animis destinabant. Interim oratores Casimiri Regis Polonia, videlicet Stanislaus de Ostorok Calysienfis Palatinus, Jacobus de Dambrow, Regis Polonie vice Thesaurarius & Johannes Dlugosch, Senior, Canonicus Cracoviensis, qui ad dietam Wratislaviam venerant, memores puritatis, quam Rudolphus Episcopus Laventinus Apostolicus Legatus apud Silesiam, pacem Prutenicam conficiendo, monstraverat, junctis sibi Baronibus Bohemiæ Catholicis, quorum Sdenko de Sternberg: Johannes de Hasenberg: & Vlricus de Hasenberg: fratres germani: Bohusius de Cowrad: Johannes de Swanberg: Georgius de Tenczyn: Principales erant: Capitulares Wratislavienses adeunt, & persona præfati RUDOLPHI excellenter commendata petunt illum eligi ad sedem Wratislaviensem, assistentiam illis pro Juribus & libertatibus Ecclesiæ defensandis promittentes. Verum etsi hæc Intercessio nonnullis Capitularibus molesta erat, qui proprium judicabant Ecclesiæ utiliore fore, quam forensi: Schisma tamen vitaturi præfatum RUDOLPHUM votis XX. anno Dmni 1486. postularunt in Pastorem, via Scrutiniij procedendo. Cujus Postulationem & Baronum Bohemiæ Intercessionem Paulus II. Papa perpendens, ipsum Romæ d. 25. Aprilis de Laventina Ecclesia transtulit & Wratislaviensi præfecit in Pastorem: Annatam insuper plenarie indulgit, gratissimum habens quod nuncij ab eo in Pacificationem Provinciarum missi in Pontifices deposcerentur: Vir mansueti, periti & religiosi Ingenij, fuscus, stature decentis, decretorum doctor, ex Oppido Rudesheim, Moguntinensis Dioecesis ex Patre Henrico & matre Catherina ortus, cujus Genitor Henricus inter Cives celebris habebatur, anno XXV. ætatis auditor Romæ, paulo post Cameræ auditor factus est, duorum summorum Pontificum Pii II. videlicet & Pauli II. Referendarius, deinde Episcopus Laventinus, qui medietatem stellæ septem cornutæ in caelestino, in medio Planiciem & Barram candidam in rubeo, in inferiori autem Parte semissam etiam rubeis campis pro insigni & armis deferebat. Polonici Idiomatis ignarus Causas subditorum Polonorum non nisi per Interpretes expediebat, multas Legationes Regis MATHIÆ ad Regnum Bohemiæ, etiam Neapolim usque pro adducenda Ejus sponsa obivit. Succedere sibi vivus procuravit, coassumpto sibi Coadjutore JOHANNES Episcopo, qui in Laventinensi Ecclesia Ei successit. Moritur gloriosus Pontifex an. 1482. die S. Antonij: Wratislaviæ sepultus pænes Ciborium: Is transtulit Ecclesiam Otomuchaw in antiquam Nissam ad Ecclesiam SS. Joannis & Nicolaj Anno Dmni 1477.

XXXIV. JOHANNES IV. ROTH.

Norimbergicus: Fridrici III. olim Imp. Cancellarius & Decanus Wratislaviensis, vir optime doctus & sapiens, feliciter administravit Ecclesiam. Curiam Wratislaviæ funditus lateritiam extruxit, & egregijs Picturis exornavit, vixit pie, nullum de se præbens Scandalum. Moritur an. 1506. die Agnetis: Wratislaviæ in Choro mansionariorum sepultus. Hic sibi substituere vivens adhuc voluit an. 1501. Fridricum: Filium Ducis Casimiri Tefsinensis, sed contra eum Capitulum Wratislaviense quæsitum iri Budam WLADIZLAO REGI mittit, qui factum non admisit: communi tandem Consensu Anno 1502. JOHANNES THURZO: Decanus Wratislaviensis, in Coadjutorem & Episcopum Wratislaviensem futurum eligitur: Sub hujus Regimine celebratus est Conventus Ducum Silesiæ, Nissæ, cui etiam Dux Nicolaus Opolienfis interfuit, qui cum ob varia Scelera ab Episcopo & Duce Theffinenfi tunc Temporis Silesiæ Capiteano reprehenderetur, arrepto Pugione eos confodere nitebatur: sed DEO prohibente per Ereptionem Pugionis Conatus Ejus impediti sunt: Quod ut sensit, protinus in Ecclesiam S. Jacobi profugit, inde jussu Episcopi extractus, & in Turrin fratrum deductus, altero die post, ante Prætorium decollatus & tertia die Opolium deductus & sepultus est, Anno 1497. feria tertia, d. 26. Junij die SS. Johannis & Pauli Martyrum. Hujus item Temporibus Glogovia Major a Johanne Duce Saganensi obfessa, post tres Menses Civitas tradita, Senatus a Crudelissimo Duce fame necatus est Anno 1488.

XXXV. JOHANNES V. THURZO.

Ex præclarissima Thurzonum Familia, Coadjutor JOHANNIS IV. & Decanus Wratislav. summus Fautor & Mæcenas Doctorum iumma humanitate & liberalitate clarus, Ecclesiam mirum in modum ad pristinum nitorem reduxit, magnis Sumptibus libros Ecclesiasticos imprimi curavit. Hujus Tempore Anno 1517. Martinus Lutherus, Augustiniani Instituti Monachus, virulentam suam hæresin produxit, qua Germaniam ac pene omnia vi-

RUDOLPHUS PRIMUS.
WRATISLAV.
XXXIII.
Post electum
Premislaum
Oppaviæ Du-
cem:
Commenda-
tione Orato-
rum Regis Po-
loniæ:
postulat.

Quæ Postula-
tio P. R. grata:
Mores:
Ortus:

Dignitates:

Insignia:

Coadjutor:

Obitus an.
1482.

JOHANNES
IV. EPISC.
WRATISLAV.
XXXIV.

Ejus Dignita-
tes & Laus:

Curiam Episco-
palem ædificavit

Obitus an.
1506.

Coadjutor:

JOHANNES

THURZO:

Nicolaus:

Dux Opolien-
fis Capite ple-
xus:

Joannis Ducis
Saganensis Ty-
rannis:

JOHANNES
V. EPISCOP.
WRATISLAV.
XXXV.
Ejus Laudes:

Obitus an.
1520.

JACOBUS
EPISCOPUS
VVRAATISL.
XXXVI.

Character ani-
mi:
Incendium
Nissenſe:
Franciscus I.
Galliarum Rex
captus:

Ludovicus
Hung. & Boh.
Rex ad Moha-
rizium occiſus:
Vienna a Tur-
cis obſeſſa:
Proteſtantium
origo:

Fata Ducatus
Lignicenſis:

Episc. moritur
an. 1539.

BALTHA-
SAR EPISC.
VVRAAT.
XXXVII.
Ejus Laudes:

cina Regna & Provincias Reipublicæ Christianæ maono cum Deumeto infecit. Hujus item Tempore extincta sunt omnia latrocinia, Arcibus hinc inde dirutis, & funditus everſis, in quas hætenus raptores sese receperant, unde insignis Arx Neuhaus dicta An. 1509. in die Elisabæth expugnata: octo ipsorum capti: quorum duo in Vigilia Conceptionis B.M.V. suspenſi: Johannes Vvird ante Prætorium Capite plexus: Henricus Røge suspenſus: Kornblume fame enecatus. Moritur pius Pontifex A. 1520. d. 2. Aug. Wratſlavia ſepultus.

XXXVI. JACOBUS A SALCZA.

Vir magnæ Auctoritatis, summa Prudentia Episcopatum administravit. Ejus Tempo-
re deterrimæ Hæreses in Ecclesiam DEI irreperant, Status Ecclesiasticus & tota vita
Clericorum coepit esse despectui: Fuit Vir longæ Staturæ, & obesus, secularibus re-
bus plus quam spiritualibus invigilans, Aulicos majore quam Clericos Benevolentia
complectens: licet etiam acriter in Anabaptistas animadverterit. Suo Tempore Da-
mnum incomparabile Aulæ Nissenſi per Ignem Anno 1525. illatum est, quam de no-
vo Episcopus Jacobus crexit. Eodem anno in festo D. Mathiæ natali CAROLI V.
IMP. Franciscus Valesius: Galliarum Rex ab Exercitu Imperatoris Carolo Borbonio
Duce Ticini captus est, sæviit etiam furor agreſtium in Germania: unde Verſus: Ca-
ptvs erat GaLLVs CoëVnt CUM rVre Cohortes. Anno 1526. Ludovicus Hungariæ
Rex ad Mohariz in festo Johannis Decollationis misere obiit: Turca demum etiam an.
1529. Viennam gravi Obſidione cinxit, re tamen infecta ad suos tandem inglorius re-
vertitur. Monasterium S. Vincentij extra Muros Vvratſlavienses olim erectum præ-
textu metus Turcarum dirimitur. Anno 1530. CAROLUS V. a Clemente V. Bono-
niæ inauguratur. Eo in Germaniam ad Comitata Augustam reverso Lutherani Profes-
sionem toti Principum Conventui offerunt. Anno 1531. FERDINANDUS 5. Januarii
Coloniarum Rex Romanorum declaratur, protestante Saxone cum complicibus suis hære-
ticis: hinc Lutherani Protestantes dicti. Hinc porro Episcopus Conatus adventitij
cujusdam Minckwitzii egregie cluſit, qui spe prædandæ & diripiendæ Urbis ingressus
est anno 1535. Anno 1538. Erasmus Roterodamus moritur. Hujus item Temporibus
Religionis magna mutatio in Silesia facta est. Fratres minores Vvratſlavia pulſi 1522.
Ecclesiæ omnes Ducatus Lignicenſis & Bregenſis aureis & argenteis Ornamentis & Cam-
panis ſpoliatæ Jussu Fridrici III. Ducis Lignicenſis hæretica labe plane infecti. Obiit
autem Magnanimus Pontifex anno 1539. Corpus Parochiali Ecclesiæ Niſſæ magna pom-
pa illatum & conditum est, Aula vero Episcopalis a suis familiaribus non secus ac in
Bello deprædata est.

XXXVII. BALTHASAR.

Ex Clarissima PROMNITZIORUM Familia Domus Lessendorff: Ducatus Glo-
govienſis: Vir singularis Ingenij, magni Conſilij & raræ Eloquentiæ, in rebus agen-
dis strenuus & vigilantissimus, Prudentia ornatissimus & labescentis Religionis Prote-
ctor: Concordiæ & Pacis amantissimus. Flagrante Bello intestino sub CAROLO V.
IMP. anno 1546. in quo ſequenti Dominica Misericordias Domini Elector Saxoniarum &
paulo post Landgravius Hassiæ, Capita Seditioſis capti, Silesiam singulari Industria a
ſeditione inter ignobile Vulgus jam gliscente liberavit, officio Capitanatus a REGE
FERDINANDO tum commiſſo, cui & contra Bohemos dum filias suas in Arce Pra-
genſi obſiderent & captivas tenerent, in propria Persona auxilio fuit, cujus Gratiæ
ſibi conciliavit, ut Ejus interceſſione Wratſlavienses, eo quod Smalcaldiæ Factioni
conſenſerant, magnum Periculum evaſerint, unde etiam ut Patrem ſemper colue-
runt, in summa Principibus & Heroibus ob miram Comitatem pergratus, in Reli-
gioſos & pauperes liberalis, quibus 3000. Vallenſes Niſſæ legavit, aliquot etiam 1000.
Wratſlaviensibus Vicariis, Conſanguineorum quoque non immemor. Aliis enim
Ducatum Saganenſem a FERDINANDO ſibi impignoratæ cum Dominio Soravi-
enſi & Tribelenſi: aliis Baronatum Pleſſenſem reliquit, in quibus Catholica Religio
exulare juſſa. Erga familiares benignus, ſubditorum Parens, & Episcopatus hujus
adauctor, cui Oppidum Freiwalde a Fuccerianis coëmptum adjecit: Eligitur an. 1539. d. 17.
Septembr. fuit in Gubernatione Annis 22. moritur placide ingenti piorum omnium lu-
ctu, correptus febricula quartana Niſſæ d. 20. Januarij: Anno Domini 1562. ibidem in
Sacello Parochialis Ecclesiæ a suis exornato ſepultus: Ætatis ſuæ LXXIV. annorum.

Hujus Temporibus tum irrecuperabilia a ſeditioſis Principibus perpeſſa est Ger-
mania, tandem etiam Pax reſtituta.

Obierunt Clarissimi Principes: CAROLUS V. IMP. & Franciscus: Galliarum Rex:
alter anno 1558. alter anno 1547.

Turca ſere totam Hungariam occupat. Jeſuitarum Ordo coepit an. 1540.

VIII.

NICOLAI HENELII AB HENNENFELD

SACRÆ CÆSARÆ REGIÆQUE MAIESTATIS

NEC NON

ILLUSTRISSIMI DUCIS LIGNICENSIS

CONSILIARII:

DUCATUS MONSTERBERGICI PRO-CANCELLARII:

INCLYTÆQUE REIPUBLICÆ VVRATISLAVIENSIS

OLIM SYNDICI:


ANNALES SILESIAE:

AB ORIGINE GENTIS

AD

OBITUM USQUE D. IMPER. RUDOLPHI II.

Ex Codice ipsius Autoris Manu Scripto editi: & Observationibus Necessariis instructi.



Slavi Silesiam
occupant :

Lechus Gnes-
nam condit :

Origo Palati-
norum :

Dux Cracus
Cracoviam
condit :

Vendæ res ge-
stæ :

Lescus I. Rei
publicæ guber-
nacula capel-
lit :

Bellum Germa-
nicum cum
Slavis : an 805.

ENS Polonica a multis Seculis sic dicta, Origine Heneta aut Slavica, Sarmatiam Europæam veterem incoluit, sed ad Occidentem Vistulæ Fluvii progressa, Partem veteris Germaniæ occupavit, ipsamque adeo Patriam nostram, SLESIAM vel SILESIAM peculiari Nomine posterius indigitatam comprehendit. Dux & Auctor fuisse creditur LECHUS, idque notantibus Scriptoribus Polonis circa Annum Æræ CHRISTIANÆ Io L. sive ut alii, circa Mauritiij aut Phocæ Imperatoris Tempora. Gnesnam is, ut ferunt, condidit, & a Gniasso, quod Nidum Patria Lingua significat, appellavit: quo & in Loco aquilarium Nidum reperisset: unde Principibus Polonis Alba Aquila expansis Alis insigne hodieque manet.

Quamdiu regnaverit, quid preclari Pace Belloque gesserit, quosve Liberos post se reliquerit, magnum Historiæ Deliquitum & Silentium est. Posteritatem Ejus per Annos plus minus CL. ad annum scilicet CHRISTI DCC. Vapovius memorat.

Eo sublato, Principis Unius Imperium pertasa Gens, duodecim Viros ex omni Procerum Numero sibi Duces seu Palatinos, Vojevodas vernacula Lingua dictos creavit: quibus & summam Universæ Reipublicæ, divisæ intotidem Regiones Polonia, commisit Administrationem. Et recte quidem illi è Reipublicæ Initio initum Magistratum gessere, legesque paucissimas & simplicissimas non tam in Libris aut Tabulis quam in Animis Hominum atque in Usu perinde ac Lycurgus apud Lacedæmonios quondam, exaravere: sed post aliquanto ad Ambitionem versi sunt, quum ex suo quisque nutu omnia gerere vellet, & rem privatam Potentiamque suam augere studeret. Unde tandem Contentiones Simultates & Factiones è mediis Partium sunt exortæ, quæ Rem publicam funditus evertere cœperunt.

Pertasi igitur Malorum Poloni quæ sub Duodenarchia illa ipsis incubuerant, ad Unius Principatum respexere, Potestate delata CRACO: Cracoviæ quam Regni Caput relicta Gnesna fecit, Conditori, Viro belli & Pacis Artibus prædito, quique hostes Regni alios fœderibus sibi adjunxit, alios Armis feliciter repressit.

Cracum LECHUS II. Filius excepit, & hunc Principatu, quod Cracum Fratrem occulte interemisset VENDÂ Soror, quæ per aliquot Annos egregiè & strenue Rempubl. gubernavit, haut aliter quam Penthesilea illa Orithiaque Virago utique vere *civilis* quomodo masculas illas & Viris exæquandas fœminas non male Homerus nuncupat. Richigero Germano Principi, qui Vi habere ipsam in Uxorem volebat, cum expeditis Copiis ad Fines Regni occurrit: ubi Teutones ictis cum VENDÂ Fœderibus Poloniæ finibus decesserunt. Quo successu lætata præcipitem se de Ponte ne quis adversus Casus Ejus Felicitatem contaminaret in Vistulam dedit, sicque Aquis obruta interiit: Ita nimium peccari solitum, ubi verus DEUS ignoratur.

Post mortem Vendæ cum nemo Stirpis Regiæ superesset, Palatini rursus Rempubl. gesserunt: donec Præmislaus sive LESCO I. homo plebejus sed astuto Ingenio & Virtute supra natales, cum feliciter Rem adversus Hungaros Poloniam Vicinam adortos gessisset anno Io CC LX. vel ut quidam volunt Io CC LXX. omnium suffragiis Rex creatus fuit.

Secuti sunt LESCO II. & LESCO III. Pater & Filius: quibus bellum cum CAROLO M. novi Auctore Imperii qui id a Græcis ad Francos Germanosque transtulit, intercessisse * legitur: quo si cum Hungaris adversus Germanos Poloni conjunxissent, sic quidem ab illo territi, ut ad Pacis Petitionem fuerint adacti, quum Aquisgrani per Legatos ea conditione impetrarunt, ut Imperatori solverent Tributum.

Memos

* Regino Prumiensis ad an. 805. „Eodem Tempore misit Exercitum cum Filio suo CAROLO Imperator super Sclavos, qui vocantur Boëmi, qui omnem Terram eorum depopulantes, Ducem eorum qui appellabatur LESZO occiderunt.“ Eadem Sigebertus Gemblacensis & alii: sed omnes non Polonum sed Bohemum vocant Lescum illum Prælio superatum, accedit ergo nec male tot tantisque Testimoniis Celeberr, AUTOR Bibliothecæ Politicæ Specimine VI. p. 29. quem L. B. evolvat.

Memorantur inde duo POPIELI: Pater quidem Princeps ignavus, ac timidus, qui cum nihi preclari prestitisset, Regiam tantum & Domicilium suum Cracovia Gnesnam retulit, indeque non multo post Crusviciam: filius autem Patri per omnia similis ac plane sceleratus, qui cum amari a suis non meretur, & metui mallet, veritus ne Regno excuteretur, simulato morbo Patruos omnes quorum auctoritatem maximopere reformidabat accersit, & invaliditatem exaggerans, quasi jam moriturus, eorum Fidei Uxorem ac liberos commendat: tum Singulos blande appellando, in Signum Amoris Poculum cui astu Reginae Venenum erat mixtum, cumulatim præbire se finxit, quod tamen ne extremis quidem attigerat Labiis. Ex eo igitur cum Patruum Ordine bibissent, indeque salutato Principe abirent, statim vi Veneni in Furorem versi, & ingentibus tandem Cruciatibus exanimati sunt, quos deinde Popieli Conjux quasi Mariti sui Vitæ Infidiatore, justaque DEI Vindicta percussos, subito perisse divulgat ac sepultura indignos in lacum boplum projici mandat. Coeleste autem & Justum Numen hanc atrocitatem non permisit inultam: nam ex Cadaveribus interentorum putrefactis enati Mures inusitate Magnitudinis impium Paricidam cum scelerata Uxore atque liberis fugientem quaqua versus per aquam Flammamque prosequuntur: nihil claustris, nihil abigentium Satellitum Auxiliis impedientibus, postremoque diffugientibus omnibus domesticis, absumptis prius Filiis Lecho & Popielo ac uxore etiam, ille ultimus lenta Morte a Muribus in Arce Crusvicia corrolus ac depastus est: Eventu docente in Fatis Filii & Nepotum fuisse Votum Popieli Patris subinde sibi impetrari soliti: O utinam a muribus corroderer!

Eandem vero Murium Carnificinam divinitus immisam passi olim fuisse traduntur alius Polonus Mieczislaus Dux Cujaviae qui Inopum Pupillorum ac Viduarum bona injuste diripuerat: & in Germania Hatto II. Archiepiscopus Moguntinus, qui pauperes spe frumentorum accipiendorum facta in horreo quodam vocatos, admotis Ignibus nefarie combusserat; atque Wilacerolus Argentinenfis Episcopus qui cum S. Attatae Reliquias apud S. Stephanum intervertere vellet nec posset, tum in ipsas Moniales Ira conversa quasdam expulerat, donaque & bona quæ placebant, in suam Domum transtulerat. Quanquam non sum nescius quod de Hartone & Wilderolfo Scriptores quidam tradunt, id ipsum Viros doctos anilibus meris ac pudendis Fabulis adscribere.

Extincto ceu dictum cum Univerſa ſua Progenie, nefario Popielo, poſt breve Interregnum, PIASTUS Crusvicenſis Civis & agri cultor, homo probus ac juſtus, beneficus in egenos atque hoſpitalis pro modo ſuarum facultatum conſentientibus Procerum omnium Votis non ſine miraculo Princeps designatus eſt: ex cujus deinde Sanguine Duces Regesque Polonorum per totos quingentos Annos ad Ludovicum Hungarum usque Genus deduxerunt: ſuntque etiam * nunc in Sileſia ſuperſtites Illuſtriſſimi Lignicenſium ac Bregenſium Duces, qui paterni Sanguinis Originem a PIASTO familiae Exarcho continuis & nunquam interruptis derivant Capitem Suceſſionibus: Et ſane Arbor PIASTEAE a radice pullulans in tot effloruit frondes tot Ramos tam longe lateque expansos tam decore ac ſplendide diffuſos, ut nullam pene faſſit inter ſpectatiſſimas nominare familiam quæ huic illuſtri non fuerit aliqua Propinquitate juncta. Cæſares, Reges, ARCHIDUCES, Electores, Principes, Comites, Archiepiſcopi, Epſcopi, Barones neceſſitudinis Vinculo & adſinitatis huic ſtirpi adjungi felicitatis Partem putarunt. De cætero fuit PIASTUS Princeps optimus & laudatiſſimus, ſub quo inteſtina odia, Cædes & Latrocinia conquieverunt: reverentia magis boni & Vigilantis Principis, quam Armis & Severitate, præſertim, quod Eum Diis curæ eſſe & ipſorum numine in illa Reip. Specula collocatum certo ſibi perſuaderent. His Præſidiis ille & bonis charus & malis verendus & finitimis terribilis cum Domicilium ſuum in priſci Lechi Regiam Gneſnam tranſtuliffet, Annis que permultis ſapienter ac clementer regnaſſet Senex admodum annum agens C. & XXmum, humanis exceſſit circa A. C. 10 CCC LV. vel ut alii vo-
lunt 10 CCCLI. obiit A. C. 851.

PIASTO ſuccedit Filius unicus ex Rzepicza Coniuge cujus Probitas non minus quam mariti ſui prædicatur: SEMOVITUS vel ZIEMOVITUS Princeps ob egregias Virtutes præcipueque bellicam, ſumme ſuis charus, & in Gubernatione felix: inciditque ea in Arnolphi Imp. qui circa Annum Incarnac. DOMINICÆ 10 CCCLXXXIX. Moravos domuit deturbato illorum Rege Suatubogio, tempora: ut & Initium CHRISTIANISMI
TUS E. ſuccedit: 888.

* An. vero 1675. d. 21. Nov. Georgius Wilhelmus Dux Lygio-Brigenſis, ſimulque Regia Gens PIASTEAE occidit.

STIANISMI in Boemia vicina cujus Dux Borzivojus Hostiviti F. una cum XXX. Palatinis Bohemis in Oppido Moravia VVellehrado, quod recentiores Olonaccium vocant, non. Kal. Julii Anno Salutis Id CCC LXXXIV. baptizatus fuit: nec Uxori modo suæ Ludomillæ ac Filiis Zpithineo & VVratislao, sed & promiscuæ Multitudini ut abnegata Gentilitate contemptisque quos ante coluerunt Diis Patriis Aqua saluari se tingerent, Auctor fuit: in constituendis Ecclesiis Cyrilli Archiepiscopi VVellehradenfis potissimum Opera usus: qui una cum Methodio Moravorum Apostolo Synergo ac Parastata in Slavorum Conversione fidelissimo A.C. Id CCCC.V. a Benedicto IV. P. R. in Vernacula Slavorum lingua Religionis Exercitium citato ad id Psalmi Versu: Omnis Spiritus laudet DOMINUM & omnis lingua confiteatur eidem, impetravit.

A. C. 905.

inde LESCUS
IV. & ZEMO
MISLUS:

Zemovicum in Polonia secutus LESCO IV. Filius Princeps quietis & Otii quam bellicæ gloriæ amantior: suo contentus, nemini molestus: eumque ZEMOMISLUS princeps & ipse probus: lenis munificus & hospitalis: quietisque exemplo Patris amans: quo regnante HENRICUS IMP. gloriosissimus non modo Ungaros, Gentilium deorum cultores, longe lateque Germaniam depopulantes ad Mersburgum tam ingenti Clade (caësis quippe eorum XLM. reliquis autem fugatis domitisque) adfecit: ut ab eotempore genus Hunorum quod olim totius Europæ Terror erat, interiorem Germaniam invadere amplius non ausum fuerit: sed & Henetos ac Sorabos edomuit, diversasque contra ipsos Marchias constituit: Bojemiam insuper Gentem quam tributum a CAROLO M. primum sustinuisse annuatim CXX. electos boves & D. Marcas, singulas CC. numerum pensitando Cosmas Pragenfis Decanus in Chronicis testatur, bello attrivit, ac tributariam iterum reddidit, ac Imperii legibus subjecit. Et mansit illa quidem DUCE VVENCESLAO Viro Pie & SANCTO in fide Imperatoris, donec Boleslaus interfecto per summum Scelus Fratre dominatum invasit, & OTTONI I. Cæs. Henrici F. semel atque iterum rebellavit.

cujus F. MIE-
CISLAUS
CHRISTO
nomen dedit:

Zemomyslo filius fuit Principatus Hares MICISLAUS qui variatis litterarum modis & Mieczislaus & Mieslaus: Polonis blandius Miesco: Germanis scriptoribus Miesco dictus: cum cæcus natus esset nec nili septimo ætatis Anno præter omnem spem visum recepisset, Imperium Poloniæ adeptus universam luce sua illustravit: ducta enim Coniuge Dambrouca (Dobravam appellat Ditmarus ita quasi Bonam dictam) Ducis Bojemorum filia, quæ familia recens ad CHRISTUM conversa orta, neptis quippe S. VVENCESLAI ex fratre Boleslao Crudeli suo interfectore: proneptis autem Borzivoii qui primus apud Bojemos CHRISTIANUS fuit tot illustrium Reginarum Exemplo marito suavit & persuasit, ut & ipse abdicata Superstitione Pagana ac *πολιθεία* per Sacrum Baptisma CHRISTO initiaretur. Et ab hoc quidem MICISLAO nobis quoque rerum Silesiacarum narrationem brevem, secundum Annorum Seriem complexuris, Initium sumendum: propterea, quod de Vetustioribus Gentis nostræ Temporibus vix quidquam exploratum habemus.

MICISLAUS POLONIÆ PRINCEPS.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

OTTONIS M.

Id CCCCLXV.

XXX.

SILESIA Patria nostra dulcissima cum reliqua Polonia sub hunc quem notavimus Annum post JESUM nempe CHRISTUM: DEI FILIUM: DEUM IPSUM: EX MARIA VIRGINE NATUM 965. Imperii autem OTTONIS I. IMP. qui propter singularem Virtutem & in Rebus agendis felicitatem MAGNI cognomen meruit, & Ecclesias CHRISTI apud Henetos, Danos & vicinos populos pia Cura & liberalitate constituit, trigessimum, relicto & ipsa tandem paganorum Cultu ac moribus CHRISTIANAM doctrinam agnoscere cœpit, ipso Gentis Duce præunte: qui ut religionis pietatem atque impensum studium re atque opera demonstraret, idolis Ethnicis templa repurgari, exoletæque religionis atque inanum deorum statuas magnis adfixas Periculis per Vicos gestari & in Ventum tandem projici atque comburi curavit, constitutis ad id peragendum ipsis Nonis Martiis, quæ in Dominicam CHRISTI pascentis suum cætum miraculose in viridi gramine circa festum Paschatos, quartam puta Quadragesimæ Latrare communiter dictam incidisse dicuntur, sed quod nonnisi post annos XXXVII. factum fuisse rerum Mathematicarum periti tradunt. Ejus rei memoria quotannis deinceps

SILESIA
CHRISTIA-
NAM Fidem
recipit:

inceps ritu publico quasi communia essent encania celebrata fuit: manentque ejus moris etiamnum vestigia in Silesia & vicinis locis: ubi Dominica illa, quam Mortis vocant, solent Pueri representantes istam Idolorum Confractionem & deturbationem circumgestare Imagines Mortis & sonare Carmina de Ejectione Diaboli: Hac Initia Christianismi in Silesia: cui magis magisque promovendo Micislaus Basilicas diversis locis, Supellectili omnis Generis necessaria ornatas & Censibus atque possessionibus locupletatas & in his quidem Silesiæ etiam Cathedram Smogroviensem quæ hodieque Smogra dicitur: & in Parte aquilonari ostenditur Viatori, milliaribus fere decem distans Wratislavia exædificavit: Episcopisque institutis decimas omnis generis frugum de suis juxta ac nobilitatis plebisque agris edictoperperuo (uti Polonorum Annales tradunt) adscripsit. His autem rebus perficiendis Ægidius Cardinalis Episcopus, Tusculanus Joannis XIII. P. R. qui per illud ipsum Tempus Leoni VIII. successerat, Legatus præfuit.

Micislaus Episcopus
Silesiæ Smogro
instituit:

Principis exemplum plerique optimates & populares nobiles ignobilesque promiscue secuti sic avide CHRISTI præceptionibus imbuti fuerunt: ut emori potius quam deserere cuperent. In cujus rei fidem mos ille apud Polonos per ea Tempora inolevit: ut homines Equestris Ordinis Templâ ingressi, dum Sacerdos apud Altare pronunciat ex quo Evangelista recitaturus sit Evangelium gladium medictenus stringerent, choro autem respondente: Gloria TIBI DOMINE: rursus reconderent: hac nimirum Solemnitate quasi testatum facientes pro Religione CHRISTIANA se extrema quoque facturos & puffers ac prius vitam bonaque omnia quam Evangelii professionem relicturos esse.

CHRISTI

966.

Anno

CÆSARIS

OTTONIS M. 31.

Primus in Silesia Episcopus Smogro constitutus & ab Cardinale quem diximus confirmatus GODOFREDUS fuit, Civis ut ajunt Romanus, sed quem Genere Germanum fuisse ex nomine quis haud inepte forte an conjicere posset. Is rudes & barbaros populorum animos Mysteriis CHRISTIANIS diligenter informando non exiguum pietatis Incrementum fecit. Templum ipsum Smogro constructum memoriæ D. JOHANNIS BAPTISTÆ quem a nascenti in his Terris CHRISTIANISMO Gens nostra venerata fuit, adeo quidem ut Principes etiam in suis Titulis nomen S. JOHANNIS præscriberent, dicatum fuit, cætera vile & abjectum. Nec vero universi hujus Episcopatus is aut splendor aut reditus ut cum Wratislaviensi qualis postea fuit aut etiam nunc est ullam partem conferri possit.

cujus primus
Antistes GODOFREDUS
Romanus:

CHRISTI

967.

Anno

CÆSARIS

OTTONIS M. 32.

Hac Tempestate Romanus Præsul diplomate publico Slavicae five Henetæ linguæ usum id Temporis in sacris Ecclesiasticis more Bulgaricarum Ecclesiarum inhibuit ac latina lingua concipi Liturgiam precesque jussit.

Linguae Slavicae
Exercitium
in Sacris Ecclesiasticis
interdictum:

Sub eadem Tempora (annum enim Ditmarus lib. II. non addit, quam ejus negligentiam in plerisque aliis narrationibus observare est) Udo Marchio & Sigfridus Comes Saxoniae adhuc Juvenis in Misenem Polonum, Imperatoris Clientem ac Vectigalem proficiscitur: prælioque cum hoste inito die qui JOHANNI BAPTISTÆ sacer, cum principio ab Udone Victoria stare videretur, ab irruente cum Copiis novis Cidiburo Misenis fratre ita profligantur: ut plerisque suorum interfectis in loco qui Cidinj dictus, vix ipsi fuga sunt elapsi. Conciliatur autem Pax rursus Ottonis Cæsaris qui Romæ tunc erat Edicto.

Victoria Misenis
ESLA a Germanis
reportata:

CHRISTI

971.

Anno

CÆSARIS

OTTONIS M. 36.

Micislaus Princeps Sororem suam * Adelheyden Geisæ Hungarorum Principi in matri-

cujus Soror
ADELHEIDIS
Geyse
Hungarorum
Principi nubit:

* Eadem Dlugoffus lib. II.

matrimonium collocat: a qua persuasus Geiſa & ipſe cum Hungaris ſuis CHRISTIANAM Religionem ſuſcepit.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

973.

OTTONIS M. poſtremo.

Ipſe vero
Quedlinbur-
gum ad Impe-
ratorem proſe-
ciſcitur:

qui Nonis Maji
obiit.

OTTO I. IMP. Quedlinburgum proſectus ad Diem Paſch. de More celebran-
dum qui tunc erat X. Kalend. apr. Conventum ibi agit Procerum Imperii, in quo ipſum
adierunt plurimorum Legati, utpote Græcorum, Beneventanorum, Romanorum,
reliquæ item Italiæ: nec non Ungarorum, Danorum, Slavorum, Bulgarorum, Ruſſo-
rum, præterea Poloniæ & Bojemix Ducis Micislaus ſive Miſico & Boleslaus præſentes
ipſi erant, cum comitatu inſigni. Compeſitis inter eos multis Controverſiis cum ho-
nore & muneribus ambo dimiſſi ſunt. Nec ita multo poſt optimus Imperator quo
poſt CAROLUM M. Germania vix habuit præſtantioſiorem, cum feſtum aſcenſionis
CHRISTI Mersburgi celebraret in Cœnobium Memlebenianum ad ripam Unſtrutæ ut
feſtum ibidem perageret Pentecoſtes proſectus * Nonis Maji, inter Manus filii Otto-
nis & Uxoris vitam placide clauſit: Succeſſorem naſtus eundem Filium Ottonem, cui
Initia Imperii exitere difficillima, quippe cum Henricus Dux Bojariæ, Henrici Filius,
Ottonis ipſius Patruelis ſua cupiditate & reges & Principes vicinos concitaret, conſilio ipſi-
us Abrahami Præſulis Friſingenſis, qui ipſi Henrico potius Imperium deberi contende-
bat, & ad partes ſuas Auguſtanum Moguntinum & Magdeburgicum pertraxerat: con-
ſpirantibus ſimul Haraldo Daniæ Rege, Meſicone Poloniæ, Boleslao Bojemix nec non
Henrico Carinthiæ Ducibus, verum Otto quod potentia antecelleret, & benevolentia
ac ſtudio ſubditorum Henricum ad Cauſam dicendam accerſitum pacem petere, de-
poſito Imperii Titulo coegit, eumque propter hanc molitionem exilio multavit, & in-
de in Danum, Polonum ac Bojemum arma vertit: ſed qui ſtatim armis poſitis cum
Imperatore in gratiam redierunt.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

983.

OTTONIS II. II.

Godofredo E-
piſcopo Wra-
tiſlavienſi de-
functo ſuccedit
URBANUS:
familia Roma-
nus.

Godofredo Epiſcopo Sileſiæ defuncto URBANUS è nobili ** Romanorum Fa-
milia S. MARIÆ MAIORIS in urbe Canonicus juffu Benedicti VI. P. R. Godofrido da-
tus: qui Viris quibusdam litteratis ex Italia ſecum una cum Supelleſtile librorum utilium
adductis, Scholam recentis teneræque Eccleſiæ nutriculum in Provincia apperuit, & lati-
num doceri Sermonem CHRISTIANÆQUE Pietatis ſtudia curavit.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

984.

OTTONIS III. I.

Micislaus Pol.
Dux, Henrico
Duci Baviariæ
contra IMP.
OTTONEN
III. accedit:

Ottone II. Imp. defuncto Henricus Bavarus ab exilio reverſus abductis in ſuas Partes
Epiſcopis aliquot & Imperii Principibus ac per Vim tracto ad ſe ſub tutelæ prætextu Ot-
tone Puero educando Imperium denuo adſectat, feſtumque Paſchatos Quedlinburgi
celebrat. Huc Miſeco, ait Ditmarus lib. IV. & Miſtuc & Bolislaus Ducis Polonorum
nempe, Obotritorum & Bojemorum cum cæteris ineffabilibus confluebant, auxilium
ſibi deinceps ut Regi & Domino cum Juramentis affirmantes. At enim vicit eorum
Sententia qui ab Henrico Ottonem repoſcebant, & huic ut legitimo heredi, Imperium de-
ferebant.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

986.

OTTONIS III. 3.

ſed facti preni-
tens OTTO-
NI III IMP.
ſe ſubmittit.

In Conventu Francofurtano Henrici Baviari Cauſa tranſigitur cumque Judiciis pru-
dentiorum ſeſe Cæſari ſubjiceret, Ducatus illi Baviariæ confirmatur, Otto autem rurfus
animis conſentientibus Imperator declaratur. Quedlinburgum hinc proſectus Paſcha
iſthic celebrat & Comitia, quibus inter cæteros interfuere Henricus Baviariæ Dux Im-
perii

* Lambertus Schaſnaburgienſis: Wittechindus: Ditmarus II. Marianus Scotus: Chrono-
graphus Saxo & alii.

** Illuſtriſſima Columnenſium Gente oriundum fuiſſe Inſignia ad Cod. Mſtum Dlugoſſi de vi-
tis Epiſcoporum Wraſlavienſium addita teſtantur.

perii Dapifer, Conradus Suevo Dux Camerarius, Hezilo Comes Palatinus Rheni Pincerna, Berno five Bernhardus Dux Saxoniae & Luneburgi Marescallus, Officiis illis variantibus adhuc & temporariis solemniter tunc defuncti. Venerunt eodem cum Muneribus amplis Bolislaus & Mifeco qui in diebus illis (verba sunt Ditmari) semet ipsum Regi dedit, & cum * Muneribus aliis camelum ei praesentavit & duas Expeditiones cum eo fecit.

Anno

CHRISTI

991.

CAESARIS

OTTONIS III. 8.

Incidit in hunc annum bellum Mifeconis Poloni & Boleslai Bojemi: quorum hic paternos Socios atque amicos Luticios, qui post Lufati dicti auxilio habuit: ille contra Saxoniae Comites & praecipua Auctoritatis Gifelerum Antistitem Magdeburgium ad suas Partes attraxit: Aviam praeterea Ottonis Theophaniam Augustam & ipsum Ottonem habens suo beneficio sibi conjunctissimos. Exercitus utriusque inter se spatio disjuncti parvo erant: & prope Selpolim pagum juxta lacum quendam qui ponte longo transmittebatur Saxones Castra fixerant. Nec quicquam tamen ab his memorabile gestum: nisi quod Pacis conficiendae Arbitrium susceperunt. Quae cum convenire non posset, Boleslaus loca quaedam Oderae vicina depradatur, & aedificia incendit, indeque retrocedens Urbem quandam (Nemizam Fabritius vocat) vi occupat: ac loci Praefectum Luticiis capite dat puniendum. Ita jam tunc inter cognatas Gentes Polonicam & Bojemicam bellorum factum est Initium, quibus subinde postea recrudescere solitis acriter haec Poloniae Pars quae SILESIA posterius dicta, ut quae propter Vicinitatem primis Periculis exposita, concussa fuit.

Bellum inter
Bohemos &
Polonos:

Anno

CHRISTI

996.

CAESARIS

OTTONIS III. 13.

ADALBERTUS Episcopus Pragensis secundus, Patre Slavico Libicensi Comite ac Strezyslava Matre natus, patrioque antea Sermone Woitechus dictus, cum non Hungariam modo in fide CHRISTIANA confirmasset, sed & vicinam Poloniam agnitamque Bojemis suis Gentem salutaribus praeceptis copiosius instruxisset ac tribus annis Gnesnensem ** Archiepiscopam tenuisset, Religionis CHRISTIANAE propagandae causa in Borussia profectus die 23. Aprilis prope Fishaufum Sinus Venedici oppidum a Prutenis demonum Cultoribus occisus Martyrii Corona cingitur. Corpus ejus disjectum nonnulli ab Hospite ad quem non ita pridem diverterat cophino collectum & trans Annem delatum, alii autem a Boleslao Poloniae Duce dilata in commodius Tempus Vltione, Auro & quidem minimo eo quod appensum in statera Corpus perexiguum ponderaret, cum barbari tantum Argenti live Auri pacti fuissent, quantum Corporis pondus adaequaret, redemptum fuisse, primumque in Tresmesnensi Monasterio collocatum, nec multo post ad Gnesnensem Basilicam honorifice translatum memoriae produnt. Dies Mortis toti Poloniae festus est, praecipue vero Gnesnensibus, ubi tunc celebres exercentur Nundinae.

ADALBERTUS
a Prutenis
occisus:

Miecislaus Primus Gentis Poloniae Princeps CHRISTIANUS cum piis & quietis Consiliis fere annis XXXV. Imperium tenuisset, a Pontifice autem Romano Diadema Regium frustra petiisset, hoc ipso anno secundum Annales Polonorum (Ditmarus enim 992. annum adsignat, Regni Ottonis III. Imp. octavum) inter vivos esse desuit, Poloniae honorifice funeratus: relictis ex Dambona quam dixi, filio unico Boleslao: ex Oda autem Moniali quam ex Coenobio Calva rapuerat, Filia Theoderici Marchionis (ita Ditmarus) Miescone: Svantopulco: & Bolislao: qui una cum matre Regno sunt ejecti a Boleslao Principatus paterni haerede, quem ille summa Polonorum omnium Voluntate suscepit, ac clarissimis Rebus gestis vehementer illustravit: militarem Disciplinam auxit, Regni fines longe lateque propagavit, Religionem stabilivit & augustiorem reddidit: denique feros & agrestes Homines ad civiliorem aliquanto Vitae Cultum

Miecislaus
obit: quem
BOLEZLAUS
F. excipit:

Cc 2

tum

* Eadem habent Annales Hildesheimenses & Chronographus Saxo.

** Archiepiscopatum Gnesnensem OTTO III. IMP. Chronographo Saxone ad an. 996. Teste demum in Honorem S. Adalberti fundavit, accedit Ditmarus coevus: hinc Archiepiscopum Gnesnensem Adalbertum fuisse nescit Chronogr. Sax. add. Celeber. Dn. Auctoris Bibliothecae Polonicae Specimen VI, pag. 44.

rum redegit. Sed & filiam Miecislao Ditmarus tribuit Svenonis Danorum Regis Conjugem, Haraldi & Canuti Matrem.

BOLESLAUS I. REX POLONIÆ.

An ab OTTO-NE III. IMP. Coronam acceperit? OTTO III. Imp. Voti damnatus ad visendas ADALBERTI MARTYRIS Miraculis clari quem vivus amaverat & quò cum aliquando conversatus fuerat Reliquias religionis ergo, sequentibus eum Gisilero Magdeburgico & Eckardo Marchione, Gnesnam proficiscitur ubi a Boleslao Principe magnifice dapiliterque exceptus REGEM illum POLONIÆ, cum antea Principes Poloniæ Duces tantum vel quidvis potius quam Reges nuncuparentur, creavit, sed tributarium ut Scriptores Germanici referunt: Id quod Poloni constanter negant, a Tributo & omni Jurisdictione Imperatorum immunem factum adferentes. Ditmarus Ottonis III. & σύνχρονος & agnatus, qui rem tam memorabilem quam est Regia Dignitas, nec ignorare potuit, nec cognitam præterire Silentio debuit, cum præsertim in rebus etiam minimis maneat sæpe disertus atque diligens sit, heic plane elinguis, nec de Coronatione quicquam nec de Tributo scribit, quamvis protectionem ipsam ejusque causam minime fileat: nec alibi etiam Clientelam qua Polonorum Principes devincti Imperio essent dissimulet, quin imo post etiam Ottonis Anno, ut Baronius docet 1008. Boleslaum non Regem sed Ducem appellat his Verbis: Dux Russorum Vlodimirus tres habens Filios uni eorum, Bolezlavi Ducis Polonorum nostrique Persecutoris Filiam in matrimonium duxit.

Eundem Boleslaum Ducem non Regem vocat Marianus Scorius Boleslai Temporibus proximus quippe qui Chronicon suum ultra annum 1083. non perduxit. Is igitur ad an. 1004. ita scribit: Henricus Rex Romanorum ex Duce Bavariz factus Italiam, Bohemiam & Boleslaum Ducem Polonorum cum omni Slavorum Gente subjugavit. Mariano antiquior Hermannus Contractus (nec enim ultra annum 1054. scripsit) clarius idem eodem anno 1004. docet his Verbis: Henricus Rex in Slavos Arma convertit, Boëmanisque ad pristinam Servitutem tributumque redactis Bolezlauum etiam Ducem Slavorum Polonorum cum tota Gente sua subjugavit, & in Saxoniam Victor rediit. Gregorius VII. anno 1075. litteras ad Polonorum Ducem dedit cum istoc Exordio: Gregorius Servus Servorum DEI Bolizlao Polonorum Duci Salutem & Apostolicam Benedictionem: non omissurus Regium Titulum si Rex Polonis fuisset. Accedit Testimonium Lamberti Schaffnaburgensis ad an. 1077. Adjunxisse Coronam dicitur Imperator hospitale Munus, unum de clavis quibus CHRISTUS DOMINUS Crucis fuerit affixus, & Lanceam D. Mauritiij, Scriptoribus plurimum celebratam, quæ omnia in Basilica Cracoviensi ubi sedes est Episcopi adhuc videri Cromerus & Fullsteinius testantur.

Nec dissentit ab his Albertus Kranzius III. Vandal. 36. cujus ea de Re hæc sunt Verba: Regium tibi nomen damus & honorem Amicumque Casarez Majestatis ex hoc die adscribimus. Et hæc dicens Coronam Capiti Ejus imposuit, deditque Imperator Boleslao Regi pro regalibus Insigniis lanceam B. Mauricij & clavum DOMINI. Hæc autem regalia Insignia, Corona scilicet & Sceptrum & lancea ad multa Tempora in Armario Cracoviensis Ecclesiæ ad memoriam posterorum conservantur. Ita Albertus, sed Errorem manifestum errans, cum hæc Ottoni II. tribuat, sub cujus Imperio Adalbertus nec dum Martyrio coronatus fuit, tantum abest, ut ad Tumulum Martyris Imperator ille Peregrinationem suscipere potuerit. De Lancea tamen Mauriciana quod dicitur non immerito quis miretur, cum Viterbiensis qui diu post hæc Tempora vixit Lanceam S. Mauricij Ottoni M. Ottonis III. Avô a Bosone Rege Arelatenfi traditam, inter Imperialia Monumenta tunc usitata & usurpata numeret & describat, nisi forte aut plures fuerunt S. Mauricij Lanceæ sive Hastæ: aut pars de Lancea tanquam Sacrum ληπτανον lanceæ factæ inclusa, Mauricianæ Nomen acceperit. Nec ingratus vicissim novus Rex, præter insignem Abacum ex Auro, Argentoque & Auræ Vestesque marinas preciosas, ADALBERTI MARTYRIS manus Auro inclusas ut Baronius & Gordonius, sive ut Polonorum Annales habent, Brachium Imperatori donavit, quod ipse postea Romæ in Insula Tiberina in Ecclesia ibidem a se extracta ut & Corpus S. Bartholomæi condi fecit. Quin ut firmior esset Concordia tunc inita, Otto Imp. neptem suam ex Sorore Mathilde, Ezonis ut Ditmarus nominat, sive ut alii Erenfridi Comitris Palatini ad Rhenum Filiam Richsam, Boleslai filio Miecislao XII. annorum Puero despondit: quæ paulo post in Poloniam missa est ibique educata. In illo porro religioso Itinere Otto Imperator ex Episcopo Gnesnensi creavit Archiepiscopum: quod tamen eum non legitime fecisse Annales Saxonici testantur. Nam nec Antistitem

Magde-

Magdeburgium audierat, cui ab Ottone I. omnes Ecclesiæ Polonicæ subjectæ erant, nec Posnaniensem Magdeburgii Vicarium in Consilium ahibuerat. Subjecit autem Gnesnano, ut Ditmarus Auctor est, Episcopum Reinbornum Cholbergiensem, Popponem Cracuensem, Joannem Wiotislaensem. Ubi nescio an recte legerit Fabricius Wratislaviensem: Joannes enim Wratislaviensis longo post Ottonem Tempore vixit. Posnaniensis autem cum de Jure suo pugnaret, sub Ditione Magdeburgica tunc permanfit, & ei per Poloniam Ingenuitatis concessa privilegia. Vid. Fabricius II. origin. Saxonicarum a quo longe alia refert Cromerus de Rebus Polonorum l. III.

CHRISTI

1002.

Anno

CÆSARIS

HENRICI II. 1.

Otto III. Imp. gloriosissimus idemque non de Germania duntaxat in qua Senatum Mors OTTO- Electorum aut primus instituisse aut saltem meliorem in Formam ordinemque redegis- NIS III. Imp. se creditur, Germanis certe sua Constitutione proprium & perpetuum fecit Imperium ejusque potiundi Spem Italii Gallis aliisque finitimis Nationibus ademit, sed de Polonia etiam cujus Principes ad Regium Culmen evexit præclare meritis die 28. Januarii apud Paternum sine liberis decessit: cui in Imperio succenturiatus HENRICUS II. qui Claudus item Sanctus dictus est.

CHRISTI

1003.

Anno

CÆSARIS

HENRICI II. 2.

Eccardo Marchione Misniæ & Thuringiæ, qui Eckersbergam condidit & fidi co- Boleslaus Po- gnomen in gente sua meruit, cum Imperium adfectaret Polledæ castrum ac Jenæ ad Salam lonus Lusatiam honorifice condito, Boleslaus Polonus magna coacta manu Geronis Lusatiz Marchio- Misniamque nis Ditionem omnem pervagatus, Urbem illi præcipuam Budissinam eripit: nec con- pervastat: tentus eo successu arma ultra Albim transfert, Strelam Urbem invadit, indeque Misnam versus Exercitu ducto oppidanos pretio corrumpit, qui ob id seditiose contra Hermannum, Eccardi Filium Temporis opportunitate arreptum, quod præsidii Pars Magna pabulatum exiisset, tumultuari cœperunt, Ductoremque præbente se Guncelino Hermann- ni Patruo (erat enim inter agnatos Odium valde asperum, ut fieri fere solet inter pa- truos & fratrum filios, cum in hos illi semper sint severi, ut Ditmari habet γνῶμη) portam Arcis Orientalem occuparunt, castrumque in amicis Hermannii Breccione ad Ob- sidionem Ejus aggressi, Ozerum Præfectum sibi ad necem dedi magno Clamore postu- larunt. Id cum ille per Ditmarum Dignitatis Equestris Virum & apud Cives antea gratiosum deprecaretur, ac multitudinem, patris huic exprobrando beneficia, ut arma deponeret, aut discedendi sibi potestatem faceret, hortaretur, postremum solum obtinuit, & Urbs Polono tradita fuit: qui successu rerum elatus regionem illam omnem ad Ely- strum usque fluvium occupavit ac Præfidiis munivit: Misnam autem Guncelino custo- diendam tradidit. Caterum Saxones id fieri videntes non sine suorum incommodo Copias suas Polono objiciunt: sed qui legato iis obviam misso, ut placati discederent, facile persuasit. Fabricius l. III. Orig. Saxon. Boleslao Bojemio hæc tribuit, sed quem falsum fuisse vel ex eo apparet, quod Ditmarus Boleslaum hunc Misseconis Filium fa- cit, eumque a Bojemorum Duce Boleslao Ruffo disertis Verbis plus vice simplici ac tunc imprimis discernit, quum finita hujus Expeditionis a Boleslao Misseconis Filio hi- storia sic porro de Bojemio ὁμιλονίω scribit: Alter autem Boleslaus Bojemorum Provisor, cognomento Ruffus, & Impietatis Auctor immensæ, antiquo more jam paululum re- frenato Duci aspiravit Henrico &c.

CHRISTI

1004.

Anno

CÆSARIS

HENRICI II. 3.

Boleslaus Polonus in bello Henrici Marchionis Austriæ, cui erat confederatus, Boleslai Cla- Misnam sibi a Guncelino restitui postulat, qui formidine novi ab Henrico II. Cæsare des: Periculi, cujus interea Militem præfidiarium receperat, id detrectat. Quapropter Boleslaus eum bello oppugnavit, eumque exercitum ad Strelam suæ filiæ oppidum Vado per Albim monstrato traduxisset, Lomaciam sive Dalemiaciam pagum optime tunc

excultum (tractus is inter Albim & fluvium Chemnitz) ferro, Igne, rapinis devastavit: cumque Mogellanam obsessam itidem in suam Potestatem redactus esse videretur, callido Mogellanorum Commento, deditione quippe simulata, se Socios fore Polonorum pollicentium, cæterum Moræ Prætextu invento, sumptis confestim Armis ante Solis Ortum in Polonos fessos & dormientes irruentium, averfus, nec sine multo suorum damno discedere coactus fuit.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

1005.

HENRICI II. 4.

HENRICUS
CÆSAR Bo-
leslao Polono
fugato Jaromi-
rum Bohemiæ
Ducem consti-
tuit:

Henricus Cæsar in Milcienorum Gentis Slavicæ, quos ad repugnandum Boleslaus Polonus credebatur excivisse, fines progressus, aquarum exundatione, cum Ventus Glaciem & nivem intra duas noctes resolvisset, impeditus fuit, majusque damnum ipse accepit quam hosti intulit. In Italiam inde cum se recepisset, reversus ex ea, eidem Boleslao Polono, qui sive Cupidine latius dominandi, sive accepta Contumelia per crebras Bojemorum in extremam hanc Poloniæ Oram ad Montes Sudetes excursiones stimulatus, militem & cum eo stragem in Bojemiam duxerat, Oppidaque & Arces non paucas partim Vi expugnarat, partim in deditionem acceperat, ipsamque adeo Regni Metropolin sui Juris fecerat (quanquam hoc biennio post demum factum Poloni Scriptores tradant, ac Bolezlaum tunc Moravos quoque Imperio suo tributarios fecisse scribant) bellum movit: cujus is fuit exitus, ut præfidiis Polonicis deturbatis, Henricus felici Auspicio Jarimirum Bojemum restitueret, & cum eo Pragam adiens in Majorum Solio collocaret. Boleslaus in angustias magnas insperato coniectus, per Pontem Multavicum, quem tunc Zobislaus D. ADALBERTI Antistitis frater custodiebat, cognitaque Boleslai fuga satellites suos arma sumere iussit, sed in ipso tumultu trucidatus fuit, e Manibus Hostium, etiam Manu sua fortiter usus evasit, & ad Milcienos fugit, in quos statim iterata Expeditio decreta, & Budissina obsessa fuit, ad quam Urbem Copias adduxit Guncelinus Marchio antequam Cæsar veniret, qui interessè illi Obsidioni voluit: quanquam non sine Periculo. Cum enim ad Vallum perlustrandum propius accessisset, intenta Hostis in eum Machina est. Quod cum Satelles quidam vidisset, ipsum inclamans monuit, ac Corpus suum pro Salute Domini objecit: Urbs tamen paulo post, cum ne flammis absumeretur Guncelinus provido Consilio impediisset, Boleslao ipso, qui suppetias ferre tempore difficillimo non poterat, permittente dedita est: exindeque firmiter Præsidium accepit.

Urbano defun-
cto CLE-
MENS: Epi-
scopus III.
Smogroviensis
succedit:

URBANO Silesiæ Episcopo defuncto, Clemens nobilis Italus, Urbani ex Urbe Comes, Cathedram obtinuit: isque non Cleri tantum sed populi etiam Votis & suffragio electus secundum Praxim nempe ac Consuetudinem veteris Ecclesiæ. Quæ abolita hodie a solis Canonicis Electio Episcoporum peragitur: licet Reges ac Principes plerumque suam interponant Auctoritatem.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

1006.

HENRICI II. 5.

HENRICI
CÆSARIS in
Bolezlaum Po-
lonum suscepta
Expeditio:

Nova hoc anno in BOLESLAUM suscepta Expeditio, in quam præter alios Principes JAROMIRUS quaque Bojemus nomen dedit. Locus quo convenire debebat Exercitus, dictus erat Kirchana & Dobraluca, de quo certior redditus Polonus Occasionem conveniendi impediit, suumque ipse Exercitum Kirchanam versus adduxit, Præfectis Bojemicis, uti creditum, Pecunia corruptis, qui per Sylvas & Paludes Agmen ducentes militem fatigabant, cum nullum uspiam Hostem conspicerent: Superatis tandem Viarum Difficultatibus in Provincia Nisana cum Imperatoris Exercitu conjunguntur, & ad Spream Fluvium Castra ponunt, a quo haud longo Intervallo hostis aberat. Thiternus miles egregius facinus aliquod edere memorabile ac cum selectis Sociis in castra hostilia Impetum facere decrevit: sed Conatus ejus optato Successu caruit. A Sagittariis namque Polonis interceptus, & cum Sociis quos inter Bernhardus, Isis & Bereno Arnulfi Præfulis Satellites fuere, obrutus interiit, non sine dolore & Imperatoris, qui Viros fortes amiserat, & Boleslai, qui captos fuisse viventes malebat. Factum id VIII. Idus Septembr. Auxiliares inde Copias Lutrici quoque quorum profana tunc Religio, Imperatori adducunt: atque ita inæqualium Populorum, inæqualium etiam Ducum inæquales Turmæ, in hanc ipsam Silesiam, sed posterius sic dictam, ad Oderam

usque

usque Fluvium progressæ, juxta Boberam Amnem (quæ Vox Latinis Castorem sonat) castra figunt: sed ab ejus Transitu a Boleslao qui in ripa adversa cum ingenti exercitu Crosnæ se continebat vi prohibentur. Parantur Navigia & Pontes ad trajiciendum, quod dum magno negotio per septem Dies ageretur, vadum interim per Exploratorem repertum est, suntque sub crepusculum Equitum Cæsarianorum Turmæ sex furtim transductæ. Qua de re aliis atque aliis nunciis Boleslaus certior factus, ac subito Terrore percussus, Machinis, Commeatu & Impedimentis relictis in fugam se dedit & hostis Oculis sese subduxit. In flumine transeundo tardiores Luitici fuerunt. At Saxones frustra Polonorum Celeritatem insecuti, ne in aliquas Insidias præcipitarent, statim ad Castra revertuntur. Luitici interea Castra Polonica deserta spoliabant, qui si ad arma quam ad Rapinam prius se vertissent, multos adhuc hostium in Castris oppressissent. HENRICUS IMP. victoria elatus in Cœnobium Mefericiam divertit, ibidemque diem Martyrum Agannenſium qui de Legione Thebæa sub Maximiniano Imp. una cum Duce suo generosissimo Mauritio pro CHRISTI nomine maximo numero, copiosa- que multitudine Sanguinem effuderunt, ac pro vulgari Corona militari coelestem & æternam adepti sunt, solemniter celebravit, ac ne qua (Monachis metu dilapsis,) aut ædificiis aut bonis Cœnobii Injuria fieret, Edicto prohibuit. Sacris ejus diei peractis Boleslaum porro insequitur: ferroque & Incendio in Solo Polonico grassatur: cumque duobus a Posnania milliaribus abesset, a Proceribus rogatus isthic substitit. Milites in Commeatu convehendo & legendis Spoliis incautius palantes multi occiduntur. At Boleslaus cum imparem se Cæsari videret sollicitudine anxius gratiam Ejus per Legatos implorat, Obsidibus statim una missis, ut sine mora Conditiones scribi & consignari possent, quas Taymo Antistes Magdeburgius recta cum aliis in Poloni Castra ingressus tulit, & hujus mentem Imperatori retulit. Novo inter ipsos fœdere firmato Saxones cum auxiliaribus suis ab armis discedunt, ac domum redeunt. Nec multo post Imperator in Turbatores quosdam Pacis publicæ animadvertit, ac Merseburgi quidem Brunonem militem egregium: Slavorum autem præcipuos Borisen & Nefemuschlen (quæ nomina a familiarum nobilium quæ adhuc superstites sunt Wurissen & Nisemeushel, appellatione non abhorrent) suspendio adfecit.

quæ ex Voto
cedit:

Pax inde fan-
cita:

Anno

CHRISTI

1008.

CÆSARIS

HENRICI II. 7.

HENRICUS IMP. Paschalem Solemnitatem Ratisbonæ celebravit, quo venientes Luticiorum, magnæque ut Ditmarus appellat Civitatis Luibni (Lauben nonnulli interpretantur, Meibomius Lubenitz, indeque dictum pagum Lubenizi sive Lubomizi qui fuerit tractus circa urbem Wurtzen) nec non Jaromiri Bojemorum Ducis Legati de hostilibus eum molitionibus Boleslai non exulis Bojemi ut perperam scribit Fabritius sed Poloni, qui eos Populos ad defectionem trahere, suamque in Societatem pecunia conducere conaretur, monuerunt. Itaque communi Principum Consilio Hermannus Marchio Misniæ Comes Rochlicius, familiariter cum Polono sæpe congressus, Generque adeo illius factus, fecialis ad bellum socero denunciandum ablegatur. Quam ob Causam minus benigne Socer illum habuit, testationeque interposita se ad id quod facturus deinceps sit invitum cogi, ac quæ bellum semel motum consequantur mala, in Cæsaris Caput recasura esse, dimisit: Exercitu autem mox collecto in Germaniam penetravit, ac Pagum Morezinum juxta Magdeburgum vastavit, nulla omnino fraternitatis Spiritualis quam cum Parthenopolitanis contraxerat, habita ratione. Inde Servestam adortus Cives qua metu qua præmiis ut Arma secum conjungerent adduxit. Quo comperto Saxones, quorum primicerius erat Taymo Archiepiscopus coacto tumultuante milite ad impediendum Hostem in Trebocam eunt: sed Viribus diffisi suis animos hostem invadendi statim abjiciunt ac retrocedunt. Polonus nemine obstante pagum Luzici (tractus hic fuit circa Dobrelucam ad Elistrum fl.) Zoram sive Soraviam, nec non Selpolim (tractum inter Albim & Oderam) occupat: ac quanta potest Celeritate ad Budissinam contendit Guncelini Milite & Hermanni Præsidio tunc munitam. Ad muros inopinato veniens deditionem postulat, cumque crudeliter aut injuste agere videri nollit, dies ad deliberandum septem concedit. Cives de suo Discrimine Hermannum certiores reddunt & auxilium ab eo flagitant, sed qui sociorum causam ad Vicinos Principes, imprimisque Waltardum Præpositum Magdeburgici Antistitis vicarium

verum haud
diuturna:

Boleslao ite-
rum novas res
moliente:

carium defert. Iis vero moram nimium trahentibus, cum Budiffini & Spe suppetiarum & Annona destituti graviolem indies atque asperiolem oppugnationem experirentur, ac prodicionem insuper multis Civibus in hostilem Partem inclinantibus pertimescerent, ne cum Urbe Vitam simul amitterent hac Conditione deditiolem annuunt, ut Corporibus, Armis, Sarcinisque quas quisque dorso bajulare posset, salvis discedere liceat. Quod cum Boleslaus facturum se recepisset, atque adeo fecisset, urbem in suam Potestatem redegit: ad quam statim Cives aliqui qui dimissi erant, ut vel Agellum vel Aediculam reciperent, redierunt, & Victoris stipendio militarunt.

Bellum quod-
que Polonos
inter & Russos
exortum:

Referunt & ad hunc Annum Scriptores Poloni bellum Russicum, Stoppelco Russorum Duce Arma Polonica provocante, quibus frater Jaroslaus a quo pulsus erat, vinceretur: in hunc ergo Boleslaus ivit, eoque fuso Russiarum viscera Victor percurrrens, etiam Kiovia insigni tunc Urbe, ubi Polonorum olim Patria, potitus est, sed quam intactam, Thesaurum duntaxat Principis in donativum Militem & in sumptus belli ab-
to, Stoppelco exuli restituit. Discedentem jam collecto Exercitu inscutus a Tergo Jaroslaus nova sed iterum infelici Pugna excepit, tanta suorum strage ut Bogus sanguine castrorum rubuisse dicatur. Reversus in Regnum Boleslaus proceres ac Milites eos, quorum Virtus maxime praeclaro aliquo facto perspecta erat, pro meritis collaudatos, honoribus & praemiis affecit: pacisque ad artes conversus Rempublicam ordinare coepit, corrupta corrigere, inveterata mala sensim tollere: non minus Domi lenis Rex quam Victor foris acer: quod quidem Cognomentum (id enim Chrobry sonat) propter spectatam in eo bello excellentem Virtutem & animi magnitudinem ab ipsis Russis tributum accepit.

Anno

CHRISTI

1012.

CAESARIS

HENRICI II. II.

Revocant ad hunc annum Scriptores Poloni Initium belli Saxonici quod ultra quinquennium duraverit. Volunt autem Scriptores Poloni Boleslaum sine obstaculo (Henrico quippe Imp. tunc bellis Italicis implicito) pervagatum esse universam Germaniam Septentrionalem ad ipsam usque Cimbricam Chersonesum & ad Ripam Salae Trophaea & Limites fixisse. Quod tamen veri Speciem vix habere Curzus putet: Lusatiam tamen & Misniam cum Exercitu percurrisse, quin gentem Vandalicam quae a ripa Albis ad Salam usque habitabat aliquot annis conjunctam cum regno Poloniae retinuisse concedit: At enim non tunc primum sed multis retro annis Boleslaum in Saxoniam irrupisse ex Ditmaro apparet: cui eo certior fides & auctoritas, quod pleraque non audita sed visa etiam & quorum ipse Pars fuit commemoret.

Boleslai Virtus
qua fines Im-
perii prorogat:

obsessamque
Glogoviam ser-
vavit:

Quin imo huic anno adsignanda videtur Expeditio nova ab Henrico Imperatore in Conventu Belegorense (oppidum id fuit Marchionis Geronis sic dictum, quasi Mons pulcher) adversus Polonum decreta, sed cujus major fuit apparatus quam Gloria. Cum enim Imperator ipse & Taymo Antistes ei intimus in adversam incidissent Valetudinem Duces bello lecti qui Silensi & Diedesini pagos (quorum ille tractus Silesiae circa Montem Sabothum, hic vel in Marchia Uccerana vel in ipsa etiam Silesia fuit uti conjicit Georgius Gallus, qui Ditmarum Germanice loqui fecit) devastarent. Ii vero fuerunt: Jaromirus Bojemus: Arnulfus & Meinwertus Episcopi: Gero Marchio Lusatiae & Hermannus Misnensis. Qui junctis Copiis viribusque regionem omnem a Budiffina ad flumen usque Oderam depopulati, Glogoviam inde Urbem in qua copias suas Boleslaus collegerat, adorti sunt. Milites Poloni instare hostem & jam Urbi aciem imminere de muris cernentes erumpendi sibi & arcendi ne ignavi & timidi haberentur, potestatem fieri avidis quisque Votis exoptabant. At Boleslaus non modo feliciter se cum fortuna pacisci si urbem in tam ancipiti Discrimine servaret, verum etiam frangi hostem aut lassari mora posse, si propugnantium pertinacia duraret moeniaque insisterent ratus, blando Alloquio Animos suorum repressit, & intra praesidium ipse se continuit: neve quis pugnandi Aviditate porta egrederetur, interdixit. Nec male cecidit Consilium. Tamen enim non sine terrore primus esset Caesarianorum Incurfus, tantam tamen capere fiduciam non potuere, ut primo eventu fortunae crederent: cunctari coeperunt, ac mox tanquam Impetu consumpto lenti & circa opidorum munitorum, agrorum & villarum spoliationes occupati elanguerunt: tandemque relicta ejus Urbis obsidione in qua summum erat Victoriae momentum, non sine dedecore, etsi haut minimo tamen Incolarum detrimento domum redierunt.

Anno

Anno

CHRISTI

1013.

CÆSARIS

HENRICI II. 12.

Boleslaus Polonus occasionem rei bene gerendæ cui semper imminerebat, oblatam sibi ratus, Henrico quippe Cæsare tunc absente & apud Mediomatrices hærente, Wal-^{Inde Libusiam Urbem expugnat:} tardo autem novo Antistite Magdeburgio inopinato defuncto, ad antiquam usque sed recens ab Imperatore restauratam Urbem Libusiam (Romanorum Coloniam fuisse Ditmarus tradit, Initia ejus Julio Cæsari adscribens quod tamen in dubium alii non immerito fortassis vocant, cum constet vel ex ipsius Cæsaris Commentariis eum vix Cis Rhenanæ, nedum Svevi vel Oderæ Ripam attigisse, non negantes interim, dandam esse Veniam venerandæ antiquitati, quod plerumque Initia Urbium ingentium augustiora facit) exercitum suum traduxit: cumque major esset Urbis Ambitus quam pro Copia Præsidij quod intus erat, aut ipsorum etiam Incolarum, quibus tunc minus adhuc frequens, nec Saxones propter Albis fluminumque aliorum Inundationem ac propter accessum Poloni nulli plane ne cogitatione quidem aut suspicione provisum explicato agmine & ostentata obsidione terruit, ut portis apertis ultro se imperata facturos pollicerentur: cum præsertim sperarent, si neminem ex adversariis telo aut gladio læsissent, se quoque a Victore melius habitum iri. At ille sine pavore atque discrimine in omnes grassatus cade & Sanguine cuncta implevit, & duravit accensa rabies donec nec essent qui occiderentur & in Cineres tecta concidissent. Magna tamen Pars capti: in queis Urbis Præfectus Schich (quem in Urbium Defensione non tam suamet ipsius Culpa quam fato quodam usque adeo infelicem Ditmarus scribit ut quotquot tuendos acceperit, amiserit) graviter vulneratus: Guncelinus item de Wisso: alique complures ad Ostentationem Victoriæ atque Triumphi in Vinculis abducti: Præda inter militem flammamque divisâ: quicquid rapi non potuit Incendium hausit; Incidit ea Urbis Calamitas in XIV. Kalend. Septembris: cujus fama ad Augustam quæ Mersburgi tunc erat delata, Copias Marito absente conscribi & ad flumen Muldam convenire jussit: ut si hostis Albim transfret, ejus Conatus impediretur: sed qui victoria latus magna cum omnis Generis Præda suos reduxit. In Boemia circa hæc Tempora insignis facta Mutatio Jaromiro Duce a fratre Udalrico patria pulso: qui cum ad Boleslaum quem hostem hætenus habuerat initio confugisset, Imperatori Mersburgum reverso supplex factus, quod ingentem Bavarorum multitudinem occidisset, pro Gratia indignationem, pro restitutione carcerem meruit, Ethelboldo Præfuli in Custodiam datus. Udalricus autem Mersburgum accitus Ducatum quem sibi injuste usurparat, benevolentia & auctoritate Imperatoris gratuito accepit.

Anno

CHRISTI

1014.

CÆSARIS

HENRICI II. 13.

Imperatorem Alsteti Epiphantias agentem Boleslai Poloni Legati adierunt, cum Venia & obliiteratione præteritorum reconciliationem & Amicitiam petentes. Responsum legatis ex Sententia: qui cum Imperatoris animum propensum & facilem Mi-^{Pax demum fr. mior CÆSARIS inter & Boleslaum sancita:} seconi Boleslai F. renunciaissent, statim ille iter ingressus ac Magdeburgum quo Imperator ipse Kalendis Februarij venerat, ut Diem oblationis CHRISTI ibidem Solemnem ageret cum insigni Comitatu profectus, quæ a Legatis dicta ac promissa fuerant rata habuit, oblati novis Donis & muneribus Clientem se Imperatoris professus est, ac fidem Juramento firmavit. Nec multo post Boleslaus quoque Mersburgum venit, ipsoque die sacro Pentecostes Insignia Equestria accepit, & auratus Templum adiens se in Imperatoris Auctoritate futurum concepto Juramento juravit. Amicitia sanctius firmata obsides Boleslao redditi, cumque munera Imperatori & suo & Uxoris nomine obtulisset, multo majoribus ipse cumulatus discessit: & ad bellum Ruthenicum Germanorum etiam Auxiliis instructus rediit. Promisit & tunc Boleslaus sese socium Henrico futurum in Italiam quod tamen non præstitit. vid. Ditmarus & Joh. Georg. Herwarti Mantiff. contra Bzovium.

Anno

CHRISTI

1015.

CÆSARIS

HENRICI II. 14.

Hermannus Marchio Misniæ Boleslaum Socerum pace rupta evocantem visit, ac

Dd

pacem

Ha tamen ite-
rum infracta,
cum Turbis in
Boemia exortis
se se immisceret
Bolezlaus :

pacem illi denuo suadens Legatum Ejus Sbigneum ad Caesarem ea de Causa missum deducit: sed ut operam illam frustra insumserit, quia Boleslaus interea Bojem ad defectionem sollicitarat, missum ad Udalricum Ducem qui festum Paschatos cum Caesare Mersburgi celebrabat, filio Misecone, ut bellum ei Viribus communibus adversus Caesarem gerendum persuaderet. At vero Udalricus colloquii secretioris specie in agrum deductum comprehendit: socios illius interficit: ipsumque vinctum in Boemiam trahens in Carcerem conjicit. Factum hoc Udalrici male Imperatorem habuit, qui missum ad illum Theoderico Ditmari Mersburgensis Episcopi nepote violentiam ei ac Cadem contra Jus Gentium perpetrata exprobat, ac ne captum Injuria aliqua indigniore afficiat, sed ipsum ut qui unus ex aulae suae familiaribus esset in suam Potestatem quamprimum tradat monet. Id Bojemus minime faciendum ratus, in hanc sententiam Imperatori rescribit: nihil quidem optatius sibi quam Imperatoris mandata quavis exequi posse, sed ereptum se nuper DEI beneficio ex Ore Leonis, ejusque Catulum sibi insidiantem in suam Potestatem redactum: quem si liberum dimitteret, hostes habiturum pro uno binos Patrem & filium: sin vero in Custodia detineret, non parum inde sperare Utilitatis, neque eo minus tamen, quidquid Caesar censuerit, cum suo etiam incommodo sese facturum. Lecta Epistola Imperator alium mox Legatum ire jubet, qui Duci nunciet, ut omni sollicitudine deposita Miseconem ad se transmittat, Curam sibi fore, ut fida & firma Pax iniri queat.

Udalricus ergo Miseconem quanquam invitus dedit: cujus rei fama cognita Boleslaus Imperatori quod filium captivum liberarit gratias agit, eundemque sibi remitti enixe petit. Id vero cum Imperator facturum se nisi Principibus Imperii consentientibus negaret, diemque illi Mersburgum indiceret, ubi praesens audiret Principum sententiam de qua facturum se aiebat, quae essent ex dignitate futura: Boleslaus ira inflammatus nihil non quo filium liberaret attentavit, cumque Mersburgum accedere nec sibi honestum nec satis tutum judicaret, Principibus tandem & Praesulibus nonnullis, sed auro ut creditum fuit corruptis, suam & filii salutem commisit. Ad conditum ut Caesar venit locum, in frequenti Principum Consilio singulorum Sententias, quidnam hac in re opus facto esset, exquisivit. E quibus cum Sententiam primus dicere jussus esset, Gero Archiepiscopus Magdeburgius, cum occasio inquit, esset amicitiam Boleslai retinendi, idque vestro cum honore fieri potuisset, ut captum ei Filium restitueretis, minore dolore & offensione Patris, tum mea vobis displicuit oratio: nunc illo a nobis alienato, vereor equidem, si absque Obsidibus & fide publica filium reddatis, num in Officio mansurus sit, vel Pater contemptus, vel Filius in Injuria laesus & carcere dehonestatus: Caeterum huic Geronis Consilio acerrime & validissime repugnabant qui aurum Poloni acceperant, nullam omnino obsidum mentionem faciendam contendentes. Quorum & Sententia denique obtinuit, & captivus Adolescens, monitus ut beneficii, quod jam accipiebat, meminisset, cum honesto Comitatu in Poloniam reductus est. At enim vero Miseco cum primum in Patriam rediit, a patre Boleslao infligatus ad inferendum Germanis bellum se convertit. Quod Miseconis coeptum cum Caesarem non falleret, quod facta dictaque ejus multa, quae non nisi ab Inimico & irato proficisci possent, emanassent, nihil moratus Parthenopolin concilium indixit, cumque visum esset officium a Polonis armis & metu repetere ipse collecto exercitu ad Oderam eum adduxit, & in Marchionis Geronis Provincia circa Francofurtum depopulanda militum libertati plusculum indulxit. Progressus inde Exercitus ad Crosnam opidum confedit: ubi cum in castra Imperator advenisset, de communi Sententia ad Miseconem qui in propinquo Castra posuerat, legati decreti, noti illi olim homines, qui accepti ab Imp. beneficii tum Sacramenti & religionis placide admonitum ad officium revocarent. Hi cum venissent primum aegre sunt admissi: demum cum eis Potestas adeundi & colloquendi data esset, nihil pro sano responsum fuit: cum diceret Miseco; recordari se quidem meritorum & fidei, ac gratiam Germanis debere: verum se patriae Potestati nunc subiectum aliud facere, haud posse, quum quod & mandatum Patris & militum Voluntas exigat: lares patrios qui peterentur defensurum se: donec aliud Pater praecipiat: qui si in castra venturus sit ad gubernandum bellum se de gratia Imperatoris recuperanda cum ipso Verba facturum. Haec & alia postquam Caesari renunciata, haud parum equidem animo sollicitus esse coepit: nec eo minus tamen generosa Oratione ad Fortitudinem suos hortatus bellum Polono decretum persequi statuit. In Odera transmittendo valde laboratum fuit: sed effectum tandem a

Saxonibus vadum in loco non vadoso, flumenque adeo eo in loco, quo Poloni minime suspicati fuerant, superatum. Contra Poloni strepitu excitati armis correptis ad ripam procurrun, eos qui trajecerant, invadunt, reliquos prohibere exitu sed frustra nituntur. Fit prælium atrox dubio aliquamdiu Marte, sed victoria tandem post unius horæ Certamen Germanis cecidit. Desiderati in ea pugna Equites Poloni DC. vel ut ex Chronico Quedlinburgico Fabricius refert, nongenti, maxima omnis Generis Præda victoribus relicta: reliqui fuga sibi consuluerunt, & vix castra missilibus defenderunt. E Germanis ceciderunt multo pauciores, & in his Hodo sive Udo Vir nobilis: qui cum suspectus fuisset hætenus, quasi cum Boleslao colluderet, eo die in prima acie fortissime dimicans factis refellit Calumniam, cumque hostem fugientem longius infecutus esset primum Sagitta emissâ Oculum amisit: tum obrutus multitudine & lassatus dolore Vulneris inter Cuneos hostiles occubuit. Ejus Corpus ubi Misco, cui a Cura Corporis in Germania fuerat, ac præ cæteris Saxonibus familiaris agnovit, lenem animum respectus vicissitudinis humanæ ac miseratio subiit, cumque amare & largiter flevisset, honeste habitum in castra Imperatoris ad sepeliendum misit. Imperator hac Victoria quæ III. Non. Augusti contigit, lætus, liberum deinde furorem in Provinciam trans-Oderanam effudit, ac Miscoe Impetum non sustinente agros & indefensâ quæque prædia, ferro, flamma, longe lateque vastavit. Boleslaus Miscoe Pater cis Oderam se continebat, qui infelici suorum Pugna intellecta, cum imparem se nondum confirmatis Viribus animadverteret, aperto Marte Victorem laceßere ausus non fuit: sed adversam fluminis ripam legens temporum locorumque occasionem captabat, si qua ulcisci si aut intercludere Cæsarem daretur. Cujus Consilii Imperator non ignarus Oderam alio in loco conscensa nave transmittit, ac totum Exercitum die uno traducit: statimque agros populationibus & incendiis adortus ad hostem contendit, sed qui cedendo Salutem petere, quam certamen conferere maluit. Dum autem hæc in ea Polonia Parte quæ Silesia hodie dicitur, aguntur: Udalricus Bojemus alia Parte Polonorum Præsidia aggressus Urbem magnam Businam diripit: caprisque hominibus plus mille exceptis Uxoribus & liberis eandem incendit. Quin & Henricus Marchio, cum Polonorum Manum in Marchia Orientali prædas agere cognovisset, obviam iis progressus secundam Prælii fortunam expertus est: octingentis hostibus licet fortiter repugnantibus cæsis, hominumque ac jumentorum Præda iis extorta. Cæterum Cæsar in his Partibus aliquamdiu commoratus in Regionem sive Pagum qui Didesili vocabatur, Exercitum reduxit, & angusto loco castra fixit. Quo intellecto Boleslaus loca quædam juxta Oderam præditiis munit, peditumque manum ad eum locum ubi Imperatoris Exercitus confedit, præmittit, eisque mandat, ut nocendi hostibus occasionem nullam prætermitterent. Quin & ad vulpinas Artes conversus Abbatem quendam Cunonem, linguæ utriusque peritum & ad omnem Simulationem peropportunum in castra ablegat cum mandatis, ut Vires Imperatoris & locum castrorum per Comites suos investigaret, ipse vero, ne astus deprehenderetur, de Pace cum Cæsare ageret. At ille de Pace verba faciens minime auditus, tantisperque dum exercitus Paludem que intercedebat, pontibus superasset, detentus fuit. Dimissus inde & ad Polonum redux, invadendi Imperatoris occasionem minime deesse narrat, nihil quippe tale metuentes ab hoste ut videbatur supplice. Et Imperator quidem Poloni Vires satis fractas ratus cum parte Copiarum se incolumis in Germaniam recepit: reliquam autem exercitus partem Geroni Antistiti Magdeburgio, Geroni Marchioni & Burchardo Comiti Palatino attribuit, edoctusque præteriti Temporis experientia facultatem & Vires Polono deesse posse, Voluntatem animumque ulciscendi superfuturum, ut caverent sibi ac providerent ne quid detrimenti caperent Provinciæ Saxonice præcepit: Sed qui monitis hisce insuper habitis, hostiumque adeo Consiliis minime exploratis, nec qui vias præspecularentur missis profecti in paratas Infidias cum Pudore & clade sua præcipitarunt. Polonus enim ubi Imperatorem discessisse rescivit, haud imprudenter speculatus neminem facilius opprimi, quam qui nihil timet, copias suas juxta locum plane invium in Sylva quadam vasta, qua Exercitus Cæsaris transiturus erat, abscondit. Germani, quod hostem viderent nullum, periculorum securi quin imo præda Victoriæque alacres iactare se & convicia in Polonum spargere. Interea cincti undiquaque Vias arboribus incisis occlusas reperiunt, ac Strepitum è longinquo audiunt: ideoque territi non prius Periculum imminere credunt, quam e Latebris hostes erumpentes vident. Ii vero magnis sublati Clamoribus, ac trucibus & horribilibus ululatibus in Germanos agmine facto irruere occupant & missilibus laceßunt, statimque fugam si-

mulantes violentius recurrunt, ut militem Cæsareum tali Pugnae Generi non adfuetum fatigarent; cadebant ex utraque parte plurimi, alteris celeriter insilientibus, alteris viriliter resistentibus: sed exitus Prælii tandem secundum Polonos stetit, qui cum Tempestatis instar sese agglomerantes Summa Vi Impressionem facerent, ac sagittarii præsertim rem præclare cominus agerent, acies Cæsarianorum turbari adeo & inclinari coepit: ut pugna omissa effusissima fuga secuta magnaue illorum strages sit edita. Cecidere tunc bis mille milites egregii præda simul & vita spoliati, & in iis Viri aliquot honorati, ac præsertim Gero Marchio Lusatiae bellandi Virtute inter primos illius Aevi. Palatinus vulneratus cum Antistite Gerone vix evasit: a quibus Imperator de elade suorum edoctus ad locum pugnae redire ac Viros fortissimos ad sepulturam petere voluit: sed cum plerique id ei dissuaderent, mutato Consilio Legatum suo nomine misit Idonem Præfulem Misnensem ut ab Hostibus Humanitatis admonitis Cæsarum Corpora ad honorem extremum repeteret. Id quod ille a Boleslao facile impetravit. Multi igitur nobiles ad corpora suorum repetenda Ministros mittunt, reliquis Terram ipse Præsul injicit, Geronis autem Marchionis Corpus Misnam deportandum curat. Inde in Cœnobium Munchnenburgum a Patre ipsius Ditmaro nec non Parruo Gerone Archiepiscopo Colonienfi, quem *ἐκείναι* correptum a Successore Warino vivum fuisse sepultum Scriptores tradunt, conditum in dirione Bernburgica defertur, persequentibus fœnus Gerone Archiepiscopo Magdeburgio, ac tribus Marchionibus Misnensibus Hermantho: Günthero & Eccardo. Cæterum Misco & ipse Ultionem ausus infestis animis Signisque, si in hostico ulcisci posset, inlequebatur: validaque manu Germaniam, quam potuit uberrime, ingressus ad Urbem Misnam recte contendit, eique Exercitum in quo septem Polonicorum Equitum Turmae Idibus Septembr. admovit, cum Marchiones Misnenses Guntherus & Eccardus II. abessent in Castris Imperatoris, Hermannus autem eorum Frater ab eodem properare jussus illo ipso die Urbem intrasset, quo Misco suburbia cremavit. Oppugnatio acriter coepta in Vico Wasserburgo & injectus in tabulata duarum Turrium Ignis est: sed hydromeli a mulieribus, propter aquarum Inopiam restinctus. Misco qui suos sterni ac cives fortiter pugnare de Colle propinquo prospiciebat, suos revocat: cumque Socii qui ad Ganam usque Flumen prædatum excurrerant, & ipsi festi revertissent, largius cœnare mandat, ut Oppugnatio die altero conjunctis ac summis Viribus possit repeti. Ea nocte spissæ hic more subitaneo nubes vehementem coepere aquarum Vim effundere, terramque velut imbribus flagellare: cumque Albis nimia colluvione tumidus Incrementum caperet, veriti Poloni ne Sarcinas, ultra ripam amitterent & Iter illis auctu Fluminis intercluderetur, re infecta discedunt: in agris quidquid inveniunt vastant aut rapiunt, indeque quod in vicinia esse audirent Imperatoris Præsidia, in loca tutiora se recipiunt: quorum quidam tunc Regnum finibus remotioribus, quam nunc Germaniam versus terminabatur.

Anno

CHRISTI

1017.

CÆSARIS

HENRICI II. 16.

Novi de Pace
Tractatus:

Erccenbaldus Moguntinus & Gero Magdeburgius Archiepiscopi: Arnulphus Antistes Halberstadius: Sigefridus item & Bernhardus Comites, Arbitri ab Imperatore electi Pacis cum Boleslao ineundæ ac firmandæ frustra omnino fuerunt: cum enim ad Muldam usque Fluvium progressi ad Colloquium eum vocassent, Boleslaus his modo, modo aliis utens excusationibus, venire supersedit, & quatuordecim eos dies moratus fuit, mox alio prope Albim loco constitutis venturum se propter metum hostium Insidiarumque diserte negavit, cumque Internuncii ex eo quævisissent, quid ergo facturum sit, si ad Elistrum usque nigrum (fluvius hic Lusatiae ita dictus ad differentiam fluminis Osterlandiae cognominis) Arbitri veniant, nec ultra pontem hunc, ait, præterire volo, arcis suæ Pontem sublicium demonstrans. Cognito Ejus animo a Pace abhorrente qui missi erant arbitri Imperatori Merseburgi tunc agenti id renunciant. At vero ille non parum indignatus, de Bello Polonico statim Consultationem iniit, ac severe edixit: ne quis porro nuncius ad Polonum mitteretur: neve ullus ab eo missus audiretur, addita decreto poena, ut si quis aut Societatis cum eo aut colloctionis ullius reus deprehendatur, perduellis sit: tum clandestinis etiam exploratoribus eam ad rem cognoscendam designatis. Similes Deliberationes in Conventu Goslariensi atque alibi etiam sunt habitæ: moxque Imperator se ad bellum accingere copias cogere, arma & cætera omnia ei incepto necessaria comparare: Boleslaus interea Expeditionis contra se decretæ non ignarus Bavaricum Præsidium quod ei oppositum erat, milite

Mo-

Sed initio:

Moravico aggreditur: quod cum secure ageret in otio, sic oppressum Infidiis fuit, ut vix ullus Salutem fugareperiret. Nec multo post Miseco, Boleslai Filius, Bojemorum fines ingressus totam Provinciam ingenti Terrore concussit: cumque absente tunc Udalrico ac Casari Operam dante nemo qui prohiberet obviam progrediretur, praeda per biduum late circumacta domum regressus est. Cujus rei Fama ad Imperatorem delata, Polonorum conatibus obviam eundum ratus, numerosoque Exercitu per Germaniam collecto nec non Bojemorum & Luiticorum Auxiliis fretus, nulla amplius interposita mora in Boleslaum ducit ac obviam quoque depopulatus V. Eid. Augusti ad Urbem Gloguam sive Glogoviam venit. Quo cum Boleslaus & ipse non contemnendum Exercitum ad primum expeditionis contra se susceptæ nuncium adduxisset, pugnae avidus ultro Casarem laceessivit: sed qui eam detrectans, quod in totius Rei discrimen descendere nollet, selectam de Militibus conscriptis manum ad Nemiciam magni momenti Urbem & situ opportuno ac munitionibus bello gerendo aptam sed justo tunc Præsidio destitutam, præmisit, ut si quæ forte Boleslaus submitteret Auxilia præveniret. Nomen Urbi inditum a Conditoribus Germanis (quos Sclavorum lingua Nemizos vocat, Nemetum nomine qui nulli populorum Germanorum vetustate & Potentia concessere omnibus in universum Germaniæ nationibus tributo) Ditmarus scribit: eamque sitam in Pago Silensi sic dicto a Monte quodam præalto, in quo Incolæ Regionis, antequam CHRISTIANÆ Religionis pietatem profiterentur, Sacra sua gentilia frequenti multitudo peragere soliti: Zabothus vulgo ac lingua vernacula der Zottenberg hodie dicitur. Ceterum vix posita ad Urbem castra: cum nuncius adfertur, venire ab hoste Militem Subsidiarium, quem ut maxime repellere Casariani conarentur, prohibere tamen non potuere, quin minus ille & tenebrarum noctis & pluviarum subortarum beneficio paucis quibusdam in fugam coniectis in Urbem evaderet. Triduo post cum universo Exercitu subsecutus Imperator, Urbem undique tanquam Indagine claudi, ut nulla parte aditus patereur, iussit, consilio quidem minime vituperando, sed quod in sequiorem Eventum militum negligentia detorsit: qui cum omnia lente ac tumultuarie agerent factum est ut per ipsas etiam stationes & Excubias novus Miles Polonus, noctis præsertim silentio adjutus, penetraret & intra mœnia reciperetur. Non deerant Casari Machinæ omne Genus obsidionales, quas expedire suos iussit, sed quibus contrariæ ab obsessis adhibebantur, extrema potius perpeti quam deditionem facere paratis. Ex ea Parte, qua Lutici Castra habebant, homines a Religione nostra alieni, Vexillum erectum erat, CRUCIS CHRISTI Insigne habens, idque in Opprobrium Imperatoris qui tali milite uteretur, & in Terrorem hostis, quem in hoc Signo victum iri obsessi sperabant. Si quid prospere accidisset tacite & in Sinu quod dicitur gaudebant, si quid adversi, ita dissimulabant, ut nulla Tristitiæ Vox ad Casarem perveniret: omniaque adeo quæcunque ad defendendum Usui parabant nec minus prudenter quam strenue rem agebant, ab ipso etiam Ditmaro hoc Elogium consecuti, quod nunquam audiverit aliquos, Verba sunt Ditmari, qui meliori Patientia ac prudentiori Consilio se unquam defendere niterentur. Inter hæc Miles Moravicus qui Boleslai Stipendia merebat, Bojemiam ingressus Urbem quandam expugnavit, trahens secum & convasans, quæcunque poterat. Id vero cum primum Henricus Marchio rescivit, discedentes inscurus cum equitatu suo, mille ex iis interfecit, ac cæteros in fuga dispergit. Sed & alia ex Parte Manus prædatrix in Misiam missa, quæ trajecto Albi oppidum Belgera XVIII. Kal. Septembr. aggressa, cum Cives suos Penates fortiter tuerentur, nihil in Ejus Oppugnatione perfecit, sed cum Clade rejecta fuit. Contra Luticii qui domi remanserant, Boleslai quandam Urbem tentarunt: in Cujus oppugnatione cum ultra Socios centum amississent, vastato circum quaque agro domum redierunt. Neque vero ad Nemiciam Imperatori Res secundiores: qui licet Oppugnationem urgeret, jamque tres hebdomadas obsidio tenuisset, nihil tamen memorabile aut laude dignum (tanta Polonorum in propugnando Virtus fuit & audacia) gestum: quin imo machinæ a milite Germano muris admotæ, injecto ab oppidanis Igne concrematæ sunt. Udalricus Bojemus absque ullo moræ pretio Tempus teri ægre ferens, sibi suisque Urbem oppugnadam defumfit: sed irritò plane molimine successerunt illi Luticii per vim irrumpere conati, sed qui & ipsi, Telis undique ingruentibus mœnibus depulsi cesserunt: nec inde quicquam præter suum dedecus rerulerunt. Id fieri videns Imperator, ac præter opinionem adeo in longum rem trahi, quam primo statim Impetu se perfecturum speraverat, potiundæ impræsentiarum

HENRICUS
IMP. iterum
Silesiam ingre-
ditur:

Nemicia ab
IMP. frustra
obsessat

Urbis Spe abjecta Obsidionem solvit, Exercituque dimisso in Bojemiam cum Udalrico indeque muneribus ab eodem honestatus in Germaniam sine mora rediit. Boleslaus qui WRATISLAVIÆ (Worcizlavam Ditmarus appellat) eventum rei expectans substitit, nuncio de hostium discessu accepto præ lætitia exiliit, & Equites mox DC. in Bojemiam misit, ut prædas ex hostico agerent: sed qui non pro Voto felices, quæ inferre voluere damna experti, maximamque partem interfecti sunt. Feliciores qui Boleslai jussu Misniam ex improvise invaserunt. Hi enim ad. 13. Octobr. inter Albim & Muldam fluvios ultra mille homines cum alia præda cœperunt: agrisque vastatis & ædificiis incensis incolumes Domum redierunt. Luticii discedentes de Hermanno Marchione, quod is Vexillum quoddam, in quo Dea ipsorum fuerat depicta, jactu Lapidis discidisset, graviter sunt conquesti, causaque communi ad Imperatorem delata Vindictam illatæ sibi ignominia cum Vociferationibus petierunt. Imperator ut impios ferosque homines a se dimittet placatos, XII. Talenta Argenti multam Hermanno dixit, & in Luticios divisit, qui cum Muldam fluvium prope Wurcenam oppidum festinanter transire pararent, alteram etiam deam cum quinquaginta militibus amiserunt: Ea re malæ scævæ loco ab iis habita, nec defuerunt qui suaderent, ut se a Germanorum Amicitia sejungerent, & ad pristinam Libertatem aspirarent: sed qui longius providebant, & Temporum priorum repetebant memoriam, plebem nutantem a proposito abduxerunt, servitutem ferendam suadentes, donec sua numina haberent magis præsentia. Cæterum Boleslaus majorem belli molem metuens, ob idque utilius esse ratus, foedere quam ferro pacisci, Legatum ad Imperatorem Mersburgum mittit, qui & captivos reddi rogaret, idemque se facturum, imprimisque Ludolphum Virum Nobilitatis præcipuæ absque Precio dimissurum polliceretur, & una eademque Opera exploraret, an de Reconciliatione fieri Sermones commode possent. Cæsar audientia Legato commodata, habitaque cum suis deliberatione Spem pacis Boleslao bonam facit, Urbem Budissinam designans in qua de illa utrinque ageretur.

Anno

CHRISTI

1018.

CÆSARIS

HENRICI 17.

HENRICUS
IMP. Boleslao
Pacem dat:

Sub anni exordium delecti ab Imperatore ad Pacis Negotiationem V. Viri: Gerv. Archiepiscopus Magdeburgius: Arnulphus: Episcopus Halberstadius: Hermannus & Dietericus Comites & Fridricus quidam Imperatori a Cubiculo Budissinam locum Colloquio destinatum veniunt: cumque Imperatoris mentem Boleslao exposuissent & vicissim Boleslai Voluntatem cognovissent, æquo foedere post pugnata bella per tot annos pacem cum eo & Amicitiam jungunt. Boleslaus Obsides dat, & Odam Marchiones Misniæ filiam se ducturum promittit: quæ cum a Cubiculario Imperatori nunciata essent, conditiones firmas & ratas habuit. Publicata Pacis Capita & Juramento firmata: III. Kalend. Febr. Oda autem paucis interjectis diebus Cizam Misniæ Urbem propter Terræ Uber aut Urbis formam sic appellatam (Thelinam aut Mammillariam dicere liceat) deducta & honorifice suscepta, mox nuptiis solemniter celebratis in Thalamum Boleslai concessit.

qui Bellum in-
de RUSSIS in-
fert:

Pacificationem Germanicam excepit bellum Russicum: idque prospere a Boleslao gestum & insigni Victoria finitum: sed cujus Circumstantias aliter Poloni Scriptores recensent, aliter Ditmarus Episcopus Mersburgensis, qui tunc Temporis vixit, & isto ipso Anno Kalendis Decembr. in humanis agere desit.

Anno

CHRISTI

1025.

CÆSARIS

CONRADI II. 2.

sed an. 1025.
III. Non. Apr.
diem suum
obiit:

BOLESLAUS I. cognomento ut dictum Chrobri vel Acer: Rex Poloniæ primus: cum annos XXV. regnasset, vixisset autem LVIII. proximo anno post mortem Henrici II. Imp. (qui cum propter singularem Pietatem & Munificentiam in Scholas & Ecclesias, tum quia una cum Uxore CUNEGUNDE votum Castitatis quod semel conceperat, bona fide exolvit, & decus perpetuæ Virginitatis ad mortem usque servavit SANCTI cognomen meruit, Claudus idem in historiis dictus, quod Papiæ captus a Civibus cum in fugam se daturus e Curia desiliret, laxato scemore claudicare cœpisset) III. Non. Aprilis diem suum obiit Posnaniæ sepultus. Scriptores Germani illius ævi Ducem duntaxat nominant, ut Otho Frisingens. VI. 28. In primordio regni ejus (CONRADI) Boles-

Boleslaus Polonorum Dux qui ab antecessore suo Henrico pariter subiectus fuerat, ab regno Teutonico dividi Rexque per se vocari molitur. Qui non multo post Majorem Misiconem sive Miecislaum filium suum successorem reliquit. Princeps erat ingentis Animi, manu strenuus, Ingenio vafro & Ulyssi Homérico genuinus ac cognatus: ita pellem vulpinam eo scire adsuere poterat, quo leonina non pertingebat. Bella diuturna cum Saxonibus, cum Bojemis, cum Russis, cum Prutenis denique, accipiti & alternanti fortuna gessit, interdum victus, sæpius Victor. Togatas Ejus Virtutes pluribus complexi sunt Scriptores Poloni: quarum præcipuæ quod XII. utens Consiliariis quos e tota Polonia probatissimos & Annis Judicioque graves delegerat, judicia exerceret, renuiores dum litis finem expectabant, sumpta mensaque sua sustentaret, egenis subveniret undique, pauperibus causam suam agere nescientibus caudicum de suo data Mercede attribueret, Sacerdotes & ipse coleret & ab omnibus coli vellet, arces & Præfecturas atque omne Regnum crebro obiret, dicere subinde solitus: malle se vel unico Gallinæ Pullo vespertem æquale Croeso & Iro Jus dicere, fuorumque salutem & Tranquillitatem tueri: quam inter lautissima Apiciæ Gulæ Ferula ad Scelera & Libidinem Magnatum connivere: pecuniam insuper contemneret, omniaque ad decus Religionis, ad Salutem Reipublicæ atque ad Præmia bene merentium de Republica conferret: ut mirum non sit, si eo mortuo universa Polonia optime de se merito Regi veroque suæ Gentis Augusto orbata, totum annum in tanto luctu & squallore fuisse legatur: adeo quidem nec convivia ulla aut Choreæ celebrarentur, vel cultioribus vestibus virorum quisquam nobilium aut foeminarum sese exornaret. Uxores illi fuere, quantum ex Dirmaro colligere licet quatuor: quarum prima Riddagi Comititis Mersburgensis, Marchionis Misniæ cogn. Divitis Filia: Caroli Soror ab ipso incertum qua de causâ repudiata, altera Juditha filia Geisæ Regis Hungariæ, Stephani Soror, filium Bospreri nomine (ita Ditmarus) enixa, sed pariter ab eo expulsa & res sibi suas habere iussa: Tertia Connildis, Dobremiri Filia, e qua liberos tulit, Miecislaum sive Miseconem, Dobremirum, filiam Abbatissam, uxorem filii Ulodimiri Russorum Regis, nec non Conjugem Hermannii Marchionis Misniæ, Comititis Rochlicij qui filius Eccardi primi & frater secundi fuit. Quarta denique Oda Eccardi secundi filia, quam multum ambitam eo Tempore duxit, quo pace cum Henrico II. Cæsare facta ad bellum Russicum sese præparavit. Successorem nactus est filium quem dixi Miecislaum qui curato Patris funere XXXV. annos natus, destinatum jam prius Regnum adiit ac Gnesnæ una cum Uxore Rixa Diademate regio ea die quæ CHRISTIANIS Pentecoste dicitur, ab Hippolyto Archiepiscopo solemniter coronatus fuit.

Ejus Elogium :

Conjuges &
Liberi :succedit MIC-
CISLAUS II.
F.

MICISLAUS II. REX POLONIÆ.

Anno

CHRISTI

1027.

CÆSARIS

CONRADI II. 4.

De eo sic Otto Frisingensis VI. c. 28. Is cum Patrem imitari cogitaret, insuperque fratrem suum Ottonem expulisset, Rex Conradus tam profugum in Patriam reducturus, quam de contumace Misicone Regni Teutonici Injuriam vindicaturus in Poloniam procinctum mover. Misco Regis Impetum ferre non valens, fractis quibusdam Regni Insignibus ad Ulricum Boemienstem Ducem, qui & ipse tunc Temporis hostis Teutonici Regni fuerat, fugit. Otto vero frater Misonis libere ducatu Poloniæ potitus Diadema, quod Pater ejus ad Ignominiam Regni Teutonici cujus tributarius erat Dux Poloniæ illicite fecerat, Regi Conrado misit, seque per omnia Ditioni ejus subjecit. Ipse vero Otto non multo post fraude armigeri sui vita privatus est. At Misco ab Rege Conrado exul factus ad ipsum supplex venit, interventuque Reginæ divisa in tres Partes Provincia tertiam Partem ipse obtinuit. Exin Provincia illa Poloniæ Regibus nostris Teutonicis sub Tributo servire cogitur. Hæc & alia Otto Frisingensis.

CLEMENS EPISCOPUS cum XXII. annis Ecclesiam vixisset, naturæ debitum solvit, in Smogroviensi Templo Terræ demandatus, successit Lucilius nobilis item Italus, severus inhonestorum Sacerdotij sui morum Castigator.

Clemens Episc.
Smogroviensis
obiit :
succedit LUCI-
LIUS Italus :

Anno

CHRISTI

1030.

CÆSARIS

CONRADI II. 7.

Slavi & Poloni a fide data deflecentes rursus tumultuantur & Misco Rege infligan-

MIECISLAI
II. Regis Pol.
Res gestæ

figante omnia inter Salam & Albim Fluvios depopulantur, novem millibus & sexaginta quinque. cæsis, pagisque compluribus exustis: sed quos tamen Conradus II. Salicus Imp. Saxonum auxiliis imprimisque Ludolphi Privigni sui (cujus Pater Bruno Marchio Saxonæ, quo defuncto Gisela Uxor in Ernesti Sveviæ Ducis qui Leopoldi Filius, indeque in Conradi Imp. Matrimonio vixit) fudit & superavit, Mifeconem autem ipsum eo adegit, ut Pacis firmandæ Gratia Goslariam, ubi Conventus eo animo indictus erat se sisteret, & Tributum antea sibi ab Imperatoribus Germanis impositum penderet, ac se in fide permanfurum promitteret. Ita Georg. Fabricius rerum memorabilium Saxonæ universæ lib. II. & alii rerum Germanicarum Scriptores: a quibus dissentit Martinus Cromerus, negans Conrado tantum fuisse Otij ut bello profequi Polonos potuerit, nimio ut videtur in populares ac Patriam Studio. Miecislaus sane, ut cætera Patri multum dissimilis, ita & bellator fuit minus felix: quod vel Moravia docet, quæ cum in Polonorum ditione aliquamdiu fuisset, a Bojemis tunc recepta fuit.

Anno

CHRISTI

1034.

CÆSARIS

CONRADI II. II.

& Obitus:

relinquit CA-
SIMIRUM F.
impuberem:

qui in Galliam
abiit:

inde in Clunia-
cense Coeno-
bium se recipit:

Micislaus Rex amentia correptus, cum annis regnasset fere novem, vixisset quatuor ac quadraginta, die 15. Martij Posnaniæ moritur, relicto Filio unico impubere Casimiro. Ejus Ætas cum nondum Imperio matura esset, Sententia universi Conventus, qui Gnesnam ea de re convocatus erat, novi Regis Coronatio differtur, relicta interim penes Richsam Reginam Pueri Matrem Regni Administratione, quæ quod Regnum perverse administraret, Teutonibusque suis addicta esset, sive potius quod Boleslai Soceri exemplo nimiam nobilitatis licentiam coerceret, Polonorum Odia provocavit, quæ fuga denique ad Cæsarem Conradum cognatione sibi inde usque ab OTTONE I. IMP. (cujus Proneptis ipsa, Conradus autem abnepos fuit) junctum vitavit, ablata secum Corona Regni omnique Gaza & filio hærede innocuo, mox in Saxoniam secuto. Is vero in Exilio isto animum ad litterarum studia appulit, & ob id Lutetiam Parisiorum, ut Ingenium honestis disciplinis excoleret, missus fuit. Illinc in Italiam porro devenit, & denique Pietate impulsus in Cluniacensi Coenobio Benedictinum Monachum professus DEO totum se vovit & sacravit. Interregnum igitur heic fuit annorum plurium: in qua ἀναρχία Regnum Poloniæ non externis modo bellis sed & intestinis seditionibus pene funditus perditum fuit: quippe cum Cædibus mutuis omnia milcerentur: latrociniiis viæ publicæ infestarentur, pagi atque oppida incenderentur: collatis Signis inter Cives & Procere concurreretur: & ut quisque audacissimus esset, ita graviora quoque non vereretur patrare flagitia, & nec ministris sacrorum nec Templis ipsis parceretur.

Anno

CHRISTI

1036.

CÆSARIS

CONRADI II. 13.

Lucilio Episc.
Smogroviensi
defuncto LE-
ONHARDUS
succedit:

LUCILIUS EPISCOPUS vitam exuit & Smogrovii Sepulturam accepit, anno Episcopatus nono: bibliotheca Ecclesiæ Smogroviensi Testamento relicta: Suffectus illi a Collegio Sacerdotum LEONHARDVS: nobilis item prosapiæ Italus, qui post aliquot annos Sedem Episcopalem Consensu & approbatione Pontificis & Casimiri Regis Smogrovia Bicinam (alii Riczinum) oppidum districtus Brigenis transtulit & Episcopatus nomen immutavit, ut Bicinensis non Smogroviensis deinceps appellaretur.

Anno

CHRISTI

1038.

CÆSARIS

CONRADI II. 15.

Bohemi WRATISLAVIAM
expugnant:

Bretislaus five Brodislaus Bojemix Dux qui Udalrico superiori anno defuncto successerat, cum valido Exercitu, ferro & Igne Silesiam quæ posterius sic dicta est & majorem Poloniam quam longissime depopulatus est: Wratislaviam: Posnaniam: Cracoviam, aliaque oppida occupavit & ingentem Prædam egit: gravioribus utique incommodis affecturus Poloniam nisi metus belli domestici a Conrado quidem Imp. qui anno sequenti decessit intentati, ab Henrico autem Filio & Successore Ejus illati eum repressisset.

CASI-

CASIMIRUS I.

Anno

CHRISTI

1041.

CÆSARIS

HENRICI III. 2.

Poloni multis annis harede legitimo cum ingenti Reipublicæ damno orbat cum de intestinis Odiis non nihil remisissent ac condonassent sibi mutuo privatas offensas, oculis atque animis Casimirum suum requirunt, decretumque publice, ut missa Legatione, ubi ubi Terrarum esset requireretur. Ad Reginam primo ventum, ab ea Cluniacum: & non jam Casimirum sed Carolum (nam & nomen mutaverat) eundemque Sacramenti Religione sed & Diaconatus Vinculo obstrictum inveniunt, cumque apud eum & præterita excussissent & Patriæ Discrimina atque Calamitates proposuissent, & unicum Præsidium & Subsidium, Principem deposcunt. Quod cum ipse fortiter recusaret, alienæ jam se Potestatis ostendens, nec quidquam sibi cum mundanis Rebus esse Commercij, illi omnia sibi tentanda existimantes Abbatem Coenobij adierunt & muneribus animum ejus mollire sunt conati: sed frustra, ad Pontificem quippe ab eo rejecti. Itaque Romam profecti, magna diligentia, importunisque Precibus tandem impetrarunt, ut laxatis Sacramenti ac Sacerdotii Vinculis Casimirus ad Regnum Majorum suorum rediret, Uxorem duceret, liberos procrearet, hac tamen lege ut in monumentum hujus Beneficij Sedis Apostolicæ Poloni caput deinceps in coronam tonderent Ritu monachali: tunc festis solemnibus dum sacra peraguntur singuli Equites fasciam, lineam candidam in modum stolæ, quæ in sacris utuntur Sacerdotes atque Diaconi e Collo ferrent suspensam: itemque ut de singulis Capitibus exceptis nobilibus & qui sacris addicti sunt, quotannis obulum unum in luminaria & Cereos D. PETRI Romam conferrent, qui etiam nunc S. Petri Nummus dicitur. Tamen Dlugoffus regnante apud Polonos Wladislao Loctico ad hanc rationem velit redactam esse pensionem illam, cum prius tres oboli & Cribum avenæ de unaquaque familia pensitari solerent. Ita cucullo exuto Casimirus Richsam matrem & Henricum Imperatorem in Itinere salutavit, qui & diademata, quæ Richsa e Polonia sublata Conrado Imp. donaverat, illi restituit, & sexcentorum Equitum præsidium deducendo addidit: & de Bojemo cum quo bellum tunc gerebat, curæ sibi fore promisit. Polonia Fines cum attingisset, effusa obviam hominum omnis Generis Ætatis atque Sexus ingens multitudo læta & tripudians Regem suum excepit: qui Gnesnam inde honorificentissime deductus communi omnium Applausu ac solemnî ritu coronam Regni accepit, statimque Animum ad curanda Reipublicæ Vulnera adjecit. Cæterum Bojemici de quo dixi belli is fuit exitus: ut afflicta graviter Bretislaus, solutis Tributis pristino se Jugo subdere coactus fuerit. Tributum tunc auctum fuisse scribitur propter adjectam Moraviam: ita ut quingentas marcas argenti (quæ sunt ducentæ ac quinquaginta libræ) ac centum & viginti boves Dux Bojemus deinceps Romanorum Imperatori quotannis penderet. Addit Cromerus: quod Henricus Bojemum jurejurando in sua Verba adactum, quas de Polonis ceperat, vel ipse in finibus Poloniæ munerat munitiones Casimiro reddere coegerit. Polonis sane ad Casimirum præsentem certatim desciscensibus, paucas adhuc retentas in Silesia a Bojemorum Præsidio Arces Dubravius scribit, & ex Urbibus solam WRATISLAVIAM quam ut rursus assequeretur Casimirus ne stipendiarij quidem & vectigalis Principis Conditionem sustinere gravatum fuisse: ea Conditione, ut Bretislao ejusque successoribus in singulos annos auri XXX. argenti vero C. libras penderet. Cosmas Pragensis marcas habet D. argenti & XXX. auri.

Poloni CASTA-
MIRUM ex
Cluniacensi
Coenobio re-
vocant:

qui Regnum
impetrata a P.
R. venia occu-
pat:

WRATISLA-
VIA ad Poie-
niam redit:

Anno

CHRISTI

1045.

CÆSARIS

HENRICI III. 6.

Mortalitatem explevit LEONHARDUS EPISCOPUS febri quartana cum sedisset annis IX. extinctus: cujus locum antea spretum crescente cum opibus ambitione plures appetierunt & mutata tunc Forma Electionis. Electus autem fuit a Collegio TIMOTHEUS & ipse Italus, peritus. Legum Pontificiarum, vitæ laudatæ a Stephano Archiepiscopo Gnesnensi die 13. Martij confirmatus.

Leonhardo
Episc. Bicz-
nensi defuncto
succedit
TIMOTHE-
US:

Ee

Anno

CHRISTI

1051.

Anno

CÆSARIS

HENRICI III. 12.

Timotheo
mortuo HIE-
RONYMUS:
Italus:

TIMOTHEO EPISCOPO cum VI. annis Ecclesiam rexisset successor datur Kal. Julii HIERONYMUS urbis Romanæ nobilis: qui D. Vincentii Martyris Caput ex Urbe WRATISLAVIAM ubi hodie colitur, adduxisse fertur. Fuit is Vincentius Cæsar-augustanus, licet aliqui Osea natum volunt, Diocletiani & Maximiniani Temporibus sub Diacono Præside Alulæ Martyrio affectus. Clare enim Prudentius & ipse Cæsaraugustanus eum pro Cive agnoscit in hymno quo Martyres innumerabiles sub eodem Præside pro CHRISTO obruncatos putavit celebrandos:

Nofter est quamvis procul hinc in Urbe

Passus ignota, dederit Sepulchri

Gloriam victor prope litus almæ

Forte Sagunti.

Corpus ex Sacro promontorio quod hodie Capo de S. Vincenzo allatum Olyssipone in Cathedrali Templo summa cum Reverentia asservari testatur Ludovicus Nonius in Hispania. Memoria Ejus tanquam Patroni Silesiæ cum triplici Solemnitate Wratislaviæ celebratur die 22. Januarii.

Anno

CHRISTI

1052.

CÆSARIS

HENRICI III. 13.

CASIMIRUS
REX Episco-
patum Silesiæ
in Insulam S.
JOHANNIS
prope WRA-
TISLAVIAM
transfert:

CASIMIRVS POLONIÆ REX Sedem & Collegium Episcopi Silesii quod prius Smogroviæ ac postea Bicinæ fuerat Wratislaviam in Insulam Urbi vicinam transfert, largioribusque donat Vectigalibus. Ex hoc Tempore Urbs WRATISLAVIA, quam interregni quod præcessit Tempore nomen accepisse vero non est absimile, licet prius a Micislao I. instaurari coepta, & jam tunc inter Polonicas Urbes frequenti Populo & foro insignis esset, caput suum supra cæteras altius exerere coepit, omnique civilium Ornamentorum Genere paulatim aucta & exulta illud laudis & Gloriæ Decus adepta est: ut non immerito Urbium Silesiæ Ocellus dici possit. Deductæ sunt & in Poloniam sub hæc Tempora ut gratus Rex esset suis nutritiis coloniæ quædam Ordinis S. Benedicti, Monachorum Archi-Strategi, e quibus Sodalicium unum LEUBUSIUM in Silesiam ad Viadri Ripam, ubi celebrem olim Idoli Ethnici Cultum fuisse Curæ attestatur collocatum fuit, compluribus illi Pagis & Proventibus aliis attributis. Quoniam hæc Translatio inconsulto Imperatore ad Cujus Supremæ Majestatis Jura seu reservata spectat Episcopatum tam Institutio quam Translatio a Casimiro Rege facta fuerat, HENRICVS IV. IMP. eam in Comitibus Moguntinis an. 1086. actis irritam pronunciavit, Silesia cum Districtu Cracoviensi in Dioccesin Pragensin transumpta, ut habet Diploma Cæsaris revindicatorium, in quo hæc Verba leguntur: Inde ad Orientem hos fluvios (Marchia Pragensis) habet Terminos, Buo scilicet & Ztr cum Krakova Civitate, provinciaque cui Wag nomen est, cum omnibus Regionibus ad prædictam Urbem pertinentibus, quæ Krakova est. Inde Ungarorum limitibus additis usque ad Montes quibus est nomen Tuitri, dilatata procedit: Add. Cosm. Pragens. lib. II. ad An. 1085.

Anno

CHRISTI

1055.

Obiit * Bretislaus I. Dux Bohemiæ.

Anno

CHRISTI

1058.

CÆSARIS

HENRICI IV. 2.

MORS REGIS
CASIMIRI:

IV. Kalend. Decembr. extremum vitæ diem clausit ** Casimirus Poloniæ Rex optimus: idemque a Re ipsa Instauratoris Pacifici cognomentum sortitus: magno omni-

um

* Neplacho: Abbas Opatovicensis in Chron. Bohemiæ ad an. 1055. „Anno Dni MLV. Mortuo Brecislao Dux XII. Spitigneus dilatator Ecclesiæ Pragensis successit.

** Eadem Dlugossius lib. III. ad an. 1058.

um mœrore Posnaniæ sepultus. Mortem Ejus Cometes portendit. Liberos porro reliquit ex Coniuge MARIA Jaroslai Rufforum Principis Sorore, Wladimiri ex Matre ANNA, cui Pater Romanus Junior Imperator Constantinopolitanus filia, quam Dobro-^{cui BOLES-}gnevam mutato nomine Poloni dixerunt, filios quatuor, Boleslaum qui summa omnium ^{LAUS II. F.}Voluntate Patri Successor datus, Micislaum qui octennio post Patrem nullis relictis Li-^{successit:}beris obiit, Ottonem qui puerilibus annis ante Patrem desiderari cœpit, & Wladislaum: Filiam autem unicam Svatocham five Svetochnam (Svatavam adpellat Dubravius) quæ Wratislao Bojemix Duci nupta fuit.

BOLESLAUS II. cogn. Audax

Anno

CHRISTI

1059.

CÆSARIS

HENRICI IV. 3.

Sub hæc Tempora tres illustres Exules ad Boleslaum confugerunt: Iroslaus Prin-
ceps Kioviensium, Jaroslai Dobrognævæ Reginae fratris filius: Bela Dux Hungariæ An-
dreae Regis Frater: & Jaromirus, Bredislai Bojemorum Principis filius, quos omnes
Boleslaus auxiliis juit. Vratislaus itaque Bojemus permolestè ferens receptum ex
fuga fratri suo Jaromiro in Polonia patere, veritusque ne quid ille contra se novi Po-^{qui Bohemos}
lonorum favore & auxiliis iretus, moliretur: cum infesto Exercitu in Fines Poloniae ^{Regni Finibus}
ingressus est, sed occurrentem sibi cum exercitu Boleslaum animadvertens, neque dimi-^{arce. inde in}
care cum Polonis (quorum vires nosset) tutum sibi existimans, fugæ consilium cœpit. ^{Borussos mo-}
Metuens autem hostiles Vires (nam Boleslaus illum fugientem non affecutus fines ejus ^{ver:}
Ditionis depopulatus est, & in sequentem annum majus bellum parabat pacem per
communes amicos petiit & impetravit, accepta in Coniugem Svetochna Boleslai Sorore.

Secuta inde expeditio adversus Borussos rebelles, quorum Exercitum Boleslaus
transmisso Ossa fluvio cum nihil tale suspicaretur, hostem abiisse ratus oppressit, & in-
genti strage concisum in Potestatem suam redegit.

Anno

CHRISTI

1061.

CÆSARIS

HENRICI IV. 5.

Andreas Hungariæ Rex videns Belam Fratrem suum Regnum adfectare & Hun-
garos paulatim ad eum deficere Uxorem suam & Filium Salomonem: cui Imperator
Henricus III. filiam suam parvulo parvulam desponsarat, cum multis opibus ad Cæsa-
rem misit petens, ut sibi misso Exercitu subveniretur. Contra Boleslaus Poloniae Rex ^{Turbæ in Hun-}
Belæ Precibus fatigatus, tribus agminibus Hungariam ingreditur, quibus venientibus ^{garia oriuntur;}
complures Hungari jungunt, ita ut quartum ex ipsis agmen conficeretur. Acie in-
structa aliquot horis dubio Marte pugnatum: ad extremum tamen Victoria potitus
Boleslaus magnas Andreae Copias ex Hungaria Germania & Bojemia contractas fudit,
ac Belam Albæ Regiæ in sede Regia collocavit. Post hunc conflictum * Andreas lon-
gius fugiens, comprehensus ab Hungaris & male tractatus in Sylva Boconienfi Regni
& Vitæ finem fecit.

Anno

CHRISTI

1062.

CÆSARIS

HENRICI IV. 6.

HIERONYMUS EPISCOPUS SILESIAE cum XI. annis sedisset dysenteria mori-
tur Wratislaviæ, ubi & funus ejus curatum. Successit in cathedra JOHANNES I. nobilis ^{Hieronymo}
Polonus ex familia Accipitrorum qui ad Dignitates Sacras populares suos maximopere ^{Ep. V Vratisla-}
promovit. Ex eoque Tempore Itali in Silesia eminere desierunt, qui Episcopatu ^{vienfi defuncto}
annis ferme Centum præfuerant. ^{JOHANNES I.}
^{Polonus suc-}
^{cessit:}

Anno

CHRISTI

1065.

CÆSARIS

HENRICI IV. 9.

Boleslaus Poloniae Rex Iroslaum exulem cognatum suum in Principatum Ruffiæ ^{BOLESLAUS}
E e 2 ^{restit-} ^{REX}

* Equo forte excussum, pugnantiumque Pedibus conculcatum Lambertus Schaffnaburgensis
tradit ad an. 1061.

Jaroslauum exu-
tem in Princi-
patum Russiæ
restituit:

restituit Viseslao ejecto Duce: ipseque distributo in æstiva ac deinde in hyberna Exercitu cum delectis æstatem atque hiemem Kioviæ peregit, Amœnitate loci ac deliciis Urbis captus. Exacta hyeme in Præmisliensem Tractum movit: ac minoribus quidem oppidis primo adventu potitus: Præmisliam graviter obsessam tandem quoque in Potestatem suam redegit.

Anno

CHRISTI

1069.

CÆSARIS

HENRICI IV. 13.

Turbæ in Hun-
garia sopitæ:

Belæ defuncti filios in Polonia Exules Boleslaus in Partem regni Hungariæ restituit: ita ut Belæ filii Regium honorem cum duabus Partibus Regni Salomoni Andrea Filio, qui ab Henrico IV. Imp. affini suo post Belam mortuum in Hungariam reducebatur, permitterent: ipsi tertia, Ducumque nomine contenti essent.

Anno

CHRISTI

1070.

CÆSARIS

HENRICI IV. 14.

Kiovia Boles-
læ Campaniæ:

Ejectum Principatu Kioviensi Iroslaum Boleslaus denuo restituit, valido Russorum Exercitu ad Kioviā devicto, ipsoque Duce Wussevolodo in fugam coniecto, plenæ sed non incruenta Victoria potitus. Kiovia per deditionem capta, culpam deprecantibus obsessis, Regis benignitatem sensit: qui in Portam Urbis ingrediens Gladium vibravit & oppidanorum facultates atque Corpora Capitali Edicto contra Vim Militum tutatus est: donaque ingentia ultro ab oppidanis oblata in suos Milites pro meritis cujusque distribuit. Cæterum quo magis Imperium suum in Russia stabiliret, ac notis jam sibi Kioviæ deliciis ac Voluptatibus perfrueretur, hyberna isthic collocavit. Ibi Victor totius devictæ Urbis Lascivia & Libidinibus victus est, non minus, atque Hannibalem Campaniæ Luxuriis immorantem Provincia deliciosa quondam superavit. Exemplum Regis secuti sunt cæteri: ut qui milites e Polonia venerant, jam scæminæ videntur facti deliciis dediti, quæ quidem res plurimorum maximorumque malorum causa extitit. Uxores enim domi relictæ, quod non ferrent tam diuturnam Virorum Absentiam (jam enim septimum fere annum in Russia & Hungaria militantes aberant) Injuriis adhuc irritatæ, par pari Viris suis referre: eoque in hyberna renunciato fremere multi, ad quos hæc pertinebant & indignari: commeatumque domus visendi a Rege petere: sed cum id Rex non permetteret, clam pauci primum se subduxere, deinde plures discesserunt. Quos Rex cum iis qui remanserunt consecutus, ubi Cracoviam venit non modo in castrorum desertores severius animadvertit, a quibus Initium Fugæ erat ortum, capitali supplicio affectis, cæteris autem bonorum confiscatione aut diuturno Carcere mulctatis: verum etiam in mulieres quibus misericordia & Indulgentia Virorum pepercerat sæviit & quidem inaudito modo. Abstractis enim & abjectis Infantibus, quos e Stupris & Adulteriis enixæ erant, catulos ad earum Ubra admovisse dicitur: accusatus præterea, quod vulgus gravibus & novis exactionibus presserit, Jus non dixerit, nec Injurias tenuiorum vindicarit, consuetis Voluptatibus impeditus, de quibus usque adeo nihil remanserit, ut habenas etiam omnes Ingenio suo & cupidini laxaret, Christinaque nobili scæmina a Micislao marito abducta, ad obscœnam scædamque usuram stupri palam abuteretur. Quam trucem & atrocem Rerum scenam cum intueri Stanislaus Cracoviensis Episcopus anquireret, aliquoties Regem graviter objurgavit, & ad saniolem mentem pœnitentiamque hortatus est, sed quæ Res Præsuli vita tandem constitit, insigni profecto Exemplo quam facile depraventur & a veteri Via & Vita fluctant Principes.

Anno

CHRISTI

1071.

CÆSARIS

HENRICI IV. 15.

Concordia in-
ter Poloniæ Re-
gem & Bohe-
miæ Ducem
Misniæ sanc-
ta:

Henricus IV. Imperator conventu Misniæ indicto Boleslaum & Wratislaum, illum Poloniæ Regem, hunc Boemiæ Ducem dissentientes a mutuo Odio & maleficio jubet desistere, eique se socium contra alterum fore profiteretur, qui primus Arma sumpturus esset. Ejus compositionis forma publice in Templo Misnensi recitata est, præsentibus Imperatoris Consiliariis, Vzelone Antistite Magdeburgio: Annone Colonienfi: Alberto Bremenfi Præsulibus: Burchardo Halberstadio: Eppone Citiensi: Wernero Mersburgio: Ducibus Ottone Bavarix: Magno: Saxonix: Marchionibus: Ecberto Thuring-

Thuringia. Dedone Misnia: Udone Lusatia: Comitibus Gerone & Thrimone Witi-
tinis: Burchardo Misnensi Praeposito: Ejusque filiis Evone & Burchardo. * Schaffna-
burg. & Fabr. in Annal. Urb. Misn.

Anno 1072.

CHRISTI

CÆSARIS

HENRICI IV. 16.

JOHANNES I. EPISCOPO Calculi Doloribus extincto a Collegio Canonorum
Boleslao Rege adfensum praebeante sufficitur Petrus I. Genus inter Polonos ducens ex
nobili Familia Vulpina.

Johanni I. E-
pisc. VVratisl.
PETRUS I.
succedit:

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

HENRICI IV. 18.

Ad hunc annum refertur Miraculum a Stanisla Episcopo perpetratum: qui quod
graviter Boleslaum arguisset, non modo Convitiis & maledictis sed & calumniis im-
petitus fuit, subornatis Petrici cujusdam cognatis, qui de interversa Hereditate Stanis-
laum in Jus vocarent. Episcopus citatus a Rege, cum non posset Emptionem Pagi al-
ter probare, venditorem suum, Petricum ut ajunt, qui ante triennium mortuus erat,
resuscitatum ad Tribunal Regium sistit: qui vendidisse se Pagum & Precium omne ac-
cepisse fassus regem & ipse, quod innocenti Negotium Episcopo facessatur, objurgat.
Ita ingratis & invito Rege vincit Causam Stanislaus, a quo rogatus Petricus an optaret
per aliquot annos esse superstes, respondisse dicitur: malle se ut precibus Stanislai poenae
Purgatorii quae alioquin futurae essent longae ipsi mitigarentur, ut paulo post in Coelum
posset migrare: Atque ita exanimis in Sepulcrum relatus est.

Miraculum a
Stanisla Ep-
pisc. Cracov.
editum:

Circa hæc Tempora Sacerdotum matrimonia Gregorius VII. (Hildebrandus an-
tea dictus) Concilio cum suis in Italia habito inhibuit, missis ad Germaniam Episcopos
plenis minarum litteris quae honore Sacerdotii eos privarent, qui decreto Concilii præ-
terito conjugati esse pergerent. Antistes igitur Moguntiacensis Synodo Heresfordiae
convocato, cum litteras Papae vel invitus prælegisset, orassetque summi Pontificis Edi-
cto audientes esse: quæque Concilio placuissent recipere vellent, repente tanta in eo
Confessu seditio exorta est, ut parum abfuerit, quin Praesul ipse de Cathedra deturba-
tus, subitoque Tumultu contrucidatus fuisset.

Matrimonia
Sacerdotum
abrogata:

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

HENRICI IV. 20.

Ortum hoc Anno Schisma inter Hildebrandum sive Gregorium VII. Pontificem
& Henricum IV. Imperatorem, quo Romana Ecclesia totaque Respublica misere va-
stata est, Gregorio Anathema Henrico denunciante, & in Imperio Rudolphum ei surro-
gante. Incredibile dictu quantum unus hic Hildebrandus doctrinam illam quae de
Principibus statuendi potestatem Pontifici promittit, promoverit, ut Jure liceat Hil-
debrandinam eam appellare: quae etsi primum Auctorem Hildebrandum non habuit,
sic tamen ab eo primo est exculsa & quoad Theopriam & quoad Praxin ut nulla teme-
re scientia ab homine uno majora acceperit Incrementa, quam hæc accepit ab Hilde-
brando.

Minæ Gregorii
VII. P. R. in
HENRICUM
IV. IMP.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

HENRICI IV. 21.

Ad hunc annum videndus omnino ** Lambertus Schaffnaburgensis ubi de Polo-
norum Duce Contra leges & Jura Germanorum Regum nomen affectante.

dux POLO-
NORUM in
REGEM con-
secratus:

Ee 3

Anno

* Lamberti Schaffnaburgensis hæc sunt Verba: „Inter Ducem Polonorum & Ducem Behei-
„morum infestissima dissensio erat, propter quod eos Rex in Civitatem Misene autumnali
„Tempore evocatos durius corripuit & ut deinceps suis singuli Terminis contenti essent,
„nec se vicissim temerariis Incurfionibus lacefferent, sub obtentu Regiae Majestatis præce-
„pit, alioquin se Hostem & Vindicem experturus foret, qui prior alteri arma intulisset.

** Lamberti Schaffnaburgensis hæc sunt verba: „Dux Polonorum qui permultos jam annos
„Regibus Teuthonicis tributarius fuerat, cujusque regnum jam olim Teuthonicorum Vir-
„tute

CHRISTI

1079.

Stanislaus Epi-
scopus Craca-
viensis occidi-
tur a Boleslao:

STANISLAUS EPISCOPVS cum minime resipiscere Boleslaum animadver-
teret, anathemate eum percutit, totaque Urbe Sacra fieri vetat: imitatus forte Exem-
plum D. Ambrosii qui Theodosium Imperatorem ob eadem Thessalonicensium a Li-
mine Templi rejecit, sacrisque arcuit. At vero iratus & fremens Boleslaus, cum per Sa-
tellites frustra Stanislaum aggressus fuisset, ipse stricto Ense in Aedem D. Michaelis extra
Urbem in Ripa sitam, ubi tunc cum paucis Sacerdotibus sacris operabatur, irrumpit, le-
thalique Ictu Episcopum in Verticem ferit ita ut cadens animam protenus exhalaret. Ca-
daver a Satellinibus in Partes dissectum canibus & volucris objectum est: quod a qua-
tuor tamen aquilis quæ alioqui in Polonia raro conspiciuntur, defensum mirandum in mo-
dum coaluisse dicitur. Fuit hæc Boleslai Savitia sane quam injusta, etsi & modum excedere
Zelus Episcopi potuit, qui quidem ob Viri morumque Sanctitatem & quæ ab eo edita di-
cuntur miracula centesimo demum & quinto ac septuagesimo post mortem Anno, scilicet
Boleslao V. & Episcopo Cracoviensi Prædota ab Innocentio IV. divorum numero adscri-
ptus Polonis hodieque Patronus & Tutela colitur. Memoria Ejus celebratur die 8. Maji.

Anno

CHRISTI

1081.

Boleslaus Pol.
Rex in Exilium
abit:

Boleslaus Poloniae Rex ob S. Stanislai Cadem a Gregorio VII. fulmine percussus di-
gnitate Regia exiit: atque ita de quo omnia bona sperata & videri coepta in omnia mala
desiit, ipseque infelix & invisus omnibus Hungariam fugit ubi Conscientiæ Doloribus la-
ceratum misere periisse scribunt. Sunt tamen qui volunt, eum clam ab omnibus erra-
bundum inter Alpes ad Monasterium quoddam sive id ad Oenipontem sive ad Villacum
situm sit (utrumque enim memoratur) pervenisse: ibique latentem quisnam esset post
multos labores in coquina ministerio ultro & poenitentia commissi Parricidii susceptos
& exhaustos Vitam finivisse. Regnavit annos XXII. Conjugemque habuit Wisseslavam
Rufforum Principis Filiam, quæ Patrem eum fecit filii unici Miecislai qui XII. annorum
Puer in Exilium cum Patre profectus, indeque a Patruo in Poloniam revocatus sine liberis
obiit. Regi exaugurato successit frater Wladislaus quem Hermannum etiam vocarunt,
sed sine corona: Princeps tantum Poloniae: Cujus Gubernationis Initium in annum se-
quentem incidit.

Ejus Obitus:

WVLADIZ-
LAUS Frater
succedit:

WLADISLAUS I.

Anno

CHRISTI

1086.

WRATIS-
LAUS Prin-
ceps Bohemæ
in REGEM
consecratus:

Wratislaus, Primus Bojemæ Principum ab Henrico IV. Imp. in Regem * Bojemæ
Comitiis Moguntia celebratis a. d. 16. Junii evehitur, non Moravorum duntaxat regione,
sed & Lusatia superiore in Bojemiam translata, quam Misniæ Marchionibus quod Saxones
juvissent, cum inde usque ab eo Tempore quo Marchia ab Henrico Aucupe constituta fuit
in Werenensis Familia sive Wittekindi posterorum Ditione fuisset, recens Imperator ade-
merat. Silesiam quoque & Poloniam illi tributam tam Hungari quam Germani Annales
perhibent, quod verosimile ob exaugurationem Regis Boleslai. Diademate Regio cinctum
una cum Uxore Zvatava ab Egilberto Trevirensi Archiepiscopo XVII. Kal. Jul. acclaman-
tibus

„tute subactum atque in Provinciam redactum fuerat, repente in Superbiam elatus, propter-
„ea quod Principes Teuthonicos cerneret domesticis seditionibus occupatos, nequaquam ad
„inferenda exteris Gentibus arma vacare, Regiam Dignitatem, Regiumque nomen sibi usurpa-
„vit, Diadema imposuit, atque ipso Die Natalis Domini XV. Episcopis in Regem est conse-
„cratus. Quæ brevi post comperta, Principes Teuthonicos, quibus Reip. Dignitas Curæ fuit,
„graviter affecere, sibi que invicem successebant, quod dum intestinis in se atque in sua Viscera
„Odiis favirent, & digladiarentur, potentiam opesque barbarorum in tantum aluissent, ut jam
„tertio Dux Bojemicus Regnum Teuthonicum Ferro & Igne populabundus peragrasset, & nunc
„Dux Polonorum in Ignominiam Regni Teuthonici contra leges ac Jura Majorum Regium
„Nomen Regiumque Diadema impudens affectasset.

* Neplacho Abbas Opatovicensis ad an. Dni 1086. „Jubente Imperatore HENRICO magna Sy-
„nodus in Moguntia fuit celebrata, in qua Imperator consentientibus omnibus mandat Egil-
„berto Trevirensi Archiepiscopo, ut WRATISLAUM, primum Regem Poloniae & Bojemæ
„in Civitate Pragensi consecret & inungat.

tibus Cleris & Satrapis universis WRATISLAO REGI quam Bojemico tam Polonico, Magnifico & Pacifico a DEO coronato Vita, Laus & Victoria, testatur Cosmas Pragensis.

Anno

CHRISTI

1091.

Wladislaus Poloniæ Dux Prussos ac Pomeranos rebellantes fortiter repressit fuditque, strenua Secehi Palatini Cracoviensis & Magistri militiæ opera usus. Pugna & Victoriæ Dies fuit qui Assumptionem B. Virginis anniversaria Celebritate representabat.

Polonorum a Borullis reportata victoria:

PETRUS I. EPISCOPUS VVRATISLAVIENSIS qui reditus Ecclesiæ & numerum Canonicorum auxisse scribitur, ultimum hunc vitæ annum habuit, postquam electus esset decimum nonum: eique substitutus est ZYROS LAUS Rosarum familia nobilis Polonus qui in Templis instituit Ceremonias Ecclesiæ Cracoviensis.

In Petri I. Episcopo VVratizlav defuncti locum ZYROS LAUS ROSA eligitur:

Anno

CHRISTI

1093.

XIX. Kal. Febr. febris extinctus WRATISLAUS I. REX BOIEMIÆ cogn. Justus, celebrique funeris Pompa & magno Populi luctu elatus atque sepultus Wissegrada in Templo D. Petri quod ipse fundavit & liberaliter donavit. Dux præfuit Boemiæ XV. Rex vero factus XVI. ann. Scribit Curæus WRATISLAVIAM ab hoc Wratislao Rege nomen habuisse, annoque * W. 30. sua primordia cepisse. Successit Wratislao Regi Conradus frater.

Obitus VVRATISLAI I. REGIS BOHEMIÆ:

Bretislaus Dux Boemiæ Wratislai Regis defuncti Frater Silesiam Incendiis & Populatione vexat: qua de re Cosmam Pragensem audire operæ Pretium lib. III. Chron. Bojem. sic scribentem: Hic quotiescunque in Poloniam invasit, semper cum magno Triumpho remeavit. Quam utique anno DOMINI 1093. sui vero Ducatus primo, ita crebris IncurSIONibus demolitus est, ut ex ista Parte fluminis Odræ a Castro Ricen usque ad Urbem Glogou præter solum Nemci oppidum nullus habitaret hominum nec tamen cessavit ab ea vastatione donec Princeps Poloniæ Wladislaus cum magna supplicatione, præteriti & præsentis Anni Tributum usque ad unum solveret obulum, Cujus Census hæc fuit summa: M. Marcæ argenti: & LX. auri. Qui etiam Dux in circum Civitates quæ pertinent ad Provinciam Kladzko dictam tradens filio suo Boleslao, amittit eum per manus traditionem & fidei Sponsionem Duci Bretislao, quatenus obsequendo suo Avunculo a Patre sibi creditam cum Pace possideret Provinciam. Ipse autem Dux VVladislaus dat Sacramentum, quod Tributum olim Duce Bretislao constitutum D. Marcas Argenti & XXX. auri annuatim sibi pro concessa Pace solveret determinato Tempore.

Silesia a Bohemis pervastata:

Anno

CHRISTI

1094.

Vladislaus Poloniæ Ethnarcha bellum Boemiæ infert, Secehi Palatini Cracoviensis eo quod ipse adversa Valetudine ab hac expeditione prohibebatur, utens opera. Mandata cum dabat Seceho proficiscendi Vladislaus, aderat forte filius Boleslaus, nonum tunc agens Annum, attentoque animo omnia hauriebat: & in leonini catuli morem qui teneris etiam Unguibus laniatu tamen jam gaudet, generosum pueri pectus belli gloriæque cupiditate impendio exardescere: neque diutius animo conceptam flammam ferens, genua Patris amplexus & collo Ejus implicatus, vix magnis Precibus osculis & blanditiis eum exoravit, ut cum Sececho ad id bellum mittatur: Sececho itaque Pueri Cura mandatur, ut vero ad Exercitum ventum est, puer sine gula quæ fiebant, curiosius observare, versari inter ordines, omnibus arridere, Æstum Imbremque pati, vigilare, humi cubare, vigiliis cum Sececho obequitare, aliaque multa præter Ætatem facere, & ita ferre, ut Indoles illa studiumque Pueri futuram ejus magnitudinem

Moravia a Polonis pervastata:

* Jam an. 1017. Dirmaro Merseburgensi Civitas audit WRATISLAVIA, quam Wroclaviam appellat: & tanta quidem, ut in eam Boleslaus Pol. Rex sese recipere atque eventum Obfidionis Nemetzenfis expectare tutus potuerit, imo ad an. 1038. Diugossus, Curæo antiquior, Gnesnæ & Posnaniæ parem facit, taceo plura argumenta, quæ uberrime monstrant, ante Wratislavum Bohemiæ Regem, Urbem Silesiæ WRATISLAVIAM existisse.

dinem non obscure portenderet. Vastata autem Igne ferroque Moravia in unius Principis ditionem cum Bojemis redacta, & paucis hostium turmis, quæ sese tulerant obvias, aliquot Præliis profligatis, reduxit cum Boleslao Copias Secechus præda onustus. Nec ita multo post translato in Pomeraniam bello Medireciam Arcem a Pomeranis quibusdam captam recepit.

CHRISTI

1097.

Anno

CÆSARIS

HENRICI IV. 41.

Turbas in Polonia excitat Sbigneus: Filius nothus Wladizlai Pol. Ducis:

Vladislao Poloniae Principi Filius nothus erat Sbigneus, magni quidem sed turbulentisque ambitiosi Animi, quem ob id Pater Litteris a Puero utcumque imbutum in Saxoniam relegarat, & vitæ monasticæ addixerat. Interea in Aula ex Successu Militiæ Secechus, de quo diximus, creverat: ita ut ex ejus fere nutu Respublica omnis & Princeps ipse pendere videretur. Quæ res magnam ipsi apud nobilitatem Invidiam, majas ipse sibi indies Odium intolerabili fastu & immoderato Dominatu conflabat: Itaque complures ab eo bonis exuti, proscripti, aut aliqua insigni Contumelia adfecti, multi item Potentiam & Importunitatem ejus reformidantes Solum verterant. Qui tandem instigati a Bohemis apud quos tutus illis receptus erat, Sbigneum è Monasterio extractum Ducem sibi adsciscunt, ac WRATISLAVIAM cum eo & cum Bojemorum Auxiliis & voluntariis Saxonibus contendunt. Cuique a Præfecto Urbis Magno: Comite Illustri & spectatæ Virtutis in Urbem recipi se peterent, nolle se Patri bellum facere dicentes, sed ut Secechi Conatus & Potentiam frangerent, qui sese & totum Regnum per Vim opprimeret, haud difficulter obtinuerunt, Sbigneusque in arcem honorifice receptus est. Id autem ubi Wladislaus Princeps recevit majorem in modum commotus, certos Homines misit qui Magnum & WRATISLAVIENSES suis Verbis objurgarent, & ut Sbigneum ejicerent severe mandavit. Responsum a Wratislaviensibus: se non hostem sed Filium Principis recepisse, nec a fide Principis unquam recessisse, orare tantum ut Exules, Homines honestos, Clementia sua redituque in Patriam dignetur: nec ita crudeliter opprimi patiatur. Wladislaus diutius non cunctandum ratus cum Exercitu ad Urbem accedit: Ibi cum Populus universus ZYROSLAO EPISCOPO præeunte obviam ei prodiisset, ac peccatum passus, nec quidquam quod imperaretur detrectans se suaque Principi permisisset, Wladislaus quanquam Jure irasci poterat, pœnitentia sibi satisfieri passus, Veniam dedit, cæterum Magnum a Præfectura amovit, & pro eo Voislaum Boleslai Filii Præceptorem illis præfecit. Sbigneus autem metuens Iram Patris, pridie antequam is adveniret in Pomeraniam profugerat, ubi tandem prælio victus, vivus in Patris Potestatem venit: qui Procerum & Episcoporum precibus tandem exoratus non modo Culpam Sbigneo remisit, sed & cum Boleslao legitimo filio, pessimo Exemplo & magno Reipublicæ malo, honore exæquavit, & quibus finibus uterque post se principatum obtineret, designavit. Nec ita multo post Secechus, utroque Principis Filio adnitente, exulatum abire in Russiam coactus est, ac quamvis longo post Tempore placato Boleslao ab exilio redierit, nunquam tamen ad pristinum Dignitatis & Potentiæ Gradum pervenit.

Bretizlaus Bojemorum Dux Silefiam cum Exercitu ingreditur:

Cæterum interea dum Sbigneum Pater prosequitur, Bretizlaus Bojemorum Dux cum tumultuaria suorum manu in eam Poloniae Oram, quæ ad Nissam Fluvium est, prædabundus Excursionem fecit: Bardum arcem defensoribus vacuum cepit & exussit: aliam ipse in Rupe quadam prærupta celeriter construxit, & aliquanto ibi Præsidio relicto Cameneciam adpellavit: sed quam tamen paucis annis post Boleslao Nepoti suo ex Sorore restituit.

CHRISTI

1099.

Anno

CÆSARIS

HENRICI IV. 43.

Res Bohemica:

Dux Bretizlaus in nativitate DOMINI Boleslaum per sororem sibi propinquum invitat ad Convivium quod erat in Urbe Satec dispositum ubi in ipso festo consentientibus omnibus Comitibus Bojemici factus est Boleslaus Ensifer Avunculi sui: quem post festum Dux remittens ad propria, dona dat ei & constituit, quatenus ensiferæ Dignitatis pro Ministerio ex Tributo, quod Pater suus Wladislaus solvebat semper annuatim C. Marcas argenti & X. auri Talenta habeat. Verba sunt Cosmæ Pragens. lib. III. Chron.

Anno

Anno

CHRISTI

1100.

CÆSARIS

HENRICI IV. 44.

ZYROSLAUS novem Annorum Episcopus Wratislaviensis diem clausit, ad Antecessorum Cineres Wratislaviæ repositus. Successorem habuit Imislaum five HAYMONEM antiquæ Lestitarum Stirpis Polonum nobilem in cujus Electionem Boleslaus ægre tandem consensit.

In locum Zyroselai Episcopi Wratislaviensis defuncti succedit IMISLAUS.

Anno

CHRISTI

1102.

CÆSARIS

HENRICI IV. 46.

Wladislaus Poloniæ Princeps laudabilis morbo & angore confectus prid. Non. Junii cum XX. regnasset annos, vixisset propemodum LIX. obiit, in Basilica Ploccensi solemni Pompa funeratus. Uxores is habuit duas, quarum prior JUDITHA Wratislai Bojemii Regis filia, Bretislai Soror, cum filium illi peperisset, Boleslaum die 20. Aug. anno S. clō LXXXIV. partus doloribus adeo debilitata fuit, ut prid. Natalis CHRISTI exspiravit: altera * SOPHIA Henrici III. Imp. Filia: Henrici IV. Soror: Salomonis Hungariæ Regis vidua, cum qua nuptias Cracoviæ magno cum Apparatu celebravit anno clō LXXXIIX. filiasque genuit tres, quarum nomina ignorantur. Ex Concubina autem natus ipsi Sbigneus, cui Cujavia atque Masovia & Lenciciensi Tractu concessis, Boleslaus cætera atque adeo etiam Silesiam cum summo Imperio obtinuit: Crivoustus h. e. distortus vulgo cognominatus, quod Carbunculus ei ab ineunte adolescentia Os distorterat.

Obitus & Liberi VVLADISLAI Principis Poloniæ.

Succedit BOLESLAUS III. Crivoustus.

BOLESLAUS III. CRIVOUSTUS.

Anno

CHRISTI

1103.

CÆSARIS

HENRICI IV. 47.

Boleslaus Crivoustus exacto luctu annuo, orante Senatu Uxorem duxit Sbislavam Svantopolci five Stopolci Michaelis ** Kioviensium Principis Filiam, non sine Indulgentia tamen Pontif. Romani, ne propter intercedentem cognationem incestæ essent eæ Nuptiæ.

Cui Sbislava, Michaelis Kiovi. Princip. Filia nubit.

Quæ sequentibus annis gesta, confuse a Scriptoribus traduntur: ut annorum ratio non constet. Moravos quidem ditionem suam Sbignei Consilio & opera invadentes; Duce Zulislao feliciter fudit: ac ei pro amissa in prælio manu, auream donavit. Ipse quoque in Moraviam incurfionem fecit: exustisque plurimis Vicis atque Pagis non parvam etiam Prædam in Poloniam revexit. Pomeranos adhuc aliquoties vicit, eorumque Urbem imprimis divitem & populosam Bialogrodam cum & Colbergam, Camenum, Velinarin, Cosminum aliaque oppida in Potestatem suam redegit. In cujus quidem belli Historia primam fieri Glogoviæ Mentionem Curæus putat: cum narret Dlugossus, Boleslaum ut Pomeranos deluderet, collegisse exercitum Glogoviæ, præ se ferentem Expeditionem Bojemicam, sed inde subito movisse in Pomeraniam. Verum hoc ἀνιστορίας: quippe cum centum retro annis Gloguam Urbem memoret Ditmarus Episcopus Mersburgensis antiquissimus Misniæ & Saxonie Historicus.

Virtus Boleslai Regis Poloniæ.

Anno

* Ebbo in Vita S. Ottonis Ep. Bambergensis in actis SS. Antvverp. T. I. Julii p. 426. „Accidit forte illis diebus, ut germana Soror HENRICI IV. Imperatoris, Juditha nomine, in Matrimonio jungeretur Boleslao (Wladislao) Polonorum Duci. Add. Nobiliss. Dn. Jo. Dav. Koeleri P. P. Altorfni Dissertatio Genealogica de Familia Augusta Franconica, p. 58. & 59.

** Dlugossus lib. IV. ad an. 1103. „Boleslaus Polonorum Monarcha uxorem Principis Majoris Russiæ Filiam Svantopelkonis Ducis Kioviensis nomine Zbislavam, Virginem formam & moribus illustrem (quamvis alter alterum quarto consanguinitatis gradu æque contineret) accepit - - - Nuptiarum celebritatem Cracoviæ 16. die Novembris præsturus.

Anno

CHRISTI

1108.

CÆSARIS

HENRICI V. 2.

HENRICUS
V. CÆSAR
Bellum Hunga-
rie infert:

Henricus V. Cæsar a Svatopolco Bojemo adjutus Colomanno Hungarorum Regi qui Almun fratrem regno ejecerat * bellum parat, sed irrito conatu. Auxilia Colomanno misit Boleslaus Polonus, ac dum in castris Cæsaris esset Bojemix Princeps ipse interea Bojemiam deprædatus est. Post hoc bellum Boleslaus Sbigneum fratrem propter Proditionem sapius tentatam, cum omnes capite plectendum censerent, exilio multat: ipseque ad Henricum Imperatorem se recepit.

Anno

CHRISTI

1109.

CÆSARIS

HENRICI V. 3.

Inde Silesia
sed Eventu si-
nistro:

Glogovia mira
Civium Virtu-
te servata:

Henricus V. Imperator adjutos a Polonis Hungaros, & vexatos Bojemos indigne ferens, sollicitatus insuper a Sbigneo exule magnis coactis Copiis Poloniam Svatopolco Bojemo & Sbigneo Sociis tendit. Libusioque oppido limitaneo & Riceno captis; Bithomia autem arce frustra oppugnata exercitum ad Glogoviam ducit: cumque vado invento non procul ab Urbe in alteram Viadri ripam traduxisset, multos ex Agminibus Boleslai incautos oppressit. Hinc magna vi Urbs oppugnari cœpta, frequens quidem ea Tempestate sed non munitissima. Oppidani veriti, ne capta per Vim urbe extrema quoque ab irato Hoste paterentur, quinque dierum Inducias petunt: quibus nisi succursus sibi esset, deditionem promittunt, obsidesque dant primorum Civium liberos. Ad Boleslaum itaque mittunt, quanto in Discrimine sint, ac quid cum hoste constituerint exponunt, orant ut illis opem celeriter ferat. Collaudavit ille eorum Consilium, mature se affuturum pollicetur, quod ni affuerit sustinere hostilem Impetum jubet, ni faciant, deleturum se eos post Discessum Cæsaris jurat. Valuit apud Glogovienſes plus fides & auctoritas Principis, quam privata Pietas: Itaque biduo quod de Induciis erat reliquum, ad sustinendam Vim Hostium omni ope se comparant. Adveniente ergo quinta Die promissam deditionem Cæsar poscit, ubi vero mutatos oppidanorum Animos videt, corona Urbem oppugnat, obsidesque machinis allegari & ad mœnia obverri jubet: ut dum suis oppidanorum misericordia parcat, facilius & liberior mœnia subeant. Sed nihilominus oppidani omne Telorum Genus in suos juxta ac in Hostes congerunt, ac omni ratione Vim hostium depellunt. Cæsar illorum Constantiam admiratus, & suorum pericula ac vulnera miseratus, receptui canere jussit, & in Castra suos reduxit, amissis multis Viris fortibus; Boleslaus interea expectata Auxilia acceperat, validasque de suo milite copias habebat, itaque propius Hostem accedit, nectamen pugnandi Copiam, quamvis flagitantibus suis faciebat sed è latebris & Infidiis hostilem Exercitum petebat, populatores excipiebat, subitisque Incurſionibus nec oppugnandi Urbem nec reficiendi se nec quiescendi Spatium hosti dabat. Angebatur autem ancipiti malo Cæsar obsessio quam obsidenti similior, præsertim Svatopulcus Bojemus adacto per Tergum Telo jussu Virſovicenſium exulum occisus fuit. Caterum Boleslaus Cæsarem non satis auspiciati Belli jam pertæsum simul quod hyems instabat faciliorem placidioremque fore, legatos ad eum de armis pace commutandis misit: quibus Cæsar has Conditiones dixit: ut Sbigneus in Principatum suum restitueretur, & ut Poloni Tributum penderent, quod deberent Imperio. Duræ videbantur legatis Conditiones: neque existimabant principem eas accepturum esse. Ibi Cæsar ut legatos terreret, thesauris suis apertis Vim maximam Auri & Argenti iisdem demonstravit: Hisce inquit Præſidiis Polonos subjugabo. Cui Legatorum Princeps Scarbicus Comes subridens intrepido ac prorsus heroico Animo detractum quem digito gestabat Annulum ad reliquum Cumulum adjecit, his Verbis additis: Aurum Auro jungatur. Scommma intellectum Cæsar gratias agendo elusit, lingua Germanica habet Danck dicens: quod est: Gratias ago: indeque postea universæ Familiæ nobile nomen mansit ut Habdanckii adpellarentur, ex quibus ortæ creduntur in Silesia nobiles Posedoroskiorum & Jencovitiorum Gentes honoratissimæ. Reverſi ad Boleslaum Legati mandata Cæsaris referunt: At is Conditionum Iniquitatem accusatus, Cæsarem vexare pergit, qui tot malis fatigatus majoraque metuens alio-

* Pisonium obsidione cinctum, sed non expugnatum referunt Chronicon Claustro Neoburgense Tom. I. Script. Rer. Austriac. R. P. Dn. Hieronymi Pez: & Chronicon Monasterii Mellicensis Tom. eodem. inde Tom. II. p. 183. Chronicon Monasterii Admontensis.

alio transferre bellum statuit : ideoque soluta Glogoviz obfisione ad interiora Poloniz & Vratislaviam Urbem instructa acie contendit. Jamque uno duntaxat ab Urbe milliario aberat : cum Boleslaus infesto Agmine a Tergo subsecutus, aperto illum Martelaceffit. Fit ergo Prælium, auspicio ipso atrox, & primo Poloni gravi Germanorum Armatura cum strage rejecti sunt. At Boleslaus non deficiens Animo cum generosa Oratione suos fortes esse jussisset, acriori in Germanos Impetu conversus, pugnam instaurat, nec ante finem facit, quam turbata & dissipata undique Cæsariana Acies succumberet. Cecidere eo Prælio utrinque permulti, ac Cæsar ipse ægre se discrimini per fugam subtrahit. Campus ubi pugnatum plenus Cadaverum, acerbum & miserabile Spectaculum exhibuit. Ac Poloni quidem conquiriti sunt ac sepulti, Germani autem insepulti Canibus & Volucris Esca jacuere. Inde autem, cum eo tanta Vis Canum convenisset, ut præberet difficilem transitum Iter facientibus, locus ille Caninus Campus dici cœpit : quod nomen etiamnum utraque lingua qui ibi est Vicus, retinet. Et hæc quidem in Polonorum Annalibus sic memorantur : Caterum Scriptor Bojemus rem aliter gestam recenset, aliter item Germani : Peucerus Cæsarem juncto Svatopolco socio tentasse Polonos, tributa Imperio ex pacto & obligatione debitaolvere detrectantes, sed quod dilapsis ob eandem clandestinam sui Ducis Bojemis, reliquis Copiis diffideret, abduxisse Exercitum ab obfisione urbis Glogoviz Consilio Viperti Comitibus Groicensis, & cum Polonis transegisse : illius autem magnæ Cladis ab Henrico Cæsare ad Vratislaviam acceptæ mentionem nullam facit.

Prælio ad
VVRATIS-
LAVIAM ge-
sto victus IM-
PERATOR :

Cosmas Pragensis Decanus lib. III. Chron. sic de his Rebus scribit : Mense Septembri intrat (Henricus Silesiam & circa primum ejus oppidum Glogou disposita Obfisione, devastat eam ex utraque Parte fluminis Odræ a prædicto oppido usque ad Castrum Ricen, & iterum cum magna præda reversus est ad castra : Ibi cum jam disposuisset ut in crastinum Duccem Zvatopluc & ejus dimitteret Exercitum, totam in regalibus negotiis usque ad noctem duxerunt Diem. Affuit interim in castris quidam miles audacissimis audacior & missus a Joanne filio Cista de Gente Warsovici qui in utrumque paratus aut partam magnis Ausibus acquirere famam, aut cum morte ducis simul amittere hanc vitam, stetit sub patula sago juxta Viam qua itur ad regalem Curiam, observans reditum Ducis, dum rediret de Curte Regis. Quem ut vidit primo jam noctis in crepusculo stipatum ingente Caterva Militum obsequentium insiluit in Equum, & paulisper se immiscuit Agmini in medium, & toto annisu Virium inter Scapulos Ducis vibrans Jaculum, intima fatifero rupit præcordia ferro. Qui citius quam tangeret Humum exhalavit spiritum, scilicet XI. Octobr. mens. Kalendis.

Pegaviensis Monachus in Historia de Viperto Groicensi, cujus Procmio advocat omnium eos testes qui videre atque audire, denique etiam interfuere, & quorum ipse aliquot superstites norit, expeditionem istam ad annum dlo CXI. refert, cujus de illa hæc leguntur Verba : Deinde in Poloniam Expeditionem suis indixit, & Wigberto simul proficisceretur imperavit. Qui suntis duobus millibus profectus est, cum ergo propter Borvi regem haberet infensum, Zuetipolcus cum Rege plurima de Wigberto clam tractabat Consilia, quod illius non diu latuit Industriæ : Sæpius vero Zuetipolco mediæ noctis Tempore ab hujusmodi Consiliis ante Wigberti Tentoria ad sua redeunte, tandem cum suo egit milite quodam, ut transeuntem sicut heri & nudius tertius improvisum clam perimeret. Cujus Transitum idem diligenter explorans, cuspide in eum vibrata inter Scapulas Cutem transfixit. Illoque ruente ad castra Wigberti Miles aufugit. Exorto deinde clamore Bojemorum, ubi eis Interitus Ducis innotuit, nil morati, præcipientes aufugerunt, & Regem positum in grandi Anxietate relinquunt. Vocatus dehinc a Rege VVigbertus affuit, quem Rex ut se cum suis a Polonia deduceret, obnixè petiit : Quod se facturum gratanter pollicetur, si Borvi per eum in Paternum Principatum restitueretur. Cujus petitioni refragari tandem non valens, utpote necessitate ductus annuit, & ut illum in paternam sedem reduceret imperavit. Rex itaque festinus VVigberto præduce, Polonia decessit : sed VVigbertus Juvenis, filius VVigberti, patre jubente Borvin in Principatus sedem Pragam reduxit.

Interitus Ducis
Bojemorum :

Curæus verosimilem esse credit narrationem vetustorum Annalium MStorum ubi traditur, Cæsarem ad Glogoviam accessisse, eamque irritò Conatu oppugnasse : movisse etiam ad VVratislaviam sed exercitum a quotidianis Excursionibus Boleslai ita afflictum, ut Cæsar flecti se passus sit ad Pacem, propositis Conditionibus longe æquioribus quam Initio belli tulerat.

Sunt qui scribunt an. 1109. Henricum V. Imperatorem SILESIAM Boleslao Poloniæ Duci ob feloniam abdicasse, & in Jus ditionemque Imperii Germanici asseruisse, sed postea in Comitibus Bambergensibus eandem Boleslao sub annuo Tributo restituisse. Lehm. l. V. Chron. Spir. c. 42. Curæus in Annal. Sil. Negat vero Michov. in Chron. Reg. Polon. l. III. c. 10.

CHRISTI

1110.

Anno

CÆSARIS

HENRICI V. 4.

Pax inter IM-
PERATO
REM & Polo-
niæ Regem
fancita:

Boleslaus Polonus ab Amicis persuasus, ut animum suum vinceret, ipse ad Cæsarem Bambergam splendido Apparatu & Comitatu proficiscitur, qui adveniens comiter & honorifice acceptus Cæsari reconciliatur, pace etiam per novam adfinitatem sancita & stabilita. Boleslaus enim Henrici Sororem Adelheyden duxit, & filio suo WLADISLAO impuberi adhuc Christinam ejusdem Cæsaris * Filiam parvulam despondit. Peractis autem magna celebritate & summa omnium læticia nuptiis, datis & acceptis ultro citroque magnis muneribus, Boleslaus in Poloniam revertit, ac Glogoviæ aliquamdiu commoratus, Urbem priori bello quassatam restituit & ornavit.

Anno

CHRISTI

1112.

CÆSARIS

HENRICI V. 6.

Excursiones
Sbignei in Sile-
siam:

Boleslao ad Bellum Prussicum profecto, agmen interea quoddam prædabundum a Sbigneo emissum Silesiam afflixit, quod tamen Virtute Incolarum deletum est.

Anno

CHRISTI

1113.

CÆSARIS

HENRICI V. 7.

Boleslaus Rex
Poloniæ Bohe-
miam cum Ex-
ercitu ingredi-
tur:

Boleslaus Poloniæ Princeps Sobeslaum exulem Vladislai Bojemorum Ducis fratrem restitutus Bojemiam cum infesto exercitu ingreditur, ac obviis quibusque vastatis cum Vladislai Copiis congressus, ipse hostem qui ante alios Pugnam ciebat, manu sua perimit. Huic proximus Derslaus Pocillator. Quo exemplo incensus ardor cæterorum militum ** hostem referre pedem coëgit, repetitaque e vestigio in Bohemiam excursione incolumes cum ingenti Præda in Poloniam reverterunt. Ex Prussia vastata Rustici in Poloniam ducti ac per diversa loca distributi. Sbigneus autem reliqua Spe quam habebat Bojemorum & Pomeranorum Armis penitus abjecta, fratris Clementiam supplici Legatione tentabat, obsequentem se semper fore pollicitus. Emoluit hæc Legatio Boleslai animum, suapte natura ad misericordiam pronum, revocatur Sbigneus, nequiquam reclamantibus Proceribus. Veniens autem nihil de fastu & vanitate sua remisit quæ res illi mortem acceleravit.

Anno

CHRISTI

1115.

CÆSARIS

HENRICI V. 9.

Pax sancita in-
ter BOHEMI-
am & Poloni-
am:

Julio Mense Vladislaus Bojemix Princeps ejusque fratres Otho & Sobeslaus nec non Polonorum Princeps Boleslaus cum suo quisque comitatu in apertis campis ad Odissam Annem convenerunt, novumque invicem foedus istum jurejurando confirmarunt: sequenti autem die datis & acceptis ultro citroque muneribus ad sua quisque discesserunt. Cosmas. Prag.

Anno

CHRISTI

1116.

CÆSARIS

HENRICI V. 10.

Sbignei Inte-
ritus:

Boleslaus Princeps Sbignei fratris insanabile Ingenium videns poenitentia duci quod

* Henrici V. Imp. Sororem, nomine ADELHEYDEN Wladizlao II. Silesiæ Duci, Bolezlai III. REGIS POLONIÆ Filio primogenito Conjugem fuisse, Diplomatis & Annalium MStorum fide ad no. 2. Tab. I. Genealogicæ Tom. I. Scriptorum nostrorum abunde probavimus: Bolezlao vero Patri duæ erant uxores: 1. Zbislava: Michaëlis Russiæ Ducis Filia, an. 1103. ducta, Mater Wladizlai II. quod Dlugoffus. & 2. Salomea: Henrici Senioris, Comititis a Bergen F. quod Annales Zvvifaltenfes testantur, quæ uti verba sunt annalium, „VI. Kal. Augusti „anni 1144. post Regiam Domum quinque prolibus feliciter auctam ad superos abiit.

** Dubravius lib. XI. Boleslaum victum fuisse, & Sobieslaum vulneratum memorat.

quod revocasset illum coepit, quem Igniculum in Pectore Boleslai cum magis alerent infensi Sbigneo proceres, eo mitissimum Principem impulerunt, ut fratrem interficiendum curaverit. * Alii tamen non morte mulctatum, sed luminibus privatum ex consilii Sententia fuisse, nec ita multo post cum dolore decessisse scribunt. Ipsum quidem Boleslaum admissi facinoris & contaminatæ illa labe existimationis suæ adeo poenituit, ut propitiando Numini assiduam postea operam navaverit, multisque lacrymis, Eleemosynis & Laboribus peregrinationum in Galliam Narbonensem ad D. Ægidij tutelaris sui, in Hungariam ad D. Stephani Sepulchra, Gnesnam ad D. Adalberti Reliquias ultro susceptarum Scelus eluere conatus sit.

CHRISTI

1120.

Collegium Sacerdotum primariorum quos Prælatos & Canonicos vocant, juxta ac vicariorum in majore Glogovia fundatum & institutum a Boleslao Principe Polonorum, adjuvante Haymone Episcopo Wratislaviensi.

Collegium
Glogoviæ ma-
jore fundatum

Anno

CÆSARIS

HENRICI V. 14.

CHRISTI

1121.

Boleslaus Princeps nuptias Filio Vladislao cum ** Christina Henrici Imperatoris filia, qui tum demum ambo puberes facti fuerant, maximo apparatu celebrat, quibus Stephanus Rex Hungariæ ac Russorum Bojemorumque Duces interfuere.

Nuptiæ
VVLADIZ-
LAI DUCIS
cum IMP.
Filia:

Anno

CÆSARIS

HENRICI V. 15.

CHRISTI

1122.

Adelheidis Boleslai uxor post decem annorum sterilitatem filium *** Cazimirum paruit, sed qui decem annorum Puer turbato mortalitatis Ordine ante Patrem obiit.

F. Casimirus
BOLEZLAO
natus:

Anno

CÆSARIS

HENRICI V. 16.

CHRISTI

1124.

Expeditio in Danos hoc anno a Boleslao suscepta, auctore Petro **** Duvino, qui clara & illustri apud Danos ortus familia, cum se juvenis in aulam Boleslai contulisset, magna Ingenii Dexteritate & Suavitate morum cito se in Gratiā & amicitiam ejus se insinuavit, ita ut postea multis magnisque Possessionibus & imprimis Comitatu Scrinnenfi & uxore illustri e Genere Ducum Russiæ quæ Sbislavam priorem Boleslai Conjugem cognatione attingebat, ab eo cohonestaretur. Pater hujus Petri Guilielmus facile princeps erat Procerum Daniæ, quem cum ingenti Thesaurō omnique ejus cognatione secum avexit, secundaque navigatione usus post rem bene confectam in Poloniam tediit.

Expeditio in
Danos:

Boleslaus Ducis Boëmiæ Frater mittit ad Poloniæ Principem Stephanum Comitem, qui cum transiret Sylvam quæ est inter Saxoniam & Poloniam, incidit in armatas Latronum manus, fortiterque cum suis pugnans opprimitur tamen: solus Presbyter (inquit Cosmas) evadit & nunciavit in Urbe Glogou quod factum fuerat; Præfectus autem illius urbis nomine Voydan cum multis accelerans tunc armatis, invenit Ste-

Legatus Polo-
niæ in Silesia
occisus

Ff 3

pha-

* Eadem Dlugoffus lib. IV. ad an. 1116.

** ADELHEYDE: Henrici IV. Imp. F. vid. Tab. I. Genealogica: no. 2. Tom. I. Scriptorum Rerum Silesiacarum.

*** Erravit Henelius hoc loco cum Dlugoffo: nempe Salomeam Henrici Senioris Com. a Bergen F. alteram BOLEZLAI III. REGIS Conjugem fuisse Annales Zvvifaltenfes testantur, vide quæ ad an. 1110. in notis diximus: ex hac reliqua Bolezlai Progenies, excepto WLADIZLAO II. Duce Silesiæ, Filio primogenito, quem Zbislava: Russiæ Principis Filia peperit. Eandem nobiscum Sententiam fovet Nobiliss. Auctor Bibliothecæ Polonicæ Specim. VII. p. 861. n. 215.

**** Fabulam redolere expeditionem hanc Idem Nobiliss. auctor Bibliothecæ Polonicæ l. c. affirmat: quare a vide Petri Dani sive Dunini Anastasin expectamus. quam Dn. Joh. Godofredus Baron: I. V. D. luci publicæ promisit.

phanum semivivum in media Aqua **Bober** super frutices harentem: nam barbari ut viderent multos de suis interfectos & alios vulneratos irati valde præcipitaverunt eum in prædictum fluvium. Quem præfatus Præfectus suscipiens & ejus Socios adhuc semivivos, tulit in Castrum suum, ibique Stephanus III. Kal. Junii Dominica Die moritur. Vixit eo ipso Tempore Cosmas Pragensis qui quidem ad annum 1125. Octogenerium se tunc fuisse scribit.

Anno

CHRISTI

1125.

CÆSARIS

LOTHARII I.

Haymoni
Episc. VVra-
tislav. defun-
cto RUPER-
TUS succedit:

HAYMO EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS cum annis XXVI. sedisset, mortalitatem explevit, cui iuxta Wratislavia in Templo Cathedrali perfoluta sunt. Successit ei Rupertus nobilis Polonus: Præsul providus.

LOTHARII
infelix cum
Bohemis Pu-
gna:

Lotharius Imp. expeditionem suscipit ut Othonem Marchionem Moravia Svatopluci fratrem Regem Bohemia constituat: ad Chlumecium usque Vicum progressus ac cum Bojemis congressus XII. Kal. Mart. infelici Marte pugnat amissis quingentis & quadraginta militibus Viris, & Othone Marchione Moravia Regnum injuste appetente: Harvingo Comite Holstenio & Gebhardo Comitem Quefurdio Patruo Imp. in acie * cæsis: captis autem inter alios Alberto Marchione & Ludovico Comite Lario. Sunt qui annotant XII. Martij Diem: præliumque initum cum Udalrico, cum scribendum fuisset Vladislao, ut habent Annales Boemorum. Lupacius ex MS. in tanto bello tres tantum Slavos sive Bojemos paruisse notat. De Hasta S. WENCESLAI: Ducis quondam Bohemia: item Vexillo S. ADALBERTI Præsulis in eodem conflictu erectis ad Exercitu Bojemico sane mira narrat Cosmas, illaque ipsa & Hagecius prosequitur. Videndi præterea Cranz, lib. VI. c. 2. Sax. Fabr. I. II. rer. memor. Sax. universæ.

Anno

CHRISTI

1131.

CÆSARIS

LOTHARII 6.

Gorlicium re-
stauratum:

Sobieslaus Princeps Bojemorum qui Lusatia Partem magnam occupaverat, celebrem Urbem GORLICIAM juxta fluvium Nissam instauravit, & munivit quod sæpe prius fuerat vastata. Cur.

Procop. Lupac. in Ephem. Rer. Bojem. ad XIII. Febr. Sobieslaum Gorlicii primum Conditorem facit, dictionemque nunc corruptam seu intercisam esse scribit, cum antea integra Voce Horzelec sive Zhorzelec (quasi locus incendio vastatus & consumptus) appellaretur: antiquitus etiam Drewnow (a Lignorum sive Sylvarum ut Etymon indicare videtur Copia) vocaretur.

Boleslaus Rex
Polonia se Im-
peratori sub-
mittit:

LOTHARIUS IMP. coronatus an. 1131. & ab Urbe rediens Germaniam ingreditur, & Polonorum Ducem cum multis Muneribus obviam habuit: quem tamen non ante dignatus est suo Conspectui presentari, quam Tributum XII. annorum h. e. 500. libras ad singulos annos persolveret, & de Pomeranis & Rugis Homagium sibi faceret, subjectionesque perpetuo Sacramento confirmaret. ** Frisingens.

Anno

CHRISTI

1133.

CÆSARIS

LOTHARII II. 8.

Silesia a Boje-
mis: Moravia
a Polonis va-
stata:

Silesiam depopulantur Bojemi ac tractum Wratislaviensem Ferro & Igne vastant: contra quos dum Boleslaus omisso Hungarico Bello contendit, ipsi cum præda domum se recipiunt. Aestate sequenti, Boleslao iterum in Hungariam profecto, Bojemi majore vi Silesiam rursus crudeliter divexant. Itaque Boleslaus ab Hungaris digressus magnam Moravia Partem, ut par pari referret, depopulatus est vastatisque agris & ingenti abacta Præda in Poloniam rediit.

Anno

* Vid. Otto Frisingensis de gestis FRIDRICI lib. I. c. XX. XXI. Dodechinus. Annales Hildesheimenses. Alb. Stadenfis. Chron. M. Sereni. Cont. Lamberti ad an. 1126. Albericus ad an. 1126. 1127. Rob. de Monte ad an. 1127. & Dubravius Hist. Bohem. XI.

** Otto Frisingensis VII. c. 19. addit: „Regemque Dacia in Signum Subjectionis ad Decorem „Imperialis Reverentia, gladium sibi sub corona deferre fecit: ac ab Ungarorum Rege Terrore perculso multa & magnifica munera suscepit.

Anno

CHRISTI

1135.

CÆSARIS

LOTHARII II. 10.

Lotharius Imp. cum Bojemis Hungaris Polonis Slavis Danis potentissimis Populis Conventum habet Magdeburgi: in quo postquam ab armis recessum de foederibus & Pace actum fuit, suntque ibi decennales Induciæ institutæ. Factum id VIII. Kal. Martii. Trithem. Fabric. Sunt & qui impetrasse Polonum scribant auxiliares ab Imperatore Copias contra Moscovitas & Russos, nec non factas illi cum Bojemo trium annorum Inducias, quæ priusquam finitæ sunt, Pax solida & perpetua inter Polonos & Bojemos firmata fuerit. Henr. Mutius Memoria prodidit: Lotharium in Polonos bellum comparasse propter Tributum Romanorum Imperatori a XII. annis non solum, Polonos autem bellum timentes Ducem suum cum magnis muneribus obviam Imperatori misisse atque eum in Saxonia occurrentem ad Lotharium missum non esse, nisi prius tributa debita solveret, & iusjurandum daret, se Romano Imperatori deinceps dicto audientem fore. Id utrumque cum ille fecisset, magnaque insuper dona dedisset, pacem ei datam esse. Sed hanc Mutii Narrationem ridet Cromerus l. V. de rebus Polonorum.

Majestas a LO-
THARIO Im-
perii IMP. as-
serta:

Anno

CHRISTI

1139.

CÆSARIS

CONRADI III. 2.

Boleslaus Crivoustus Princeps Poloniæ, magni sane animi, justus & æqui observans, ad beneficentiam & liberalitatem promptus, pacis Artium minime expers, sed belli studiis præstantior, Miles quippe strenuus & audax, Dux providus, solers & felix, ultimum si excipias Halicentie Prælium in quo vix evasit, pudoreque ac dolore stimulantibus, conspectum deinceps Hominum & Colloquia vitavit, toto anno lecto affixus & debilitatus in mortem tandem concessit cum vixisset annos LIII. regnasset post Patrem XXVI. collatis Signis cum hoste quadragies septies conflixisset semper Victor, Lotharius autem Imperator uno cum anno antevertisset. Filios superstites reliquit quinque: e quibus WLADISLAO natu maximo, penes quem Principatum & Summam rerum moriens constituit, Kracovientem, Siadientem & Lancutientem ditiones itemque SILESIAM adsignavit: BOLESLAO cogn. CRISPO Malovianam & Cujaviam cum vicinis Oris: MICISLAO Gneinentem Polnamenicem, Calissientem, & Pomeraniam: HENRICO Sendomirientem atque Lublinsentem. CASIMIRUM Infantem, qui superiori Anno natus erat præterit. Causam rogatus respondit: jam illi quoque Portionem suam esse designatam. Admirantibus cunctis: non animadvertitis, inquit, in Curru inter quatuor rotas quintam eam esse Partem Currus, cui Homines insident, & Onera imponunt, quæ quidem in rotis sustentantur atque portantur. Eum igitur locum inter quatuor Fratres quintus obtinebit, illisque suo Tempore succedet. Cæterum præter hos Liberos & Calmarum alterum in Puercitia defunctum, filias quoque Boleslao iusse lego SVENTOSLAAM Anno S. c. lvi. natam: JUDITHAM Stephano Colomanni Hungariæ Regis, cui nomen Lutgardi in Germania impositum, filio denuptam, nec non DOBROGNEVAM Dieterici III. Marchionis Lusariæ & Landsbergæ, Fundatoris Monasterii Doberlucensis Herois magnanimi Conjugem primam, Lauterburgi ad Latus Mariti sepultam. Monumenta Foundationis Monasterii Vincentini in Suburbiiis Wratislavienfibus a Petro Duvino Præmonstratensis Ordinis Monachis, qui Tunica Alba cum linea toga sub candido Pallio amiciuntur, conditi hoc anno, edita sub nomine filiorum Boleslai cum Pater recens decessisset. Neque alia extare vetustiora in nostra hac Regione putat Curzus.

BOLESLAI
III. Regis Po-
loniæ Obitus:
Conjuges &
Liberi:

Monasterium
S. Vincentij
Wratislaviæ
fundatum:

WLADISLAUS II. PRINCEPS POLONIÆ.

Anno

CHRISTI

1140.

CÆSARIS

CONRADI III. 3.

Partitione Regni secundum Descriptionem Patris facta ad suas quisque ditiones & quasi Satrapias discessere: ita tamen ut Wladislaum (a quo & Casimirus infans exors curandus atque educandus susceptus est) Principem agnoscerent, ejusque Majestatem comiter conservarent. Initio autem statim Sobislaus Bojemorum Dux Pacto-

Bohemi Bello
Poloniæ pe-
tunt:

rum

rum immemor, Silesiam infesto Exercitu longe lateque populatus est, majora etiam Damna illaturus, nisi valida febre correptus incepto desistere & in Bojemiam unde venerat, pedem referre coactus nec multo post invalescente Morbo Praga * extinctus fuisset. Procopius tamen Lupacius in Pago Chwogno: Goszeni vel Gostini, vico in Polonia febre correptum a.d. XIII. Febr. obiisse scribit, indeque Corpus exanime Pragam deportatum, & honorifico funere clatum ac sepultum fuisse Wyssegradæ in Basilica D. Petri prope Patrem Wratislaum. Luxit omnis Boemia multo Tempore, cui præfuisse scribitur annis XV. Poloniam & Silesiam mire afflixit: Lothario autem Imperatore perquam amico usus est, eique vicissim præclaram in militia navavit operam. Reliquit filios Udalricum & Wenceslaum: Successorem in Principatu nactus Wladislaum, Wladislai Filium, Wratislai Nepotem.

Anno

CHRISTI

1141.

CÆSARIS

CONRADI III. 4.

Diffidium in-
ter Fratres Du-
ces Poloniæ:

RUPERTO EPISCOPO ad Ecclesiam Cracoviensem translato MAGNUS Zarernbarum Generis Polonici nobilis, Boleslai Principis Cancellarius, Successor a Pontifice datur. ** Diffidium intestinum inter Fratres coepit, Wladislao Portionem reliquorum adfectante, cui hæces addidit Christina Coniunx Henrici Imp. Filia de cujus Superbia multa Scriptores Poloni: cum interim nobilitatis Polonicæ flagitiosam Contumaciam alto Silentio tegant. Questum ajunt Wladislaum in Senatu idque ex Consilio Christianæ perniciosam esse & exitialem Reipublicæ partitionem Principatus: nec diu quietam esse posse ab intestinis discordiis cum Rempublicam quæ a pluribus exaquo Dominatu non certis Legibus sed arbitrio cujusque gubernetur: neque vero diu Majestatem unius cujuscumque ab iis conservari solere qui non modo Genere sed viribus etiam & Potentia uni illi pares esse se sentirent. Quocirca vellent juberent penes unum se quem Primogenituræ Jus fratribus prætulisset, vere esse Regnum: attributurum se illis aut definitos e Fisco Reditus aut Agros nonnullos & Territoria, in quibus vitam honeste sustentare queant. Sententias rogatos Senatores, orasse, monuisse Wladislaum, ne Patris Voluntatem ultimam irritam faceret, ne Poloniæ universæ Consensum aspernaretur, neve leges naturæ labefaceret. Verum Uxoris Persuasionibus & Blanditiis eo usque præcipitem actum fuisse, quo minus sanis suorum Consiliis obtemperaret. Itaque Pecuniam *** primum Fratribus imperasse: mox etiam aperte Ditiores illorum invasisse: Quam rem secuta multorum Procerum a Wladislao abalienatio: Imprimis vero Petrus Duninus, Danus, Comes Svinnenlis, qui jam Boleslai Tempore auctoritate & Potentia in Regno creverat, liberas emittebat voces & monendo oburgandoque ab instituto Principem avocare conabatur: quæ res ipsi cum jam ante Regina propter Jocum quendam invisus esset calamitosa plane extitit. Historia talis: Venationi Petrus hic cum Principe suo totum diem dederat, & uterque sub Vesperam defatigati in Tuguriolum quoddam diverterant, ubi cum parcissime coenati & humi stratis penulis cubituri essent, tum Wladislaus: O quam tua Uxor, inquit, hac nocte longe mollius cubat cum Abbate Serinenfi. Petrus contra, ut jocum joco reunderet: Fortasse inquit Domine & tua cum Dobesso. Erat autem Dobessius juvenis ex Equestri Ordine non inelegans, sed Polonis exosus, & alioqui suspectus tanquam familiarior Regina, ita ut musitaretur vulgo, eum cum illa clam consuevisse. Tetigit id dictum Principis Animum, & domum reversus Uxori blandienti rem detexit. Christina Vindictæ cupida, cum per commodam ejus occasionem fortuna ipsi attulisset in eo, quod cupiditati Principis Petrus aperte adversabatur, marito tandem persuasit, ut WRATISLAVIÆ illum filia suæ quam Jaxe Serborum sive Vindorum Duci in Matrimonium collocabat, insigni Pompa nuptias apparantem caperetur, cui deinde Linguam præcidi atque oculos effodi jussit; tanti mordax jocus quo Principem suum petierat Dano coactit: Aulicis omnibus Exemplo, ut abstineant ab asperis facetiis, quæ ubi mul-

Fata Petri Dani
sive Dacini.

* Neplacho Abbas Opatoviensis in Chron. Bohemiæ ad an. 1140. „Mortuo Duce Sobieslao, „Dux XX. & Rex II. WLADISLAUS: fundator Monasterij Strahovvianensis successit.

** Ejus Causas curatius explicavi ad Tab. I. Genealog. no. 1. Tom. I. Scriptorum nostrorum Rerum Silesiacarum.

*** Et merito Pecuniam fratribus imperavit, is cui Reipublicæ Cura commissa fuit, cui Bellum cum Bohemis gerendum, a quo frater natus minimus educandus.

multum ex vero traxere, acrem sui apud præpotentes memoriam relinquunt. Factum hoc est anno dō C XLIV. vixitque post eam Calamitatem Petrus in exilio quidem Annis duobus, bonis autem & honoribus a fratribus Wladislai restitutus quinque.

Anno

CHRISTI

1145.

CÆSARIS

CONRADI III. 8.

Nobilitas Polonica Petri Calamitate irritata lites inter fratres serere non desit, donec res in manifestum bellum erupit. Ac Wladislaus quidem auxiliis Russicis fretus, fratres suos in Urbe Posnaniensi obsedit: quem Archiepiscopus Gnesnensis ex Urbe in Castra sacro habitu profectus graviter objurgavit, solemnemque in ipsum Sacrorum Interdicto notatum, detestationem expressit: abiens etiam carpento suo Tentorium Principis forte fortuna solo prostravit, quæ res mali Ominis loco habita fuit. Patienter tamen omnia Princeps tulit, nec acerbius quicquam in Episcopum aut fecit aut dixit. Tandem cum sui securius quam Castrorum postularer Ratio, agerent, omniaque circa ipsum plena essent prodicionum & Insidiarum, obsessi eruperunt, exercitusque Wladislai partim Interneccione deleta partim in fugam coniecto memorabilem Victoriâ reportarunt. Ipse Wladislaus cum Russis Ducibus & paucis quibusdam evadens Cracoviam contendit, cumque magna statim fieret Polonorum ab ipso Defectio, (ut solet quo Fortuna eodem etiam hominum inclinare favor) æstate sequenti ab omnibus suis desertus, fratrumque misericordia desperata, Conradi Imperatoris Adfinitis sui Opem imploraturus per Silesiam in Germaniam profugit, Cracoviæ Uxore & trifus Filiis relictis: sed qui & ipsi mutare solum & maritum ac Patrem sequi iussi, Principatus autem & summa rerum ac quæcunque in ditione Wladislai fuerunt ad Boleslaum cogn. Crispum, qui Wladislao natu proximus erat, delata sunt.

Bellum inter
Fratres Duces
Poloniæ:
Wladislai
Clades & Fuga:

BOLESLAUS IV. cogn. CRISPUS

Anno

CHRISTI

1146.

CÆSARIS

CONRADI III. 9.

MAGNO EPISCOPO WRATISLAVIENSI febre extincto succedit JOHANNES II. quem Janicum & Janislaum nonnulli adpellant, equestri Gryphium sive Griffonum ut vulgo vocant, familia ortus: Vir devotus & placidus Ordinisque Cisterciensium qui auspice D. BERNHARDO Abbate Clarevallensi, prolapsis in luxum & Otia Benedictinis, Religionem pene fugientem sistere quodammodo videbatur, Amator, ipsique adeo Bernhardo percarus.

Magno Episco-
po VVratista-
vien. si defuncto
succedit JO-
HANNES II.
Grypho:

Anno

CHRISTI

1147.

CÆSARIS

CONRADI III. 10.

Conradus Cæsar Expeditionem in Asiam pro CHRISTIANIS adversus Arabes Persasque parans * per Poloniam Iter fecit: ut Wladislaum de cujus restitutione crebris legationibus egerat, cum Boleslao cæterisque fratribus reconciliaret. Et acceptus est quidem Cæsar perhonorifice, verum nihil tunc impetravit, nisi quod pollicitus est Boleslaus se cum reversus fuisset a bello Sacro Cæsar, pariturum Juri & quæ is vellet facturum esse.

Expeditio cru-
ciata:

Anno

CHRISTI

1148.

CÆSARIS

CONRADI III. 11.

JOHANNES II. Episcopus Wratislaviensis ad Gnesnensem Archiepiscopatum Boleslaj maxime Principis beneficio evocatus Successorem accepit WALTHERUM equestri Zadoreorum ortum familia: qui Basilicam Wratislaviensem Ligneam ad id Templum muro exædificavit, Ordinemque Ceremoniarum, Cantus & Vestitus ex Lugdunensi omnium Galliæ nobilissima & antiquissima cum Liliis Insignibus in eam induxit.

Res gestæ
VVALTHERI
Episc. VVratista-
laviensis:

Gg

Anno

* Non per Poloniam, sed per Pannoniam Iter in Terram Sanctam suscepisse Otto Frisingensis Testis est lib. I, c. XLIII. quod & observavit Nobiliss. Autor Bibliothecæ Polonicæ Specim. VII. no. 142.

Anno

CHRISTI

1149.

CÆSARIS

CONRADI III. 12.

CONRADI
IMP. ex editio
in Polonus:

Boleslao ejusque fratribus Vladislaum exulem restituere tergiversantibus Conradus Imperator ex Asiatica Expeditione reversus bellum Polonis inculit: sed quod inter ipsa fere Initia fuit restinctum: cum Boleslaus ad Casarem in Castra quæ ad Oderam cujus Aquæ valde tunc excreverant, habebat, cum fratribus venisset, ac novis factis pollicitationibus, ut recederet ille atque exercitum dimitteret, impetrasset.

Anno

CHRISTI

1151.

CÆSARIS

CONRADI III. 14.

Obitus Petri
Dni five Du-
mini:

Ad X. Kal. Martii infelix ille Petrus Danus, LXXV. ut ferunt, templorum ac duorum Monasteriorum *οιμαςης* ac Conditor Vita decessit, in ade Vicentina sepultus. Lapidum fuere inscripti Versus duo, quos etsi rudes sunt, inferam tamen:

Hic situs est Petrus Maria Coniuge fretus,

Marmore splendente Patre Wilhelmo peragente.

Calvariam Petri adhuc conspectam cum Cœnobium everteretur, Curæus testatur.

Anno

CHRISTI

1152.

CÆSARIS

FRIDRICI I. Barbarossæ 1.

VVLADISLAI
II. Ducis exu-
lis excurio in
Sileinam:

Vladislaus exul exiguis Equitum peditumque copiis a Conrado Imp. paulo ante mortem ipsius impetratis Vratislaviensem tractum & viciniam illam omnem crebris excursionibus infestat, extructis etiam in confinio duabus Arcibus Nemcia & Grothecia: quæ etsi præsidio militum erant munitæ, non difficulter tamen a Polonis sunt occupatæ.

Anno

CHRISTI

1154.

CÆSARIS

FRIDRICI I. Barbarossæ 3.

Bulla ADRIA-
NI IV. P. R.
pro Episcopatu
V Vratisla-
vienfi:

Bulla Adrianus IV. P. R. recipit sub protectionem SS. Petri & Pauli & Sedis Apostolicæ Ecclesiam Vratislaviensem & singula bona ipsius, oppida, villasque nominatim expressas, cum propriæ Manus subscriptione & approbatione & subscriptione propria Cardinalium

Anno

CHRISTI

1157.

CÆSARIS

FRIDRICI I. 6.

FRIDRICI I.
IMP. expeditio
in Poloniam
suscepta:

Fridricus Barbarossa Imperator cum Poloni per Legatos sapius moniti nec Vladislaum recipere vellent, nec, ut Güntheri Verbis utar, jurare fidem, nec prisco more Tributa Annua, quingentas curarent pendere marcas, cum ab ipso Vladislao suppliciter rogatus, tam a proceribus Imperii, quibus violenta Polonorum Superbia invisa erat, plurimum instigatus, * Augusto Mense cum maximis Germanorum & Bojemorum copiis Poloniam ingreditur, Oderamque fluvium, nemine prohibente, vado transivit, Poloni tanto ac tam valido exercitui impares sese fore rati, ut hosti pabuli & commeatus, præsidiorumque parandorum facultatem præciderent, ultra Oderam partim Villas & oppida ipsi comburunt, partim munitiones dejiciunt, quo quidem incendio Glogovia etiam & Bythomia conflagrasse dicuntur. Tametsi vero in Exercitu Imp. intestinorum Dolore laborari vulgo coeptum, eoque morbo multi mortales absumerentur, Princeps tamen heroicus de ardore suo nihil remittit, eoque tandem Boleslaum adegit, ut suis ac fratrum provinciis metuens, impetrata per Bojemum adeundi Casarem potestate, veniam ab eo & pacem peteret, quam his illi Conditionibus concessam Scriptores Rerum Polonicarum narrant, ut Vladislaus ad Silesiæ modo Dominatum restitueretur, cæteris se abstinere, & ut Boleslaus una cum fratribus CCC. cataphractos equites Friderico in Auxilium ad Mediolanensem five Longobardicum bellum mittat. At aliter Rade-

* Vid. Vita FRIDRICI I. Barbarossæ Imp. quam ex monumentis fide dignissimis Studio incomparabili EXCELLENTISSIMUS Dn. a Bünau: an. 1722. edidit: pag. 69.

Radevicus qui tunc vixit, his nimirum conditionibus veniam Polonorum Duci (sic eum vocat non Regem) datam: ut auxilia ad bellum Italicum: Duo millia marcarum Imperatori, Principibus mille, Imperatrici viginti marcas auri, comitatui aulico ducenas marcas Argenti daret ob eam negligentiam, quod ad Curiam non venerat, nec de Terra debitam fecerat fidelitatem, tum jurejurando se purgaret, non ad Contumeliam Romani Imperii fratrem a se suisque pulsum, fratrem denique restitueret, & ob Injuriam ipsi illatam Juri se sisteret Magdeburgi in urbe Saxoniæ celeberrima. Güntherus in Ligurino lib VI. sequentibus Versibus expressit:

- - - - - ut duo Regi
Millia marcarum, bis centum vero Ministris
Penderet argenti marcas bis mille probati:
Mille alias Proceres studiorum Præmia ferrent,
Bis centum sacræ daret officialibus aulæ:
At tibi quæ rutilo fulgebas digna Metallo
Corporis ad cultum generosi Germinis Aurum
Viginti magnas daret, Uxor Regia, Marcas,
Juraretque fidem Regi dignumque favorem,
Nec se de Solio Fratrem pepulisse paterno
Dedecus ob Regni jurando Jure probaret:
Denique virgineam se præsentaret ad Urbem
Staturus fratri summo sub Judice Regni,
Signaque trans Alpes devotus regia miles
Prævaricatricem Ligurum sequeretur ad Urbem.

Tributum a Boleslao Imperatori persolutum Poloni constanter negant: qui nec alioqui ut Poloniæ Duces antiquitus Imperio Romano fuisse obnoxios adeoque & fidelitatem Cæsaribus jurasse vasallorum in morem credant, adduci possunt, contra Otto Frisingensis Antistes: Fridrici Imp. Patruus: Historicus, ut illa ferebat Aetas bonus & diligens, lib. VII. Chron. cap. XIX. diserte scribit: non ante Polonum fuisse admissum, quam Tributum annorum duodecim hoc est: D. libras ad singulos annos ipsi solvisset, ac de Pomëranis & Rugis homagium fecisset, subjectionemque perpetuam Sacramento confirmasset; Cæterum ut firmior Pax illa esset, Adelheidis Imperatoris ex Sore Neptis, Micislao Boleslai Fratri, qui haut ita multo ante Uxorem secundam, quæ fuit Hungara, susceptis ex ea duobus Filiis Ottone & Stephano amiserat, desponsata fuit. Polonorum Historiographi hæc in sequentem annum conferunt, sed Radevicus hunc ipsum designat, quem nos posuimus.

Anno

CHRISTI

1158.

CÆSARIS

FRIDRICI I. 7.

Cum quidam militum Mediolanensium vasto & immani Corpore tanquam Co-
lath a Cæsaris Exercitu, fortissimum quemlibet provocaret, atque ad Monorchachiam
deposceret, Boleslaus impavido Animo cum eo congressus, fortiterque configans vi-
ctum interfecit. Boleslai Silesiæ
Ducis Virtus:

Cum Wratislai Bohemiæ Regis Successores Regio nomine huc usque abstinuis-
sent Ducali contenti, tanquam Regni Decus non Provinciæ sed homini datum fuisset,
proindeque cum persona extinctum, Fridricus Barbarossa in celeberrimo Principum
conventu Ratisbonæ, quo se Magdeburgo, frustra isthic expectatis Polonis fratribus
contulerat, intermissam LX. annorum spacio dignitatem denuo in Vladislaum Boemo-
rum Principem ob navatam in bello Polonico fidelem operam, contulit, leone rubeo
bifurcatæ caudæ in Clypeo albi coloris pro Insigni Regio concessio: Æneas Sylvius Hi-
stor. Bojemicæ Cap. XXIV idcirco ipsum Regiam Dignitatem accepisse scribit, quod
in expugnatione Mediolanensi egregiam operam Imperatori navasset. At nos Gün-
therum secuti, cujus de ea Re sequentes leguntur Versus:

Hoc quoque conventu Procerum Dux ille Boemus
Fama Lobeslaum quem nominat, ob sua gesta
Fortiter, & bello nuper spectata Polono
Ex Duce Rex fieri meruit, gessitque potenti
Sceptra manu, cinxitque novo Diademate Crines.
Protinus ad patrias Vestigia Rex novus Urbes
Rettulit, Italico pactus sua Robora bello.

Gg 2

De

Dignitas RE-
GLA Bohemiæ
vindicta:

De ea dignitate Regia publicæ extant apud Pulkavam atque Hagecium Donacionis * Tabulæ.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

1159.

FRIDRICI I. 8.

Obitus VVLADISLAI II. DUCIS SILESIÆ :

Vladislaus Poloniæ Princeps cum post XIII. annorum exilium, reditum in Patriam beneficio Imperatoris Fridrici impetratum, moliens, in ipso apparatu seu morbo seu veneno, ut nonnullis creditum, exstinguitur, cum vixisset LV. præfuiſſet Polonis non totos VL. annos. ** Aldenburgi in Holfatia (quæ urbs a Slavis condita alio nomine Stargardum dicitur) ſepultus, ubi & Chriſtina Polonis omnibus inviſa in exilio conſenuiſſe, diemque ultimum clauſiſſe perhibetur : quanquam non deſunt, qui in Monasterio Portæ vicino Urbi Naumburgenſi ſepultam ſcribant, ubi & nepos ipſius Johannes Boleslai F. inhumatus.

SILESIA IN PRINCIPATUS DIVISA:

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

1163.

FRIDRICI I. 12.

VVLADISLAI II. DUCIS Filii Sileſiam recuperant atque inter ſe dividunt :

Fridricus I. Imp. cum capto everſoque Mediolano ab Italica Expeditione, in qua præclarum virtutis ſuæ ſpecimen Boleslaus Vladislai filiorum natus maximus ediderat reſiſſet, Principibus Poloniæ ſerio mandavit, ut filiis Vladislai, qui abſente Imperatore principatum ex ſcedere Patri promiſſum non auſi fuerant repetere, Patrimonium ſuum ſecundum Pacta redderent. Quanquam vero Fridricus Barbaroſſa, pro ea qua in Imperii Auctoritate tuenda erat Induſtria, Polonicam Gentem vel armis adhibitis datam fidem ſervare docuiſſet, tamen quia a Pontifice Romano aliis graviffimis implicabatur bellis : Vladislai filii omni Spe de Cæſaris Auxilio abjecta cum Patris ſuis ita tranſegerunt, ut omiſſa Polonia minore, regionem omnem Sileſiæ nomine cenſitam ac Sylvis continentibus a reliqua Polonia diremptam ad Bojemorum uſque Saxontumque fines in dirionem ſuam acciperent. Hoc igitur anno SILESIA noſtra proprios accepit Duces ſeu Principes, inter tres illos Vladislai Filios velut in trientes ita ſecta ut BOLES-LAO qui Procerus ſive ALTUS cognominatus eſt, VVRATISLAVIENSIS REGIO cum ea vicinia quæ ferme eſt Umbilicus SILESIÆ : MIECISLAO pars SILESIÆ SUPERIOR verſus Moraviam & Cracoviam, nempe Oppolienſis, Ratiborienſis, Oppavienſis & Teſchnenſis Ducatus, CONRADO vero Glogovienſis, Croſnenſis & Saganenſis tractus obtingerent.

Atque hæc Origo Principum Sileſiæ, quorum *** etiamnum aliqui ſuperſtites, ipſaque Provincia miſerrime antea bellicis tumultibus & affiduis Incurſionibus vexationibusque afflicta ac propemodum exhausta, reſpirare non nihil ab eo Tempore & coli cœpit. Adduxerunt autem tres iſti Principes, qui è Germana Matre procreati, ipſi in Germania dein verſati fuerant, magnam ſecum Germanorum multitudinem, qui Principibus ſuis Germanico Imperio, omnem fere quæ reſtabat felicitatem acceptam ſerentibus, grati fuerunt & accepti. Conceſſum illis Agros colere, pagos exſtruere, Urbes condere & inſtaurare, nec minus Legibus Germanorum vivere, ad quorum nomen Principes ipſi barbaris Polonorum Moribus una cum Lingua (in maxima quidem Sileſiæ Parte) tandem abjectis & exterminatis, Republicas non minore prudentia quam diligentia conſtituerunt. Reſerunt quidam Scriptores (neque vero improbabiliter) non multo ante hanc Ætatem fuiſſe natum nomen Sileſiæ, ſic dictos lingua Polonica Sileſios

* Diploma IV. apud Balbinum Volum. I. P. I. Litterarum Publicarum Bohemiæ Regnum concernentium teſtatur, An. 1158. FRIDRICUM I. IMP. Vladislao Circuli : ſcil. aurei uſum conceſſiſſe, unde Regem tum creatum plures exiſtimant, quod mox ſecuturæ Regiæ Dignitatis Omen erat accipiendum, Otto nempe de S. Blaſio in append. ad Ottonem Friſingenſem cap. 28. Dole prope Biſuntium an. demum 1162. hunc Ducem Corona Regia ornatum fuiſſe memorat.

** Arce Franconiæ prope Bambergam, non Aldenburgi in Holfatia, vid. no. 1. Tab. noſtræ Genealog. I. Tom. I. Script. Rer. Sileſiæ.

*** Ultimus Gentis Piaſtæ Sileſiæ Dux Georgius Wilhelmus : Dux Lygiæ - Bregenſis : an. 1675. d. 21. Novembr. obiit.

fios rati; quasi Silesacos, h. e. convenas, quod nimirum a Sbigneo notho primum, deinde ab his Principibus magna Germanorum Multitudo ex diversis nationibus in hanc Provinciam ducta fuerit. Quam nominis originationem licet multi a nostratibus improbent, meliorem tamen ipsi excogitare vix possunt. Nam quod plerique Silesios esse putant eosdem, qui quondam Elyfii, nuda imo vana est conjectura, de qua alibi dixisse memini.

Anno

CHRISTI

1167.

CÆSARIS

FRIDRICI I. 16.

Silesii conjuncti cum Polonis expeditionem in Borussia faciunt, qui a fide Principum Poloniae & a Religione CHRISTIANA desciverant. Sed exitus belli minus felix. Hoc enim anno flos roboris Polonici a Borussia trucidatus est, ipso etiam Duce HENRICO Sendomiriensi atque Lublinensi, Boleslai Fratre, dum inter primos pugnat fortiter, interfecto. Principatus ipsius attributus est Casimiro, minimo de filiis Boleslai Crivoussi, qui ad eam usque diem exors patrimonii fuerat, parte tamen Boleslao Crispo concessa quoad viveret, quo commodius onera Imperii sustinere posset. Quæ Res Silesiæ Principes Vladislai Filios male habuit, qui partem Sendomiriensis Ditionis post Patris mortem Agnationis Jure ad se pertinere existimabant. Cumque jam ante alienioribus essent a Patre animis, quod is munitiones quasdam in Silesia, cum eam ipsis traderet, in Potestate sua retinisset: ut ibi opus esset eos in officio continere posset, maneret quin etiam alta mente repositus exilii dolor, ereptaque Injuria Cracoviensis Ditionis, summiq; adeo Principatus: quæ utraque hæreditario Jure secundum Patrem sibi vindicabant, jamque aperte de Boleslao querebatur, & arma ac bellum civile evocatis à Germania Auxiliis & mercenariis Militibus non dissimulanter parabant. Quod ut Boleslaus qui nobilitati & populo odiosus esse cœpit, averteret, Arbitris proceribus filiorum fratris postulata modeste refutavit, quod Cracoviensem Ditionem cum summo Principatu totius Poloniae Consensu conjunctam esse diceret: Principatum autem juste ejecto Patre eorum summa omnium Voluntate ad se delatum, & alioqui illo è vivis sublato ad se qui illi esset natu proximus non immerito attinere. Porro Sendomiriensem Ditionem recte fratri Casimiro datam, quem non oporteret ex hæredem esse: Eam Patris fuisse mentem, ut is cæteris fratribus atque liberis decedentibus succederet, de illa nonnihil se ejus voluntate detraxisse, quo rectius Onera ac Dignitatem Principatus sustineret. Idem se fecisse in Silesia cum fratribus cæteris, tum universo Senatu assentiente: Sed tamen liberaliter se eis remittere & condonare, quæ ad eum diem in Silesia retinisset, quo majorem in se Patris Dignitatem agnoscerent: quo juniores ibi essent, hoc impensius se qui & senior & Usu rerum peritior sit, rebus eorum consulere æquum esse, ne temeritate sua aut pravis aliorum consiliis seducti ruant præcipites. Ita deliniti Principes Silesiæ conqueverunt, & nascentis etiam dum periculosum bellum suppressum est. Nec multo post nobilitas Cracoviensis conspiratione facta, cujus Capita fuere Jaxa & Sven-toslaus, potentes & factiosi Homines, conata est Boleslaum Crispum Principem derubare ex Imperio & Dignitatem transferre in Casimirum, cujus tamen ea fuit moderatio & sapientia, ut conspirationi illorum nollet consentire, quod negaret suum esse fratri majori & optime de se merito Principatum eripere, quem omni ope defensum & adjutum iri deberet. Illos quoque non æquum facere, qui tot annos clementi & moderato illius Imperio usi usque ad extremum quasi vetulum Canem cum expellere velint, & quidem bene merentem, & æquitate animi prudentiaque sua potius quam armis exorientia bella amolientem. Cladem Prussicam qua tantopere offenderentur, non tam temeritate ejus quam divino permissio acceptam esse: neminem usque tam felicem esse, neque tam omnibus horis sapere, quin offendant aliquando. Perturbari interdum etiam divinitus Consilia Principum beneque consulta male cadere propter peccata Populi, quod si deterius etiam aliquanto Principatum administrasset, frui tamen eum conveniret, propter Patris Boleslai Memoriam, & quæ alia in hanc Sententiam dicta sunt, atque ita rursus gliscens civile dissidium a Casimiri gravitate & constantia sopitum.

Turbæ in Polonia
civiles sopita:

Anno

CHRISTI

1170.

CÆSARIS

FRIDERICI I. 19.

Walthero I. Episcopo Wratislaviensi viam universæ carnis ingresso & Vratislaviæ

Gg 3

Walthero I.
Ep. Vratis-
con-
læy. defuncto

ZYROS LAUS condito sufficitur ZYROS LAUS II. qui plurimum alias ab Religione, Vitæ munditia & liberalitate commendatus hoc uno collegium graviter offendit, quod Lubense monasterium a Boleslao Alto restitutum e Spoliis Ecclesiæ Wratislav. ditavit, attributis ipsi decimis manipularibus in Lignicenſi Ducatu ad Episcopale Jus pertinentibus.

CHRISTI

1173.

Anno

CÆSARIS

FRIDRICI I. 22.

De Miecislao
Sene Duce Po-
loniæ :

BOLES LAUS CRISPUS hoc anno vita excessit, cum Principatum Poloniæ annos XXVII. tenuisset, vixisset sex & quadraginta: relicto unico filio Lesco: cujus Tutelam Casimiro Fratri moriens commendavit, eumque hæredem filio substituit. Funeribus Exequiis Boleslai Cracoviæ peractis, Conventus a fratribus ejus fratrisque Vladislai filiis & proceribus cunctis de novo Principe creando institutus: in quo tametsi multorum jam studia in Casimirum inclinarent, vicit tamen eorum Sententia, qui Miecislauum utpote natu majorem eligendum esse censebant, sed qui cum puer ob morum gravitatem & Prudentiam Senis cognomen adeptus fuisset, suscepto Principatu adulta jam Ætate Spes Hominum fefellit, asperoque & avaro Dominatu, Consiliorum Aulicorum Directore usus Henrico Kirlicio (Zedlitium nonnulli vocant) voluntates graviter offendit.

CHRISTI

1175.

Anno

CÆSARIS

FRIDRICI I. 24.

Leubusinum in
Silesia mona-
stium Ordini
Cist-rc. dica-
tum:

BOLES LAUS ALTUS in excolenda & ornanda Silesia assiduus in monasterium Leubusienſe ad Oderam annem novis tunc exædificatum muris post Monachos nigros Benedictinos a Rigore Regulæ suæ defectentes ex Cœnobio Portensi amore procul dubio Christinæ Matris quæ ibi sepulta, Colonias deduxit * Ordinis Cisterciensis, qui id Temporis Sanctitate vitæ ac quotidianis religiosæ Pietatis Exercitiis præ aliis commendabatur: Bernhardinus idem a D. Bernhardo primum Cisterciensi deinde Clarevallenſi Abbate adpellatus.

CHRISTI

1177.

Anno

CÆSARIS

FRIDRICI I. 26.

Fata Miecislai
Senis:

Miecislauſ Senex non multum supra quatuor annos impotenter dominatus absens ** Principatu dejicitur, in ejusque locum Casimirus Frater quamvis reluctans a Polonis recipitur. Cumque filius Miecislai natu maximus Ortho, majorem quoque Poloniam patri eripuisset, omni suo dominatu exclusus Ratiboriam cum Uxore & liberis se recepit, ubi cum aliquamdiu vixisset, post biennium Pomeranorum ope reconciliato sibi Orthone Filio ditionem omnem a Patre sibi attributam recuperavit.

CHRISTI

1179.

Anno

CÆSARIS

FRIDRICI I. 28.

Obitus Conra-
di: Ducis Glo-
govienſis.

CONRADUS: Wladislai Filius: Dux Glogoviensis nulla sobole relicta, vitam hoc anno finiit: cujus ditiones, quas in prima Silesiæ partitione consecutus fuerat, gubernandas accepit frater natu major BOLES LAUS ALTUS: Dux Wratislaviensis.

CHRISTI

1180.

Anno

CÆSARIS

FRIDRICI I. 29.

Abusus Polon-
iæ abrogati:

Cum apud Polonos plures vigerent consuetudines, iniquæ & barbaræ, quarum potissima tres istæ erant, quod nobilibus Iter facientibus rusticorum prædia promiscua præberent diverſoria, in quibus ita indulgebant Ventri male morato, ut non ante abirent, quam prodigalitati, summam manum imposuissent: quod necessitatis publicæ vel privatæ prætextu agreſtium Equos abreptos & in propinqua Spatia terrarum usurpatos vel

* Adde Diploma CXXVII. Spec. C. Silesiæ Diplomatici: Tom. I. Scriptor. Rer. Silesiacarum.

** Cumulatius hæc Dlugoffus exhibuit lib. VI. ad an. 1177.

vel enervarent, vel omnino destruerent, quod denique in Res Episcoporum aliorum-ve Clericorum defunctorum manus injicerent, eos occuparent ac distraherent, Casimirus Polonorum Rex easdem in publicis Comitibus Lancitiae hoc anno celebratis sub poena Anathematis abrogavit, impetrato eam in Rem Pontif. Romani Confirmatione. Adfuisse huic Concilio Praefules octo: Gnesnensem: Cracoviensem: Wratislaviensem: Cujaviensem: Pofnaniensem: Plocensem: Camencensem: Lubucensem: tres Principes: Ottonem Pofnaniensem: BOLESLAUM WRATISLAVIENSEM: Lesconem Masoviae: Baronum quoque & militarium multitudinem copiosam, Auctor Dlugossus.

Anno

CHRISTI

1181.

CÆSARIS

FRIDRICI I. 30.

ZYROSLAO II. Episcopo Wratislav. III. Non. Apr. cum annis praefuisset XI. defuncto ad id honoris & oneris culmen è Canonico Wratislav. & Boleslai Alti Can-
cellario vocatus est FRANCISCUS: Silesius nobili Prawditarum, qui leonem ex
muro coctili prodeuntem pro insigni deferunt, oriundus: Vir gravis: humanus & Ju-
ris peritus.

Zyros'ao II.
Ep. V Wratis-
lav. Franciscus
Prawvdita suc-
cessit:

Anno

CHRISTI

1182.

CÆSARIS

FRIDRICI I. 31.

Miecislaus Oppoliensium & Ratiboricensium Dux Sorte sua non contentus, fratri-
que Boleslao quod Conradi mortui Principatum ad se traduxisset, iratus, Wratislaviam
ex improvise occupat. Verum Casimirus Poloniae Princeps pacem inter eos hoc an-
no fecit: & Boleslao quidem Wratislaviam restituit, Miecislao vero ut aequiore ani-
mo acquiesceret, Olavencimense Territorium* de suo largitus est, filiumque tunc ei
è Sacro fonte suscepit, ac de suo nomine Casimrum appellavit. Addit Dlugossus et-
iam Bythomienfè Territorium: sed quod jam inde ab initio Miecislaum indeptum
fuisse scribit Cromerus.

Bellum Silesiae
civile:

Anno

CHRISTI

1185.

CÆSARIS

FRIDRICI I. 34.

Miecislaus senex Imperium recuperare conatus, Polonis etiam qui bello cum Hun-
garis gesto offensi, absente Casimiro eum revocantibus. Verum hic coactis, quantis
copiis potuit reversus novam arcem Cracoviae a Miecislao exaedificatam haud difficul-
ter Russorum maxime auxilio expugnavit: fratrisque filio ac plerisque omnibus adver-
sae partis militibus (prater Kitlicium qui quod Culpam illius belli solus sustineret, cum
fugam pararet in turba agnitus & comprehensus, Romano Russorum Duci traditus est
in Exilium deportandus) non vitam modo & libertatem concessit sed & munera lar-
gitus est. Qua quidem Indulgentia & Clementia ira sibi cum omnium tum imprimis
Micislai fratris animum devinxit, ut nunquam is deinceps de repetendo a fratre Prin-
cipatu cogitarit.

ino & Polo-
nia:

Anno

CHRISTI

1188.

CÆSARIS

FRIDRICI I. 37.

Hierosolyma a Saracenis capta Pontifex de recuperanda ea Urbe sollicitus Polo-
niae quoque totius Ecclesiis & Sacerdotibus decimam missio ad id legato imperavit.

Polonia decima
mas confert
pro expeditione
in Terram
Sanctam:

Anno

CHRISTI

1190.

CÆSARIS

FRIDRICI I. 39.

Fridricus I. cogn. Barbarossa Imperator: Princeps aeterna memoria dignissimus,
idemque de Silesia quoque praclare meritis, in Scita fluvio Ciliciae demersus periit, tam-
etsi sunt qui hepate male affecto ideoque oppressum morbo tradunt.

Obitus FRID.
IMP.

Anno

*Non de suo largitus est, quod jam ab an. 1157. cum universo Ducatu Cracoviensi & aliis Ter-
ris WLADIZLAO II. Duci: FRIDRICI I. IMP. auctoritate restituto, debebatur: adde
Tab. nostrae Genealog. I. no. 3. Tom. I. Scriptor. nostrorum Rerum Silesiacarum.

Anno

CHRISTI

1192.

CÆSARIS

HENRICI VI. 3.

Expeditio Po-
lonorum in
Boruffos:

Principes Silesiæ una cum Casimiro ad bellum iverunt Prutenicum ac rem feliciter gesserunt, Prussi enim multis Polonorum Incendiis atque cædibus afflicti, pacem supplices petiverunt, superiorum annorum tributa persolverunt: imperata omnia in posterum se facturos sancte promiserunt.

Anno

CHRISTI

1194.

CÆSARIS

HENRICI VI. 5.

Obitus CASI-
MIRI Ducis
POLONIAE:
succedit LESZ-
KO Filius:

CASIMIRUS POL. PRINCEPS omni laude dignissimus vita subito defungitur non sine suspitione Veneni dum XVII. regnaret annum. Comitibus de novo Principe creando institutis cum quorundam studia in Miecislauum Senem, aliorum in Micislaum Oppoliensem & Ratiboriensem Ducem quod is & vicinus esset, & armis prudentiaque multum valeret, inclinarent, Fulco Episcopus Cracoviensis vehementer obstitit, suaque oratione apud Proceres tantum effecit, ut nulla vel Miecislai Senis vel Silesiæ Principum habita ratione LESZCUM Casimiri I. Filium Principem renunciarent, interimque dum is adolefceret, penes Matrem Helenam Imperium omne & Summi Principis Auctoritatem esse juberent: ea tamen Conditione, ne quod sine Consilio Episcopi & Palatini Cracoviensium, qui Curatores Puero & Governatores Principatus dati, faceret. Qua præteritionis Injuria cognita Micislaus arma contestim paravit: quibus cum Silesii sua quoque quod ad creandum communem Principem, quem communi totius Poloniæ Judicio eligi & creari oporteret, neque vocati neque expectati essent, conjunxerunt. Quibus tamen ille non expectatis cum Lesci Ductoribus haud procul Cracovia ad Mosgavam Fluvium infelicitè confixit. Pugnatum utrinque magno Ardore, visumque mirabile Spectaculum amicorum, affinium, gentilium, propinquorum, & fratrum, diro odio nullaque misericordia aut respectu pietatis inter se concurrentium. Ceciderunt ex utraque parte multi, cum nemo referret Pedem, & magis fere graviusque hostem quam declinare ictum studeret, Boleslaus Miecislai Filius in Patris conspectu hasta trajectus occubuit, Romanus Vladomiriensium Dux qui non parvam Russorum manum in Auxilium Lesci adduxerat, Russis suis partim caesis partim disiectis, pluribus vulneribus exceptis, semianimis Prælio excessit. Miecislaus ipse sauciatus vix fuga consilere sibi potuit: Re jam perditâ supervenere Silesiorum auxiliares Copiæ ductoribus Miecislao Oppoliensi & JAROSLAO Boleslai Alti Filio. Il Prælium instaurant, ac Polonos pellunt: neque longius tamen progressi, cum a Miecislao Sene & suis deferi se viderent, trophæis erectis & abductis captivis non paucis ex nobilitate Domum revertuntur.

Anno

CHRISTI

1197.

CÆSARIS

HENRICI VI. 8.

Adventus Le-
gati R. P.

A Cœlestino III. P. R. Legatus in Poloniam missus Petrus Cardinalis cogn. Capuanus, Sacerdotibus imperavit, ut Concubinas & uxores quibus tunc libere adhuc utebantur, a se abdicarent. Quod ut a Polonis quibusdam impetravit, ita in Bojemia parum absuit quin idem Edictum promulgaturus exorto Tumultu trucidatus fuisset;

Anno

CHRISTI 1198.

Francisco E-
pisc. Vratisl.
JAROSLAUS
DUX SILE-
SIÆ succedit:

FRANCISCUS EPISCOPUS VVRATISLAVIENSIS pulmonaria Tabæ extinctus * JAROSLAUM Boleslai Alti Silesiæ Principis filium qui Nissam urbem a Patre sibi datam cum oppidis Arcibus & Villis omnibus primo gubernationis suæ anno, hoc scilicet pietatis intuitu, ne in manus fratris consanguinei Henrici Barbatî veniret, Episcopatu Vratislaviensi jure sempiterno adjunxit & addixit, ac præterea Zyroselai donationem Leulensi factam monasterio reseidit. In Patrem Boleslaum impius quem Principatu deturbare conatus, novercam gravidam è Provincia ejecit: quæ in

* Res gestas JAROSLAI ad no. 9. Tab. I. Genealog. Tom. I. Scriptorum nostrorum cumulativè explicavi.

in Parentes *ἀσέγγια* non immerito vitam ei cum triennium tantum præfuisset præsci-
disse creditur.

CHRISTI

1200.

Anno

CÆSARIS

OTHONIS IV. 2.

WRATISLAVIA tota fortuito Incendio in Cineres redacta, privilegiaque tabularia & monumenta Reipublicæ edacibus flammis absumpta. Wratislavia
flammis ab-
sumpta :

Anno

CHRISTI

1201.

CÆSARIS

OTHONIS IV. 3.

In JAROSLAI EPISCOPI locum ad Cathedram Wratislaviensem postulatus CY- Jaroslao de-
functo Cyria-
nus Ep. VVra-
tisl. succedit :
PRIANUS ex abbate D. Vincentii in Suburbanis Wratislav. Episcopus Lebusiensis: Vir
laudatæ Eruditionis ac Viræ. *

Die 6. Decembr. BOLESLAUS PROCERUS sive ALTUS: Vladislai F. Dux Si- Obitus BO-
LESZLA Alti:
Ducis Silesiæ
Dni VVratis-
laviensis :
lesiæ: Vir bellicosus & justus: amissis intra breve spacium Temporis 4. filiis, soloque
HENRICO BARBATO Hærede relicto mortem appetu, sepultus in monasterio Leu-
beni: ubi Tumulo ejus inscripti tales leguntur Versiculi:

Dux Boleslaus, honor patriæ, Virtute deinceps

Cui par nullus erit per Regna Polonica Princeps,

Conditur hoc loculo, locus a quo conditus iste

Dæmonis Arapius: Tua transit in atria CHRISTE.

Uxores habuit duas: Wenceslavam Ruthenam & Adelheyden Sororem Conradi Svevi Hujus Conjuges
& Liberi :
II. Imp. ut Poloni narrant secundum alios Christianam sororem conjugis Conradi, Be-
rengarii I. Comitis Sultzbacensis filiam Ex priore nati Boleslaus & Jaroslaus ante Pa-
trem denati non Alga sive Ottilia Virgo impubes mortua: ex altera vero procreati præ-
ter HENRICUM BARBATUM patris hæredem, ** Conradus & Johannes in pri-
ma Ætate defuncti: Addunt plerique uxorem Dipoldi Marchionis Moraviæ Adel-
heyden: matrem Boleslai & Brunonis, sed quam tamen Boleslai neptem, HENRICI
BARBATI filiam fuisse fere est, ut Cromero scribenti accedam. Nam & Fabricius
lib. V. Origin. Saxonie. Henrici Barbatum filiam Ditboldo sive Theobaldo Stirpis Boje-
micæ Principum juveni Pramislai Ottocari amulo circa annum CHRISTI clō CCV.
nuptum collocatam fuisse testatur: & consentiunt cum eo Dubravius ac Borecius Hist.
Bojemicæ Scriptores.

Anno

CHRISTI

1102.

CÆSARIS

OTHONIS IV. 4.

Miecislaus Senex dictus Principatu Poloniæ aliquoties dejectus & restitutus ex- Miecislaus Se-
nex obiit :
tremum diem clausit, cum jam LXXIII. vitæ annum ageret: sepultusque est *** Califfi,
post quem annuente Lesco Imperium suscepit Vladislaus Lafconogus Micislai Filius,
Princeps magnis commendatus Virtutibus.

Anno

CHRISTI

1203.

CÆSARIS

OTHONIS IV. 5.

HENRICUS BARBATUS parentum & majorum suorum piam in religione pro- Monasterium
Silesiæ celeberrimum
Trebnici fundatum :
movenda ambitionem æmulari volens, instigante ad hæc HEDWIGE Uxore: Merania,
Carinthiæ & Istriæ Ducis Bertholdi Filia ex CAROLI M. posteritate oriunda, religiosa ac
pia Fœmina insignem Monasterium TREBNICENSE loco amœnissimo & commodissimo
ad tertium a Silesiæ Metropoli lapidem sito maximis sumptibus construere aggressus est. &
ae Honorem DEI DEIPARÆQUE VIRGINIS: ac D. BARTHOLOMÆI **** fun-
datum

* Plura de BOLESZLAO Alto l. c. ad no. 3. Tab. I. Genealog. dixi.

** CONRADUM: Bolezlai Alti F. Episcopum Bambergensem, ordine XIV. fuisse l. c. ad
Tab. I. Genealog. no. 14. probavi.

*** In Ecclesia Collegiata S. Pauli, Teste Dlugosso lib. VI. ad an. 1202.

**** Extant Litteræ Foundationis Tom. I. Scriptor. nostrorum in Spec. C. Siles. Diplomatici.

datum puellis Cisterciensis Ordinis e Coenobio Bambergensi huc translatis attribuit: ipsamque Trebniciam municipii Jure, cum pagus tunc esset, donatam, cum omnibus pertinentiis aliisque prædiis & latifundiis compluribus liberaliter illi assignavit, nec non omnia Coenobii bona Privilegiis munivit & a vectigalibus, exactionibus & angariis (quorum adpellatione in veteribus Diplom. præcipue comprehenduntur Powoz: Przewod: Narzas: Lissne, cujusmodi sunt castrorum edificatio aut resectio, excubiaz, stationes Ducum, nutritio aut præstatio Equorum, Canum, Falconum, Aucupum, Venatorum &c.) immunia esse voluit, ita quidem ut in mille hominum alimenta redditus ejus suffecturi esse viderentur. Templo extruendo cæterisque Domiciliis copiose Familiæ necessariis sedecim anni sunt consumti: impensæque in ædificationem XXX. circiter marcarum millia, quæ summa tunc pergrandis.

CHRISTI
1206.

Anno

CÆSARIS
OTTONIS IV. 8.

Victoria Vladislai Lafconogi: Pol. Pr. a Russis reportata:

Vladislaus Lafconogus Poloniae Princeps, Vir modestus & quietis amans, Patre suo Lesco Albo qui tantam e Russica Victoria Virtutis & felicitatis opinionem apud suos & externos consecutus erat, ut summo Procerum consensu ad Principatum revocaretur, haud difficulter cedit, Cracoviaque relicta Posnaniam se recipit.

S. Franciscus Ordinem suum instituit: & an. 1204. S. Dominicus idem fecit.

CHRISTI
1207.

Anno

CÆSARIS
OTTONIS IV. 9.

Cypriano Episcopo Wratislavi defuncto Laurentius succedit:

Cyprianus Episcopus Wratislavi VI. Kal. Dec. paralyti extinctus est, in ejusque locum electus Laurentius Canonicus Wratislavi qui ab Henrico Archiepiscopo Gnesnensi confirmatus, XXV. annis præfuit & opes Episcopatus non parum auxit.

CHRISTI
1208.

Anno

CÆSARIS
OTTONIS IV. 10.

Inter Henricum Ducem Silesiæ & Episcopum Laurentium commutatio quorundam bonorum facta in qua cesserunt Episcopatus Eyrchovitz: Etelna: & Pilsis.

CHRISTI
1211.

Anno

CÆSARIS
OTTONIS IV. 13.

Obitus MICISLAI Ducis Silesie Opol. & Ratiboriensis:

Ex hac Vita migravit Miecislavus Vladislai Filius: Dux Oppolienensis & Ratiboriensis qui Ribnicense Monasterium Præmonstratensis Ordinis Puellis condidit ac dotavit, quod postea filius ejus CASIMIRUS Czarnovanum transfudit.

CHRISTI
1212.

Anno

CÆSARIS
FRIDRICI II. 1.

Goldbergæ coenobium extruitur:

Goldbergense Coenobium quod Avorum memoria melioribus Auspiciis in Scholam illustrem est commutatum, ab HEDWIGE: Henrici Barbatæ Conjugis conditum & extructum.

CHRISTI
1213.

Anno

CÆSARIS
FRIDRICI II. 2.

Dum HENRICUS & HEDWIGIS in excolenda & ornanda Silesia occupati, graves Calamitates domestica eos opprefferunt. Hoc quippe anno GERTRUDIS Hungariæ Regina: HEDWIGIS Soror: S. ELISABETHÆ Ludovici Landgravii Hassiæ Conjugis Mater miserabiliter interfecta est. Historiam sic narrat Lipsius: Andreas Hungariæ Rex in Terram Sanctam ivit cum copiis Religione impulsus, & curam Regni Bancano commisit, fidei Ejus & uxore Gertrude commendata. Quæ apud eum sancta, non apud hunc fuit. Nam cum frater Gertrudis, Adolescens lascivus & perulans, absente Rege visum ad Sororem venisset: illa Juveni gratificatura Uxorem Bancani pudicam ad id formosamque foeminam, fraudibus & pellaciis ei substernit.

Quæ

Quæ post Facinus Poenitentia ducta, rem omnem Marito exponit, & simul Reginae fraudes & Iram a se in illam vertit. Qua iustissima Bancbanus accensus, ut erat doloris recens, Reginam adit, exprobrat factum & gladio ulciscitur. * Cæde patrata Byzantium abiit, Andream Regi occursum, illæ in Syria tendenti, quem mox reperit & rem aperit: illum unum Judicem & si meruit Vindicem poscit. Rex differt in suum reditum & vultu atque animo composito, Tu vero, inquit, abi, & in Regnum redi vicem meam, ut ante functurus. Nam reduci mihi si DEUS annuit, stat hanc causam cognoscere & decidere, si innocens es tunc libens absolvero. Sin autem nocens, ne nunc quidem damnatum volo, nec expeditionem hanc in hostes fidei sumptam CHRISTIANO sanguine auspicio & perfundo. Uterque abiit: ille in Asiam, hic in Ungariam: & cum redisset, causa serio inquisita & cognita pronunciat: Uxorem suam iuste causam videri. Hæc Lipsius & alii; quæ si fidem merentur, multa sane in hoc facto Insignia, quod nihil sacræ Expeditioni Rex anteposuerit, quod suspectum, si non convictum, iterum Regno praposuerit: quod denique amorem Conjugalem Justitiæ postposuerit.

GERTRUDIS
Regina Hunga-
riæ occisa:

Sunt tamen qui hoc Reginae abjectum Facinus Bancbanum commentum fuisse scribunt, veramque cædis Causam Odium fuisse, quod Bancbanus & assæclæ Reginae opera fieri intelligerent, ut præcipuum in Aula Locum Germani obtinerent, Videantur Caspar Ens lib. II. Hist. Hungaricæ, nec non in Annalibus Patriæ Curzus: qui & hoc addit: Gertrudim Ecclesiæ Wratislaviensi donasse auream Coronam, qua ipsa fuerat ornata: eam vero Collegium conflasse & fieri inde Curasse Calicem ad Usus sacros ex quo Populus Vinum hauriebat in S. Coena: quales passim in Germania ante Synodum Constantiensem in Usu fuerunt, & sunt illa Ætate nominati Ministeriales.

Exortum est eodem anno bellum intestinum inter HENRICI Filios, idque hac occasione: Habebat HENRICUS BARBATUS filios tres: Boleslaum: Conradum & Henricum quos inter Dominatum suum exercitiis Religionis vacaturus Uxoris instinctu sic est partitus, ut HENRICO qui Matri carior erat, maiorem Silesiæ Partem cum Wratislavia assignaret, in qua partitione cum Conradus non acquiesceret, bellum fratri indixit, & auxilia e Polonia conduxit, parentibus nequicquam dissuadentibus ac Lacrymis placare eum conantibus. Nec HENRICUS sibi defuit, sed coacto & ipse tumultuario Exercitu obviam fratri prodiit: Pugnatum est acriter inter Lignicium & Golabergam ad Studniciam pagumque qui Ecclesia Russa dicitur: sed Germanis superstantibus HENRICUS victor evasit. Conradus cum se ex fuga Glogoviam, quo Pater secesserat, recepisset Salutem consecutus est: Verum non ita multo post in Silvas Bithomienses prope pagum Tarnaw venatum egressus cum terar sibi oblatam strenue agitarer, & ob id Equum calcaribus incitatum ad cursum admitterer, cum eo labente lapsus, inibi Cervicibus fractis exstinctus est. miserandumque suis in tam tristi exitu Spectaculum præbuit, ab AGNETE Sorore sua quæ tenerrime fratrem amabat, Trebnicij sepultus. Fertur autem HEDWIGIS divinitus filij Intectum præscivisse: cæterum Pater hoc Vulnere domestico accepto Onera Gubernationis rursus subire coepit.

Bellum Silesiæ
intestinum inter
HENRICUM
Barbatum Ducis
Filios:

Anno

CHRISTI

1217.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 6.

Henricus Archiepiscopus Gnesnensis hoc demum Tempore multos Sacerdotes ex Decreto Synodi a se convocata, uxores suas quas retinebant adhuc plerique post Legati Pontificij Edictum ante annos XX. promulgatum abdicare coëgit, iurejurando etiam ab eis exacto.

Synodus ab
Archiep. Gnes-
nensi convo-
cata:

Coenobium Augustinianorum (qui se Canonicos Regulares vocant ad Canonico-
rum Secularium differentiam, quod nimirum triplici sese adstringant Voto, idque conformiter ad Augustini Regulam, quem non minus ac Eremitæ Augustiniani Caput & Auctorem Ordinis sui laudant, a quo etiam in vestem acceperint tunicam candidam, cum linea Toga sub nigro Pallio, & Tegumentum a Scapulis impositum, Cervicem totumque contegens caput præterquam a fronte, in Oppido Silesiæ Naumburg ab HENRICO BARBATO Eiusque Coniuge Principibus pientissimis institutum & redditibus dotatum est: unde post LXVII. annos Collegium illud in vicinam Urbem Saganum translatum est.

Coenobium
Augustinianorum
Naumburg
Silesiæ Oppi-
do fundatum:

H h 2

Anno

* Vid. Bonfin. Dec. II. lib. VII. & Ritius de Reg. Ungar. lib. II. Chronica Augustensis ad an. 1223. a Comite quodam Petro trucidatum fuisse tradit, sed eundem nocte sequenti in ulcionem Sceleris cum aliis jugulatum fuisse.

Anno

CHRISTI

1220.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 9.

Monasterium
S. MARIE
Svidnicij ex-
tructum:

Stephanus: Andreas & Franciscus: nobiles Fratres Comites de VVrbna (ex qua familia non modo illustres in Silesia Barones VVirbenæ, qui Freudenthalæ, Engelsbergæ atque alibi imperitant, oriundi, sed & in Polonia majore nobiles Domini de Rissina superstites esse putantur) insigne & locuples Monasterium erexerunt Suidnicia quod nominatum est S. MARIE.

Anno

CHRISTI

1221.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 10.

Aquarum In-
undationes:
Fames & Pestis:

Aquarum Inundationes ingentes quæ per totam Æstatem has Regiones vehementer afflixere, secuta est hyems acris & aspera: inde fames & Pestis, postea totum Triennium favientes, maximam Vim jumentorum atque hominum absumsere.

Henrichovien-
se Coenobium
in Ducatu
Monsterber-
genſi funda-
tum:

Sub hæc Tempora Nicolaus Vir nobilis & locuples, Canonicus VVratislaviensis, HENRICO BARBATO a secretis, Religione tactus Cisterciensibus Monachis assentiente Principe suo omne patrimonium transcripsit, extracto eis in agro sive Territorio Monsterbergenſi Monasterio, quod de nomine Principis Henrichovium dici voluit. Inſcriptio quæ legitur in Coenobio fundationem Ejus refert in annum clcccxxvii. ipsumque Principem Fundatorem laudat, sed ex Testamento Nicolai.

Tradunt eundem exstruxisse Monasterium quoque Camenienſe in Francoſteinenſi Ditione situm de quo nihil certi dicere habeo. In Slesia magna Joannis Heſſi (libellus is manuſcriptus) legere memini, conditum hoc Monasterium Canonicis Regularibus e Coenobio VVratislaviensi BEATAE VIRGINIS huc translatis, quibus postea sive locum vendentibus sive deferentibus sive alia de causa migrantibus substituti fuerunt ordinis Cisterciensis Sodales, idque factum VII. Eid. Januar. viventibus tunc Innocentio IV. P. R. Thomaque II. Ep. VVrat. qui & decimas quasdam Episcopales Monasterio donaverit.

Anno

CHRISTI

1222.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 11.

Expediſio cru-
ciata contra
Prufios:

Cruce signati milites in Auxilium contra Prutenos undique evocati, quos inter facile Principes fuere: HENRICUS Dux Slesia: VVratislaviensisque & Lebusiensis Episcopi: multique e nobilitate Polonica ac Silesiaca. Nec tamen perdomari ab eo Exercitu Pruteni potuerunt: adversus quos etiam Sodales sive fratres Militiam CHRISTI professi, qui rubri Enſis Imaginem cum Cruce in Pallio insutam gestant, e Livonia frustra tunc evocati fuere.

Extant de hoc anno Caſimiri Ducis Opolienſis Litteræ super Vyast per Laurentium Ep. VVratislaviens.

Anno

CHRISTI

1225.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 14.

Induciæ HEN-
RICUM inter
Silesia & Le-
ſcum Album:
Pol. Princ.

Johannes Gryphius Clementis Filius aliique nonnulli equeſtris Ordinis homines contra Leſcum Album Polonia Principem, Boleslai Crispi Filium conspirant, ac per Marcum Palatinum ad invadendum Principatum HENRICUM BARBATUM ad quem alioquin Jure optimo tanquam natu maximo in familia Boleslai Crivouſti ea Dignitas pertineret, concitant. Is Spem oblatam cupido animo secutus, frustra dissuadente Uxore HEDVVIGE, valida de ſuis coacta manu Cracoviam properat. Verum cum de apparatu & exercitu Leſci majore quam ſuo cognoviſſet, & quæ ſperabat Præſidiis minime repertis magnas adipiſcendi Principatus Difficultates ſibi objectas videret, non ſuarum Virium hanc eſſe concertationem ratus belli Conſilium cito abjecit, factaque cum Leſco Pace, Cracoviam ab eo invitatus, octo dies ſplendide & honorifice acceptus atque habitus: qui Hoſtis venerat Amicus diſceſſit.

Anno

Anno

CHRISTI

1226.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 15.

Circa hæc Tempora (de anno enim Scriptores variant) * Conradus Masovia Dux Teutonicos Equites a Saracenis ejecto Henrico nobili a Salczo Magistro adversus Boruffos rebelles excivit certis conditionibus. Ex quo illi Borussiam subjugare coeperunt, debellatis partim atque ab Idolorum Cultu abductis, partim deletis Incolis, novisque e Germania Coloniis paulatim cæterorum Principum ope introductis, & Regione passim culta atque exornata, ædificiis frequentibus Germanico ritu, Frederico Imperatore quicquid de provincia illa occupassent, tanquam armis Germanicis partum Imperio asserente, & ut Germaniæ conjunctum esset, adserente. Quæ res gravissimas postea lites variasque concertationes & ipsius tandem ordinis in Borussia Abolitionem peperit.

Equites Teuto-
nici Borussiam
occupant :

Extant binæ litteræ ab Episcopo Laurentio hoc anno editæ, collocationem & permutationem Monasterii S. Adalberti spectantes.

Anno

CHRISTI

1227.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 16.

Suentopulcus Pomeranorum Præfectus: Vladislai Ducis Polonia majoris Socer magnis opibus & facultatibus terra marique partis & gratia populari tenens a Lesco Principe, ut se Ducis Pomeraniæ nomine dignaretur, ac sempiternum id sibi posterisque suis esse juberet, enixe postulavit. Quod cum ipsi Lesco negasset, repulsi irritatus Suentopulcus ad defectionem spectare coepit, neque pensionem annuam de more Lesco misit, qui re cum HENRICO BARBATO Silesiæ Principe deliberata, causam quæ villa est majoris Polonia comitia totius Regni ad III. Eid. Novembr. indixit, quasi de Republica cum Ordinibus consulturus, revera autem ut Suentopulcum prætextu Comitiorum evocatum, tanquam seditiosum sine armis opprimeret. Convenit ad præstitutum diem magnus Principum, Episcoporum & Procerum Numerus: Suentopulcus qui quod agebatur subolfecerat, solus nectebat mores, cumque ultro in Principem una cum Vladislao Genero ad Spem summi Principatus adipiscendi incitato Insidias intenderet, missis subinde per Speciem excusandæ suæ moræ hominibus statum omnem Comitiorum cognoscebat, & Occasionem peragendi cogitati Facinoris captabat. Quarta dies Comitiorum curanda Corporibus data erat: ad balneum se & Lesco & Henricus Barbatus contulere. Ecce ergo Suentopulcus cum expedita suorum manu (prope enim delituerat & opportunitatem rei peragendæ didicerat) ibi adest, & in diversoria ac Tentoria proxima irrumpens, obvios quosque rei novitate attonitos, facile autem movet aut obtruncat, & ad balneum ubi Lesco esse acceperat contendit: Interim exaudito Tumultu certior factus Lesco de hostili adventu exilit, & equum nactus cum paucis fugere coepit: Sed Suentopulcus cum plerisque suis fugientem persequitur. Ubi vero effugere Lesco prementium se manus non potuit, converso Equo & revocatis fugæ Comitibus, cum aliquamdiu multis & bene armatis nudus penecum paucis restitisset, fortiter dimicans apud Marcincovum Pagum occubuit. At qui ad perscrutandum in balneo Principem descenderant, in HENRICUM, qui ætate gravis fugam desperaverat, Impetum faciunt, sed cum aliquot Vulneribus debilitatum prostratumque Germanus quidam, Peregrinus Weissemburgius, unus de auxiliis ipsius Comitatu, certus mori potius quam ducem deferere jacentem, clarissimo hæculeæ fidei exemplo sui corporis objectu textit, confossusque & concitus deficiente vita super Domini sui Corpus se projecit. Percursores vero rati utrumque exanimem discesserunt, ac recolligendi sui spacium Henrico concesserunt: qui quidem clam lectica Wratislaviam delatus a suis, & haud multo post sanitati pristina restitutus Weissemburgium liberatorem suum in memoria & laude habuit, posterosque Ejus ad magnas Opes & Honores evexit. Ex eo Tempore Sventopulcus pro Duce ac Domino Pomeraniæ se gerere coepit.

HENRICUS
Barbatus Dux
Silesiæ viræ Di-
scrimen inuit :

Hh 3

Anno

* CONRADUS Dux Masoviae & Cujaviae „dedit & concessit Hoipn . . . S. MARIE Domus Teutonice & fratribus Ejusdem Domus totum & ex integro Culmen Territorium cum omnibus „suis attinentiis in veram ac perpetuam proprietatem, sunt Verba Diplomatis Donationis editi in Crusvitz ante Pontes ab anno Incarnationis Dominicæ M. CC. XXX. mense Junii: Extat p. 336. Spec. IV. Biblioth. Polonicæ.

nam quæ Vladislai Sputatoris præsidio tenebatur, oppugnat. Cæterum variis Incommodis ut Obsidionem solveret, permotus & ad res Silesiacæ suæ Ditionis componendas Crosnam profectus in Itinere graviter cœpit ægrotare, ac post paucos dies diem* clausit a. d. 19. Martii: Princeps multis magnisque Virtutibus insignis, quique in Silesia conditis Legibus, Urbibus ac Templis excolenda Patris Pietatem imitatus est. Ejus Corpus ad Trebnicense Monasterium ab HENRICO Filio Successore qui PII cognomen meruit relatum, atque decenter & honorifice sepultum est. HEDWIGIS in Trebnicensi Monasterio id Temporis degens, licet ardentissime maritum dilexisset, nec ægrotum visitavit, nec mortui funus duxit, aut obviam ei processit, nec denique cæteris viris denique ac mulieribus plangentibus & lamentantibus Maritum flevit, impium esse significatione Luctus divinæ Voluntati adversari dictitans. Quin nec viventem quidem illum sæpe adiit, nisi forte ut pro calamitosi & Injuria adfectis deprecaretur, cum enim post susceptam Sobolem septenam (præter HENRICUM nempe: Boleslaum & Crispum qui ante Patrem cœlibes obierunt, ADELHEIDEN sive Adledam Dipoldi Marchionis Moraviæ Uxorem, Brunonis matrem, GERTRUDIM Ottoni Wittelsbachio qui Philippum Regem Romanorum A. C. 1024. Bambergæ occidit, & auxilio fratrum HEDWIGIS tunc evasit, promissam, sed Abbatissam postea Trebnicensem, quippe cum Cæsaricidam Generum HEDWIGIS recusaret, nec alteri tamen filiam collocare vellet, Agnetem denique & Sophiam, quæ & ipsæ Virgines decesserunt,) Votum Castitatis & Continentiæ perpetuæ, quo majore Religione & absque Impedimenti Secularium Curarum CHRISTO servire posset, Marito suavisset & persuasisset, totos fere XXX. annos mutuo consensu disjuncti vixere. Ex quo Tempore HENRICUS barbam promisit atque inde BARBATI cognomentum adeptus est. Quot annos vivendo compleverit: certo non habemus dicere, hoc scimus de multis Judiciis ad Senectutem bonam pervenisse nec a LXX. Æt, anno procul abfuisse.

Anno

CHRISTI

1239.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 28.

HENRICUS II.
PIUS Dux Si-
lesia & Poloniæ
Patri succedit:

HENRICUS II. PIUS omnium Patris Ditionum in Silesia & Polonia Majore (de Lusatia enim quod nonnulli tradunt, temere adfirmare nolim) Hæres, Poloniam Vladislai Sputatoris Armis turbatam pacat, & Gnesnam ad Deditionem compulsam sui Juris facit: nec multo post Vladislaus contracto ex mœrore & animi Aegritudine gravi morbo, cum apud Socerum esset in Pomerania Vita excessit. Corpus tamen HENRICO permittente, Posnam relatum & in Basilica sepultum est. Reliquit superstites filios duos: Primislaum & Boleslaum, qui postea PIUS dictus est: qui post Patris Mortem Naclense tantum & Uscense Territorium cum Arcibus illorum in Potestate sua retinuerunt.

Nuptiæ Boles-
lai Pudici Ducis
Cracov. & Sen-
domiriensis:

Conradus Masoviæ Dux HENRICI BARBATI morte rursus in Spem Boleslai Pudici opprimendi erectus Terram Sendomiriensem, clandestinis primum Latrociniiis, mox apertis Excursionibus vexare cœpit. Contra quem ut Boleslaus se muniret, fœdus & Adfinitatem cum Bela Hungarorum Rege contrahit, ducta ipsius filia Kinga, quæ & Cunegundis dicta est, Puella moribus & Sanctimonia Vitæ nobili: cujus Avia paterna fuerat Gertrudis D. HEDWIGIS Soror, amita vero D. ELISABETHA Ludovico Thuringiæ & Hassiæ Landgravio nupta. Dos fuit quadraginta millium marcarum. Tali autem conjuge beatus Boleslaus, tamen primis nuptiarum diebus eam non attingit, inde confirmata postea mutuo consensu Religione ipsi quoque perpetuam vovere continentiam. Atque hinc Boleslai Pudici Cognomen inditum.

Anno

CHRISTI

1240.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 29.

Tartari Polo-
niam ingre-
diuntur:

Tartari: Gens cultu fœda & barbara, fera atque immanis, supra suam unde orta est Scythiam progressi Regionem occuparunt cis Tanaim & Mœotidem, Russiæque hoc anno pervasata, magno Impetu Poloniam invaserunt, & arcibus quibusdam exustis ad Vistulam usque depopulati sunt, indeque in Russiam reversi, deposita tuto loco omnis generis præda, curriculo Poloniam repetierunt, ac Tempus anni ad furta belli peridoneum nacti (cum hyems aspera Vistulam Gelu durasset) transmissio Flumine ferme ad ipsam

* vid. Tab. I. Genealog. Tom. I. no. 11 & seq.

ipsam usque Cracoviam late quaque versus vagati sunt, in homines & tecta, Igni, ferro, manu, favientes, ingentemque caprivorum utriusque Sexus multitudinem locis adstrictam in pecudum morem præ se agentes. Continebat se Boleslaus Princeps Cracoviæ, sed minime ausus tantæ hostium multitudini se opponere. Caterum Vlodimirus Palatinus Cracoviensis, coacta aliquanta manu, abeuntes infecutus, & ex improviso adortus, magnam in perturbatis initio stragem edidit. Verum postea Tatarum animadversa Polonorum Paucitate in fugam eos verterunt, post raptim & tumultuario sese recipientes, & faucios ac ægrotos abjicientes, prope Secechovum in magna quadam Sylva aliquot diebus detinere, inde postea in Russiam rediere.

Anno

CHRISTI

1241.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 30.

Luctuosus hic annus Silesiæ fuit ab Hoste barbaro, non tam ad Dominatum, quam ad rapinam, cædem, stragem hominum Urbiumque nato. Tatarum & illi erant, qui Poloniam Superiori anno latrociniis oberrasse ac fœdum in modum devastasse, non contenti, cum auctis majorem in modum copiis (nam ad quinquies centena millium fuisse narrant) instar cujusdam cataclysmi seu diluvii atque torrentis & Poloniæ & Hungariæ finibus diviso exercitu sese intulissent, casisque ad Chmelicium Pagum Proceribus & Equitibus Polonis, victoria ea cfferati librum in agros furorem effudissent, ipsamque adeo Regni sedem non modo a Rege, qui ingruenti Tempestati instar fugere maluit quam discrimen obire, desertam, sed & aliis defensoribus vacuum incendissent; mox etiam provoluto velut armorum Turbine in nostram Silesiam irruperunt, cumque disiectos Viadri pontes reperissent, qua navigando qua natando flumen ad Ratiboriam superarunt, frustra prohibere auso Miecislao Ratiboriensem Duce. Placuit barbaris primo Impetu WRATISLAVIAM petere, quippe hac una Urbe domitia aliarum Vires videbantur brevi bello frangi posse, frenum capiti injici, membra sequi. At Wratislavienses nunico accepto, & Urbis minus tunc munitæ defensione desperata, supellectilem ac commeatum omnem in arcem editiori Insulæ loco qui S. Crucis olim, nunc D. Martini Mons appellatur, sitam comportarunt: militibus autem qui in Præsidio erant, ne hostibus prædæ vel receptaculo esset, incendendam Urbem reliquerunt. Indignati ergo Tartari arcem obsidione gravi sed frustra cinxerunt, divino ut compertum est ostento (flammi quippe de cœlo cadentibus & late inter Ordines ipsorum discurrentibus) ita perterriti: ut nihil cunctari Obsidionem solverint, fugientibusque similes abierint. Datum id fuisse precibus CÆSLAI qui unus de comitibus Ivonis Episcopi Cracoviensis Romæ D. Dominici vitæ institutum professus conventui Wratislaviensi apud D. Adalberti præerat, & cum ceteris sodalibus in arcem confugerat, Scriptores Poloni commemorant: nos non hujus modo sed aliorum etiam piorum hominum supplicationibus ac Lacrymis non immerito acceptum referimus. Nec vero exiguum terrorem subitus ille Impetus nostris incusserat, & ferocia omni barbarie gravior. Quare tanquam graviores imminerent plagæ, quam Seculis omnibus acceptæ erant, ad commune malum arcendum, sub signa undique concurrere, ducem secuti HENRICUM Principem animorum plenum, qui coactis quam maximis potuit copiis (XXX. M. fuisse Curæus notat) Lignicii consedit, ita quidem animatus, ut aut speciosam de Hoste Victoriam reportaret, aut fortiter pro aris atque focis & pro populo suo dimicans, honeste occumberet, matre HEDWIGE non modo non deterrente, sed etiam hortante. Nec mora: suas & ipsi copias Tartari eo deduxerunt, quibus Lignicio proximantibus cum HENRICUS obviam progrediretur, Ædem D. VIRGINIS pratereunti Saxum ingens subito lapsu ante Pedes decidit, nulla propalam causâ adparente, cur de solido integroque muro avulsus ille unus Lapis caderet. Id quod malæ scævæ loco habitum fuit, neque deerant qui retro eundem, illoque die pugna abstinentium censebant. Sed nihil ille hoc casu territus iter coeptum continuat, unoque a Lignicio militari Aciem per Tempus disponit, in quinque agmina universo Exercitu diviso. Primum constabat ex militibus voluntariis, qui pro ejus Ætatis more ex Germania hinc inde collecti & Cruce signati erant, quibus adjuncti Fossores ex Metallis Goldbergensibus Ductore Boleslao: Dipoldi Marchionis Moraviæ Filio: Henrici Amitino. Secundum ex Polonis confiatum majoribus & Cracoviensibus nonnullis, quos ducebat Sulislaus Vlodimiri Palatini Cracoviensis Frater: In tertio erat MIECISLAUS DUX OPOLIENSIS ET RATIBORIENSIS cum suis Copiis. Quartum tenebat Pompo,

Inde Silesiam:

Igne calessi
ab Obsidione
WRATISLAVIÆ
repulsi:

sed Prælio ad
Lignicium gesto
Victores:

Fratrum five Sodalium Teutonicorum piam contra barbaros militiam sub Titulo S. MARIAE professorum in Borussia * Magister cum suis crucigeris. Ultimo loco confliterat HENRICUS cum flore militiæ Silesiacæ & Polonicæ, nec non militibus Germanicis stipendio conductis. Totidem acies Tataři instruxerant, sed ita, ut unus illorum Globus major esset, quam HENRICI totus fere Exercitus. Pugna a Crucigerulis & Metallicidis (nam hoc ab HENRICO postulaverant) coepta: nec difficulter ab iis primi barbarorum præcursores fusi. Sed cum temere & incaute a suis longius avellerentur, præcipitis Consilii sera quæ solet poenitentia fuit, hostiumque multitudine circumdati & Sagittarum ac Telorum Copia, quæ Grandinis Ritu densa cadebant, omnes pene (erant enim magna ex parte nudi) obruti sunt: ibique Boleslaus etiam inter primos pugnans cecidit. Succedunt e Vestigio duo illa Agmina quibus Micislaus & Sulislaus præerant, factaque in hostes cade primorum exultantes, impressione magnam stragem edunt, cum balistarii eorum contra Sagittarios constitissent. Quod ubi animadvertenterunt Tartari, duo item Agmina laborantibus suis submitunt, neque tamen segnius nostri rem agere visi, donec quispiam de exercitu Tartarorum Eques ab latere nostris ex improvviso adparens & Polonica lingua: Fugite, fugite, identidem inclamans adeo eos turbavit, ut inita pugna omissa, effusa passim fuga secuta sit, Principum ejus faciente Micislao. Quæ tamen res HENRICUM adeo non fregit, ut generosa Ira erectus & connixus, ac Popponem Magistrum, ut omne infra Virtutum Discrimen haberet, cohortatus, cum reliquis duobus agminibus, nobilique illa & solerti ultimæ fiduciæ manu, qua stipatus erat, impetum in Hostem faceret, ac Prælium instauraret. In quo nostrorum ea Virtus atque opera enituit, ut validam illam Tartarorum aciem Imperum non sustinentium ad fugam minime simulatam compellerent, sed qui & ipsi in medio ardore pugnæ sive panico quodam Terrore sive diabolicis præstigiis & incantationibus, quibus illa Gens dedita, plane perturbati, fluctuare paulatim ac cedere ceperunt. Jactabatur a Tartaris Vexillum: cujus pictura X. litteræ figuram præ se ferebat, & in Cuspide Hastæ Imago erat tetra nigraque capitis humani barbati.

Id ergo Vexillum cum vehementius concuteret Signifer, fumum atque nebulam densissimam & foetidissimam exhalabat: quæ non ad aspectum modo barbarorum nostris adimebat, verum etiam teterrimo odore eos exanimabat, totumque adeo exercitum miraculo rei stupefactum perturbabat. Tunc vero Tartari, ut nostrorum animos pavore & stupore perstrictos senserunt, cohortati sese invicem, in eos Agmine facto irruunt, turbataque & inclinata nostrorum acie inmentiam stragem edunt, quæ & Pompo Magister cum fortissimis quibusque suorum occubuit. HENRICUS qui fugere ignominiosum ratus aut vincere aut perire decreverat, cum paucis suorum in media hostium acie præliabatur: tandem rebus plane desperatis, ut sese reciperet, a suis sibi persuaderi passus est. Erant ad latus ipsius quatuor Comites, Sulislaus de quo diximus, Clemens Præfectus Glogoviensis, Conradus Conradi & Johannes Ivani filii, nobiles & fortissimi Viri, qui omni Ope Principem suum eripere sunt conati, & cum Equus ipsum labore fatiscens destitueret, tandemque Vulneribus confossus & provolutus effunderet, in recentem Equum imposuerunt. Anteibat Johannes ferro per medios hostes Viam sibi atque Duci patefaciens, cum cum animosè Princeps sequeretur, & in prementem se maxime Tartarum sublato Brachio Gladium vibraret, ab alio quodam hasta sub ascilla ictus moribundus de Equo defluxit, quem Tartari ad alterum Balistæ Jactum deductum capite plectunt, & cadaver nudum, detractis armis & vestimentis, relinquunt. Solus Johannes sed acceptis duodecim Vulneribus faucibus & virtutis Indicia ipso Sanguine ostendens, cum duobus Ministris vix Discrimini se subduxit. Quem cum persequerentur novem Tartari, ille nactus in fuga fugientes pariter tres alios CHRISTIANOS, eorum ope fretus, octo de persequentibus se peremit, nonum autem captivum abduxit. Hic Exitus prælii V. Eid. Aprilis nostros inter ac Tartaros eo in loco commissi quo Wahlstadt exinde ex re ipsa dici ccepit. Solemne namque fuit locis ubi prælia atrocia commissa & ingentes Strages editæ ejusmodi nominari indere, quo modo loci cujusdam in Aquitania, cui nomen fuerit, Mors Gothorum, meminit Aimoinus. Et simili ratione campum caninum dictum ad annum 1109. nobis notatum.

At

* Nondum ea Tempestate Magister, nec eo prælio occisus, quippe an. demum 1253. electus & an. 1255. defunctus: add. Tab. Genealog. I. Tom. I. Scriptor. nostror. Rerum Siles. no. 16.

At enim quis cladem illius Soli quis funera fando explicet? quis clamorem, horrorem & morientium gemitu calamitatem tristiore? sanguine madebant campi, vix primo adhuc colore Veris vestiti: & strata atque congesta Cadavera Savitiam quoque Barbarorum retardabant. CHRISTIANORVM sane caesorum tantus fuisse numerus scribitur: ut singulis singulae auriculae a Tartaris praecisae novem ingentes Saccos expleant: stragis edita argumento, ut olim post pugnam Cannensem Annibal ad Victoriae fidem Carthaginem mitteret aureos annulos a Digitis occisorum Romanorum detractos, quos Mago a Vestibulo Curiae iussit effundi, eorumque tantus acervus fuit, ut intuentibus dimidium super tres modios explevisse visum fuerit, ultimumque tamen dignitas Equestris taxata sit Mensura. Inter occisos praeter jam dictos Stephanum quoque VVirbenium cum Andrea filio, Clementem Pelcinicium, Thomam Piotricovicium, & Petrum Kuzam claros imprimis Polonos fuisse Iohannes Herburtus de Fuesly prodidit. Atque haec tamen Victoria Tartaris minime incruenta magno quippe suorum desiderato Numero, sic fractis atque attenuatis, ut in Germania, quam terrore concusserant universam, interiora penetrare non fuerint ausi. Itaque vestigia relegentes Ratiboriam verius, quacunque transissent vastata & deserta, ne scilicet crudelius venisse quam recessisse viderentur, reliquerunt omnia: & ubi divitias aliamve praedam haud potuere, homines rapuerunt, non aetati, non sexui parcitum: sub vinculis ibant Viri & foeminae, Senes ac iuvenes, sub barbaro Iugo perpetuam Servitutem servituri: In Moraviam inde progressi, hanc quoque nemine prohibente, & VVenceslao Rege in Boemia delitescente paulo amplius quam menstruo Spatio ad usque Austriae & Boemiae fines crudeliter divexarunt, ac post ad Bathi Exercitum in Hungaria commorantem sese receperunt. Inde opulentissimis Spoliis onusti Regiones ad Tanaim & Paludes Maotides Patriae primae propiores repetiverunt. Atque ita: & fortitudine & clade Silesiorum reliqua Germania tunc defensa, ceu quondam Graecia a trecentis Lacedaemoniis in bello Xerxis, ferocissimae Gentis immanitatem non est experta. Cadaver HENRICI quem mors invicta nobilitavit inter caesorum corpora repertum & cum Caput a Tartaris esset abscissum ab Vxore ANNA OTTOCARI REGIS BOIEMIAE FILIA ex sexto sinistri pedis digito agnitum, VVratislaviae in coenobio Minoritarum Franciscanorum quod tunc D. Iacobo dicatum, postque Praemonstratensibus Canonicis cessit S. Vincentio dicatum, inhumatum fuit: ubi & Pompo Magister cum pluribus Ejusdem Ordinis Sodalibus sepultus, testante id ipsum Inscriptione quae in Coenobio illo legitur hujusmodi:

Anno D. 1240. fundatum est Monasterium S. Jacobi per inclitum Ducem Slesiae D. Henricum II. Filium S. Hedwigis: tandem Ejus post Obitum per Conjugem ipsius Dnam Annam consummatum. Qui etiam sequenti anno pro defensione CHRISTI fidelium bellans cum Tartaris, ab iisdem est occisus & hic cum filiis duobus & una filia sepultus. In eodem bello interfectus est Poppo Magister Generalis Ordinis fratrum Hospitalis BEATAE VIRGINIS MARIAE de Domo Teutonica cum pluribus fratribus Ejusdem ordinis hic sepultus.

Ceterum HEDWIGIS mater quae Monasterii Trebnicensis Munitioni diffusa Crosnam una cum Grege Sanctimonialium & Anna nuru sub aduentu barbarorum se receperat, nuncio Cladis & interfecti Filii nihil omnino commota est. Quin Sanctimoniales & nuntum lamentantes & pectora plangeantes comiter consolata, minime dejecto Vultu Grattias egit DEO quod Ejus munere talem peperisset Filium cujus ipsa viventis Pieratem summam in se experta semper esset, quique ad extremum pro Religione CHRISTIANA & populo suo vitam alacriter projecisset. Liberi HENRICO ex Anna Bojemica facere plures: filii quidem BOLESLAUS CALVUS: HENRICVS III. CONRADUS & WLADISLAVS: sequioris autem Sexus: AGNES quae in Coenobio Trebnicensi vixit: in quo & principem Conventus sui locum obtinuit: HEDWIGIS Abbatisa Wratislaviensis Coenobii ad D. Clarae: CONSTANTIA: vxor Casimiri Ducis Masoviae: ELISABETHA, Premislai Ducis Posnaniensis Coniunx: GERTRVDIS denique Masoviae Duci Boleslao nupta.

BOESLAO PVDICO post mortem HENRICI IIII nusquam comparente, ut periisse crederetur, a nobilitate Cracoviensi & Sendomiriensi ad Principatum vocatus est BOESLAVS CALVUS: HENRICI IIII filius natu maximus: sed quem Conradus Dux Masoviae haud difficulter excussit. Dum autem illi litigant Tartari ex Hungaria per Scepusiensem Tractum excursionem facta Cracoviam inexpectati advolarunt, direptaque Vrbe & maiore quam prius caede hominum facta cum ingenti Praeda in Hungariam per Osvencimense Territorium citi sunt reversi. Nec diu tamen Principatum

magna cum
Christianorum
Clade.

De Coniuge
& Liberis HEN-
RICI IIII.
DUCIS SILE-
SIAE & PO-
LONIAE.

Conradus Dux
Masoviae Cra-
coviensem Du-
catum occupa-
vit.

parum Conradus tenuit: cum enim favus moribus & superbus graviter Populum affligeret, hominum ob id odia meritis, Poloni Boleslao una cum Vxore revocare, novum dixerunt Jusjurandum: quem licet Conradus oppugnaret, accitis etiam in Auxilium Præmisłao Posnaniensi, & Miecislao Opoliensi Ducibus, Lithuanisque imo & Jazygibus, validus tamen ejus Exercitus parva manu oppressus est & res Conradi a desperationem lapsæ.

Anno

CHRISTI

1242.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 31.

Major Polonia
a Boleslao
Calvo:
Duce Silesiæ:
HENRICI PII
Filio natu
maximo defi-
cit:

Poloniæ Majoris nobilitas asperiori dominatu & in Teutones propensione a BOLESŁAO Calvo qui Patri HENRICO PIO successerat, abalienata, Præmisłaum & Bolesłaum Vladislai Sputatoris Exulis filios, bonæ Indolis juvenes, revocarunt: abdicatione Bolesłao Duces eos sibi constituerunt, ac venientibus Arces & munitiones tradiderunt. Quam tamen Injuriam non iniquissimo animo BOLESŁAUS tulisse scribitur, suadente Avia HEDWIGE quæ & antea Maritum ac posterius Filium ab eo Dominatu frustra avocaverat, & tunc Nepoti, ne justis Hæredibus ereptum retineret, aut repeteret Principatum, persuasit. Quin is etiam posteriori Tempore adfinitatem cum Præmisłao contraxit.

Anno

CHRISTI

1243.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 32.

Mors secuta
HEDWIGIS
Ducis Sile-
siæ:

HEDWIGIS * Henrici Barbati Conjux, Henrici Pii Mater a. d. 15. Octobr. fatis concessit, sepulta Trebniciæ, ubi cum posthabitis terrenis DEO se totam consecrasset, votis & Precibus continuis addicta Corpus usque adeo dure habuit, uti lumbos horrente Setis Veste stringeret: Summa hyeme, cunctis Gelu rigentibus, nuda pedes per nives incederet, Vigiliis & Inedia gravissime se affligeret, Dieque adeo Dominico, tertio & quinto Pilcibus & lactariis tantum, sabbatho & feria secunda aridis duntaxat leguminibus, quarto & sexto die Aqua & Pane solo vesceretur: Cibus autem gustaret nunquam, nisi prius eundem egentibus, quos XIII. ad exemplum CHRISTI & Apostolorum ubique secum habuit, flexo poplite ministrasset, Sanctitatis ob id ad Miraculum usque clara & XXIII. anno post mortem a Clemente IV. P. R. divarum reliquarum numero adscripta, ad cujus ob id Sepulchrum maximus undique concursus. Vita illius fusius ab aliis est descripta.

Anno

CHRISTI

1244.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 33.

Silesia inferior
inter Fratres
HENRICI PII
libens divisa:

Boleslaus Calvus & Henricus Fratres ex Annæ Matris & Consilii Sententia patrum in Silesia Dominatum inter se partiuntur: ita ut Boleslao Wratislaviensis: Henrico vero Legnicensis & Glogoviensis ditio Sorte obtingeret, ac ne duo fratres minimi, qui ab HEDWIGE avia Sacerdotio destinati, studiorum causa peregrinabantur, Conradus nempe & Vladislaus (quorum illi Bambergensis Cathedra, huic vero Juviensis sive Salisburgensis Archiepiscopa promissa erat) omnino exhæredes essent, Conradum quidem Henricus, Vladislaus vero Boleslaus in hæreditate conforrem haberet. Verum paulo post Boleslaus Divisionis fidem primus labefactans, portionemque quæ fratri obtigerat, potiorum judicans, repudiato Wratislaviensi Legnicensem Dominatum postulavit: & quamvis injustum injuste peteret, matris tamen viduæ, quæ Paci fludebat opera, quod voluit impetravit.

Extant de h. a. Boleslai Ducis litteræ super libertate coquendi lateres & aliis ad Structuram Ecclesiæ Wratislav. in Summo.

Anno

CHRISTI

1245.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 34.

Conradus refutato Bambergensi Sacerdotio, quod ab Avia invitum illi se additum diceret, hæreditatem suam a Boleslao Fratre repetiit: Vladislaus autem Archiepiscopus integram suam portionem in Wratislaviensi Ditione Henrico reliquit. Hic fomes civilis inter fratres belli fuit diuturni & admodum Silesiæ infestus: Adeo verum nimis

* Plura de HEDWIGE dixi ad nō. 12. Tab. L. Genealog. Tom. I. Scriptorum nostrorum Rerum Silesiacarum.

nimis est ipsa naturæ Vincula dominandi & habendi perversa Cupiditate dissolvi. Hostes facti qui fratres erant, nihilque profuit, eodem Sanguine concretos esse, in iisdem Visceribus priusquam nascerentur, velut Domo habitasse, in iisdem deinde lari-
bus educatos. Caterum Auctor Diffidii Boleslaus: qui cum ad VVratislaviensem quem prius contemserat dominatum redeundi cupidus, Henricum Lignicium migra-
re, ac fratri Conrado satisfacere juberet, negante id Henrico Exercitum coëgit, e Ger-
mania mercenarium militem accivit, HENRICI ditionem omni malorum genere exer-
cuit, Noro foro oppido cum Templo & 500. hominibus incessis VVratislaviam con-
tendit. Novis tunc illa Moenibus cingebatur, & Jure Teutonico Civibus e Germania
passim confluentibus instituebatur. Et tamen trimestrem eamque gravem Boleslai Ob-
sidionem (quod jam tum efflorescentis post Tataricam Cladem urbis Indicium habeo)
sustinuit: eumque re infecta discedere coegit: cum HENRICUS impar fraternis Vi-
ribus prælio cum fratre decertare non auderet. Domum reversus Boleslaus, cum
non haberet, unde Stipendia debita militibus mercenariis dissolveret, totam Provin-
ciam Latronibus complevit, qui eam graviter afflixerunt. Unde suorum Odia me-
ritus, ac quod mente captus videretur, aliquamdiu custoditus, tandemque cum re-
sipuisse crederetur, dimissus ne sic tamen quievit. Nam cum in Lusana Sittaviam &
Gorliciam oppida suis quibusdam hominibus oppignorasset, Wratislaviam infestus re-
diit, ejusque oppugnatione frustra tentata, agris & indefensis quibusque locis longe
lateque vastatis, sed vitatis fere munitis in quibus Henrici Præsidia disposita erant, re-
duxit Exercitum tristior: quod duabus Expeditionibus sumtuosis nullum tantis Impen-
sis dignum operæ precium fecisset. Quin paulo post cum inops egensque ac suis exo-
sus nec satis compos mentis oberraret, ab Henrici Militibus exceptus & Wratislaviam
adductus, fratris benignitate & Misericordia statim dimissus est, qua tamen lenitate fra-
terna cupiditas & feritas Boleslai minime victa fuit.

Bellum inter
Fratres intesti-
num;

Anno

CHRISTI

1248.

CÆSARIS

FRIDRICI II. 37.

Legatus ab Innocentio IV. P. R. missus Jacobus Leodicensis Archidiaconus, cum
ad Res Polonicas componendas, tum vel maxime ut contra Fridricum II. Imp. quem
quoad Dignitatem & Majestatem Imperii per Papam Romanum prope conculcatam
adferere & vindicare niteretur, Pontifex crudeliter persequeretur, Anathematis etiam &
Abdicationis Sententia in Concilio Lugdunensi in illum lata Auxilia peteret. Itaque
convocata Wratislaviam Synodo Episcoporum impetravit, ut quinta Pars reddituum
Ecclesiasticorum ex universa Polonia in triennium ei decerneretur. Relaxavit autem
tunc Polonis & Silesiis Partem Jejunii Ejus quod est solemne ante Pascha. Nam cum
id totis novem hebdomadis a Dominica, quam Ecclesia nominat Septuagesimæ, ex ritu
Græcorum vulgo servarent, indulgit ut serius more Romano deinceps perageretur, es-
setque adeo hebdomadarum sex & dimidiæ.

Adventus Le-
gati P. R.
WRATISLA-
VIAM.

Boleslaus Calvus Homo vasto animo & violento nova adversus Fratres Consilia
agitans, ut nervos belli corraderet, cum alia Patrimonii sui loca, tum Lebusiense Ter-
ritorium Brandenburgicis Marchionibus Joanni & Ortoni oppignoravit vel vendidit,
& Wratislaviensem Oram tertium repetita discurfione divexavit. Paulo post alienatis
ab ipso omnium animis Crosnense Territorium & Arx cum aliis finitimis oppidis ad
Conradum defecit. Sed cum is a fratre Boleslao Infidias sibi parari, in Henrico vero
parum Spei aut Præsidii esse cerneret, ad Premislaum Principem Posnaniensem & Ca-
liffiensem cui Soror Elisabertha nupta erat, confugit. Qui benigne Conrado accepto
beneque sperare jussu Sororem suam Salomeam nuptum collocavit, cumque missa ad
Silesiæ Principes legatione nihil æqui a Boleslao, Conradum Sacris initiatum Jure omni
Patrimonii repetendi excidisse dicente, impetraret, cum suo fratrisque Boleslai Exer-
citu Lignicensem tractum ingreditur, Conradum tecum ducens, & magna celeritate
Arcem Pridomiam non procul a Glogovia excitavit, turribus, aggeribus, fossisque mu-
nivit, tum turmas aliquot & Cohortes Conrado attribuit, cum quibus ille finitimas
oras Boleslao Calvo subjectas tam diu vexaret, quoad Jus suum ab ipso consequeretur.
Er paucis quidem diebus debellatum erat, si ad extremum fortuna Conradi coeptis re-
spondisset. Boleslaus enim Calvus dum incautius forte adversariorum copias ac novam
munitionem speculatur, comprehensus ab adversariis in statione excubias agentibus, &
in custodia a Conrado habitus, ad conditiones quamvis iniquas adduci potuisset, nisi
corruptis custodibus evasisset.

Boleslai Calvi
Ducis Silesiæ
Fata:

li 3

Anno

Anno

CHRISTI 1250.

FRIDRICUS
II, IMP. obiit:

Fridricus II. Imp. partim hausto Veneno partim a Manfredo notho cum convalescere jam viderent, injecto in Os pulvinari * suffocatus interiit in Arce Florentina Apuliz, Panormi Sepulcro Porphyretice conditus. Tandem per annos XXII. fere sine Capite Imperium fuit, eoque res in Germania rediit, effera & insolita nobilitatis licentia, ut a latronibus omnes obsiderentur Viæ præsertim qua Mercatoribus eundum, & innumera fere Prædonum receptacula editioribus in locis excitarentur: ut nihil de contentu legum & vel obsolescentium interitu, nihil aliis de malis quæ fruticari solent, si exulare coeperit Iusticia, dicamus.

Anno

CHRISTI 1252.

Bohemiæ Rex
AUSTRIAM
occupat:
& in Silesia
Oppaviam:

Post Fridricum Austriæ Ducem ex Balcenbergenfi Gente ultimum ante sexennium ex Vulnere in Pugna cum ** Hungaris commissa accepto mortuum, Præmislus five Ottocarus Bojemix Rex Austriam hoc anno invasit, ac sui Juris fecit, quod eo facilius fuit factu, quod Imperium in Germania tunc vacabat. Nec ita multo ante idem Ottocarus post Micislai Ratiborienfium & Oppolienfium Ducis mortem, cum is aullos liberos reliquisset, Oppaviam occuparat, quam deinceps Nicolao filio suo notho tradidit. Cæterum cum Bela Rex Hungariæ bellum facere Ottokaro vellet, & Boleslaus Generum Principem Poloniæ in Auxilium evocaret: Boleslaus ut in Gratiam Soceri manum Bojemorum destineret Oppaviamque eis. rursus eriperet, in Oppavienfem Oram & in Moraviam cum Exercitu ingressus ferro & Incendiis longe lateque vastavit, magnamque Prædam abegit: nec tamen Oppavia potitus est.

Extant de hoc anno Henrici Ducis Litteræ, in quibus dat Episcopo licentiam locandi Czirckwitz jure Teutonico & erigendi forum sicut in Wanssen.

Anno

CHRISTI 1253.

Monasterium
Silesiæ Rauden-
fense funda-
tum:

Sub hunc ipsam annum Vladislaus Casimiri F. Dux de Opol cum Coniuge sua Euphemia Ordini Cisterciensi condidit in suo illo Ducatu Monasterium quod nunc Rauden a sublabente fluvio dicitur: ipse autem suo nomine vocitarat Claustrum Vladislavitz. Cujus exin Soboles id in Chmolnick seu ut jam profertur Jemelnick. Quibus coæva fere sunt illa ejusdem Cisterciensis Regulæ in finibus Silesiæ aliis Paradisus & Noda Cella. Locatur hoc anno Wratislaviæ amplissimum Templum dedicatum S. Elisabethæ.

Anno

CHRISTI 1254.

Bellum Silesios
inter & Polo-
nos:

Conradus ex arce Pridomienfi ditiones fratrum armis infestat, quem adjuvans Premislus Socer Dux majoris Poloniæ in Wratislaviensem Regionem duxit exercitum, & omnem eam Oram quæ est circa Olsnam, Sytroviam, Trebniciam & Cerequiciam oppida ad usque Veidam fluvium uno a Wratislavia milliario deinde & ultra Oderam vadato flumine depopulatus est, propterea quod Henricus Dux Wratislaviensis neque ipsi Partem Patrimonii Conrado reddebat, neque ad repetendam eam a Boleslao fratre opem ei ferebat. Adhuc non solvebat Premislao L. marcas argenti de quibus pro redemptione cujusdam captivi Germani fidejusserat. Templis tamen & monasteriis ac possessionibus eorum atque hominibus Ecclesiasticis omnino manus abstinere milites Edicto Premislai. Erat tunc Wratislaviæ Opiso Legatus Pontificius qui Contumeliam Sedi Apostolicæ fieri existimans quod se præsentem ac pene inspectantem Wratislaviensem Oram

Primis-

* Chron. Augustense ad an. 1250. „in die S. Lucie Virginis: & Pandolphus Collenutius in Hist. „Neapolitana d. 13. Decembr. in Florentino Apuliæ Castro Imperatorem Fato functum testan- „tur, sepultus est Panormi, sic enim verba Testamenti se habent: Item Sepulturam meam „eligo apud Panormum, ubi jacuit Rex Wilhelmus.

** Chronicon Monasterii Mellicensis ad an. 1246. „FRIDRICUS Illustris Dux Austriæ col- „lecto Exercitu contra Regem Ungariæ juxta fluvium qui dicitur Litta, contrito atque fugato „Regis Exercitu atque potitus victoria nescio quo casu miserabiliter occiditur.

Chronicon Salisburgense ad an. 1246. „Occurrens Regi Hungariæ Dux Fridricus juxta Leitam „Fl. cum eo acriter dimicavit: ubi pluribus ex acie Regis Ungariæ interfectis & multis ca- „ptivatis ipse Dux Austrie vel a suis vel ab Hostibus (sicut dubitatur) fuit interemptus: „Exercitus tamen ipsius accepta victoria ad propria est reversus. „Præterea Chronicon Clauistro-Neoburgense & alii Rerum Austriacarum Scriptores a R. D. P. Hier. Pez editi.

Primislaus infestaret, Sacris ipsi & omnibus qui sub Ditione Ejus erant interdixit, sed mox postulante Premislao, Interdictum illud abrogavit, veritus ne fines Legacionis transgresso periculum sibi apud Pontificem crearetur.

Anno

CHRISTI 1255.

Conventus Principum Silesiæ Glogoviæ habitus, in quo Pax & Concordia inter fra-^{Glogoviæ sopitum} tres dissidentes Episcopi Wratislaviensis & aliorum Procerum interventu composita: & Glogoviensis Dominatus, in quo Glogovia, Saganum, Sprotta, Crosna & vicina Oppida, Conrado a Boleslao Calvo quanquam reluctantem concessus est: Conradus obsides & captivos dimisit: aliis item qui prius ex Parte dimissi erant, Æstimationes Capitum remisit.

Anno

CHRISTI 1256.

Boleslaus Calvus multorum annorum bellis exhaustus ac grandi Ære alieno obrutus Thomam Episcopum Wratislaviensem oraverat, ut pateretur decimas, quas ipsi ex^{Injurie Thomæ Ep. Wratisl. a Boleslao Calvo Duce illarum} veteri Instituto solvebat, in summam pecuniæ commutari, ac promitteret illi in annos singulos decies mille marcas. Quod cum Episcopus negaret ac Jus suum defenderet, Boleslaus irritatus eum in Gorcenſi Abbatis Wratislaviensis in Arena Pago una cum Boguslao Præposito, & Eccardo Canonico cepit, ac vestitus exutum in carcerem abduxit. Ex recognita Archiepiscopus Gnesnensis Fulco, coacto Episcoporum concentu, Boleslaum diris devovit, iisque a Boleslao neglectis, ad Pontif. Alexandrum IV. querelam detulit, quid porro fieri oporteret, rogans. Respondit ille Archiepiscopo ut Poloniam omnem ad arma contra Boleslaum sumenda, Crucis Militia promulgata, una cum cæteris Episcopis concitaret, in eandemque Sententiam Archiepiscopo quoque Magdeburgensi de concitandis Germanis scripsit. Sed interim Thomas vinculorum impatientia & dolore bis ille marcarum ^{ἀντρω} nec non decimarum manipularium in Maldratas & fertones Episcopales (Maldrat Zins und Bischoffs Bierding) commutatione se ac comites suos redemit, non insciis aut invitis, uti creditum est, Henrico & Conrado Boleslai Fratribus quod in illorum quoque commodum illud de decimis commutandis pactum cederet. Quod autem tunc ab Episcopo per Vim expressum, mordicus tam ipsi Principes quam posterius ipsorum retinuerunt: quamvis Episcopus proximo anno post in Synodo Provinciali testaretur nihil se eorum servaturum quæ cum Boleslao esset pactus.

Anno

CHRISTI 1257.

Obiit Cracoviæ Jacintus sive Hiacinthus D. Dominici in sui Ordinis Primordiis So-^{HIACINTHI Mors} dalis, qui Vratislaviæ Monasterium D. Adalberti fundavit, & CIESLAUM atque Godinum in id collocavit: nostra demum Ætate, Anno nempe Salutis clō Io XCIV. Sanctitatis & miraculorum ergo, quæ mortalis edidisset, quæque ad ejus Tumulum facta memorantur, per Clementem VIII. P. R. factis divalibus additus, indicto ejus Memoriarum festo die 15. Sextilis.

Jacinthum eodem anno Prid. Non. Junii immatura morte extinctus præcessit Pri-^{& Przemislai Ducis Maj. Poloniæ} mislaus Dux majoris Poloniæ, XXXVI. Annos tantum natus, Princeps sui Temporis mitissimus, pius ac religiosus & iuxta Ætatem prudens: Justitia autem & animi moderatione in judicando tanta, ut ejus Judicium victus atque Victor ex æquo probarent: ea denique continentia & Temperantia ut ebrius aut iratus a nemine vilis fuisse scribatur. Reliquit autem ex ELISABETHA Henrici Pii Silesi. Ducis filia * quatuor filias & filium posthumum post quartum mensem natum, cui paternum nomen inditum est.

Sub id Tempus male inter fratres facta Gratia tanquam ruptis compagibus iterum diffiliit,

* Dlugossius VII. ad an. 1257. „Quatuor ex Conforte sua ELISABETH Filias, videlicet Constantiam: Veronicam: Ophliam & Euphrosinam reliquit. Ea tamen conforte sua Elisabeth dum in morte Viri gravida esset, filium posthumum in die S. Calixti omnibus subditis de virili Prole magna Jucunditate evantibus effudit. Cui in Patris Charitatem & memoriam, paternum in Baptismo nomen PRZEMISLAUS Boguphalus Posnaniensis Episcopus indiderat. Hunc Principem Balzko Carlos Posnaniensis in suis scriptis & annalibus plurimam laude celebrat.

Boleslaus Cal-
vus a Fratre
captus :

diffiliit, Boleslao Calvo Conradum quoque fratrem Primislai defuncti Auxiliis destitu-
tum per fraudem capere & bonis dudum datis exuere adorto. At vero Res aliter ce-
cidit. Certior enim factus Conradus de Infidiis Fratris, cum Lignicium ab eo dolose
invitaretur, cum expedita manu illuc profectus est, & reliquis in Silvam vicinam abscon-
ditis, cum paucis expeditioribus ipse veniens ad Fratrem porrexit: quem cum in Por-
ta obvium habuisset, fratris meditatum facinus antevertit, captumque eum, metu per-
cussis omnibus Glogoviam asportavit, & carceri aliquandiu mancipatum, sed leniter in
eo intraque facinoris Magnitudinem habitus atque ea quam ab Episcopo Wratislaviensi
extorserat Pecunia mulctatum postea dimisit. Ita temerarium & atrox Boleslai Con-
silium quod in fratrem intenderat, in Caput ipsius recidit, verumque adeo esse, quod
Poëta inquit, didicit: Circumvertit enim Vis atque Injuria quemque atque unde exorta
est in eum plerumque revertit.

Anno

CHRISTI 1258.

Terræ Motus :

Terræ motus vehemens Poloniam concussit & animos hominum propter Rarita-
tem Rei non metu tantum verum etiam Religione implevit, velut malorum imminen-
tium Prodigium.

Bellum inter
Reges Ungariæ
ac Bohemiæ :

Hoc Anno * Belæ IV. Hungar. infelix Bellum cum Ottocaro Bojemo desideratis
suorum 12000. nec ita multo post Ottocarus Conjugem suam Margaretam non solum ster-
ilitatis infimulavit, verum etiam probatione hujus rei ita institit, ut locus novo Matri-
monio inveniretur.

Anno

CHRISTI 1260.

Tartarorum
excurio in Po-
loniam :

Tartari Nogaio & Celebuga Ducibus in Poloniam sese per Russiam, Russis ipsis
Adjutoribus atque ductoribus effuderunt, & universam fere Regionem per trimestre
Spatium crudeliter depopulati sunt, Cracoviaeque & multis aliis Oppidis captis & exu-
stis Cadibus Incendiis & Rapinis ad Bythomiam usque in Opoliensi Tractu impune pro-
vecti post tertium mensem præda onusti in Russiam reverterunt.

Cœnobium D.
Claræ VVrat.
dicatum : &
Hospitale D.
Mathiæ :

Cœnobium Wratislaviense sacris Virginibus Ordinis D. Claræ sub Abbatisæ Di-
ciplina viventibus dicatum sub hæc Tempora cœpit, ab Anna Henrici Pii uxore con-
structum ac necessariis quoque fundis & Opibus instructum: quæ & isthic in D. Hed-
wigis Sacello Tumulum nacta Miraculis claruisse dicitur. Condidit eadem vicinum
huic Monasterio opulentum Hospitale D. Mathiæ Crucigerorum cum rubea Stella, Cu-
jus Antistes ejus Ordinis a devotissima Virgine Agnete, Przemislai Bojemorum Regis
& Constantiæ, Sororis Andreæ Regis Hungarorum Filia (quæ Ordinem S. Damiani &
Regulam S. Claræ amplexa in monasterio totis annis XL. cum X. Virginibus ad mor-
tem usque vixit) primum inventia Gregorio autem IX. P. R. confirmati nec longo Tem-
poris Intervallo ex Bojemia in vicinas provincias diffusi, per Poloniam & Silesiam Ma-
gister Supremus.

Archiepiscopus Gnesnensis edid. Ratihabitionem Compositionis & Satisfactionis
a Duce Boleslao cujus litteræ insertæ, datæ ratione Captivitatis qua Dux Episcopum Tho-
mam & quendam Canonicum vexarat.

Extat de hoc anno Vladislai Ducis Opol. Privilegium amplissimum super Yast & Sti-
navia itemque pluris villis adjacentitis.

Anno

CHRISTI 1264.

Cometes appa-
ruit :

Post Cometæ trimestrem apparitionem Pestis acerba in pecudes & pecora in Po-
lonia grassata est: istoque ipso anno ab Urbano IV. P. R. Circumgestationi Consecrati
Panis peculiare Festum dedicatum instinctu Thomæ Aquinatis.

Anno

* Chron. Salisburgense Tom. I. Script. Rer. Austriac. R. P. D. Hieronym. Pezad an. 1260. „Re-
„ges Boëmiæ & Ungariæ dissidentes collecto maximo Exercitu alterutrum Terras suas va-
„stant, tandem ad Campos procedentes, prima vice a Comitibus de Plæin & a quibusdam Mi-
„nisterialibus AUSTRIÆ dimicatum est, qui omnes occisi sunt & captivati ab Exercitu Un-
„garorum. Sed altera vice Rex Boëmiæ producens Exercitum suum, gloriose triumphavit
„vit & Ungaros fugavit, tandem in Concordiam redierunt Reges tali Pacto, ut tota Ter-
„ra Styriæ & omnes munitiones Regi Boëmiæ redderentur. Quod & factum est.

Anno

CHRISTI 1265.

Primo Pontificatus Clementis IV. anno Archiepiscopus Salisburgenfis designatus
 * VVLADISLAUS: DUX VVRATISLAV. Pataviensis autem Petrus Canonici
 cus Wratislaviensis.

W L A D I Z -
 I, A U S Dux
 Silefiæ: Archi-
 Ep. Salisbur-
 genfis:

Anno

CHRISTI 1266.

Guido Cardinalis Clementis IV. P. R. Legatus convocata Wratislaviam Episcopo-
 rum Poloniæ Synodo non modo Crucem Sacræ Militiæ signum adversus Saracenos edi-
 cit, promiffa euntibus remiffione Peccatorum, fed & ad belli sumptus pro recuperan-
 da Terra Sancta contributionem petit. Quam ob Causam in præcipuis Templis Ar-
 culæ collocatæ, in quas votiva Piorum Hominum Pecunia colligeretur.

Adventus Le-
 gati P. R.
 V V r a t i s l a v i -
 a m :

HENRICUS III. DUX VVRATISLAV. ** Princeps bonus ac laudabilis, qui uni-
 ce fuos amabat subditos, iisque secundum Leges moderatiffime imperabat, Salutem Ci-
 vium Metam & finem officii fui esse ratus, Veneno, ut creditum est five potius ut Cu-
 ræo videtur, febris maligna extinctus a. d. 5. Decembr. vivendi Finem fecit, in D. Claræ
 Monasterio Wratislaviæ sepultus. Coniuges is habuit duas: quarum prior JUDITHA:
 Conradi Masoviæ Ducis Filia, Miecislai Ducis Opolienfis Vidua, HENRICUM illi &
 HEDVVIGIM qui Patri superstites fed adhuc impuberes, aliosque præterea in puerilibus
 annis mortuos peperit: altera Saxonæ Ducis Filia fed improlis, quæ postea nupsit Burggra-
 vio Norimbergenfi. Filii Tutelam Vladislaus Patruus, Archiepiscopus Salisburgenfis, paucis
 annis quibus superstit, gessit. HEDVVIGIS vero ubi nubilus facta, fœdus maritale iniit cum
 Henrico Alberti Filio, Marchione Misniæ, juxta quem & post mortem in Cella sepulta
 fuit, quanquam sint qui defuncto marito nupsisse scribant Ottoni Pingui Anhaltino.

HENRICUS
 III. Dux V V r a -
 t i s l a v i e n s i s
 moritur:

Anno

CHRISTI 1267.

THOMAS EPISC. WRAT. III. Kal. Junii fato functus, Successorem habuit
 Nepotem è Sorore cognominem THOMAM II. Stirpis Zarembarum, Polonum nobi-
 lem, ipsis Kalendis Augusti a Capitularibus electum, fed cujus confirmatio tribus cir-
 citer annis impedita fuit per Vladislaum Archiepiscopum, cui Episcopatus tunc vacans
 a Clemente IV. P. R. cum Usu & perceptione fructuum ac reddituum ad Sexennium,
 ut vero nonnullis placet, ad Vitæ Tempora in Commendam datus fuit. Sed vix triennio
 Vladislaus superstites Episcopatus Possessionem Thomæ reliquit.

Thomæ I. Ep.
 Wratislav. de-
 functo Tho-
 mas II. succe-
 dit:

Anno

CHRISTI 1268.

Thomas Ep. Wrat. concedit Capitulo plenam Jurisdictionem de more aliorum
 Capitulorum Regni Poloniæ.

Anno

CHRISTI 1270.

Multa hoc anno Portenta & Prodigia extiterunt. In Cracoviensi Regione honesta
 quædam matrona Margarita Virboslæi Comitissæ Uxor. 36. pueros vivos uno partu edi-
 dit, 20. die mensis Januarii: Califfiæ vero intra octavam Diem Natalis CHRISTI natus
 Vitulus cum duobus caninis Capitibus atque dentibus, & septem Pedibus vitulinis:
 Capitem autem majus antrorsum in loco suo, minus vero retrorsum ad caudam situm
 erat. Ab ejus Cadavere Canes & Volucres abhorruere.

Varia Prodi-
 gia:

In Silesia apud Michalovum pagum & inter Oderam ac Nissam fluvios triduo plu-
 iſſe Sanguine dicitur.

VVLADISLAUS *** Archiepiscopus Salisburgenfis, HENRICI Wratislaviensis
 Tutor, Princeps omnibus gratiffimus, ex haustu Veneni obiit a. d. 24. Apr. Corpus
 Wratislavia Salisburgum translatum & in summo Templo ante aram DEIPARÆ VIR-
 GINIS conditum. Curæus Auctor, habuisse exinde Principum Adolescentem, Cura-
 tores

V L A D I Z -
 A U S Archi-
 Ep. Salzbur-
 genfis moritur:

* Plura de eo ad no. 31. Tab. I. Genealog. Tom. I. Scriptor. nostrorum Rerum Silesiacarum.

** vid. quæ l. c. ad no. VI. dixi.

*** Vid. de eo. Tab. I. Genealogic. l. c. no. 31.

tores aliquot ex præcipuis Civibus, qui bene gubernarint ditionem ac Principi magnam Pecuniæ Vim collegerint.

Glogovia Le-
ges & Jura Ger-
manicæ recipit:

Sub hæc Tempora Sacerdotum Collegium ex Urbe Glogovia in Insulam Suburbanam translatum, in Templum vero urbanum Sacerdotum collocatos Monachos instituti S. Dominici: arcem item in Urbe, relicta Pridomia, a Conrado conditam: ipsam denique Urbem egregie excultam ac Legibus & Juribus Germanicis donatam fuisse, gubernante hæc omnia Salome Ducissa Fœmina non sapiente minus quam pia, Curæ tradit.

Extat & de hoc anno HENRICI DUCIS VVRATISL. confirmatio donationis Allodii, Villæ five Curia ad Crucem (Creuß five Creußhoff) Capitulo factæ.

Anno

CHRISTI 1271.

Nuptiæ Conra-
di Ducis Glo-
gov. cum Bri-
gitta Misnenfi:

CONRADUS Dux Glogoviensis Salome Conjugæ defunctæ, & apud Dominicanos, quos ipsa in Urbem vocaverat, funerata, ad secundas Nuptias eodem anno convolat, ducta Brigitta Dieterici five Theoderici Marchionis Osterlandiæ & Landsbergi Filia, quæ cum Conradino ultimo Ducum Sveviæ, Imperatoriæ & Regiæ Stirpis Juvene, Conradi quippe Neapolis ac Sicilia Regis Filio, Fridrici II. Imperatoris Nepote, Caroli Andegavenlis jussu Neapoli Securi percusso, quam Caroli Crudelitatem ultæ sunt Vesperæ Siculæ, prius nupta fuerat, Dotem Conrado attulit aureorum decies mille: cujus nomine Crosnam, Greiffensteinium, & quasdam alias arces oppignoravit. Non multo post nuptias parum absuit, quin a Boleslao Calvo fratre Boleslaviæ caperetur. Sed evasit tamen, de hostili fratris adventu, in ipso articulo factus certior, Boleslaus autem oppido potitus est.

Anno

CHRISTI 1272.

quæ post an-
num absolu-
tum unum
obiit:

Brigitta hoc anno mortua, cum dotem Conradus non redderet, Pater Brigittæ bonorum sibi oppigneratorum possessionem adiit, & Magdeburgensi Archiepiscopo ea decem millibus marcarum vendidit, sed quæ Henricus Probus suis nummis redemit. Notanda autem heic Reineccii & aliorum ἀνισογενσία, qui Brigittam Conrado supervixisse, coque defuncto Conrado I. Marchioni & Electori Brandenburgico nupisse scribunt.

Anno

CHRISTI 1273.

RUDOLPHUS
Habsburgi Co-
mes eligitur
ROM. IMP.

Postquam Imperium Romanum per annos pene XXIII. certo ac stabili Curatore caruerat, quæ res impuni licentia in hac ἀναρχία ita induxerat rerum omnium perturbationem, ut Regnum Nobilissimum a magno Latrocinio parum abesse videretur: Electores tandem Imperii Francofurti concordēs ipso Michaëlis sacro Imperatorem eligerunt RUDOLPHUM: HABSPURGI COMITEM: ALSATIÆ LANDGRAVIUM: frustra supremum illud honoris & gloriæ fastigium ambienti Ottocaro Bojemix Rege qui quidem Marchionis potissimum Brandenburgici opera confusus, Lusatiæ superioris concessione suffragium sibi illius velut mercede comparare non dubitavit.

Erat RUDOLPHUS: Princeps prudens, armis & bello strenuus, & qualem turbata Respublica deposcebat. Cum a Sattellitio suo submoveri Homines quosdam videret, ad se affluentes, non sine stomacho edixit: Per DEUM (ipsius verba sunt) finite homines ad me venire, non enim ideo ad Imperium sum vocatus ut in arcula includar.

Turbæ in Po-
lonia exortæ:

Conradus Dux Glogov. litteris multa promittit & inter alia 800. marcas in recompensam damnorum Ecclesiæ illatorum & subijcit se excommunicationi Episcopali si in posterum tentaverit Episcopum aut Ecclesiasticos.

Boleslaus Pudicus Oppaviam hoc anno profectus cum Premislao five Ottokaro Bojemorum Rege de Oppavia transigere volente conventum agit. At sub idem Tempus Poloni minores contra Principem suum conjurantes, quod Lescum Nigrum se inficiis nec de Conventus Sententia hæredem nuncupatum indigne ferrent, ad hæc de Judiciorum Pravitate & corruptela, nec non Nobilitatis Oneribus graviter conquererentur, Conventiculo habito ad Vladislauum Opoliensem Ducem mittunt, Principatumque ei deferunt. Non refutat ille oblatum principatum, sed tamen conventum illum omnem Opoliam ad se venire jubet, ut ibi ea res jurejurando & litterarum monumentis confirmare-

firmaretur. Quod dum illi faciunt ac frequentes Oppoliam proficiscuntur, re cognita Boleslaus Conventum Oppaviensem, Re infecta & Induciis tantum in XX. annos cum Bojemo factis solvit, & proficiscentes Opoliam adversarios incompósitos & inopinantes, cum aulico suo procerumque quos secum habebat Comitatu, apud Bogneinum pagum, altero die mensis Junii adoritur. Nec illis animus ad defendendum sese defuit. Comittitur atrox pugna, nemine referente Pedem, ad extremum Boleslao cessit Victoria sed non incruenta, plurimi quippe mortales, exceptis fere adverso Pectore Vulneribus, utrinque cecidere, sed multo plures tamen ex adversariis Boleslai: pauci fuga ad Opolienfium Ducem evasere. Bona castrorum & profugorum partim confiscata, partim inter Victores distributa sunt. Nec multo post Boleslaus irarum plenus, quod Vladislaus Dux, suis novas res molientibus, favisset, exercitu conscripto Opolienfem & Raiborienfem Oram omnem infesto exercitu depopulatus est, ira ut suburbana quoque primorum opidorum exureret. Nec elicere tamen ad Pugnam Vladislaum potuit, sed carpsit is tamen ex Infidiis Hostes palantes & pradas agentes, nec parvis adfecit incommodis. Tandem Boleslai Calusienfis Ducis opera in gratiam rediere.

Anno

CHRISTI

1275.

CÆSARIS

RUDOLPHI I. 2.

Boleslaus Lignicenfis conjuge priore quæ fuit HEDVVIGIS: filia Henrici Anhaltini humanis exempta, alteram statim ducit Adleyden Samborii Pomeraniæ Ducis filiam sed quæ vagis mariti libidinibus offensa Pedes paternam domum repetiit.

Nuptias Boleslaus Dux Lignicenfis cum Adelheyde: Ducissa Pomeraniæ contrahit

In Polonia inter alia portenta hoc anno Puer semestris in Urbe Cracoviensi prolocutus: Tartaros adventuros & Polonorum capita præcisuros esse, prædixit: Rogatusque, divinitus id se scire & tibi quoque eandem calamitatem imminere respondit. Quod post duodecimum annum evenit.

Varia Prodigia

Anno

CHRISTI

1276.

CÆSARIS

RUDOLPHI I. 3.

HENRICUS Probus Wratislaviensis pecunia quæ eo impubere a curatoribus ex ampliore dominatu collecta erat, territoria a Conrado Glogoviensi oppignorata redemit. Quæ res invidiam ipsi apud Conradum & Boleslaum Patruos obæratos ambo, conflavit: acerbior tamen erat Boleslaus. Cumque Henricum circumvenire statuisset, misit ad eum Legationem sub specie repetendæ portionis hæreditariæ a Vladislao Archiepiscopo relictæ, revera autem procerum quorundam Wratislaviensium adversus Henricum sollicitandorum causa. Dissimulato autem Dolo, cum Temporum locorumque occasiones captans omnem nocendi aditum quæreret, rusticantem forte Henricum in villa sua Jeltschio & nihil hujus suspicantem, sed alia omnia a Patruo expectantem missis Satellitibus cepit, & in arcem Lehen deportatum diligenter asservari iussit. Wratislavienses quibus carus erat HENRICUS ob Probitatem a qua cognomen adeptus est, de hac Injuria apud vicinos Principes graviter conquesti, liberando Domino Auxilia petunt. Illi calamitatis indignitate moti sequenti anno bellum Boleslao inducunt, cum alii, tum etiam Primislaus Posnaniensis, natus ex Sorore Boleslai, & Conrado Glogoviensis. Verum Boleslaus explorato Wratislaviensium apparatu, magna celeritate ex Germania milites ad se mercede conducit, ac prior in Wratislaviensem Oram impetum facit. Educunt & Wratislavienses suas & auxiliares Copias, obviamque Boleslao prodeunt. Congressi Exercitus die S. Georgii inter Stolcium & Procianum prope Francosteinum, ubi ingentibus aliquamdiu animis dubio Marte utrinque pugnatum: tandem Boleslaus Calvus conspecta suorum strage ac Copiarum hostilium multitudine uno tantum stipatus milite clam se ex acie subduxit. At Filius ejus Henricus de tribus natu maximus, majore animo non modo rebus jam inclinatis pugnam restituit, sed & Victor magnam in hostibus stragem edidit. Captus in eo Prælio Primislaus Posnaniensis. Wratislavienses clade perculsi Ottocari Bojemæ Regis cujus tunc magna Potentia erat opem implorant, cumque antehac Crofniense Territorium Johanni Brandenburgico Marchioni hypothecæ nomine pro aureis quatermille ea conditione, ne ipse sese cum Boleslao conjungeret tradidissent, tunc porro Glocensem ditionem Ottokaro ad Tempora Vitæ concedunt, ut is afflictis Henrici Rebus succurrat,

Boleslaus Calvus Dux Lignicenfis Incrementis HENRICI Probi Ducis Wratislaviensis invidens eum in Captivitatem abripit

ex qua gravissimis demum Conditionibus liberatur:

cumque vel armis vel autoritate sua ex Boleslai nepotis sui ex Sorore Manibus liberet. Caterum quum Ottokarus aliis bellis distineretur, pacem Henricus cum Boleslao iniit longe durissimis Conditionibus, magna quippe ditionis suæ Parte mulctatus, Striga, Novosoro, Stroza, Greiffenberg, Prino & Gesvindidorfo opidis Jure sempiterno Boleslao concessis. Hunc in modum captivi Principes Henricus Probus & Primislaus dimissi sunt. Cum autem Henricus evasisset, Crosnam a Marchione numeratis ei 6000. aureorum (nam duo millia is Henrici causa expensa referebat) recuperavit, tum ex equestri ordine nonnullos qui cum Boleslao dicerentur sensisse, cepit, & in carcerem conjecit, Wratislaviensium alioquin summam in se fidem & Constantiam expertus.

Anno

CHRISTI

1278.

CÆSARIS

RUDOLPHI I. 5.

BOLESALIS
Calvus moritur:

Quas Conjuges: quos liberos habuerit:

Boleslaus Legnicensium Dux cogn. * Calvus & Rothgatka, homo asper, impotens & iracundus e vivis excessit, cum liberos ex priore Marita Anhaltina suscepisset, HENRICUM Lignicensem ac tandem Wratislaviensem quoque Principem: BOLES-LAUM Principem Suidnicensem quo Stirpis Auctore Suidnicensem, Javoriensem, & Monsterbergensem Duces gloriantur: BERNHARDUM cogn. Agilem qui biennio post patrem absque liberis obiit: ANNAM monialem & Abbatissam Trebnicensem: AGNETEM: Ulrici Comitissæ VVürtembergici Conjugem, Eberhardi Matrem qui Tempore Interregni Sveviæ Ducibus extinctis, Opibus & Potentia crevit, atque sub Impp. quinque: RUDOLPHO: ADOLPHO: ALBERTO: HENRICO: LUDOVICO: bellicosum & industrium, sicut a matre ejus moriente prædictum fuerat, sese præstitit: HEDVVIGEM nuptam Conrado Semoviti Masoviæ Ducis Filio: nec non CATHERINAM in puerilibus annis mortuam. Tumulum nactus est Lignicij in Templo Prædicatorum ad D. CRUCIS a se autem extructo.

OTTOKARUS Boh. Rex prælio ab RUDOLPHO IMP. victus ac in eo occisus:

Cunegunda Ottocari Regis Bohemorum Conjux cum ille coram RUDOLPHO I. IMP. in genua provolutus Regnum suum quasi Imperii beneficium accepisset, ipsum cottidianis obtinebat querelis, impetebat Convitiis & assiduis vexabat maculis, quod Rex tantus coram suo quondam Curia Magistro procubisset, nec stomachandi & latrandi finem fecit, donec Rex Ottokarus qui hanc Intemperiem muliebrem instar Samsonis ferre non poterat, ductus arma caperet, accitis in Auxilium Hungaris & Tartaris Comanis, & a RUDOLPHO ** victus regnum simul & Vitam amitteret, cujus in rebellionis memoriam Versus leonini:

O Rex Ottokare quondam pugnavisti honeste
Nunc stas in Pannis depictus cum Tatarannis.

Pax inter Vindictorem & Juvenem Bohemiam Regem sancita:

RUDOLPHUS IMP. Ottokaro Bojemix Rege victo & occiso, VVenceslaum Ejus Filium in Patrocinium suum Iglaviæ suscipit, totaque Pax stabilita pactis pridem inter VVenceslaum tunc octavum agentem annum & Guttam Cæsaris Filiam, Rudolphum item Filium Cæsaris & Agnetem Bojemam matrimoniis cum certa successionis Spe, si VVenceslaus prole mascula non suscepta decederet confirmatis. Tutela VVenceslai & Regni Bojemix Administratio Ottoni Longo Brandenburgico Marchioni, Ottokari ex Sorore Nepoti quoad Rex adolefceret, committitur. Sub hac ergo Tempora HENRICUS quoque Probus VVratislaviensis Glocensem ditionem Jure suo recepit, qui & Uxorem duxit Mechtildem Ejusdem Ottonis Brandenburgici Filiam.

Anno

CHRISTI

1279.

CÆSARIS

RUDOLPHI I. 6.

Synodus VVratislaviæ Dioecæfana:

Synodus Dioecæfana VVratislaviæ in Insula S. JOHANNIS celebratur, in qua Constitutionem THOMAS Episcop. edidit, quam vide inter Statuta Synodalia antiqua p. 20.

Boleslao Pio defuncto succedit Lesco Niger Princeps laudabilis videlicet Polonis.

Anno

* Vid. Tab. nostræ Genealogicæ I. no. 23. & seqq.

** Prælium VII. Kal. Septembr. gestum testantur Histor. Australis plenior & Henr. Stero in Annalibus.

CHRISTI

1280.

Civibus Nissenfibus qui Thomam Episcopum furiosum vocassent, poena imposita 200. marcarum quam quidem persolvendam per litteras se obligarunt, datis cum multis fidejussoribus sub alia poena 1000. marcarum.

Poena Civibus
Nissenfibus in-
iuncta:

Anno

CÆSARIS

RUDOLPHI I. 7.

CHRISTI

1281.

HENRICUS Probus Dux VVratislaviensis, minime tunc ut multis visum, probus, Principes agnatos Henricum Lignicensem, Boleslai Calvi F. Henricum Glogoviensem Conradi F. & Primislaum Posnaniensem simulatione amicitiae Bariciam qui pagus in ditione ejus erat, ad se accitos in Vincula conjecit ac VVratislaviam deportavit. Quamvis vero ob id Lescus Niger, Princeps Cracoviensis, qui Boleslao Pudico defuncto successerat, bellum inferret Henrico VVratislaviensi, omnemque oram VVratislaviensem ad ipsa usque Urbis moenia devastaret, captivi tamen, nisi graviter mulctati durisque Conditionibus obstricti minime dimissi. Ac Primislaus quidem Agrum Rudensem five Velunensem in Polonia Henrico Probo concessit, reliqui duo se vocatos quocunque Tempore eidem Henrico cum XXX. hastatis militaturos dato jurejurando receperunt, obsidibusque caverunt.

HENRICUS
Probus Injurias
sibi illatas ul-
turus Duces
Agnatos in Ca-
privitatem ab-
ripit:

Kunegundis * Regina, Ottokari Vidua, Brandenburgici Antistitis, quem puerore Rege in suam ditionem secum abducto Otho Longus suam vicem substituerat, gubernationem pertulit Oppaviam primum, ad Nicolaum Ottokari ex Pellice Filium Loci Dominum perfugit, mox vero Znoymam se contulit, ubi cum Zavissio Rosensi perquam familiariter agens, peperit tandem, & vix puerperio egressa, inconsultis omnibus nuptias cum eo contraxit.

Vidua Regina
Bohemiae Za-
vissio Rosensi
nubit:

Anno

CHRISTI

1282.

In Comitibus ** Augustæ Vindelicorum RUDOLPHI IMP. F. ALBERTUS: non magis Auctoritate Patris aut Principum beneficio, quam ipsis locorum proceribus magno id petentibus Opere DUX ac Dominus AUSTRIÆ: STIRIÆ: CARNIOLÆ: VINDONUMQUE designatur. Digna sane hoc generoso surculo non alio renasci STIRPEM AUSTRIACAM quæ in Fridrico haut ita pridem exspiraverat. Verum & Regimen AUSTRIÆ a S. LEPOLDO in partem Generorum masculam propagatum est ad Henricum scilicet de Medlinga, ab hoc deinde per Filiam Gertrudem (Heuterus Agneten Meinhardi Conjugem facit) hujusque ex filia Agnete & Udalrico Carinthiæ Duce neptem Elisabetham ad HABSPURGICOS devenit. Hæc enim ALBERTO: RUDOLPHI I. IMP. F. nupta jus idem in AUSTRIAM aliis legitimis deficientibus contulisse videtur, ideoque eadem illi in Augustanis Comitibus a Patre confirmata potius est quam tradita.

ALBERTUS:
RUDOLPHI
IMP. F. AU-
STRIÆ Duca-
tum adipiscitur:

Vindicaverat sibi hanc Ottokarus Boh. Rex ob materteram suam & annis aliquot sub feudi petitione retinuerat, inde a RUDOLPHO vi adductus, feudum Bohemiam & Moraviam accepit, ac Terras has cis Danubianas retinuit, illas Alberto cessit, ab Uxore verum secunda excitatus bellum movit ac in eo occisus est.

Anno

CHRISTI

1284.

Primislaus Dux Sprottaviensis Conradi Glogoviensis F. transtulit Coenobium Canonorum Regularium ab Henrico primum Barbato fundatum ex Oppido Naumburgo

Coenobii
Naumburgen-
sis Translatio:

CÆSARIS

RUDOLPHI I. 11.

* Vid. Dubravius lib. XVIII. Zavissium vero, defuncta Regina Capite plexum fuisse coævus Auctor Neplacho: Abbas Opatovicensis in Chron. Bohemiæ hisce Verbis ad ann. 1289. tradit: „Anno Dmni 1289. Zavissius decollatur: & Dominus Czenko frater Ejus.

** Eadem Thomas Ebendorferus de Haselbach Lib. III. Chron. Austriaci: Chron. Salisburgense ad ann. 1281. Chronicon Clauistro-Neoburgense ad an. 1283. Anonymi Leobienfis Chron. lib. II. Cap. VI. Mathæi vel Gregorij Hageni Germanicum AUSTRIÆ Chronicon: & Viti Arenpecki Chronicon Austriacum. Tom. I. & II. Scriptor Rerum Austriacarum quos R. D. P. Hieronymus Pez edidit.

Castrum Kalif-
fienſe HENRI-
CO Probo
Wratiſlavi-
enſium Duci tra-
ditur:

burgo in oppidum Saganum, ubi Abbatia hodie eſt, eximiis ab illo Reditibus dotata. Henricus VVratiſlavi-enſium Dux, Califfienſem arcem (oppidum enim paulo ante ſortuito Incendio conflagrat) prodicione Præfecti Sandivogij Primislao Poſnani-enſi eripit. Quam cum hic fruſtra vi & armis recuperare conatus eſſet, pacem cum Henrico fecit ea conditione, ut pro Califfienſi arce Olobocenſe Territorium Henrico daret, & arcem in eo ſuis ſumtibus exædificaret, quam arcem tertio poſt anno vi expugnatam in Primislai Potestatem redegerunt. Caterum cum bellum id videretur futurum longius, Henricus Probus Thomæ II. Epifcopo & univerſo Ordini Eccleſiaſtico Dioceſeos illius magnam Pecuniæ Vim imperaverat. Quod cum recuſaret Epifcopus, Henricus eum Ottmuchovia arce, Niſſa, cæterisque oppidis ac bonis ſpoliavit, mox & decimas omnes uſurpavit. Torſit in Henricum Ejusque Socios & fautores ob hoc facinus fulmen excommunicationis Jacobus Svinca Archiepiſcopus Gneſnenſis, VVratiſlaviæ vero & omnibus locis quæ in ditione Henrici erant, ſacris interdixit. Cui decreto cum Sacerdotes reliqui parerent, Templisque clauſis omnes conticeſcerent, ſoli Franciſcani in Monasterio D. Jacobi ſpreto Interdicto canebant. Ea cauſa fuit, ut Henricus ſacrum Ordinem gravius adfligeret, Epifcopumque & Sacerdotes omnes ditione ſua ejiceret. Epifcopus moerens Ratiboriam ſe contulit, ubi a Caſimiro Duce VVladislai filio perbenigne & honorifice acceptus atque habitus eſt.

Anno

CHRISTI

1288.

CÆSARIS

RUDOLPHI I. 15.

Henricus Probus cum Caſimiro Opolienſi Litteris & Legationibus, quod Epifcopo inimico ſuo receptum præberet, expoſtulaverat, minis etiam, niſi pelleret, adjeſtis. Eos vero cum Caſimirus contemneret, Exercitum Henricus coëgit, & Ratiboriam obſidione cinxit. Quæ cum aliquot dies duraret, murmurare contra Epifcopum & cæteros Sacerdotes exules plebs a victu imparata coepit, qua re cognita Epifcopus collocutus cum ſuis, indignumque ratus ut ſua & paucorum exulum cauſa bene de ſe merita Civitas Periculum ſubiret, aut ullo adſiceretur incommodo, Sacras & Epifcopales Veſtes induit nonnullosque de Sacerdotibus, quemadmodum ad ſacra peragenda ſolent indui jubet. Ita ille cum coetu ſuo ſpectabilis Urbe egreſſus ad hoſtilia caſtra proceſſit, Venientes igitur a longe conſpicatus Henricus quaſi numine adſtatus aliquo, Epifcopo Culpam ſupplex deprecatur, Epifcopus vero benigne eum humo levatum non ſine lacrymis exoſculatus veniam, ſi eum factorum poeniteret, pollicetur. In proximam deinde Ædiculam D. Nicolao dedicatam ingrediuntur, ibique ſemotis arbitris inter ſe (magna & Exercitus & omnium aliorum Admiratione) in gratiam redeunt: cum Henricus adderet, quæcunque Epifcopo, Eccleſiis & univerſo Ordini Sacro ademerat. Ut autem referret Gratiam pro Hoſpitalitate Caſimiro Thomas Epifcopus, Eccleſiam collegiatam ſub Titulo: B. MARIE VIRGINIS: in aree Ratiborienſi fundavit, eamque decimis menſæ ſuæ Epifcopalis dotavit, quæ Succeſſu Temporis in Oppidum ex Arce translata eſt. Henricus vero Templum S. Crucis in Inſtita Wratiſlavi-enſi e Regione Baſilicæ condidit & Collegium Sacerdotum datis de ſup luculentis Reditibus inſtituit: quin & Wratiſlaviam ipſam cum Territorio Eccleſiæ & Epifcopo Wratiſlavi-enſi obtuliſſe dicitur, ſed quam ille donationem, Principum odia veritus refutavit.

HENRICUS
Probus Dux
Wratiſlavi-
enſis Templum S.
CRUCIS fun-
davit.

Polonia
intestinum:

In minore Polonia Leſcum Nigrum Proceres omnium deferunt Perfidia, evocato Conrado Maſoviæ Duce in cujus Verba quoque jurarunt, ſolis Cracovi-enſibus illam Conſpirationem deteſtantibus, ſed Leſcus qui in Hungariam profugerat, cum non contemnenda Ungarorum & Cumanorum Auxilia a Ladislao Rege impetraſſet, arma ducit in rebelles, pugnat & vincit, Victoriæque utitur ſic moderate, ut captivos dimiſerit omnes, Proceribus culpam deprecantibus veniam dederit, Cracovi-enſibus autem pro Conſtantia & fide gratias egerit: cujus Urbis Regimen Germanis ſolis, quorum fide in rebus dubiis præclare eſſet erectus, deinceps attribuit proprium, etiam habitu cultuque corporis ſui ad eorum formulam confirmato, ut quanti Germanos faceret vel ſic oftenderet.

Anno

CHRISTI

1289.

Anno

CÆSARIS

RUDOLPHI I. 16.

Casimirus Dux Opoliensis Dominus in Bithom: Vladislai Filius: Boleslai & Vladislai Pater, Bojemix Regno cui tunc præerat Wenceslaus Ottokari Filius, * sese subdidit. Quod Henricum quoque Wratislaviensem aliquanto prius, nempe Otto-
Casimirus Dux Opoliensis sese REGIS BOHEMIE Valum profite-
 tur:
 ro Rege vivente fecisse, Cromerus scribit, quanquam hic cum nullos liberos reli-
 quisset, non Bojemum sed agnatum hæredem habuit. In Archivo Carlsteinensi Di-
 ploma exstat CAROLI IV. IMP. editum an. dlo ccc XLIX. quo proficitur CAROLUS
 Ducem Wratislaviensem se subjecisse Wenceslao Bojemix Regi, idque RUDOLPHO
 Romanorum Rege adprobante. Hoc ergo modo paulatim Bojemi Pedem in hac Re-
 gione posuerunt, cum nulla tunc esset Principum Poloniae Conjunctio & Auctoritas.

Lescio Nigro Cracoviensi sine liberis ultima die Septembris vita functo, Vladis-
HENRICUS
 Probus Dux
 VVratislaviensis Cracoviam occupat:
 laus Locticus Lesci Nigri Frater dominatum Siradiensem occupavit: Cracoviensis au-
 tem & Sendomiriensis Conventus Proceres Boleslaum Ducem Plocensem Conradi Fra-
 trem Principem creavere, posthabito Conrado, cui se bis antea vivente Lescio subjece-
 rant. Accitus igitur Boleslaus possessionem Principatus adit, Cracoviamque solemn-
 i Pompa deducitur. Nec multo post HENRICUS DUX VVRATISLAVIENSIS
 a Cracoviensibus Civibus accersitus, cum iusto Exercitu advenit, quem & Urbs, uti
 convenerat, Portis apertis cupide recipit, & Boleslao Principatum deferente atque ex
 Arce Cracoviensi fugiente Proceres capto ex Tempore & re presenti Consilio, Prin-
 cipem renunciarunt.

CHRISTI

1290.

Anno

CÆSARIS

RUDOLPHI I. 17.

Hoc anno Dux Henricus ** concessit libertatem Ecclesix Wratislaviensi super
 Terra Nissenfi: Ottmuchoviensi: omnibusque aliis bonis Ecclesix renunciatis omni
Libertas & Ju-
 ra Ecclesix
 VVratislaviensis:
 Juri Ducali: id postea a Nicolao IV. P.R. confirmatum.

Archiepiscopus Gnesnensis cum suis Suffraganeis firmat donationem factam a
 Duce Henrico pro Ecclesia Wratisl & Violatores istarum libertatum a Duce donatarum
 dicit fore excommunicatos.

Plocensis Abbas cum aliis Prælati Litteras testimoniales edit super Privilegio Du-
 cis Henrici super libertatibus per ipsum Ducem donatis Ecclesix Wratislav. ad Sum-
 mum Pontificem.

Notificatio facta Curix Romanæ per quosdam Prælatos & Seculares de Libertate
 Ecclesix concessa per Ducem Henricum cujus Litteræ & insertæ.

Nicolai IV. P.R. confirmatio donationis Terræ Nissenfis & Ottmuchoviensis factæ
 Episcopo per Ducem Henricum cum infimo & supremo Jure, ac indulto cudendæ mo-
 neræ, itemque restitutione Prandlowitz per eundem Ducem facta cum toto districtu
 quem vi occuparat, simul ipsius Ducis Litteræ insertæ.

Vladislaus Locticus jam Siradiensis Dux indignum ducens alienum fratri suo Le-
Bellum VVla-
 dizlai Loctici
 Ducis Siradien-
 sis cum HEN-
 RICO IV. Pro-
 bo: Duce
 VVratisl. &
 Cracoviensi:
 sco Successorem quæsitum esse, a Casimiro fratre Duce Lanciciensi aliisque adjutus,
 bello se accingit, primoque Vere maximum & apparatissimum Exercitum ducit ad de-
 jiciendum Henrici Præsidium quod in Silesiam reversus istheic reliquerat. Factus ea
 de re Henricus certior, cum ipse ægrotaret, Henricum Lignicensem: Premislaum
 Sprottaviensem: & Boleslaum Oppoliensem cum expeditis Copiis Cracoviam mittit.
 Occurrit his IV. Kal. Mart. ad Severicum oppidum Vladislaus & commisso Prælio, mul-
 tis utrinque cadentibus, cum Silesii superarentur multitudine & occubisset in Acie
 Premislaus Sprottaviensis Adolescens fortissime dimicans, nec non Boleslaus Opolien-
 sis laucus in hostium Potestatem venisset, ad extremum Vladislao cessit Victoria. Cra-
 coviam itaque Victor ingressus (ut cum fortuna statque caditque fides) omnium con-
 sensu & acclamatione Princeps renunciatus est, sed nec is diu Principatus possessionem
 obtinuit. Henricus enim non dejectus Clade priore rursus novum Exercitum Craco-
 viam mittit: qui cum nocte intempesta Cracoviam accessisset, in Urbem ab iis qui
 Henri-

* IV. Id. Jan. Pragæ in Castro Palatioque Regio: vid. Spec. nostri C. D. Diploma CVIL

** vid. Dipl. VI. Spec. nostri C. D. quod HENRICUS IV. Probus: Dux Wratislav. Morti
 proximus edidit.

HENRICUS
IV. Probus
moritur:

Henrico favebant, recipitur. Clamore igitur a Silesiis sublato, tota Urbe tumultuatum, Locticus ad Fratres Franciscanos se recepit, ubi vero suos passim per Vicos & Plateos cædi & se quæri didicit, sumpto Monachi habitu de muro a Franciscanis dimissus evasit, post vero cæforum malis adacti cæteri certatim omnes in Potestatem Henrici redierunt, sed quæ tamen felicitas minime illi diuturna. Dum enim per Lignicensẽ, Cracoviæ Rempublicam constituit, ipse interea domi sive ex * veneno, ut Polonici Scriptores & veteres Annales tradunt, sive ex lenta Tabe uti Curæo visum, a. d. 23. Junii mortales artus exuit: Wratislaviæ ad D. Crucis conditus ubi hujusmodi legitur Inscriptio:

Hen. quartus mille tria C. minus X. obiit ille
Egregiis annis Sle. Cra. San. Dux nocte JOHANNIS.

Quia vero Polonis uti dictum creditur Veneno periisse hoc etiam de ipso distichon recitat Schickensius:

Quem non Mars potuit, furtivi hunc flamma Veneni
Vicit, & æthereas jussit adire Domos.

cui HENRI-
CUS V. Dux
Lignicensis
succedit:

Celebrabat tunc comitia Erfordiæ RUDOLPHUS IMP. qui precibus instante Wenceslao Bojemix Rege non modo pactum successorium inter ipsum ac Henricum Ducem de Ducatu Wratislaviæ ac Silesiæ aliquando initum confirmavit, sed & super omnibus feudis sibi & Imperio per mortem Henrici apertis prædictum Wenceslaum Regem investivit. Qua quidem re confecta sunt secreta ** Diplomata, in quibus præcipue ea notanda veniunt Verba, quæ Silesiam ac imprimis Ducatum Wratislav. Imperii Romani feuda fuisse clare testantur. At Henricus nulla ejus Pacti Ratione habita Elogio supremo condito heredem sibi in Ducatu Wratislaviensi Conradum Patrum Glogoviensem Ducem destinavit, Premislao autem Posnaniense Cracoviensem & Sandomiriensem in Polonia Ditionem legavit. Verum Wratislavienses Conrado ut homine turbulento repudiato, in ejus Vicem Henricum Lignicensẽ acciverunt, qui cum Urbe arceque ac Dominatu denique omni, procerum nobilium ac civium favore facile poriretur, Conradus per fugam elapsus fremens domum rediit. Quam quidem Wratislaviensium erga se fidem Henricus ipse in Diplomate quodam quo Decessorum suorum Privilegia Wratislaviensibus indulta confirmat, Verbis, quæ alibi posuimus, testatam ad posteros reliquit.

Synodus quoque Wratislaviæ hoc anno celebrata.

Anno

CHRISTI

CÆSARIS

1291.

RUDOLPHI I. 18.

inter quem &
Conradum Du-
cem Glogovien-
sem bellum ea
causa subor-
tum:

Conradus Dux Glogoviensis bellum contra Henricum Lignicensẽ ob interversum Wratislaviensem Dominatum animo versans, cum imparem se illi esse Viribus intelligeret, clandestinis nocturnisque incursionibus & Latrociniis ditiones Ejus affligit, fratremque Henrici germanum Boleslaum Svidnicensem Ducem fratris fortunæ invidentem in belli Societatem adsciscit. Videns autem Henricus bellum contra se magno studio parari: ad eundem fratrem, pactorum quæ cum Conrado pepigisset nescius mittit oratum, ut arma secum adversus Conradum conjugat; Is facultatum suarum Tenuitatem Initio caussatus, mox Javoriensi & Strigoviensi territoriis ab Henrico acceptis, se ipsi non defuturum pollicetur. At ubi Tempus Expeditionis advenit, pacti admonitus Boleslaus, morasnectere, ac modo hoc modo illud causari. Dat ei rursus Henricus tria oppida: Francosteinum: Reichenbachium & Srelam. Nihilo tamen ille magis Auxilia fratri mittit: porro cum Conradus & ipse animadvertit, non bona fide secum agi, nec bellum illi satis prospere procederet, ad artes Sinonias & dolos se convertit, de quibus mox dicetur.

Nicolaus Dux Oppaviensis Wenceslao Bojemix Regi de Ducatu suo fidem atque Obsequia hoc anno promississe scribitur.

RUDOLPHUS
IMP. obiit:

Fatalis idem Annus *** RUDOLPHO IMP. qui Primus AUGUSTISSIMAM
illam

* Vide Tab. nostram Genealogicam I. no. 37.

** Extant in Spec. C. nostri Dipl. no. CXXII. CXXIII. & CXXIV.

*** Henr. Stero ad an. 1291. „XVIII. Kalend. Augusti mortuus est RUDOLPHUS Romano-
rum Rex sine Benedictione Imperiali & apud Spiram Alsatiæ Civitatem sepultus fuit, re-
gnavit annis XVII. Iisdem Verbis utitur Chronicon Salisburgense Tom. I. Script. Res.
Austriac. R. P. D. Hier. Pezii.

illam Dignitatem familiæ suæ intulit & gentem Sceptis Regnisque dignam propagavit, Princeps sane multis magnisque Virtutibus insignis sive Animi sive Corporis Dotes inspicias. Res Ejus gestas grandiore Carminum Sono **JOACHIMUS MEISTERUS**, tanto Cæsare dignus Poëta, Patrum Ætate cecinit, nostra autem insigni Panegyrico illustravit Vir Clarissimus Caspar Dornavius.

Cum ad Coronam Imperialem accipiendam Romam vocaretur, minime sibi comparandum esse duxit, publice quidem novas Imperatorias Occupationes causatus, apud amicos vero minime dissimulans ideo ab hoc Itinere se deterreri, quod Cæsarum in Italiam vestigia lata, magnifica, bonæ Spei plena: ex Italia vero redeuntia, tristia, misera, luctuosa essent, ad notam a Leone in Speluncam invitatæ Vulpis Apologum alludens.

Anno

CHRISTI

1292.

CÆSARIS

ADOLPHI I.

Francfordiæ ad Moenum acti Electorum & Principum aliorumque Ordinum Imperii Conventus. Wenceslaus II. Rex Boemiæ cum tanquam unus Electorum evocaretur, nec per Valetudinem ipse interesse iis Comitibus posset, * Legationem suo nomine illuc instituit, cujus primarii erant: Bernhardus Præpositus Misnensis: Hermanus a Lippe: supremus Regni Boemiæ Camerarius: Albertus a Zebraco: Burggravius Kadanensis: & Tobias a Bechina: Burggravius Traumburgensis. Per eos suum Romani Imperatoris suffragium **ADOLPHO**: Comiti Naffovio dedit, cujus deinceps filio Ruperto filiam suam despondit.

Succedit in Imperio **ADOLPHUS PIUS** Naffovius:

THOMAS II. Antistes Wrat. sedem morte vacuam **JOHANNI III.** reliquit familiæ Szulimitarum nobili Polono, per Viam compromissi a Collegii Sodalibus electo: qui quod Conrado Gibboſo Glogovienſi Principi Prælatus esset, aulis ob id minus gratus fuit.

Thomas II. Ep. Vratislav. defuncto **JOHANNES III.** succedit:

Anno

CHRISTI

1293.

CÆSARIS

ADOLPHI 2.

Henricus V. Wratislaviensis Dux non exploratis Conradi Glogovienſis Consiliis in paratas Infidias incidit. Erat illi in intimis familiaribus & Consiliariis Luticus quidam gente Habdanckus (Leuconem nonnulli adpellant) magnis a Principe beneficiis adfectus: sed cujus Pater Pacoslaus gratia & favore Principis inſoleſcens, quod homicidii reus Crimen frustra dissuadente ipſo Judice furibundus fateretur, capite plexus erat. Quæ res male initio filium Luticum habuit, sed lenit postea Ejus dolorem Henricus, collocatis in illum plurimis & magnis beneficiis. Et ille jure Patrem caſum profeſſus jurejurando dato perſuaſerat Henrico, ne eam ob rem de ſua fide dubitare in animum induceret. Hæc non ignota Conrado erant. Itaque cunctas fides Lutici animo ſubderet; ac male curatum Vuluſ reſtricaret, donis & promiſſis hominem induxit, ut plus apud eum valeret verus dolor quàm tot recentia beneficia. Forte in balneo ſtumentaneo haud longe ab Arce Wratislaviensi corpus curabat Henricus, advolat eo Luticus cum armatis, ac Principem nihil tale ſuſpicantem nudum e balneo extraxit, vilique palliolo reſectum atque Equo impoſitum continuato nocte dieque curſu Sandvoithum, inde Glogoviam Conrado adducit. Is vero Henricum non humaniter ut Patruus, ſed ut barbarus Tyrannus diſſime habuit, novoque in illum Cru- delitatis Genere ſaviit. Incluſit enim ipſum in caveam ferream, anguſtam, humilem & brevem, cujus duo duntaxat erant oriſicia, unum pro porrigendis Alimentis, alterum pro ejiciendis Excrementis. In eo Vaſe ſex totos Meſes, integrum ferme ſemestre, corpore convolutus, neque enim vel ſedere reſectus potuit vel jacere, Henricus delituit, ad extremum eo reſectus, ut jam tabeſcente Corpore, Sanies & Vermes de Scapulis & ſe moribus ejus ſeaurirent. Quibus malis victus tandem XXX. millium marcarum ſive aureorum λύτρον perſoluto & ceſſione inſuper Namſlaviensis: Bernſtadiensis: Cunſtadiensis: Olsnensis: Crucibergensis: Bicinensis: Roſenbergensis: Hapoviensis ac Boleslaviensis Territoriorum libertatem redemit.

Henricus V. Dux VVrat. & Lign. in captivitate Conradi Ducis Glogovienſis incidit:

qua non niſi graviffimis Conditionibus liberatur:

Hiſtoria Auſtriaca Gerardi de Roo ad hunc annum mentionem facit Arnoldi cujusdam Sileſii Trigaviensis Comitis, qui Andream Venerum, Andream II. filium ad Hungariam

Fata Hungariæ

* Adde Dipl. XLJ. XLII. & XLIII. Diplomatarii noſtri Bohemo-Sileſiaci.

garia Regnum adspirantem, cum Ladislaus Rex ob Vitæ incontinentiam & Adulteria Hungaris invisus atque a Pontif. Rom. Sacris prohibitus esset, in Itinere cepit, & ad Albertum Viennam duxit, ubi ad aliquot dies Andreas in libera Custodia habitus, cum jurejurando pacem se culturum, & Agnetem Alberti Filiam ducturum adfirmasset, in Regnum missus, & biennio post Ladislao a Cumanis interfecto in Regem electus fuit.

CHRISTI

1194.

Anno

CÆSARIS

ADOLPHI 3.

Monasterium
Franciscano-
rum Sagan-
i conditum:

Woldemarus Marchio Brandenburgensis cum Saganum hæreditario Jure teneret, Monasterium istheic Franciscanorum hoc anno condidit & fundavit. Cæterum defuncto Woldemaro Henricus IV. Conradi Glogoviensis Nepos anno domini 1326. Saganum recuperavit.

CHRISTI

1295.

Anno

CÆSARIS

ADOLPHI 4.

PRZEMIS-
LAUS Dux
Posnaniensis in
REGEM PO-
LONIÆ inun-
gitur:

Premislaus Majoris Poloniæ & Cracoviensis Dux Regium Nomen (215. annis post Cædem Martyris Stanislai intermissum) etsi Poloniæ Partem Wenceslaus Rex Bojemie a Lesci Vidua invitatus teneret, ambit Gnesnæ 26. die Junii ab Jacobo Svinca Archiepiscopo Gnesnensi solemniter inunctus atque coronatus. Polonici * Scriptores hunc primum legitimum Regem faciunt a Morte S. Stanislai.

CHRISTI

1296.

Anno

CÆSARIS

ADOLPHI 5.

HENRICUS V.
Dux VVrat. &
Lign. moritur:
Ejus Conjux
& Liberi:

Henricus V. cogn. Pinguis: Wratislav. & Lignic. cum post captivitatem nunquam amplius convaluisset, lento morbo consumptus ** VIII. Kal. Martii vita excedit, Wratislaviæque ad D. Claræ sepelitur. Matrimonio sibi junctam habuit Elisabetham Boleslai Ducis Califfiensis in Majore Polonia filiam: ex qua liberi nati utriusque sexus: BOLESLAUS: HENRICUS VI. & VLADISLAUS, Patris Successores, sed quorum tunc impuberum adhuc Tutelam Boleslaus Patruus, Svidnicensium Dux non prius orante Patre suscipere voluit, quam Arx Zortenbergæ sibi data esset: Schrammii loco ei attribuit, Jauraviam, Strigoviam, Franckenstein, Reichenbach & Zopten. HEDVVIGIS: uxor Marchionis Brandenburgici, quo defuncto intravit Ordinem D. Claræ Wratislaviæ: EUPHEMIA Othoni Marchioni Carinthiæ nupta: ANNA, & ELISABETHA ejusdem Ordinis moniales ac denique HELENA quæ in Gnesnensi Civitate aviam suam Jolenthæ ad Claustrum præfati Ordinis secuta est.

Przemislaus
Rex Pol. inter-
ficatur: Ince-
dit VVLADIZ-
LAUS Locti-
cus: cui Bel-
lum cum Sile-
siis:

Przemislaus Poloniæ Rex octavo Regni suscepti mense a Marchionibus Brandenburgensibus, quibuscum lites illi finales erant, quique Wenceslao magis, tanquam veriori Regi favebant, die S. Dorotheæ trucidatus Vladislao Loctico ab insigni Statuæ Brevitate (quasi cubitalem dicas) ita appellato, locum cessit, qui etiam non adfuerant Silesiæ Principibus qui illius Regni membra erant & hæredes, Coronationis Ritu dilato non Regis Nomen sed hæredis Regni Poloniæ usurpavit.

CHRISTI

1297.

Anno

CÆSARIS

ADOLPHI 6.

Vladislaus Locticus præcipuus diffidii Polonos inter & Silesios auctor, bellum his, quod ferme Bojemis faverent, ac se Regem aspernarentur, facit, provinciamque omnem versus Oderam ac Territorium imprimis VVratislaviense depopulatus, opulentam Prædam, nemine prohibente avexit, eo quod diffiderent ipsi etiam inter se Silesiæ Principes. Boleslaus enim Svidnicensium Dux liberorum Henrici fratris Tutor bellum Conrado Patruo minabatur, quod fratrem Henricum tam foedo retroque Carcere ad mortem adauctum magna ditionis Parte per Vim multasset. Verum gliscens bellum sub ipsa Initia inter agnatos, veritos ne idem sibi acci-

* Dlugoss. pr. lib. VII. Math. de Michovia lib. IV. cap. 1. & Mart. Cromerus pr. lib. XI.
** Vid. Tab. nostr. I. Genealog. no. 43.

accideret, quod æquo Ætopico de communibus herbis cum Cervo depugnanti: ne-
ve adeo inter se belligerantes tertio in prædā cederent, sopitum est: cum redderet
Boleslao Conradus duo Territoria Boleslaviense & Hainovicūse, quorum Hainovicūse
quidem Cuzena sive Cozonavia arce munitum pupillis suis attribuit, Boleslaviense vero
sibi retinuit, & ut studiosus erat muniendæ Provinciæ, Arcem in eo Clizdorffiam con-
didit. Idemque cum divitijs abundavit, Bregam, Grotcoviam & Nimcium oppida per
hæc Tempora munivit. Vratislavienses Imperium suum tanquam Tutoris detrectan-
tes, ostendata Obsidione eo adiecit, ut moenium Urbis Altiudinem ad quatuor cu-
bitus demolirentur. Wenceslaum quoque Bojemix Regem bellum sibi parantem ad
Landshuttam intrepide cum Exercitu obviam progressus ita terruit, ut subito in Boje-
miam regrederetur.

CHRISTI

1298.

Anno

CÆSARIS

ADOLPHI 7.

Conradus * Glogoviensis ferme septuagenarius vita functus filios duos (quippe Conradus Dux
Glogoviensis
moritur; cum Primislaus octennio ante Patrem in Prælio occubisset) Henricum & Conradum
reliquit, quorum ille quidem in Ducatu Glogoviensi Patri successit, hic vero Stinavia
& vicinorum oppidorum in Ripa Viadri dominium accepit, cumque gibbosus & ad
negotia publica minus aptus esset, Collegio Sacra Vratislaviæ adscriptus, Sacerdos
primarius qui Præpositus nominatur, renunciatus fuit: vulgo Herzog Roberlein nun-
cupatus. Filias Conrado tribuunt: ANNAM, Uxorem secundam Ludovici II. Ejus Liberi t
superioris Bojoariæ Ducis: Comitis Palatini Rheni: quæ cum filium peperisset Patri
cognominem obiit V. Kal. Junii A. C. 1275. EUPHEMIAM nuptam Comiti Go-
riciæ: nec non HEDVVIGEN monacham & Abbatissam Ordinis S. Claræ. Ad-
dunt nonnulli AGNETEN: Ottonis Hungariæ Regis: Comitis Palatini Rheni &
Bojoariæ Ducis Conjugem item secundam, quam progenito filio Henrico Juniori
dicto de Naterberg anno demum 1361. defunctam in Genealogia Bojoariæ Ducum no-
tat Christophorus Gewoldus Jctus.

CHRISTI

1300.

Anno

CÆSARIS

ALBERTI 2.

Vladislaus Lothico ob Ignaviam dejecto Rerum habenas in Polonia suscipit WENCES.
LAVS REX
BOEMIE oc-
cupat Regnum
POLONIE:
VVENCESLAUS REX BOJEMIÆ: qui Gnesnæ a Jacobo Archiepiscopo
de more inunctus ac Regio Diademate cinctus quo magis Regnum suum apud Polo-
nos stabiliret, Elisabethen (quæ & Rixa dicta est) Primislai Regis defuncti filiam Uxo-
rem duxit. Constitutis vero rebus suis in Polonia, reliquisque præfectis, penes quos
rerum summa esset, in minore quidem Polonia Nicolao Duce Oppaviensi, in majore
vero Frisco Silesio: in Bojemiam rediit nec post id Tempus Poloniam unquam ad-
spexit.

Jubilæum Centesimo quoque anno, Secularis instar, celebrandum, plena omnium Annus Jubi-
læus:
Peccatorum expiatione iis promissa qui Beatorum PETRI & PAULI Limina acces-
serint, Bonifacius IIX. Pontifex inflavit, Dominumque se appellat temporalium æque
ac Spiritualium in Universo Orbe.

Hac ipsa Tempestate ex Septem illis Satrapiis in quas Turcæ Asiam suam mino- Ottomannus
Autos Imperii
Turcarum.
rem diviserant, unius Princeps OTTOMANNUS, cui obvenerat forte Bithynia,
ceteras sibi subjecit magna ex Parte, & ab hoc CHRISTI anno Initium Regni po-
fuisse dicitur.

CHRISTI

1301.

Anno

CÆSARIS

ALBERTI 3.

Boleslaus Dux Suidnicensis Princeps & Sapiens & Locuples, cum Pupillis suis præ- BOLESLAUS
DVX Suidni-
censis moritur;
clare præfuisse diem suum ** obiit: ex Beatrice March. Brandenburgici Ottonis Longi Fi-
lia relictis Filiis BERNHARDO Suidnicensium: HENRICO Javoricensium & BOLESLAO
Mon-

* vid. Tab. Genealogicæ no. 1. - 9. Tom. I. Scriptor. nostrorum Rerum Silesiacarum.

** vid. Tab. IV. Genealog. l. c. no. 1. - 8.

Monsterbergenſium Ducibus. Inter filias reperio **CONSTANTIAM** Johannis Glogovi-enſis & Stinavi-enſis Uxorem, nec non Juditham (Henric. Stero Altahenſ. **JEUTAM** nominat filiam Polokonis Ducis Poloniæ) Stephano Comiti Palatino Rheni: Bojariæ Duci conjunctam: Addunt quidam **BEATRICEM** monialem Strelenſem in Cœnobio D. Clara. Condidit hic Bulco amplis Cenſibus additis Monafterium Griſſovienſe Ord. Ciſterci-enſis, ubi & Exequiæ ipſi redditæ: Subditis ſuis & Henrici Fratris Filiorum inuſi-tatas ante eum Diem ſed minime tamen iniquas Exactiones primus impoſuiſſe ſcribi-tur: Cum enim prius omnes viritim militarent, ipſe nobilitatem ex cenſu pro magni-tudine poſſeſſionum & redituum deſcripto militare juſſit, quæ quidem ratio per totam fere Sileſiam deinceps recepta fuit.

Filiorum in puberum Tutelam ſuſcepit Avunculus Hermannus Longus Marchio Brandenburgenſis, dives & potens Princeps, cui Avunculus Poppo Comes Henne-bergenſis 22. arces in Franconia dicavit, quas Brigittæ filiæ in dotem cum Henneber-genſi Bertholdo nuberet, reddidit. Atque hinc eſt, quod Dominum Hennenberg-ſem ac Tutorem Sileſiæ, in Diplomatiſ nonnullis, quæ vidimus, indigitant: Bella geſſit contra Henetos & Bohemos: obiit an. 1308. Lenini ſepultus, cum ex Con-juge Anna, Alberti I. Imp. F. unum filium Johannem V. Illuſtrem cognomine, ſed qui an. æt. 16. obiit, filias vero ſuſcepiffet quatuor, Agneten: VVoldemari I. Elect. Brandenb. Conjugem: Mechtildem, Henrico V. Ferreo Saganenſi elocatam: Bri-gittam: Berchtoldi Comitis Henneberg. Uxorem: & Annam Ottonis Hennebergici Conjugem.

Johanni III.
Ep. VVratisla-
vienſi **HEN-**
RICUS de
VVRBNA
ſuccedit:

Fatalis idem annus Joanni III. Epifcopo Wratſlavi-enſi, poſtquam diœceſim ad-miniſtravit annis novem. Succellor ei datus **HENRICUS** ex familia Dominorum de Wrbena: qui Henrici Wratſlavi-enſium Ducis filiis Tutor datus, Luxuriæ ſe totum mancipavit, & ſuorum ipſius redituum & Theſauri quem Boleslaus ad LX. millia marcarum pupillis ſuis collegerat, decoctor. Quapropter a Ducibus pu-ber-tatis annos egreſſis, quorum major natu XV. annorum adoleſcens de communi no-bilitatis ſuæ Conſilio Margaretham Wenceslai Bojemix Regis Filiam uxorem duxit & in aula ſoceri, quamdiu vixit, ille permanſit, multis poſtea Incommodis adfectus fuit.

WENCES-
LAUS F.
WENCES-
LAI Regis
Bôh & Pol.
Rex Hungariæ
eligitur:

Wenceslaus Bojemix & Poloniæ Rex ad Regnum Hungariæ poſt Andreæ Regis exceſſum invitatus, miſſis Budalegatis gratias egit, duorum ſe regnorum Administra-tione diſentum dicens, nihil ultra ambire, filium illis, ſi velint ſibi cognominem Re-gem daturum. Is igitur in Hungariam deductus regno inauguratur annum agens de-cimum tertium. Qua Re non Pontifex modo qui Carolo Martello favebat, ſed & Al-bertus Cæſar qui a Patre Wenceslao ob fortunæ felicitatem & regnorum acceſſionem elatiore, parvi ſe fieri putabat, offe-nſus fuit.

Anno

CHRISTI

1302,

CÆSARIS

ALBERTI 4.

ALBERTUS
IMP. Bellum
Bohemix in-
feri:

Albertus Imperator a Wenceslao Bojemorum Rege decimas metallorum tanquam Regale Imperatorium per * Legatos exigit, quod Bojemix Regem pari Jure cum cæ-teris Imperii Principibus teneri diceret. Rex vero Legatis reſpondit: non ſolum Re-ges ſed etiam ante illos Principes Bojemix ſic a Germanis Cæſaribus in amicitiam & Fidem receptos, ut præter honorem, quem Majeſtati Cæſareæ deberent, cætera im-munes & liberi eſſent. Hanc adeo Libertatem majores ſuos ſequæ in hodiernum diem uſurpaſſe: eandem velle inviolatam poſteris quoque ſuis tradere: adjectis etiam dicte-ris quibusdam in Alberti Aerarium non ſatis inſtructum; Cæſar igitur Exercitum in Sve-via ipſe conſcribit, cum quo in Bojemix fines ingreſſus, Rudolphum Filium cum Auſtriacis & iis qui ex Caroli Factione aderant, Hungaris per Moraviam ad ſe venire man-dat, quem poſitis ad Eudevitiu caſtris, exſpectat. Rudolphus interim Moravix agrum depopulatur, & Germani aliquot Cuthnam uſque prædatum excurrentes a Bojemis montanis ſoſſoribus magna Clade afficiuntur: Scoria enim & aliis purgamentis in aquas conjeſtis, quotquot ex iis biberunt, magnis Intesti-norum Tormentis enecti ſunt. Cæſar vero affiduis Imbribus & magna cœli Intemperie coactus è Bojemia diſcede-re ad Rheni Oram ſe contulit.

Anno

* Plura Dubravius lib. XVIII.

Anno

CHRISTI

1303.

CÆSARIS

ALBERTI 5.

Conradus Dux Stinaviensis annitente fratre renunciatus est Archiepiscopus Salis-
 burgensis. Is ubi Viennam pervenit ac defecisset Cerevisia Stinaviensis, neque simi-
 lem ibidem inveniret, sciscitatus de Salisburgo, ut intellexit ibi Vina bibi Italica, ne-
 que Cerevisiæ Usus esse, palam præ se tulit, malle Episcopam deferere, quam patriam
 Cerevisiam, atque ita statim ad Dolia paterna remigravit. Quam Conradi Rusticita-
 tem cum ægre ferret Henricus frater, tanquam hominem parum sanæ mentis in Tur-
 rim quandam arcis Glogoviensis inclusit, ubi aliquamdiu adservatus, nobilitatis autem
 suæ ex Agris Stinaviensi & Rudensi ope atque opera tandem liberatus, bona sua recu-
 peravit, ac nobilitatem illam egregiis Privilegiis atque Immunitatibus ornavit, non
 paucis etiam ad luculentas opes evectis, quos inter nobili a Dohna, Kobenz opiduli
 possessionem donavit. Ipse anno proximo Mensè Octobr. ex morbo decessit in Mo-
 nasterio Leubensi sepultus. Atque ita Dominatus Glogoviensis in unius iterum Jura
 concessit. Michov. Cur.

Conradus Dux
stinaviensis
moritur ?

Richsa, alio nomine Elisabeth, Wenceslai Bojemix & Polonia Regis conjunx se-
 cunda, Præmysli Regis Polonia Filia, die 26. Maji, Sacra Pentecoste insigni, Pragæ in
 D. Viti Basilica per Henricum Episcopum Wratislaviensem, sed assensum præbenti-
 bus Moguntino & Gnesnenfi Archi-Episcopis in Reginam inauguratur, ungitur &
 coronatur.

RIXA REGI-
NA POLO-
NIE, in ugu-
BERGIA
BOHEMIE

Anno

CHRISTI

1304.

CÆSARIS

ALBERTI 6.

VVenceslaus Bojemix & Polonia Rex in maximo discrimine filium in Hungaria
 propter Caroli Martelli factionem versari intelligens, ingenti comparato Exercitu Bu-
 dam duxit, ac filium Regem una cum Regni Corona, quæ Hungaris SACRA habe-
 tur, ad se evocatum in Bojemiam abducit. Quo profectus Bavariæ Dux Otto qui ad-
 versus Martellum a proceribus quibusdam evocatus erat, prece & pretio effecit, uti
 Corona sibi & quicquid in Regno Hungariæ VVenceslaus filius jurishabebat, tradere-
 tur : ac sequenti Anno in Regnum profectus, cum coronam ostendisset, ab Hunga-
 ris coronatus est.

VVENCES-
LAUS REX
BOH. & PO-
LONIE filium
VVENCES-
LAUM a Re-
gno HUNGA-
RIÆ revocat

Anno

CHRISTI

1305.

CÆSARIS

ALBERTI 7.

VVenceslaus Rex Bojemix & Polonia, Princeps laudatissimus, morbo correptus
 vel veneno, uti existimatum est, appetitus, lentatabe Pragæ moritur IX. Kalend. Julii re-
 licto filio cognomine VVenceslao, qui Indolis alioqui præclaræ atque literatus etiam, ac
 præter Bojemicam quæ illi fuit nativa & latinæ Germanicæque Hungariæ Linguarum
 gnarus, sed Vino & Voluptatibus in Hungaria nuper delibatus, in Socordiam delabi cœ-
 pit : nec Polonia Regnum, ut illud in fidem reciperet, aut secundum Patrias Leges co-
 ronam acciperet, adiit. Quam cupiditatibus suis fenestram apertam ratus Vladislaus
 Locticus antea pulsus, Hungarorum & agresium fere Auxilio in Regnum rediit.

VVENCES-
LAUS BOH. &
POL. REX mo-
ritur :

Albertus I. Imp. VVenceslaum III. Regem Bohemiæ a Banno Imperiali, quo Pater
 Ejus VVenceslaus II. involutus erat in Comitibus Norimbergenfibus absolvit * diploma-
 te in eam Rem peculiari edito, in cuius §. 4. legitur : Promittimus insuper super terris, ho-
 minibus, bonis & Juribus Terræ VVratislaviensis stare dictis & Ordinationi spectabili-
 lium Virorum Bertoldi Comitis de Hennenberg & Burckhardi Burggravii de Magdeburg
 per nos & prædictum VVenceslaum Bohemiæ & Polonia Regem Avunculum nostrum
 ad hoc concorditer electum.

successit Filius
VVENCES-
LAUS :

Synodus hoc anno Dicecesana VVratislaviæ celebratur.

Anno

* Goldastus in Append. Documentorum Dipl. XXVI.

Anno

CHRISTI

1306.

CÆSARIS

ALBERTI 8.

qui paulo post
occiditur:

VVenceslaus Bojemix Rex novus Mense Februario Annam Sororem suam natu majorem puellam Virginem in Matrimonium collocavit Henrico Duci Carinthix ac Tirolis, post & Regi Bojemix: nuptix magno sumptu & apparatu in Arce Pragenfi celebrantur. Ipse VVenceslaus cum ageret annum Ætatis XVIII. eodem hoc anno Uxorem duxit Violam Ducis Teschinenfis Filiam. At hæc nuptialis copula (ita verbis animalium MSt. loquitur Proc. Lupacius) in principio Latitiam, in medio Mœstitiam, in fine vero habuit conclusionem heu non bonam. Persuassus a primatibus VVenceslaus, ut regni paterni repetendi causa in Poloniam susceperet expeditionem, ac Vladislai Loctici conatibus obviam iret, Olomucium Moravix Oppidum, relicto ad Regni Gubernacula Henrico Carinthix Duce Sororio pervenit. Ibi a milite quodam in ædibus Decani ubi diverterat, obambulans, ex insidiis * percussus prid. Non. Augusti primis Ævi florentis in annis miserabiliter periit. Conradus quidam Thuringus de Pötelsteino (ut ex Siffrido Fabricius) cum gladio cruentato deprehensus, antequam aut facinus aut facinoris causam edere posset, ab Aulicis discriptus est. Allato ejus Rei in Poloniam Nuncio plerorumque Consensu in Comitibus Cracovix habitis Vladislaus Locticus, præteritis iterum Silesix Ducibus Rex creatur: quæ quidem Res Silesiorum ad Bojemos delectionem haut parum promovisse creditur. Posnanienses tamen & Calissienfes in Polonia Majore a cætera Polonia quod abhorrent ab Imperio Vladislai, pristinorum flagitiorum & Injuriarum memores, ac ne is gravius in se animadverteret, quod eum prius eiecissent, vererentur, segregati, Henrico Duci Glogoviensi, Conradi Filio qui e Sorore Premislai natus erat, sese subdiderunt, qui & tota illa Regione aliquamdiu positus est, seque Hæredem Polonia, Ducem Silesix, Dominum Glogovix & Posnaniæ nuncupavit. Fecit ob id bellum Henrico Vladislaus: sed, cum ille præcipua loca præsidis munisset, nec hosti pugnandi copiam faceret, Vladislaus vastatis per eam Æstatem adversariorum agris in Pomeraniam descendit.

Turbæ in Po-
lonia exortæ.RUDOL-
PHVS DVX
AVSTRIÆ
constitutus
REX BOHE-
MIÆ:

In Boemia extincta in Wenceslao Regum familia Virilis Seminis, quæ cum honore & flore inde a Premislao usque Stirpis Conditor per Io LXXXIV. duravit annos, cum de novo creando Rege Comitibus haberentur, Wenceslai Sorores Anna Henrici Carinthix Principis Conjux: & Elisabetha quæ postea Johanni Luceemburgensi in matrimonium collocata est, sui in electione rationem haberi petunt. Itaque Henricus Annæ maritus in Regem eligitur: contra Cæsar Albertus convocatis Norimbergam Principibus pactum, quod Austriacis cum VVenceslao, post occisum Ejus Patrem Otto karum intercesserat, commemorat, Electione non accedente Imperii Auctoritate factam nullius momenti esse dicit, Henricum proscrit & RUDOLPHUM filium suum declarat Regem. Patre ergo & filio cum gemino Exercitu in Boemiam profectis, antequam Pragam advenirent, Henricus viribus imparem se videns, per Bavariam cum uxore in Noricum & Tirolensem Agrum abiit. At RUDOLPHUS Pragam ingressus, nemine ob metum intercedente, ab iis qui aderant, in Regem electus, & a Moguntino coronatus est: uxoremque duxit, quo magis Procerum animus sibi devinciret, ELISABETHAM VVenceslai Majoris relictam Viduam. Annales AVTRIÆ MSti antiquissimi addunt, Bojemorum tum Proceres jurasse pactaque litteris firmasse ac Cæsari obtulisse, quod si filius sine fructu decederet, non alium quempiam nisi unum Filiorum suorum sive Sui Germinis Regem constituerent quoquo modo.

Incendium
Cracovix:

Eodem anno 8. die Maji Basilica Cracoviensis, & Arx tota, quæ lignea erat, conflagravit, in eam quam nunc obtinet formam & amplitudinem post quartum decimum annum reedificata a Nanckero Episcopo: nobili Silesio: gente Oxio.

Anno

* Neplacho Abbas Opatovicensis in Chron. Bohemix ad an. 1307. occasum Regis Wenceslai Juvenis refert: Chronicon vero Aulae Regiæ, ubi & sepultus est an. habet 1306. cui accessit Thomas Ebersdorfferus de Haselbach lib. V. Chron. Austriaci: Christoph. Hoffmannus: Benedictinus Sancti Emmerentis Cap. LXIII. Chron. Bohemix: Vitus Arenpeck in Chron. Austriac. alique Scriptores egregii, quos Juris publici R. P. D. Hieronymus PEZ fecit.

Anno

CHRISTI

1307.

Rudolpho Bojemix Rege cum annum in Regni Gubernatione haud dum exegisset five Veneno five Dysenteria sublato Regnum iterum occupavit Henricus Carinthix Dux, sed cui diuturna * possessio haudquaquam fuit; ita vero spatio quatuor annorum præter dictum Henricum quatuor diversos Reges Bohemia habuisse videtur.

RUDOLPHO
defuncto
HENRICUS
DUX CARIN-
THIÆ re-
gnum occupat

Anno

CHRISTI

1308.

Albertus Cæsar belli gloria Triumphatoris cognomen meritis, & qui tot bellis a potentissimis hostibus invictum se præstiterat, nefario Johannis e fratre Nepotis particidio perimitur, Kalendis Maji Spiræ prope Patrem sepultus, relicto inter alios Fridrico Filio. Initium hoc anno Helveticæ confœderationis.

ALBERTUS
IMP. occidit

Henricus Ep. Wratisl. litteris dat donat & concedit Capitulo plenam Jurisdictionem in villis ab Episcopi mensa acceptis & accipiendis.

Accedit Legati Apostolici Ratihabitio Gratix ab Henrico Episcopo Capitularibus factæ, quod nempe in Villis ab Episcopi Mensa acceptis eadem Jurisdictione uti debeant qua in aliis Villis Capitulares utuntur.

Anno

CHRISTI

1309.

Cum Poloni Majores Sacerdotibus maxime auctoribus adisse Henricum Glogoviensem cœpissent, habito Gnesnæ conventu in Wladislai potestatem revenerunt. Quo cognito Henricus Johannem Bibersteinium cum exercitu revocandis ad officium Polonis misit, sed qui rem infeliciter gessit. Nec ita multo post Henricus domi a Boleslao Duce Wratislaviensi Henrici V. Filio paternam captivitatem ulturo, bello laceffitus ac profligatus ex mœrore animi cum in morbum incidisset V. Eid. Decembr. ** expiravit, Princeps alioqui bonus ac Justitiæ ultor eximius. Filios reliquit è Mechtilde Ducissa Brunsvicensi *** quatuor, qui sic inter se sunt partiti Patrimonium ut HENRICO Saganensis: CONRADO Olsnensis: JOHANNI Stinaviensis: Primislao vero natu maximo Glogoviensis Dominatus cederet. Fuere & illi aliquot Filix in queis Beatrix Ludovici IV. Imp. conjux. Ad majorem vero Poloniam nunquam ii adspirarunt.

HENRICUS
DUX GLOGO-
VIENTIS
obit:

Anno

CHRISTI

1310.

Bojemix Proceribus quorum odium Henricus nondum suscepta corona malis Confiliis usus incurrerat, & pecuniam ex Cuthnæ argentariis confectam Domum miserat de alio eligendo Rege, cui ELISABETHA nuberet confilia inter se agitantibus Henricus id veritus Aniconem de Quercu maritum Puellæ, Regiis nuptiis longe imparem neque ob id ipsum ad Regnum adspiraturum obtrudere parabat. Ea re intellecta Elisabeth, a Proceribus adjuta in locum tutum fuga elabatur, & Bojemi missis occulte Francofurtum ad Cæsarem Henricum nunciis JOHANNI ejus Filio Regnum & Regiæ Puellæ nuptias paciscuntur, mox etiam Puella, quam occultissimo potuit Itinere Spiram destinatum prius locum deducitur: ubi celebratis Nuptiis JOHANNES Regni Insignibus a Patre Cæsare acceptis in Regno confirmatur, & cum valido Germanorum Exercitu Bojemiam ingressus a Pragensibus noctu intromittitur, deque omnium Ordinum

JOHANNES
Comes Lucem-
burgensis BO-
HEMIÆ RE-
GNO positus:

* Epitaphium Königsfeldense

Anno DMNI M CCC. VII. III Non. JULII
OBIIT DVINUS RUDOLPHUS REX BOHEMIÆ:
FILIUS DNI ALBERTI REGIS ROMANORUM.

** Vid. Tab. Genealog. II. Tom. I. no. 6. 10. seqq.

*** Filios reliquit quinque, uti l. c. diplomatum Auctoritate probamus: HENRICUM IV. JOHANNEM: Przimckonem: CONRADUM & BOLCONEM.

num Consensu die 4. Februarii sequentis anni coronatur, sacros Ritus peragente Moguntino qui cum eo advenerat. Henricus in Patriam se recepit, ubi quieti vivens abjecta Regni Spe Regis Titulum, quoad vixit, usurpare non destitit.

Lusatia Regno
Bohemiae ac-
cessit:

Sustulit & sub hac Tempora Henricus Imperator bella Misnica his Legibus, ut Fridericus cogn. Fortis Turingiae & Misniae Possessione integra contentus Lusatiam superiorem Bojemis relinqueret, qui in belli Societatem ab ALBERTO AUSTRIACO IMP. acciti jam ante eam abripuerant. Ita Lusatiae superioris accessione Boemiae Regnum crevit, nec ita multo post inferiorem etiam Lusatiam defuncto nempe Wolde-
maro Marchione recuperavit.

Boleslai Ducis Silesiae Dni Wratislav. in Ligniz & Oppavia extat Donatio Partis Aerae in summo qui sulcitus vocabatur, cum omni Jure nulla penitus re excepta pro Ecclesia S. JOHANNIS. item:

Henrici Ildi Haeredis Poloniae Ducis Glogov. confirmatio libertatum datarum per Progenitores suos Ecclesiae Wratisl.

Anno

CHRISTI

1311.

CÆSARIS

HENRICI VII. 4.

Terra Opavi-
ensis Ducibus
Wratislavi-
ensibus obligatur:

Johannes Bohemiae Rex civitatem totamque Terram Oppaviensem, BOLEZLAO: HENRICO & VLADISLAO Silesiae Ducibus, Dominisque Wratislaviae & Lignizii nomine pignoris * obligavit pro octo millibus marcarum. Testes ejus rei litterae in archivi-
vis Regum Bohemiae extant, ut proinde Dubravius hoc in loco sit corrigendus, dum scribit: Johannem Boemiae Regem in Moravia subsistentem, ut compelleret Mathaei Comitis Trencinensis Moraviam populantis Ferociam, a Boleslao Duce Wratislaviae aditum de Opavia quam tenebat pactione quasivisse, denaque adeo aureum nummorum millia adnumerata, ut de Jure suo cederet.

Extat Lomagium Civitatis Oppavienensis: Loobschuzensis & Jägerndorfenensis praestitum Johanni Regi, nec non Boleslao, Henrico & Vladislao Silesiae Ducibus.

Anno

CHRISTI

1313.

CÆSARIS

HENRICI VII. 6.

Boleslaus Dux
Opolien-
sis Cracoviam oc-
cupat:

Cracoviensis Civitas Boleslao Opolienfium Duci se subiecit, accitumque in Ur-
bem recepit, Arx vero cum defenderetur nec expugnari posset, Advocati domum in
ipsis moenibus Urbis prope Portam, quae a D. Nicolao nomen habet, eminentem pro ar-
ce Boleslaus cum suis occupavit. Qua de re certior factus Vladislao Legatos ad Bo-
leslaum praemissit, qui ut sua sponte excedere quam arma experiri mallet, monerent.
Paruit monitis Vladislai Boleslaus, cum non ignoraret eum magnis instructum copiis
subsequi, deductoque domo Advocati Praesidio urbe excessit, quem cives nonnulli de-
fectionis Autores quorum caput Albertus advocatus secuti in Silesia deinceps & Boje-
ma exularunt. Profugorum bona Vladislao in Fiscum redegit, advocatiae redditus per-
amplos ademit; primarios quosdam Cives diris Suppliciis adfecit, Civitati Jus omne
creandi Senatus abstulit & in Palatinum transfudit. Insimulatus est Johannes quoque
Muscata Episcopus Cracoviensis defectionis illius fuisse conscius: quod eo facilius cre-
dendum, quod esset Silesius: ac propterea Bieccense Territorium ademit illi, Vla-
dislaus.

HENRICUS
VII. IMP. obiit:

Henricus VII. Imp. ** Veneno in S. Eucharistico Pane a Monacho quodam ne-
farie necatur.

Anno

CHRISTI 1314.

succedit LU-
DOVICUS
BAVARUS:

Ludovicus Bavarus plurimum Suffragiis in Imperatorem electus, cui annulus obiectus
FRIDRICUS III. Alberti F.

Anno

* Vid. Dipl. LIX. & LX. Spec. C. nostri D.

** Nihil de accepto Veneno illorum Temporum Scriptor Musitus: accedit ipsius JOHAN-
NIS BOH. REGIS Diploma an. 1346. editum, quod Baluzius Tom. I. Miscellan. ex ve-
teri membrana authentica, quam Fratres Praedicatorum Viridunenses servant, exhibuit, &
fratrem Bernardum de Montepeluciano: Dominicanum: ab omni Culpa liberat.

Anno

CHRISTI

1315.

CÆSARIS

LUDOVICI BAVARI 2.

Sub hæc Tempora, cum Boleslaus Henrici V. Wratislav. Filius, Princeps prodigus & turbulentus paterna bona dilapidaret, fratres cum ipso de heriscunda hereditate egerunt, remque eo deduxerunt, ut tres partes hereditatis pro numero fratrum fierent, Wratislaviensis: Lignicensis: & Bregenſis. Quæ cum inæquales essent, hæc inita Ratio ut Brigenſi cujus Territorium minoris erat pretii, Vratislaviensis octo & quadraginta millia marcarum: (sic enim Cromerus & alii cum Curæus octodecim tantum aureorum millia habeat) Lignicensis vero triginta duo millia numeraret. Boleslaus ad se ducentis Comita, pecuniæ cupidus Brigenſem ultro accepit non tentata Sortitione: Henrico Wratislaviensis: Vladislao vero qui jam hypodiaconus erat, Lignicensis forte venit. Qui uterque cum præſenti Pecunia destituerentur, Henricus quidem a suis hominibus summam, quam fratri ex pacto debebat, mutuam accepit & exsolvit, Vladislauſ autem Boleslao Hypothecæ nomine magnam Lignicensis Territorii Partem concessit. Sed minime diuturna fuit fratrum concordia, Vladislauſ Fratri, cum tenui admodum esset fortuna, gravis erat, qui ob id malo usus consilio Boleslai ditionem latrociniiſ & populationibus infestavit, ut cum ad remittendam sibi pecuniam, reddendumque Lignicium adigeret. Sed viribus ille superior cum fratris conatus aliquoties repressisset, ad extremum eum cepit & in Vincula conjecit, hæc cum ipso conditione tandem pacificatus, ut quingentas ei marcas quotannis ex omni ditione Lignicensi pro victu penderet: Sed nec his pactis, licet firma rataque habiturum jurejurando interveniente pollicitus esset, diu stetit Vladislauſ: verum Latrociniiſ vexare rursus fratris ditionem cepit: dumque incautius in Bregenſi Territorio prædas agit, a rusticis cum XX. Sociis interceptus & ad Boleslaum ductus, denuo ab eo in carcerem terrum inclusus est: in quo integrum fere annum adſervatus in Maniam incidit, dimissusque postea fratris Misericordia, egens vagusque, nec mentis sat compos, ruri ut plurimum inter agrestes vixit: tandemque in Malöviam profectus cum Muliere Anu, Boleslai Ejus oræ Ducis Filia, sed nonnihil dotis habente nuptias contraxit.

HENRICI V.
Ducis Wratislav.
Filius Ducatus inter se
partitur:

Eadem Tempestate magna passim fuit ac pene inaudita fames: referunt Scriptores cepisse eum anno 1315. durasseque in Polonia & Silesia in tertium usque annum, adeo ut Parentes a propriis filiis, reliqui a Cadaveribus & immundissimis Cibis non abstinuerint.

Fames omni
Bello atrocior:

Anno

CHRISTI

1316.

CÆSARIS

LUDOVICI BAVARI 3.

Prid. Eid. Maji hora prima (ut ipse Carolus IV. in Vita sua seu Diata a se scripta annotatum reliquit, & consentiunt Chronica plurima) Wenceslaus: JOHANNIS Regis primogenitus post adpellatus KAROLUS IV. Rom. Imp. Bojemixque Rex Matris Elisabethæ (Bojemicorum Ducum atque Regum perveusta stirpe oriundæ alvo egressus, lucem adspexit, in Urbe Praga, Regum Regia, Civitatumque Bojemicarum Metropoli.

CAROLUS
IV. IMP. nascitur:

Anno

CHRISTI

1317.

CÆSARIS

LUDOVICI BAVARI 4.

XI. Kal. Octobris e vita excessit * Viola, alias Elisabetha, Ducissa Teschinensis, Uxor Petri Rosenbergij.

VIOLA uxor
Petri a Rosen-
berg obiit:

Anno

CHRISTI

1318.

CÆSARIS

LUDOVICI BAVARI 5.

V. Eid. Junii obiit tertia Abbatisſa Monasterij S. Claræ: * * Conradi Ducis Glogovienſis Filia.

Abbatiſſarum
ad S. Claram
Wratislaviæ

Non. Sept. obiit Jutha: Premislai Poloniæ Ducis F. quarta Abbatisſa Monasterij S. Claræ.

obitus:

Nico-

* Vid. Tab. VI. Genealog. Tom. I. Scriptorum nostrorum no. 34.

** HEDVVIGIS dicta: vid. l. c. Tab. Genealog. II. no. 9.

Nicolaus II.
Dux Opavien-
sis Vassallus Re-
gni BOHE-
MIÆ:

Nicolaus: Nicolai F. Przemusli Ottokari quondam Regis Bojemix ex concubina Nepos, Ducatum Opavix quo Pater exciderat, a JOHANNES BOIEMIÆ REGE in feudum * impetrat, ea conditione ut si absque heredibus iustis moreretur, Ducatus Bojemix Regi sese demortuo cederet. Litteræ Reversales a Nicolao secutæ V. Non. Julij 1318.

CHRISTI

1319.

Anno

CÆSARIS

LUDOVICI BAVARI 6.

Boleslaus Dux
Brigensis Con-
rado Duci Ols-
nensi Bellum
infert:

Boleslaus Brigensis in Conradum Olsnicensem, qui ea ferme opida tenebat, quæ Avus ipsius Conradus II. Dux Glogoviensium Henrico V. Patri suo, Duci Wratislaviensi iniquis pactionibus extorserat, bellum movet, cumque Orcam Olsnicensem omnem deprædatus esset, eo adegit Conradum, ut is isto foedere Namislaviam, Bernstadium, Cruciburgum, Bicinam & Cunstadium oppida sibi traderet, vicissim ipse, misertus Egestatis Conradi, Wolaviam ei & Lubenam donavit. Sed cum omnia tanquam in dolium aliquod rimosum caderent, & perforato animo hauriret & transmitteret, homo prodigus ac sumtuosus eum in modum paulo post decoxit, ut Hainoviam & Goldbergam Wratislaviensibus Civibus (jam tum enim Wratislavia ditescerebat) pro quinque marcarum millibus, Nimcense vero Territorium Bernhardo Suidnicensium Duci oppignoraret.

Henricus I.
Episc. Wratisl.
moritur:

Ultimum hunc Vitæ annum habuit, Episcopatus decimum octavum, Henricus I. Antistes Wratislaviensis, in tanta Rerum omnium Inopia mortuus, ut publicis Collegij Sumptibus eum funerari oportuerit. In cujus locum cum à discordibus Ecclesiæ Primoribus duo essent electi, Vitus Silesius & Lutholdus Polonus, ille ex Habdankiorum, hic ex Wirsomum Familia, septennio propterea Romæ litigatum est. Et pro Vito quidem solemniter Judicio pronuntiavit Pontifex: ac Vitus victor octo diebus post a morte victus vitam reliquit. Causam cur Episcopatum obtinuerit Silesius contra Polonum, quæ quidem in veteribus Monumentis consignata sit, non aliam reperire est, quam quod omni Jure receptum, ut in adipiscendis beneficiis exteri cedant Indigenis, utique si inter eos fiat Concurfus.

Familia An-
haltina Mar-
chionum Bran-
denburgico-
rum extincta:

Woldemaro II. & Johanne IV. (quorum ille quatuordecim modo diebus ante hunc obiit) ultimis ex Anhaltina Familia Marchionibus Brandenburgicis, postquam annos 170. continua Successione penes Alberti Urli posteros ea Dignitas fuerat, nulla superflite Prole aut agnato penes quem succedendi Jus foret, hoc anno juxta ** Albertum Argentinensem mortuis LUDOVICUS IMPERATOR Marchiam Imperio vindicavit: & in ea filium natu maximum sibi cognominem, Jure ut vult Herwartus, Imperiali, quo cuilibet Principum illam dare poterat, collocavit. Lusatia superior a Marchionatu tunc divulsa Regno Bojemix subjecta fuit, ea parte qua Gorlicium & Laubanum excepta. Hanc enim Henricus Dux Silesiæ Furstembergensis & Javoriensis sui Juris fecit, qui & anno sequenti Monasterium isthic Virginum condidit & dotavit.

CHRISTI

1322.

Anno

CÆSARIS

LUDOVICI BAVARI 9.

Prelum atrox
inter LUDO-
VICUM Bava-
rum & FRID-
RICUM Aus-
triacum:

Pugna atrox ad Mülbèrgum in Bojoaria duos inter Cæsares LUDOVICUM BAVARUM, cui JOHANNES BOIEMIÆ REX, Bernhardus Dux Silesiæ, alique Principes præsto erant, & FRIDRICUM AUSTRIACUM die qui memorix B. VENCESLAI Martyris sacer est, commissa fuit. Leopoldus Fridrici Frater, magnum Exercitum ex Svevis, Helvetiis & Rhætis fratri adducebat: qui aliquandiu in devastanda ditione Guilielmi Comitis a Monteforti, Bavaro adhaerentis, tardans, præsto interesse non potuit. Bavarus post XII. horarum pugnam Victoriæ obtinuit: Fridrico Competitore & fratre ejus Henrico captis, quorum ille in Arce quadam, Trausnitz dicta, prope Napurgum in agro Norico adservatus: hic autem

Joan*

* vid. Dipl. LXI. Spec. C. nostri D.

** Alberti Argentinenfis hæc sunt Verba: „Anno M. CCC. XIX. mense Julio obiit Woldemarus: Marchio Brandenburgensis absque liberis, Marchionatus Dispositione ad Imperium devoluta: fuitque cum magna lamentatione manifeste sepultus, quem postea ad 28. annos vivere dixerunt: De quo Marchionatu Ludovicus Princeps postea Ludovico Filio suo primogenito providit,

Joanni Bojemix Regi traditus, intercessu deinde Gallix & Hungariæ Regum libertatem recuperavit, Opidis aliquot & Arcibus in Moravia (znoymam opidum castro, quod Austriaci Dotis nomine acceptum habuerant, cum XXX. marcarum argenti millibus traditum esse narrat Dubravius) nec non Privilegiis quibusdam resignatis. Proceres namque & Nobilitas Regni Bojemix Alberto Cæsari sub Sigillis suis caverant, se Regem sibi non nisi ex familia Austriaca electuros. Sed hæc pacta & Diplomata Austriacis tunc extorta: uti testatur Chron. Aulæ Regiæ de Johanne Rege Cap. XII. idemque Hagecius & alii Bojemorum Historiographi referunt. Nec diffitentur id ipsum Annales AUSTRIÆ MSti: quorum Verba, prout ab Illustri quodam Viro citantur, heic adponere Operæ Pretium: Rex Bohemorum ad BEATAM VIRGINEM proficiscens peregre in Civitate, quæ Rupis Sancti Amatoris dicitur, venit ad Regem Franciæ, fortunam belli & quod Henricum captivum abduxerit, exponit. Qui persuasit eum dimittendum, quod & factum est, in Regis Reversione, talibus interjectis conditionibus: ut DUCES AUSTRIÆ redderent Munitiones & oppida ad Regnum Bohemix spectantia, ab olim AUSTRIÆ DUCIBUS obligata insuper & Instrumenta illa, quæ Rex Albertus extorxisse dicitur a Bohemis, ut nullum nisi de Linea sui Generis in suæ Terræ & Regni Principem acceptarent. Quibus omnibus ad Regis Bohemix desiderium explicitis, Henricus liber & omnino solutus in AUSTRIAM est reversus.

BOLESLAUS Dux Silesiæ Lignicensis idemque Regni Bohemix Camerarius, MARGARETHA: Boleslai Ducis Lignicensis Coniunx obiit: Conjugem hoc anno amisit piam & honestam, Margaretham Wenceslai Regis Filiam, Partus doloribus extinctam VI. Eid. April. unaque cum filiolo Nicolai in Aula Regia sepultam: in cuius Monasterii Chronico versus inveni Epitaphios, quos etli rudes sint, inferam tamen:

Virtutum merum jubar & Speculum mulierum,
Laudari digna, pia mitis tota benigna,
Et mente grata, Regum ramis generata,
Hæc Margareta, quasi Margarita repleta,
Ludis fulgore, juvenili mortua flore:
Non habuit plenos annos sex atque vicanos,
Ejus cum Prole jacet hic hac condita mole,
Slesia submissa laus est Tibi quando Ducissa
Hæc Tua sic moritur, digne claustro sepelitur,
Quod Pater extruxit, sibi perpes cum Patre Lux sit,
Anno milleno tria. C. duo junge Viceno
Idibus Aprilis Sextis, hæc migrat herilis
Parturiens natum. DEUS ejus terge reatum,
Da sibi solamem, nos dicamus simul, Amen!

JOHANNES: BOIEMIÆ REX: DUX SILESIÆ.

Anno

CHRISTI

1327.

CÆSARIS

LUDOVICI BAVARI 14.

Circa hæc Tempora facta est SILESIÆ pleneque a Polonia avulsio: cui cum SILESIA accedat REGNO BOHEMIÆ: causam dedisset præteritionis Principum Silesiorum in Regno Polonia Injuria, non minimam occasionem præbuerunt intestina & parricidalia eorundem bella, imprimisque summa Boleslai Ducis Lignicensium Avaritia. Applicuerant sese ad Partes Bojemorum Duces aliquot Silesii jam inde a Wenceslao usque Ottocari filio: quem secutus JOANNES BOIEMIÆ REX, vafri Ingenii Princeps, qui & ipse adhuc pro Polonia Rege se gerebat, Gloceusm Ditionem a Boleslao Monsterbergenfi comparavit: cumque in omnem prolatandi Imperii occasionem paratus esset, ad occupandam Silesiam maxime opportunam Boleslai Operam expertus est. Oppressus ille Ære alieno cum non inveniret, unde amplius viveret, ab Henrico Wratislaviensium Duce contendit: ut Wratislaviensium Dominatu sibi cederet, Lignicensem autem ipse acciperet. Hoc cum recusaret Henricus, Boleslaus ab Joanne Rege donis atque pollicitationibus ad bellum fratri inferendum impulsus, multis Incurfionibus Wratislaviensem Ditionem, latrocinantis in morem vexavit & prædatus est: in ipsa etiam Urbe Consiliariis quibusdam Henrici qui Boleslao adversabantur captis: quos inter Joannem de Mollensdorff

ex Æde D. Elisabethæ extractum & a Satellitibus Boleslai, quod quiritari non deliteret, sed auxilium undique clamore imploraret, crudeliter interemptum: Nicolaum autem de Banck: Canonicum ex æde S. Ægidii Jelcium abductum ac tantisper ibi retentum fuisse, donec Amicorum opera liberaretur, Annales MSti testantur. Excitus hac Injuria Henricus ad Vladislai Polonorum Regis Auxilium confugit: qui & Boleslai conatus facili negotio fregit: ac proprii periculi metu eum compescuit. Id ubi Johannes cognovit, primumque adeo conatum suum irritum fuisse animadvertit, alia via Negotium tentandum esse ratus, Henricum per Speciem arduorum ac arcanorum Negotiorum ad se vocatum ac perquam honorifice acceptum, blanditiis, liberalitate, Pretio, ingentibus promissis, & Odio denique fratris inimici tandem induxit, ut sibi universam Wratislaviensem Ditionem cederet, eandemque a se una cum Glocensii Ditione, quoad viveret, utendam fruendam reciperet, adjuvantibus eam rem ipsius Henrici Consiliariis ac Civibus Wratislaviensibus: qui Principem suum ut Bojemix Regi se subjiceret, enixe hortabantur, non solum quod is esset Germanus, verum etiam quod natus esset Patre Cæsare, eoque viro valde laudato, taliaque ipse de se ederet, Documenta, ut videretur futurus utilis Princeps & Protector miseræ Silesiæ. Ita enim Curæus noster scriptum reliquit: etsi corruptos Pecunia fuisse Cromerus narret. Sed haut scio, an fidem illi arbitrari auserim, & prægravat hac quidem in re Curæi apud me Auctoritas. Factum id esse an. 1327. ex * diplomate super ea Re confecto apparet: Sed tanti est ut quid hac de Re Chronicon Aulae Regiæ de Johanne Rege Cap. XIX. in litteras retulerit, verbotenus adscribamus: Tempore isto, inquit, quo Rex Johannes moratus est in Regno Bojemix, venit ad ipsum Henricus VI. Dux Slesix Dominus Civitatis Wratislav. habuitque cum Rege tractatum de Ducatus sui Resignatione. Huic Rex Provinciam Glocensem ad Tempora Vitæ Ducis possidendam pro Ducatu assignat, sibi que deputat M. Marcas Argenti annis singulis a Fisco Regio, quoad vixerit, percipiendas. Igitur in die B. Ambrosii Episcopi Rex cum Duce Wratislaviæ pervenit, & se de Civitate & omni Ducis Dominio accedente plurimum Consilio, jure perpetuo intromisit, ita sane quod Dux Ducatum suum Regis nomine ad vitam suam debeat possidere. Hærede quidem masculino Dux caruit, filias tantum habuit, plusquoque Regi de Ducatu quam Boleslao fratri suo favit. Quærebat enim idem Boleslaus Dux de Brega omni Tempore qualiter Henricum dictum fratrem suum eiceret, de suo Dominio vi vel fraude. Iste namque Boleslaus, dictus fixuralis cultellus, etiam fit Vladislao Juniori Fratri suo contrarius, quem Vinculis mancipat, & eum civitate Legnitz & omni Dominio suo privat. Iste Vladislavus de Vinculis subtiliter creptus usque hodie Pragæ manet, a fratre prodigo Hæreditate sua privatus. Consimilem Dux Henricus homo pius metuens a fratre exterminationem, voluit cum præsidio se convertere ad Regem. Hactenus Chronicon Aulae Regiæ.

Diplomata
quibus JO.
HANNES
BOH REX
VVratislaviam
donavit:

Ita potitus WRATISLAVIA JOANNES BOHEMIÆ REX non modo Immunitates suas & Privilegia omnia VVratisl. a Silesiæ Ducibus concessa confirmavit, sed & nova quædam liberaliter largitus est: inter quæ maxime memorabilia: 1. ut a collecta & Contributione publica quæ Berna vocabatur (fortasse quod in singula Capita unam bernam h. e. solidum vel denarium veterem Germanorum exigeret) liberi sint VVratislavienses: 2. ut Civitas Civesque VVratislavienses nec non universi ejusdem ditionis incolæ ab omnibus Teloniis & vectigalibus tota Bojemia aliisque ei connexis Provinciis immunes habeantur: 3. ne VVratislaviensis Civitas ejusque Territorium ab Regni Bojemix Unione ullis unquam Temporibus avellatur, aut quocunque Titulo abalienetur: neve Præfecto cuiquam sub annua pensione locetur: 4. ne Præfectura VVratislaviensis alii quam indigenæ committatur: 5. ut quicquid deinceps Terrarum Polonis adimi contingat, id VVratislaviensi Ducatui sempiterno Jure jungatur: 6. Denique ne quis Civium VVratislaviensium extra Civitatis Judicium pro ullis debitis, hæreditaribus aut causis aliis quibuscunque ad respondendum alibi trahatur. Nec ita multo post JOHANNES non modo Hainoviense & Goldbergense Territorium quod VVratislavienses Hypothecæ nomine a Boleslao Duce possidebant, redemit, sed & ad reliquos Silesiæ Principes animum adjecit, e quibus illo ipso anno CASIMIRUM TESCHINENSEM: JOHANNEM OSSVENTIMENSEM: BULCONEM & BOLESLAUM OPOLIENSES: nec non VLADISLAUM COSLENSEM DUCES fidem JOHANNI dedisse, suaque ab eo Territoria in feudum recognovisse

Histo-

* Est CXXVI. Spec. C. nostri D.

Historici testantur. Sed quid vetat ipsa jam Investiturarum primarum & Reverſalium ſive litterarum Homagialium Tenorem hoc loco apponere:

* CASIMIRI TESCHINENSIS:
JOHANNIS OSSVVICENSIS:
BOLCONIS OPOLIENSIS:
BOLESLAI OPOLIENSIS:
VLADISLAI DUCIS KOSLENSIS. &c. &c.

Anno

CHRISTI 1328.

Obiit in Puerperio V. Kal. Martii ** Elifabetha Conradi Olsnerſis Uxor: Henrici VI. VVratislav. Filia: ſepulta VVratisl. ad S. Claram.

Elifabetha:
Conradi I. Du-
cis Olsnerſis
Conjuncta erat:

Anno

CHRISTI 1329.

Conradus *** Olsnicenſis & Henricus Saganenſis Duces, Primislai Glogovienſis Fratres JOANNIS BOEMIÆ REGIS & ipſi homines, id eſt Vaſalli, fiunt, Ditionesque ſuas hæreditarias in manus REGIS reſignatas, Clientelari Jure ab eodem recipiunt. DUCES SILE-
SIÆ REGIS
BOHEMIÆ
Vaſalli:

Vladislaus III. Boleslai Frater, Lignicenſi Dominatu exclusus, cum Aniculæ ſuæ dotem prodegiſſet, in Sileſiam redit, Litterisque Lignicenſium prolatis, quibus illi ſe ad Vladislaum Jure pertinere & in poteſtate REGIS BOIEMUE libenter fore memorant, Lignicium Joanni ſe vendere velle oſtendit; Deliberandi Spacium Joannes cepit: interim Boleslaum ad ſe accerſit, & quomodo ſecum Vladislaus egerit ipſi exponit, & Litteras Lignicenſium commonſtrant. Addit deinde: ſi Lignicium ipſe retinere velit in ſua & ſucceſſorum ſuorum fide atque clientela ſemper ſe fore profiteatur: ni faciat, futurum ut toto Ducatu exeidat. Quo metu perculſus ille imperata fecit, unaque cum **** VVenceslao & Ludovico filiis ſe atque univerſum ſuum Dominatum, in quo Lignicium, Goldberga, Hainovia, Briga, Olavia, Grotcovia, Nimcium, Namslavia, Bernſtadium, Crentzberga, Bicina, Landesberga, Cunzenſtadt, Corzenavia & Tifenſee, cum caſtris & Territoriis quæ Progenitores ipſorum libera ſemper & ab omni Servitute (ut habent Reverſales) diſbrigata poſſederunt, die qui D. Lucia ſacer, VVratislaviæ præ foribus Summæ Baſilicæ Joannis Boëmiæ Regis ad ſinis ſui ditioni ſubmittit, ejusdemque ſeſe hominem ac Vaſallum profiteatur.

Crentzhemius factum id ſcribit an. 1329. nec diſſentit Chrôn. Aula Regiæ in quo ſub anno iſto ſic ſcriptum legitur: Eodem anno menſe Majo Boleslaus Dux Sileſiæ civitatem Lignitz cum ſuis pertinentiis quam a Vladislao fratre ſuo, Clerico vi abſtulit & ſuæ ditioni ſubdidit, a Joanne Rege Bohemiæ & Poloniæ jure feudali quaſi coactus ſuſcipit & ad ejus obſequium perpetuo cum hæredibus ſuis ſe adſtringit. Duces quoque Sileſiæ & Poloniæ, quorum numerum nunc neſcio præ multitudinem, fere omnes eodem Tempore Ejusdem Regis Servitiis ſe mancipant, fidem præſtant. Cæterum Boleslaum ajunt eo tandem redactum Inopiæ fuiſſe, ut filios quoque ad extremum VVratislaviensibus mercatoribus oppignoraret. Sed cum Uxorem alteram duxiſſet bene dotatam, ſive Cracovienſem illam, ſive ut volunt nonnulli Croatam, cujus dote Bregam & Olaviam redemit, relevatum aliquantulum, ipſum quidem Bregam ſeceſſiſſe, filiis vero VVenceslao & Ludovico Legnicensẽm Ditionem conceſſiſſe, ingenti ære alieno gravatum: ſed quod omne Lignicenſis poſtea Conventus collata in commune pecunia exſolvit.

Anno

* Hic iterum adſcribere nolui Diplomata, quæ ſingula exhibet. Spec. C. noſtri D. no. XXVII. XXVIII. CIX. CX. & CXI.

** Vid. Tab. Genealog. II. no. 2. Tom. I. Scriptor. noſtror.

*** I. antea c. Dipl. L. & LXVIII.

**** I. c. Dipl. CXXX. & CXXXI.

Anno

CHRISTI 1330.

FRIDRICUS
III. IMP. obiit:

Obiit Dysenteria Id. Januarij * FRIDRICUS AUSTRIACUS cogn. Pulcher, is qui a Ludovico Bavaro Cæsare in pugna victus captusque liberatus autem ope fratris Leopoldi fuerat: sepultus in Carthusia Maurbach a se constructa.

Anno

CHRISTI 1331.

Primislaus Dux
Glogoviensis
moritur:Glogoviam
REX BOHE-
MIE Præsidio
firmat:Periculum vitæ
CAROLI IV.
imminens ope
Divina subla-
tum.

Primislaus Dux Glogoviensis, Princeps adolescens quidem sed ante annos animique gerens vultumque virilem, nec prece nec precio nec ulla ratione alia ut Bojemix Regi se subiceret, faventibus licet civibus magnam Partem Teutonibus adduci potuit, & ob id a Francisc. Fabro laudari meritis, hoc anno sive veneno ubi creditum est, sive rapida febre extinctus & in Monasterio Leubusensi tumulatus fratres Conradum, Johannem & Henricum Hæredes habuit. Et Conrado quidem a Johanne data est Stinavia: ipse Johannes retinuit Guram: & mediam Partem Glogovix adeptus est, alteram Henricus Saganensis accepit. JOHANNES partem suam Regi Bohemix vendidit, qui biennio post adducto ad Glogoviam exercitu & civibus in pagum Creidelvisium duobus miliaribus ab urbe distantem evocatis, atque ut in urbem ab ipsis reciperetur persuasis, corrupto præterea, ut Polonicarum Rerum Scriptores tradunt, Henrici Præfecto, reliquam etiam in suam redegit Potestatem, præfectumque urbi dedit Heinemannum (Henricum Borekius vocat) Dubensem: Baronem Bojemicum. Tamen etiam recepit aliquanto post paternam ditionem Henricus: Henrici hujus Filius, a CAROLO filio Johannis Regis. Nam ipse Henricus Senior non diu illi Calamitati superstes fuit, moerore animi mortuus atque in Saganensi Coenobio sepultus.

Prid. Kal. Aprilis, qui fuit Sacer Paschati nostro CHRISTIANO, infecta fuit toxico familia KAROLI IV. adhuc Moravix Marchionis qui tum degebat Papiæ in Italia. Unde quidem factum ut ejus Veneni propinatione XX. extincti sint, & in his: Johannes de Bergoro sive de Berge: Magister Curix: item Johannes de Hobkirchen & Simon de Keyla. KAROLUS tamen Divina ipsum protegente Gratia, salvus evasit. De malefico, qui id patravit Facinus, supplicium sumtum. Hæc prolixius ipse KAROLUS in vita sua describit: nec minus & Hagecius itemque Dubravius, qui venenum a Vice-Comite Pisano, KAROLO instructum, sed irritò eventu, notat.

Nanckerus Episcopus Wrat. sub hoc anno certas Constitutiones edidit.

Anno

CHRISTI 1333.

Vladizlaus
Lothicus Rex
Polonix obiit:

Vladizlaus Rex Polonix irarum plenus ut Silesios (qui cum Bojemis superiore anno Polonix arma tentaverant) ulcisceretur, copias in Silesiam duxit, Ducatum Glogoviensem diripuit, & Costenum oppidum cum arce, inter Stagna & Paludes situm, quod Silesiis hæcenus parucrat, in Potestatem suam redegit. Extremum id Operum Vladislai fuit: quippe qui ab eo bello Cracoviam versus contracto morbo ad VI. Id. Martias e vita discessit, a Johanne Rege & tota Silesia, Rex Kracovix nuncupatus. Cromerus & hunc secutus Herburtus de Fultin ea expeditione quinquaginta & amplius munitiones a Vladislao captas fuisse & incensas narrant. Quod Curæus noster non injuria ridet: cum ne tota quidem Silesia tot munita loca tum Temporis haberet, nedum exiguus ager Costensis & Fraustadiensis.

JOHANNES Rex administrandi Regni vicesque suas in Bojemia gerendi cura demandata Uldrico Pfugio cum copiis suis ex Bojemia in Italiam contendit, filio suo KAROLO adversus quosdam Lombardiæ Thuscix atque Italiæ Duces laturus Suppetias: sed antequam Pater Rex in Longobardiam pervenisset, præclaram Carolus ex hostibus obtinuit Victoriam.

BOLKO

* Chronicon Monasterii Admontensis ad an. 1330. „FRIDRICUS: DUX AUSTRIÆ: REX „ROMANORUM moritur in Castro Guetenstain & in Monasterio Maurbacensi, quod ipse fundavit, sepelitur. Eadem habent Chronicon Claustro-Neoburgense: Chronicon Zwetlense recentius, quod in octava Epiphaniæ defunctum tradit: Paltrami seu Vazonis Consulis Viennensis Chronicon Austriacum: Anonymi Leobienensis Chronicon lib. V. Anonymi Coenobitæ Zwetlensis Chronicon: & alii plures Scriptores Rerum Austriacarum Nobilissimi, quos R. P. Dn. Hieronymus BEZ edidit.

BOLKO Dux Silesiæ in Monſterberg renunciat litteris Juri Ducali in Niſſenſi & Ottmuchoviænſi Terris quod ſibi ante prætenderat competere.

Anno

CHRISTI 1334.

BOLKO Dux Silesiæ Svidnicenſis confirmat Donationem villæ Hoëndorff Capitulo Wratſl. ad S. JOHANNEM factam ab Ottone de Dony: Canonico Wratſlav. & Plebano in Svidnitz cum omni Jure Ducali.

Jura Eccleſiæ
Vvratſlaviænſis
amplificata:

Idem facit Henricus Dux Silesiæ Javorienſis.

Anno

CHRISTI 1335.

Liga inter KAROLUM Regem Hungariæ & JOHANNEM Regem Bojemæ & utrarumque filios perpetua: * Diploma ſign. in Alto Caſtro Die Dominica prox. ante feſtum nativ. B. VIRGINIS.

Pax inter Hun-
gariæ & BO-
HEMIÆ Re-
gem ſenſita:

Pace inter Polonos & Crucigeros Caroli Hungariæ & JOHANNIS Bojemæ Regum arbitrio facta Wiſſegradi in Hungaria, inter ipſos quoque Reges CASIMIRUM Polonum, Vladislai Loſtici F. & JOHANNEM Bojemum, CAROLO eodem Arbitro convenit: his Conditionibus: ut Polonus Silesiæ univerſæ renunciaret: Bojemus vero ne Regis Poloniæ appellationem deinceps uſurparet, neve ullo poſthac Tributo Poloniam oneraret, acceptis a KAROLO quas de ſuo fiſco expendit quingentis Auri puri libris. Dubravius, qui vivente & præſente Loſtico hæc facta fuiſſe ſcribit, illud quoque conveniſſe ait, ut Polonus Bojemo Pecuniam debitam in ſolidum ſtatim adnumeraret. Æneas autem Sylvius Caſimirum JOHANNI exſolviſſe 20000. librarum argenti prodidit. Contra Hageſius 20000. marcarum Polono a Bojemo numerata ſcribit: additque idem, Societatem tunc ab omnibus tribus Regibus contra Ludovicum Cæſarem initam eſſe. Cromerus aliquid horum tunc actum fuiſſe mortuo Loſtico invidioſe narrat, & Bojemorum Scriptorum Diſſenſionem exaggerat, tributum illud, cujus & apud Bonfinium mentio, conſtanter negans. Verum Cl. Caſp. Schifordegherus in Vindiciis pro Episcopatu Silesiæ ſcribit, habere ſe extractum non ſine maximo ſtudio erutum hujus Pacti, ex quo historicorum errata facili ratione poſſint convinci.

Inter JOHANNEM Bojemæ Regem ejusque filium primogenitum KAROLUM ex una & Caſimiri Polon. Regis Plenipotentiarios ex altera Parte celebrata eſt ** Transactio: quouſque nimirum utriusque Imperium extendi debeat, ubi ad Juris Bohemici in Poloniam habiti renunciationem, renunciare ſimul Juri in Sileſiam habito Polon. Rex Commiſſarios ſuos juſſit.

Sileſia ab omni
Nexu Poloniæ
penitus libera-
ta:

HENRICUS VI. Dux Wratſlaviænſis: Princeps pius & pacificus ſine maſculi Sexus liberis vitam cum morte *** commutat, ditione ſua JOHANNI Bojemæ Regi ex pacto relicta, qui paulo poſt Wratſlaviam venit, juratumque in Verba ipſius magna Ordinum lætitia. Sepulcrum Ducis conſtituiſſe XV. marcas teſtantur Annales Mſci: Uxorem habuit ANNAM: ALBERTI IMP. Filiam, Hermannii Longi Marchionis Brand. Viduam ex qua ſuſcepit quinque filias, quarum una in Monafterio Königsfeldeſi vixit: Anna, Ottoni Marchioni Brandenburgico: Euphemia Boleslao Falckenbergico: Eliſabeth: Conrado Olsneſi nupta: Margaretha Abbatiffa Wratſlaviæ ad S. Claram fuit.

Henricus VI.
Dux Vvratſlavi-
æ. motus:

Rex inde Moraviam verſus in Oppavienſem Uram perrexit, ut Nicolaum Oppaviæ & Ratiboriæ Duceſſin, quod Rebus novis ſtudere inciperet, in ordinem redigeret: ſed qui adnitente Carolo: Johannis Filio in fidem Regis & Gratiam receptus eſt: traditis quibusdam caſtris, **** certaue Pecuniæ ſumma numerata.

Nicolai II. Du-
cis Oppavienſis
Facta:

Anno

CHRISTI 1336.

Homagium BOLCKONIS Ducis Monſterbergenſis JOHANNI BOHEMIÆ REGI

Dux Monſter-
bergenſis RE-

* Exhibet Diploma hoc no. XXV. Diplomatarii Bohemo-Sileſiaci Illuſtris Dn. a Ludwig.

** Vid. Dipl. I. & II. Spec. C. noſtri D.

*** Vid. Tab. noſtræ Genealog. I. no. 52. 59. & ſeqq.

**** vid. Dipl. LXII. Spec. C. noſtri D.

GIS BOHE-
MIE Vassallus:

GI & coronæ ejusdem Regni ex Voluntate Subditorum ipsius factum: * quod Ducibus absque liberis masculis decedentibus Reges & Regnum Boëmiæ in Ducatum succedant, & si liberi Ducum legitimam Ætatem non habuerint, quod Reges Boëmiæ debeant esse eorum Tutores & Curatores. Diploma signatum Straubingæ die Decollationis JOH. BAPT.

Anno

CHRISTI 1337.

Regina Bohe-
miæ coronatur:

BEATRIX: Regina Boëmiæ, Johannis ** secunda Conjux, Ludovici Ducis Bourboniæ filia XV. Kal. Junii in Ecclesia Pragenſi a Johanne Episcopo inaugurata: cum hoc ipso anno filium peperisset Wenceslaum qui post mortem Patris Lucelburgicum Comitatum obtinuit.

a) Liga inter Carolum Hungariæ & JOHANNEM Bojemix Regem: Dipl. Signatum Tirnaviæ Id. Februar.

Francosteinum
Regi Bohemix
Pignoris nomi-
ne oblatum:

b) Bolckonis Ducis Monſterbergenſ. extat Obligatio Titulo Pignoris Civitatis Franckenſtein cum universo ejus Territorio Joanni Regi Bojemix & Successoribus suis Boëmiæ Regibus facta: & si ipse Dux Bolcko absque hæredibus masculis decesserit, quod dicta Civitas & aliæ Civitates terræ & bona omnia sua ad Reges Boemix ut ad veros legitimos Dominos debeant devolvi.

Discordia RE-
GIS BOHE-
MIE cum Epi-
scopo V Vratis-
lav. NAN-
CKERO:

JOHANNES BOH. REX Milicium Arcem Episcopi Wratislav. quam tunc tenebat Henricus a Wirbna Archidiaconus & Canonicus, in ultimis Poloniæ finibus, ut munitionem haberet arcendis Polonis, deditione occupavit, quod indignissime passus Nanckerus Episcopus: nobilis Silesius gente Oxius qui anno 1326. post mortem Viti ad Cathedram Wratislaviensem ex Cracoviensi postulatus fuerat, cum arcem importunis flagitationibus frustra repetiisset, ad Regem tunc in Monasterio D. Jacobi commorantem habitu Sacerdotali ingressus est, eumque & Senatum Wratislaviensem qui Regias Parres sequebatur, diro anathemate percussit, non Regem sed Regulum nominans, qui in Regno suo nullam haberet Metropolim sive Archiepiscopam sed coronandus mendicata extraneorum Archiepiscoporum opera uti cogeretur. Vratislavia ob id cum Presbyteris & Sacerdotibus suis excedere coactus, omnia Urbis Templâ claudi jussit, sed quæ Senatus Wratislaviensis iterum patefecit, nec deerant Sacerdotes minorum Gentium qui nulla interdicti ratione habita rem divinam faciebant. Cumque frustra cum Episcopo superbo ac pertinace de Concordia Rex laborasset, bona Episcopi & Sacerdotum rebellium occupavit, eosque solui vertere jussit, Principibus Silesiæ ut idem facerent monitis. Quod quidem Boleslaus Bregensis studiosè magnaque cum obediendi Promittudine præstitit, Ecclesiastici ordinis bonis in illa sua Egestate non parum recreatus. Quam ob causam & ipse & universa Ditio Brigenſis longo Tempore Censuræ Ecclesiasticæ nexibus involuta fuit.

Anno

CHRISTI 1338.

Fœdera varia
inter Hungariæ
& Bohemix
Reges sancita:

Liga inter c) Carolum Hungariæ & Johannem Boëmiæ Reges & Contractus Matrimonii inter Ludovicum Caroli Hungariæ Regis F. & Margaretham Caroli Marchionis Moraviæ F.

Alia item Liga & Promissio inter Carolum Regem Hungariæ & Carolum Marchio-

* Dipl. LXXI. l. c.

** Tertia Conjux: 1.) erat Elisabetha: F. Wenceslai IV. Regis Bohemix: nat. 1291. nupta 1309. † 1330. 28. Sept. sex. in Aula Regia. 2.) Elisabeth: Fridrici Pulchri: Ducis Austriæ & Romanorum Imp F. desponsata 1333. sed inde neglecta, quæ obiit 1336. 23. Oct. sepulta in Monasterio Marbacensi: 3.) hæc Beatrix: Ludov. Ducis Bourbonii ex Maria Hannoniensi F. nupta 1344. defuncta d. 25. Dec. 1373. Parisiis in æde Jacobinorum sepulta. de qua hæc Inscriptio Sepulchralis testatur:

Cy gist tres noble & tres puissante Dame

Madame Biatrix de Bourbon: Roynne de Boeme: & Contesse de Lucembourg;

la quelle fut fille du Duc Louys de Bourbon & de Madame Marie de Hainaut:

& femme du feu Jean Roy de Boesme: qui trespassa le 25. jour du mois de Decembre:

M. CCC. LXX. & trois: priez pour son ame.

a) Est Dipl. XXIV. Diplomatarii Bohemo-Silesiaci quod Illustris Dn. a Ludwig edidit.

b) Vid. Dipl. LXXII. & LXXIII. Spec. C. nostri D.

c) Est Dipl. XXVI. l. c. Dn. a Ludwig.

chionem Moraviae, quod si Rex Casimirus decederet, Rex Hungariae Regnum obtinebit cum Praesidio praedicti Marchionis, & e converso promittit Rex Hungariae nullum Principem Poloniae ad se trahere & recipere quovis modo.

Wenceslaus & Ludovicus d) Fratres Duces Lignicenses profitentur se esse Vassallos Regum & Regni Bohemiae & quod Carolo Johannis primogenito teneantur praestare obedientiam.

Anno

CHRISTI 1339.

Casimirus Poloniae Rex suo suorum haeredum & successorum nomine de non amplius repetendis vel turbandis Silesiae Ducibus Ducatibus & Dominiis renunciat, idque sub praestiti Juramenti fide & poena Excommunicationis: e) Diploma signatum Cracoviae in octava Purificationis B. MARIAE VIRGINIS.

Regis Renun-
ciatio in Ducatu
Silesiae:

Casimirus Pol. Rex cum nullos ex Anna Uxore liberos susceperet, ac de Successione in Comitibus Cracoviae habitis consultaretur, nemine refragante Successorem constituit praeteritis agnatis Masoviae & Silesiae Ducibus, Carolum Regem Hungarorum Sororium suum sed qui triennio post ante Casimirum abiit.

Hungariae Rex
designatus Successor
R. R. S. S.
POLONIAE:

Joannes Rex Bohemiae Jus Saxonicum sive Magdeburgense, quo si ex liberis quispian ante utriusque praeteritis excessum moreretur legitimum Haerodem relinquens non dabatur ejusmodi nepoti aut nepti in Avi aut Aviae bona successio quamdiu avo aut aviae superstitibus adhuc liberi essent, adeo ut Jus representationis locum hic nullum haberet, Vratislaviae hoc anno tanquam Jus erroneum & deviam Consuetudinem sustulit & abrogavit, multaque adeo Privilegia Vratislaviensibus indulgit.

Jus representa-
tionis in Bona
Avi & Aviae
Nepotibus
Vratislaviae
concessum:

Anno

CHRISTI 1340.

Sententia Arbitrorum per compromissum lata inter Nanckerum & totum Clerum ex una, & Conradum Ducem Olsnensem ex altera Parte satis bona & Episcopo & suis.

Anno

CHRISTI 1341.

Boleslaus Dux Silesiae Dnus Lignicensis & Erigenensis * fatetur, quod ex indulto Joannis Regis possit pignori aliqua bona sua dare, dummodo reluendi Potestas ipsius haeredibus aut Regibus Boemiae reservetur.

Nanckerus Episcopus Vratislav. Regi nondum reconciliatus in Exilio Nissa obiit fecemque morte vacuam ** PRECISLAUS perantiquae Pogorelliorum familiae nobilis (Pogorelecium gente Crimalium quod vetera monimenta respuunt Cromerus adpellat, e familia autem de Pignorzolecz Math. de Michovia) Bononiae tunc Doctrinae studiis vacans, contra Hominem extraneum, pro quo Casimirus Polon. Rex intercedebat, nedum pugnabat, concordibus suffragiis Canonicoſum a. d. 5. Maji obtinuit, Electionisque confirmationem, quam Archiepiscopus Gnesnensis abnuebat, ab ipſomet Pontif. Romano Benedicto III. impetravit, non parum ea re adjutus a Carolo filio Johannis Regis cum quo de Injuriis Ecclesiae Vratislaviensis Pontifice arbitro transegit, Senatūque Vratislaviensem nudatis Pedibus & Caputibus veniam petentibus ac pro eo quod in Nanckerum Episcopum & Ecclesiam deliquisse arguebatur, satisfacientem, eodem Carolo deprecante, in Gratiam recepit. Instrumentum Transactionis inter Episcopum & Capitulum nec non Senatū Vratislaviensem annum habet 1342. diem vero X. Kal. Augusti, conditionem autem hanc unam, ut Consules Vratislav. singulis annis die Cinerum teneantur recipere Clerum in suam Protectionem. Nec ita multo post Precislaus emtum a Boleslao Lignicensem ac Brigenſium Duce Grotkovienſem Principum Vratislaviensium Cathedrae sempiterno Jure *** adjunxit & addixit, ejus nomine

Nanckero Epi-
scopo VVratis-
lav. succedra
Precislaus:

qui Grotkovi-
ensem Terram
Ecclesiae VVra-
tislaviensi ad-
scripsit:

d) Vid. Dipl. CXXXIV. & CXXXV. Spec. C. nostri D.

e) Vid. Dipl. II. l. c.

* Vid. Dipl. CXXXII. Spec. C. nostri D.

** Vitam hujus PRECISLAI de Pogorella: ut & antecessoris NANCKERI ab Ox: elegantissime Libro singulari de Silesiis indigenis Eruditis Celeberr. Vir MART. HANCKIUS: Praeceptor olim noster nunquam satis laudandus descripsit Cap. XV. & XVIII.

*** Vid. Dipl. XVI. Spec. C. nostri D.

mine se in fide & clientela Regis Boëmiæ tanquam Principem & Vassallum Lygium una cum Sacro ejusdem Ecclesiæ Collegio esse foreque semper professus. Vir sane excelsi Spiritus & in augendis Ecclesiæ commodis tam industrius, ut aureo Episcopatu nuncupando causam præbuisse videatur.

Boleslaus II.
Dux Monst-
bergenfis mori-
sur:

Obiit hoc anno * Boleslaus Dux Monstbergenfis, cui Carolus Johannis Bojemix Regis Filius, Patris Jussu, dum una cum agnatis Ducibus Svidnicensibus Boemix Regis Vassallus esse huc usque detrectaret jam an. 1336. bellum movit eumque in castro Francosteinio obsedit. Is vero strenue suam Urbem defendens eruptione facta aliquam multos nobiles Bojemios & Moravos in Castris Caroli oppressos in Urbem captivos abduxit. Carolus haut nescius naturæ Boleslai Conjuges nobilium captorum nobilitate & forma præstantes in castra vocavit, lautoque instructo convivio Boleslaum ex Urbe ad Prandium invitavit. Gessit Boleslaus morem Principi generoso & beneficio; Peracto Prandio sceminx nobiles cum prius blanditiis & singulari Comitatus animi Principis emolliissent & exhilarassent, precata sunt, ut ipsis maritos captos, nobili beneficentia restitueret. Ibi vero tanta fuit Boleslai Virtus, ut e Vestigio captivos ex Urbe accersitos (ex quibus multatis grandem Pecuniæ Vim corrogare potuisset) sine λύτρω Conjugibus ipsorum redderet. Qua Boleslai Virtute Carolus motus pacem cum eo fecit æquis Conditionibus. Boleslaus socium Regni Bojemix se professus muneris loco a Carolo ditionem Glacensem ad Tempora vitæ utendam fructandam accepit. Princeps erat ceteroqui festivus & jocandi artificio insignis, sed minime levis tamen neque plane etiam illiteratus. Morti vicinus usitatam in Ecclesia Canticum clara voce cecinisse dicitur: Tribularer si nescirem Misericordias TUAS DOMINE. TU dixisti, nolo mortem Peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Qui Simonem Cananæum, & Publicanum vocasti ad Pœnitentiam & Petrum lacrymantem suscepisti misericors DOMINE. Sepultus est una cum Uxore JUTTA in Monasterio Henrichovienfi ubi hujusmodi legitur Epitaphium:

Adspice magnanimi BOLKONIS nobile bustum,
Qui Patriæ Vindex & Pietatis erat:
Adjacet erepto Conjux adamata Marito
JUTTA Silesiaci Gloria prima Soli.
Huffica sed postquam Rabies, furiente Cyclope
Demeteret flammis omnia Cæde Minis,
Ziska ferox passim dum sterneret ædes
Hæc quoque mota suo sunt Monumenta Loco:
Mota sed Andreas præstans Virtutibus Abbas
In lucem e Tenebris eruta restituit:
Ut Princeps etiam vivat post Funera BOLKO
Ziska sed in Stygiis merfus anhelet Aquis.

ILLUSTRIS PRINCEPS BOLCO DUX ZLEZIE obiit Anno M. CCC. XLI. Id. Jun. III. sequenti vero anno JUTTA uxor Ejus Principes Furstenbergenfes & Monstbergenfes laudatissimi. Quorum ÆTERNI DEI FILIUS animas & Conditor & Redemptor earum in aterna cum omnibus hic & ubique in ipso Quiescentibus habeat Requie, Amen.

Nicolaus Dux Monstbergenfis hoc ** anno Homagium præstitit Pragæ die S. Bartholomæi Apostoli.

Anno

CHRISTI 1342.

Extat de hoc anno CAROLI March. Moraviæ postea Imp. & Boh. Reg. *** Confirmatio omnium Privilegiorum Ecclesiæ Wratisl. ubi pollicetur assistentiam Episcopo & Clero contra omnes Invasores & expresse eximit & exemptum vult Clerum cum omnibus Taliis & angariis.

Item:

* Res Ejus ad no. 15. Tab. nostræ Genealogicæ IV. Tom. I. Scriptorum nostrorum cumulatius editæ sunt.

** Vid. Dipl. LXXIV. Spec. C. nostri D.

*** Vid. Dipl. VII. VIII. & XIII. l. c.

Item Johannis Boh. Regis Confirmatio omnium Privilegiorum Eccles. Wrat. cum liberatione ab omnibus gravaminibus.

Item: Preclai Episc. Wratisl. de Silesiæ Ducum Subjectione.

Boleslaus Dux Silesiæ * Lignicensis contracto in Jejuniis Paschalibus Morbo ex nimia Voracitate cum post Jejunii Quadragesimalis Fastidia XIII. pullos gallinaceos uno in Prandio edisset, variaque Potuum Genera avidissime & largissime & hausisset, XI. Kal. Maji qui dies hoc anno in Dominicam quæ in Calendario Ecclesiastico ex Psalmo: MISERICORDIAS DOMINI: denominatur, incidit, vivendi finem fecit, paulo ante mortem impetrata ab Episcopo Absolutione. Sepultus est in Monasterio Leubenfi in Sacella D. MARIE quam condiderat, & Monasterium duobus magnis Pagis Olfa & Heidersdorff in agro Nimzenfi donaverat. Fuit quoque Conditor Coenobii Prædicatorum Bregæ, & ex Coniuge priore filios reliquit duos: WENCESLAUM & LUDOVICUM: qui Ducatu Lignicensi gubernando (Catherina Noverca dotis nomine Brigam & Olaviam tenente) aliquanto Tempore simul præfuerunt, sed cum uterque Uxorem duxisset, WENCESLAUS quidem Filiam Ducis Teschinensis: LUDOVICUS filiam Henrici Ducis Sagani & Glogoviensis, crebra adhuc inter eos quorundam instinctu orirentur Contentiones, sicut plerumque communio rixas & discordias parit, ad Divisionem tandem ventum, in qua an. 1345. LUDOVICUS Lignicium: WENCESLAUS autem Goldbergam, Hainam & Lubenam sortitus est. Cæterum videns WENCESLAUS homo favus & injustus, inventas in Agro Lignicensi Venas Auri tam uberes & foecundas, ut inde singulis septimanis 150. libræ Auri haberi possent, consiliarios fratris corrupit, eique tum aliis rationibus tum hac imprimis, quod id Temporis adhuc improlis simulata ægritudine minicaretur, se CAROLO Bojemix in Patris vicem tum Rectori, Partem suam ne in manus fratris qui Liberos jam habebat, perveniret, venditurum, persuasit: ut unica arce nec non quadraginta aureis annuis contentus Lignicio cederet: hac tamen lege atque conditione: ut si WENCESLAUS priorem absque liberis mori contingeret, universus Ducatus ad LUDOVICUM ejusve hæredes devolveretur: sin vero Liberos relinqueret, Ludovicus quidem totam ditionem ad Vitæ Tempora possideret, eo autem defuncto inter Hæredes utriusque æqualiter illa divideretur. Post eam Transactionem WENCESLAUS pristinam illico recuperavit Valetudinem, cumque Patris vestigia premens omnia sua prodigeret, Opidaque nonnulla nolente imo prohibente fratre oppignoraret, e quibus Ludovicus are suo Lubenum redemit, liberos tandem post decimum octavum ab inito matrimonio annum ex Uxore Tiffinensi Principe gignere coepit. Quos cum Ludovico ejusque hæredibus prælatos cuperet, novæ lites exortæ fuerunt, quas morte sua non parum auxit Catherina Noverca, Wenceslao quippe ditionem ab illa possessam sibi soli vindicante, partemque ejus Boleslao Swidnicensium Duci oppignorante, qui Viribus suis nec non CAROLI IV. IMP. Gratia confusus multis incommodis Ludovicum afflixit. Compositioni tandem Res permessa, eaque Concordiæ inter fratres a CAROLO lex dicta: ut Ludovicus Bregam teneret & Hainoviam, Bicinam vero & Cruciburgum a Boleslao redimeret. Qui cum Jus suum Ladislao & Bolconi Oppolienfibus Ducibus cefisset, Ludovicus plurimas difficultates atque incommoda ab illis perpeffus, bis mille marcarum persolutione vix tandem ea oppida ac ne quidem sine armis recepit. Wenceslaus vero cum turpiter cuncta prodegisset, ac Venæ metallica exaruiscent, ad incitas redactus in magna Inopia vitam finit: Sed hæc posterius contigerunt, quæ tamen vel ideo hoc uno velut fasce complecti visum, quod Annorum definitio parum certa.

Extat de hoc anno 1342. Ludovici Ducis Lignicensis ** constitutio & Ordinatio Wenceslai Fratris sui ut nomine ipsius a Carolo Johannis Regis Bojemix F. Primogenito feudum suscipiat.

Sub hæc Tempora Joannes Bojemix Rex & Carolus Filius, Rex Hungariæ, Comes Hollandiæ, ac plures alii Principes, Marchiones Virique nobiles Wratislaviæ con-

BOLESLAUS
Dux Lignicen-
sis moritur:

Ducatus inter
filios divisio:

LUDOVICUS
Dux Lignicen-
sis Vassillus Re-
gis BOHE-
MIÆ:

* Plura ad. no. I. Tab. nostræ Genealogicæ V. Tom. I. Scriptor. Rer. Silesiac. dixi.

** Est Diploma CXXXVI. C. nostri D.

Conventus
REGUM BO-
HEMIE &
HUNGARIE
Wratislaviæ:

convenerant, expeditionem suscepturi contra Lithuanos. Conventum istum in vita sua CAROLUS ipse describit & inter alia sic narrat: Iis itaque in Wratislavia existentibus inter alia Solatia, quibus Principes solent insistere, ille odiosus & furibundus Taxillorum lusus inter eos exitit. In quo Rex Ungariæ & Comes Hollandiæ sic ferventer luserunt invicem, ut ipse Comes a Rege sexcentos florenos (at vero quantillum hoc pro ut hodie etiam a privatis perdi solet?) lucraretur. De quo dum dictum Regem iracundum & turbulentum videret habere animum, motus Vehementia & arroganti animo prorupit in hæc verba: O Domine Rex, mirandum est quod cum Princeps tam magnificus sitis cujus Terra auro abundare dicitur, de tam modica Pecuniæ Summa sic ægrum debetis monstrare animum, & in Inquietudine ponere mentem vestram. Ecce ut vos & omnes alii videatis aperte, quod pecunias taliter acquisitas non amplector nec in Usus meos transire sed liberaliter a me transire debeant; Quo dicto omnes Pecunias in lusu acquisitas projecit in medium Populi circumstantis. De quo ipse Rex majorem concepit Iracundiæ materiam, quam tamen ut sapiens dissimulans Silentio preffit. Caterum Expeditio hæc nullum omnino Successum habuit: Cum enim exactis Wratislaviæ aliquot diebus in Borussia progressi longo isthuc Tempore Glaciem expectantes subsistissent, hyems adeo lenis fuit, ut per Glaciem transmeare quemadmodum aliis annis non potuerint: reque infecta adeo versoriam capere coacti & operam omnem & sumtum perdiderunt. Inter hæc vero Poloniæ Rex & Bulco Dux Svidnicensis de interceptendis in reditu Joanne Bojemorum Rege ejusque filio CAROLO consilia agitarunt: sed quæ in Joanne per Marchiam Brandenburgensem & Lusatiam versus Comitatum Luxemburgicum profecto effectum sortita non sunt. Quo autem in periculo fuerit CAROLUS sic ipse narrat loco paulo antea citato: Carolus vitare non potuit, quin oporteret eum per Regis Cracoviæ terram versus Wratislaviam necessario remeare. Venit itaque in Civitatem Kaliss: ubi procurante Rege Cracoviæ irretitus fuit Insidiis, ut non tanquam hostis publicus capi deberet, sed ne Civitatem exiret, clanculo custodiri. Quod statim Carolus ut intelligeret, finxit se hujusmodi non sentire custodiam, sed dixit, se ibidem velle pausationis gratia per dies aliquot permanere. Misit itaque ad Capitaneum Wratislaviensem nuncium pedestrem insinuando sibi totius facti Ordinem seriatim. Qui statim cum CCC. Equis armatis prope Civitatem Kaliss ad unum milliare pervenit, valentemque Spadonem (spaditis coloribus Equum) Carolo ante Portam Civitatis transmisit, quem Carolus satis sagaciter sicut per nuncium quem in Wratislaviam transmiserat, edoctus fuit, tentavit. Adductum itaque caballum ascendit, & celeri cursu ad suos, qui de Wratislavia ad eripiendum eum venerant, citius perrexit. Cum igitur Rex Cracoviæ intellexisset, quod Carolus suos sic evasisset Laqueos, totam Ejus familiam quæ post eum in Kaliss remanserat, captivari mandavit, quam postea, ex quo Carolum sicut decreverat, retinere non potuit, absolutam abire permisit.

Ludovicus Rex Hungariæ promisit * hoc anno Ligas factas inter Patrem suum Carolum Regem Hungariæ & Carolum Marchionem Moraviæ & matrimonium contractum ut præscribitur ratas habere.

Anno

CHRISTI 1343.

Rex Poloniæ
Terram Silesiæ
Frustadiensem
contra Pa-
cta occupat:

Casimirus Pol. Rex in Silesiam nulla pactorum habita ratione irruens, Fraustadium occupat, indeque Stinaviam progressus agrum circumjacentem depopulatur. Profectus ad illum Henricus Dux Glogoviensis & Saganensis cum Patruis suis Conrado & Johanne, metu majoris mali, Fraustadiensis Territorii, quod Poloni Wuschoviense vocant, cessione pacem impetravit. Oppidanis passim & cum aliæ Immunitates tum credendæ moneræ Jus quod a Ducibus Glogoviensibus acceperant, concessum & relictum.

Extat de hoc anno ** Privilegium Ducum Bregensium & Lignicensium a Rege Bohemiæ datum quod Goldastus exhibet.

Item: Civitatis Francosteinensis & Vasallorum ejusdem Districtus Homagium, & quod modo decedentibus eorum Dominis masculis ad Reges & Coronam Regni Bojemæ devolvi debant. *** Diploma signatum Francosteinæ in die B. Calixti Papæ.

Item:

* Vid. Diplom. XXVII. Diplomatarii Bohemo-Silesiaci Illustris Dñi a Ludvvig.

** Vid. Dipl. CXXXIX. Spec. C. nostri D.

*** Vid. Dipl. LXXV. Spec. C. nostri D.

Item: Monasterii Henrichov Obligatio erga Reges Bohemiæ: Signatum Monstergæ: fer. III. prox. ante diem S. Galli.

Item: Relaxatio Interdicti in quod incurrerant Wratislavienses & alii hujus Patriæ Incolæ, ob non Solutionem Denarii S. Petri per aliquot annos, cum conditione ut in posterum perpetuis futuris Temporibus circa Quadragesimam de quolibet humano capite solvant unum denarium monetæ currentis.

Item: Litteræ in quibus Consules & communitas oppidi Grotkow præstiterunt homagium Capitulo Wratisl. jussu Ducis Boleslai Ducis Legnic. & Brigenf.

Item: Quietantia data Episcopo Preceslao ratione pecuniarum Camera Apostolicæ solutarum ad 800. fere aureos.

Item: Precislaus Episc. & Conradus Dux Olsn. compromittunt in Archi-Episc. Gnesnensem ratione violentiarum a Duce & suis in Ecclesiæ subditos commissarum.

Item: Boleslai Ducis ejusque Uxoris ac Ducum filiorum litteræ super Venditione Grotkow pro Ecclesia Wratislav.

Item: Urbani V. P. R. Bulla qua an. 1344. confirmat Contractum Ducis Boleslai habitum cum Capitulo ratione Grotkow.

Clemens VI. P. R. Joanne Bohemiæ Rege Ejusque Filio CAROLO rogitantibus Episcopatum Pragensem Jurisdictioni Archi-Episcopi Moguntini exemit & in * Ar-
chi-Episcopatum evexit, non modo Olomucensi & Lithomislensi recens creato Episcopus
patibus ei subiectis sed & inaugurandi atque consecrandi Bohemiæ Reges Jure in ipsum
translati, quod ad Moguntinum Electorem antiquitus pertinuisse ex Privilegio Otto-
kari & Wenceslai Regum quod exhibet Trithemius in Spanheim. ad an. 1228. & Hir-
saug. 310. apparet: & observari potest in ipsorum monumentis Moguntia in Templo
Cathedrali positus, ubi Archi-Episcopi quidam Reges a se consecratos juvenili forma
expressos, quasi filios quosdam spirituales sub manibus tenent: qui qui fuerint legi po-
test apud Bruschiū & Cratopolium in Catal. Episc. Mogunt. Sunt qui scribant, hoc
Jus & prærogativam Henricum ex Comitibus a Virnenberg Archi-Episcop. Mogunti-
num, Ecclesiæ Pragensi auro venditum transcripisse, in quibus Trithemius: Bruschi-
ns & El. Reusnerus. M. Albertus Argentinensis aliter: Carolum Marchionem Moraviæ
Odio ejus Henrici, Pragensem Episcopum in Archi-Episcopum evexisse & Moguntini
Subjectione exemisse, eidemque Jus coronandi Reges concessisse, jurantem Idioma Bo-
hemicum a Germanico distinctum esse: idque anno 1346.

Henrico Silesiæ Duci Fürstembergenf. & Jauraviensf. negotium hoc anno fuit cum
impostore illo Joh. Rebock Molitoris Filio, qui cum alieno impulsu & in alterius ut
putatur fructum Woldemari Marchionis Brandenburgensis ante plures annos amissi sive
mortui peregre nomen Personam habitumque ac mores mentitus, & Principum quo-
rundam quibus Studium erat Ludovicum Bavarum, Ludovici Augusti Filium, Principa-
ru Brandenburgensi pellere, opibus atque Auxiliis adjutus magnas sibi Vires, Urbes-
que oppida & arces adjungeret, difficilibus bellis per annos aliquot Bavaros exer-
cuit. Contra hunc ergo, cum Lusatiam quoque occupare conaretur, Henricus quam
ejus Partem tenebat, fortiter defendit: Laubanensium ea in re summam erga se fidem
expertus.

Anno

CHRISTI 1348.

Extat de hoc anno JOHANNIS REGIS confirmatio omnium Privilegiorum Eccle-
siæ: Episcopi & Capituli Wratisl. cum promissione de non gravandis subditis eorundem,
ubi exprimuntur villæ Capitulares in districtu Wratislav. Diplomatum
variorum Sc-
ries:

Item: Ludovici Ducis Legnicensis** Litteræ quibus recognoscit de Divisione in-
ter ipsum & fratrem Wenceslaum facta ratione dominiorum, atque civitatem Lignicen-
sem cum pertinentiis a Rege Johanne in feudum suscipit.

Item: Conradi Ducis Olsnensis Venditio Joanni Regi Bohemiæ mediæ Partis Ci-
vitatibus Gor.

Item: JOHANNES REX BOHEMIÆ confirmat Litteras Francosteinensibus a
CAROLO Filio concessas, ubi inter alia sic legitur: Quia vos ad mandatum Illustris Du-
cis

* Exhibet Bullam Clementis VI. P. M. Avinione: II. Kal. Maji: Pontificatus Ejusdem Anno
secundo editum Balbinus Miscellaneor. Dec. I. lib. VI. P. I. no. XXIX.

** Vid. Dipl. CXXXVII. Spec. C. nostri D.

cis Nicolai Monſterbergenſis Domini veſtri, Principis & fidelis noſtri bene meriti in caſu ſi prædictus Dnus veſter non relictis hæredibus legitimis moreretur, nobis nec non ſpectabili Dno Carolo Marchioni Moraviæ Primogenito noſtro ac cæteris Hæredibus & Succelloribus noſtris Regibus Bohemiæ & Coronæ Regni noſtri fidelitatis Homagium præſtitiftis &c.

Item: JOHANNES BOH. REX conſtituit commiſſarios quosdam cum Poteltate vindicandi Libertatem Eccleſiaſticam & recuperandi Jura Ducalia a quibusdam Eccleſiæ Hoſtibus inique prætenſa aut poſſeſſa.

Johannes Rex
Bohemie Bel-
lum Polonis
inferit:

Johannes Bohemiæ Rex injuſto Caſimiri contra Sileſios bello provocatus, cum eo non vindicato vitam omni exilio acerbioſorem duceret, etſi ſeneculus & altero etiam Oculo orbatus bellum Poloniæ reſert, perque Opaviensẽ Teſchinenſem & Ofvencimenſem Tractus cum inſtructis Copiis Polonorum fines ingreſſus Regni Caput Cracoviam obſidione cingit, tanto quidem cum ardore, ut tum libenter moriturum ſe affirmaret, cum Cracoviæ muros manu victrice palpaffet. Sed cum ab reſumentaria laboraret, aliaque illi expeditioni objicerentur Impedimenta Oppugnatione dimiſſa rebusque parum proſpere geſtis in Sileſiam redire compellitur. Extremum agmen Poloni ſubſequentes carperunt, qui longius tamen progreſſi a Conrado Olsnicenſi magna Strage caſi & proſtigati ſunt.

Inde Ducatus
Sileſiæ Svidni-
cenſi:

Reverſus ab iſta expeditione Johannes, Boleslaum ſive Bolconem Bernhardi Filium Suidnicenſium & Javorienſium Ducem, qui unus inter Sileſios Johannis Imperium detrectabat, Inſidiarum adhuc CAROLI in Polonia ſtructurum ſuſpicionem laborabat ſubigere conatus eſt, ac Principem ejus Urbem Svidnicium oppugnavit. Sed repulſus inde Landiſhuttam Oppidum ſic dictum quaſi Regionis Speculam cepit & in Bojemiam properavit. In oppidum paulo poſt Boleslaus recepit, cum armatis Curibus prætextu mercium deſectos eo clam inmiſiſſet, præſidiumque Boemorum partim interfeciſſet, partim expuliſſet.

Anno

CHRISTI 1346.

Occaſus RE-
G S in Prælio
Crefſiacenſi:

JOHANNES Boëmiæ Rex Philippo Francorum Regi adſini ſuo contra Angliæ Regem Eduardum ſuppetias ferens, etſi utroque jam oculo captus Inclinate ad Anglos in prælio Crefſiacenſi Victoria ſeſe in Aciem produci juſſit, ibique fortiter pugnans occubuit. De ejus bellica Virtute ſic Petrarcha lib. II. de Remediis Fortunæ dial. 96. Joannes, inquit, Bojemus duorum ſive medio Romanorum Principum, alterius filius, alterius Pater, oculis ſemper infirmus, multos ad extremum annos cæcus, bello hoc quod inter Gallum cui ille favit, ac Britannum Regem, ſex jam luſtris agitur, dum pugna illa omnium aſperrima cui ambo Reges intererant, inclinare fortunam intelligeret, duces ſuos clara voce compellans: Dirigite me, inquit, ocuus in eam Partem ubi Rex hoſtium eſt, atque omne robur exercitus ſui. Quod cum moeſti ac trepidi feciſſent, ille equo ſtimulis adaſto eo ſe præcipitem dedit, quo ſpectare alii, cæcumque oculis proſequi vix audebant: ubi conſertiſſima hoſtium in acie non fortiter modo ſed horriſice pugnans ruit, iſtis mirantibus & laudantibus qui vincebant. Rem narro notam omnibus, ſed niſi mandata ſit litteris, oblivione perituram. Et quid vero gloriæ Viri fortis obfuit viſu caruiſſe, niſi ut quem Virtus & natura mirabilem fecerant, ſtupendum Cæcitas faceret? Haſtenus Petrarcha. Incidit hoc prælium ingens & Calorum Pugne exitiale in VII. Kal. Septembr. D. Ruſſo ſacrum, quem diem Bojemis pro neſaſto habitum, cum & Ottokarus eorum Rex eodem die fuerit occiſus, obſervatum eſt. Corpus JOHANNIS Lucemburgi in Templo Franciſcanorum Sepulturæ traditum, cum

ſuccedit F. CA-
ROLUS IV.
REX BOHE-
MIA: &
ROM. IMP.

regnaffet is annos XXXV. Succellorem in Bojemia Regno conjunctis que Provinciis natus CAROLUM Filium qui Patris etiam ſui ſuffragio contra Ludovicum Imper. creatus ac Bonnæ hoc ipſo anno coronatus, in eo autem quod dixi Prælio vix fuga Cædi ſubductus fuit. Uxores in Matrimonio JOHANNES habuit * duas: Prior fuit Elifabeth, Wenceslai Regis Bojemia Filia, cum qua Conjugium habuit ſatis foecundum, natis inde utriusque ſexus liberis, in quibus præter CAROLUM, Johannes Dux Carinthia, qui actu Uxoris peſſimæ Provinciam amiſit, Praga nullo hærede legitimo relicto

* Omittit Elifabethen Autor: Fridrici Pulchri: Rom. Imp. & Ducis AUSTRIÆ F. deſponſatam an. 1333, inde neglectam, & deſunctam an. 1336. d. 23. Octobr.

cto defunctus, Przemislaus in Monasterio Aulae Regiae sepultus, * Nicolaus Patriarcha Aquilejensis, ** Johannes Henricus Marchio Moraviae, Jodoci, Procopii & Sobieslai Pater, Margaretha Henrici Bavariae Ducis Conjux, Juditha Johannis Galliae Regis confors. Anna Ottonis Austriae Uxor, nec non Elisabetha: secundo Aetatis anno denata. Posterior Beatrix, Ludovici Ducis Borboniae Filia, ex qua filium reliquit Venceslaus, suum immediatum in Comitatu Luxemburgico Successorem. Nam etsi CAROLUS IV. IMP. ab anno 1335. usque ad 1346. dictum Comitatum rexit, non est tamen inter Duces Luxemburgenses computandus, quod an. 1336. iussu in favorem nasculorum secundi Matrimonii cesserit. Venceslaus hic ex Comite an. 1354. per fratrem suum CAROLUM IV. IMP. creatus est Princeps Luxemburgensis. Uxorem habuit Johannam, Johannis III. Brabantiae Ducis Filiam, & Guilielmi Hollandiae Comitum viduam, quae tribus suis fratribus, Henrice, Johanne & Godefrido sine Prole mortuis, Brabantiae denuo Ducatum obtinuit, & an. 1406. defuncta quiescit Bruxellis: in monasterio Carmelitarum. Venceslaus aurem Luxemburgi ac Brabantiae Dux an. 1383. decessit, sepultus in Aurea Valle Ord. Cisterciens. Abbacia nullis relictis liberis. Venceslaus Patruo suo ita defuncto in Ducatu Luxemburg. successit Venceslaus II. Rom. & Bojem. Rex Sigismundi Imp. frater, III. Dux Luxemburg. Is neptem suam Elisabetham, Johannis Görliciae Ducis Filiam & Antonii Brabantiae Ducis Viduam dedit uxorem Johanni Bavaro, Hannoniae & Hollandiae Comiti, electo Leodiensi Episcopo. Sigismundo unica filia fuit Elisabetha ALBERTO AUSTRIACO ROMANORUM REGI nupta, quae an. 1451. d. 21. Octobr. Jus omne suum quod in Ducatum Luxemburgicum habebat, Philippo Bono, Burgundiae Brabantiaeque Duci cessit, defuncta scilicet Anna Filia quam ALBERTO peperat.

Ipse CAROLUS IV. in Baptismo vocatus fuit Venceslaus, in Confirmatione vero a Francorum Rege, apud quem Adolescentiae Aetatem peregit, CAROLI nomen accepit.

Anno

CHRISTI 1347.

CAROLUS IV. IMPERATOR:

REX BOHEMIAE: DUX SILESIAE.

Annus hic *** fatalis fuit Ludovico Bavaro Imperatori, relictis Filiis ex Beatrice LUDOVICUS Duce Glogoviensi, Ludovico Electore Brandenburgensi & Stephano Bavariae Duce: ROM. IMP. ex Margaretha autem Comite Hollandiae Ludovico Romano: Ottone: Gvilielmo & obiit: Alberto qui Uxorem habuit Margaretham Duce[m] Lignicensem.

Precislaus Ep. Vvrat. hoc anno locat oppidum Grotkow Jure Teutonico. CAROLUS ROLUS IV. IMP. Aetatis suae anno XXXI. Boemiae Regnum adeptus ab Ernesto de Pardubitz Archi-Episcopo Prageni una cum Uxore Blanca, Caroli Valesii Filia, Diademate Regio, quod ex auro & Unionibus fieri iussit pretiosissimum, in maxima Hospitum clarissimorum Celebritate coronatur, atque omnes Hospites magnifico Epularum apparatu, insigniores praeterea muneribus prosequitur: edita paulo post *** constitutione, qua Jus coronandi Boemiae Reges Archi-Episcopo Prageni a Pontifice Romano concessum confirmat, ac ut Boemiae Rex deinceps non nisi ab Archi-Episcopo Prageni aut, si Pragensis absit, Ejus suffraganeo Episcopo Olomucensi Regium Diadema capiat,

* Naturalem hunc Filium Regis fuisse Cortusius de Novitatibus Paduae X. 3. „Beltrandus „Gvasconus Aquilejensis Patriarcha - - (in praelio prope Sacilum cum Comite Gori- „tiae) captus, fossius gladio a quodam de Villalta obiit statim. Fuit hoc an. MCCCCL. die „VII. mensis Junii - - unde anno sequ. XV. Maji Reverendus Pater Dns. NI- „COLAUS: FRATER NATURALIS DMNI KAROLI IMP. Aquilejensis Patriarcha „Utinum introivit, & Missam celebrat solennem die primo Novembris., Adde Balbinum in Notis ad Tabulam Genealogicam Stirpis Lucemburgicae nota * p. 188.

** Idem ille, ac Johannes Dux Karinthiae: vid. Balbinus l. c. litt. f.

*** Henr. a Rebdorff ad an. 1347. „Eodem anno V. Id. Octobr. praedictus LUDWICUS de „Civitate sua Monaco Frisingensis Dioecesis exiens ad Venationem Ferarum (in qua Tem- „poribus vitae suae delectabatur ultra modum) de mane hilaris & jucundus, quia uxor sua „praescripta (Margaretha Batava) sibi peperit Infantem, qui adhuc non erat baptizatus, „cum insisteret Venationi & insideret Equo suo subito apoplexia percussus circa meridi- „em Ejusdem Diei cecidit ad Terram, in medio Familiae suae de Equo, ad duo milliaria „de Monaco & subitanea morte decessit.

**** Extat apud Balbinum Miscellan, Decad. I. Lib. VI. P. I. Litterarum Publicarum, no. XXXV.

piat, constituit. Qua de re pluribus videri potest Hagecius Initio P. II. Hist. Bojemica. Ac conatus quidem CAROLUS tunc fuit Wratislaviensem quoque Ecclesiam a Gnesnensis Archi-Episcopi Jurisdictione abstractam Pragenſi addicere: sed ne id fieret & Jus Archi-Ep. Gnesnensis ratum esset, Casimirus Pol. Rex si fides hac parte habenda Rerum Polonicarum Scriptoribus, per Legatum suum Albertum Cancellarium Dobrynensem a Clemente Pont. impetravit.

Anno

CHRISTI 1348.

condit novam
Civitatem Pra-
genſem:

VIII. Kal. April. (alii notant Kal. Mart. quidam d. 30. Martii) CAROLUS IV. condidit novam Urbem Pragenſem, inque fundamentum ipse propria manu primum jacet & imponit Lapidem, eandem hic Conditor Civitatem CAROLI ut ejus Diplomate adparet appellatam iri voluit: Facta est autem hæc Ampliatio atque Incrementum Reipublicæ Pragenſis, lapsis a condita majore Urbe Pragenſi annis 637.

& Bullam Au-
ream Bojemica-
m:

Bulla Aurea * Bojemica a CAROLO IV. IMP. ac Rege Bohemiæ Aprili Mense promulgata, in qua inter alia expresse cautum legitur, si de Genealogia Progenie vel Semine aut Proſapia Regali Bojemorum masculus vel femella superſtes legitimus nullus fuerit oriundus, vel per quemcunque alium modum Regnum Bojemicæ vacare contingeret, quod tunc debeat pertinere Electio Regis ad Prælatos Duces Principes Barones Nobiles & Communitatem Regni a Pertinentiarum Ejusdem. Ut proinde Constitutio illa non ad Bojemicam tantum Gentem, sed Provincias quoque ei conjunctas pertineat: cum præsertim in Exordio Bullæ duo nominentur Principes Silesiæ, Episcopus Wratislaviensis & Nicolaus Oppaviæ atque Ratiboriæ Dux, quo inter alios Regni Bojemicæ & unitarum Provinciarum Proceres Privilegium hoc a Rege impetrarunt, verisimile autem est eos hac in re non Bojemis tantum sed etiam sibi ac Genti suæ consulere voluisse. Qua de re pluribus egisse memini in Silesiographia mea: cujus Appendix Exemplum quoque bullæ hujus Carolinæ exhibet.

REGINA BO-
HEMIAE
MARGARE-
THA moritur:

Kal. Aug. Blanka (quam in Vita sua CAROLUS ipse IMP. & Margaretham nominat, CAROLI IV. Uxor prima ex Proſapia Regum Galliarum oriunda moritur: Praga in D. Viti Conditorio Regum Bojemicæ honorifica funeris pompa sepulta. Matrona pia, honesta, benefica. Exegit cum Marito annos XIV. supputatione facta ab Ingressu Blankæ in Bojemiam. Ejus liberi: ** Johannes Marchio Moraviæ, *** Margaretha elocata Ludovico Caroli Regis Hungariæ Filio: Catherinaque: Rudolphi Austriaci Uxor: quantum ex Scriptoribus se indagare potuisse Petrus Lupacius scribit. Henr. Hennin. multos ex eo procreatos liberos tradit.

Ejus Liberi:

Academia
PRAGENſIS
fundata:

Academia, ad modum & formam cum Bononiensis tum Parisiensis Academicarum, Pragenſis augusta CAROLI Munificentia **** erigitur & instituitur, a Clemente P. R. confirmata. Memorabile est quod ipse Clemens eo in Diplomate scribit: Inter cetera, ingens ut Regnum istud quod divina Bonitas multitudine Populi rerumque copia prædotavit, fiat Litterarum fertilitate fecundum: ac in eo quomodo Auri & Argenti Copia dinoscitur, sic & Scientiarum prævalens munere ut Viros producat Consilii Maturitate conspicuos, virtutum ac diversorum Dogmatum: Ornatibus redimitos & eruditos: &c. Ad hanc ingens tunc Multitudo cum ex Germania tum aliunde confluit, alliciente & loci commoditate & liberalis cognitionis cupiditate quamplurimos. CAROLUS ipse sæpe ad horas quatuor in ea disputantes audivit, cumque Consilarii ac Purpurati hoc moleste ferrent, cœnæ Tempus adesse dicentes, respondit: Mihi Tempus est minime: nam hæc mea Cœna est.

Idem

* Extat apud Goldastum in Appendice Documentorum: no. XXXII.

** Matre haud superſtes, Balbinus enim, Testimonio Beneficii de Weitmill. Canonici Pragenſis: in Chron. Eccles. Pragenſ. MSto: litt. e. ad Tabulam Genealog. Stirpis Lucemburgicæ in Notis affirmat Blankam nulla virili prole relicta obiisse. lib. VII. Sect. II.

*** CAROLUS IV. in vita sua ad an. 1334. „Tempore illo miſimus pro Uxore nostra quia adhuc erat in Lucemburg. Quæ cum venisset, post unum annum habuit filiam primogenitam nomine MARGARETHAM, & p. 99. „Tradidimus filiam nostram primogenitam MARGARETHAM: LUDOVICO primogenito CAROLI REGIS UNGARIÆ.

**** Ad an. 1347. refert Balbinus Epitom. Rerum Bohemicar. Lib. III. Cap. XXI. p. m. 359. adque litteras Originales Foundationis provocat: Clementis VI. P. R. Avenione editas an. 1347. d. 26. Januarii & CAROLI IV. IMP. eundem annum & 7. Aprilis diem præferentes.

Idem CAROLUS Silesiæ Metropolim Wratislaviam VII. Id. Nov. Regio plane ac tali Principe digno apparatu ingressus est. Tanti autem tum fuisse Spiritus Episcopi & Ordinis Ecclesiastici ferunt, ut Casari vix ad Portas usque Cœmiterii sui Templi obviam prodirent. Emisse tunc CAROLUM a Nicolao Principe Monsterbergenfi Boleslai F. Francosteinum, ut ex vicina munitione agro Svidnicensi subinde damna inferre posset tradunt: Litteræ Instrumentales, quibus Nicolaus Dux subditos suos a Juramento absolvit annum habent adscriptum 1351. feriam autem quartam proximam* ante festum S. Martini Episcopi, Testes denique Bolconem Suidnicensem, Conradum Olsnicensem, Ladislaum Teschinensem, Duces: nec non Mathiam Comitem de Trentschin quem Nicolaus fratrem suum dilectum vocat.

ADVENTUS
AUGUSTI
Wratislaviæ

Sub hæc Tempora inter CAROLUM IV. IMP. & Casimirum Polonum Pax nova Namslaviæ composita est: in qua convenisse etiam ne Polonus a Bojemo debitum repeteret, Cromerus scribit.

Pax Imper. inter
& Poloniae
Regem sancita:

Bavari & eorum auxiliares Palatini cum Woldemaro fictitio varia Fortuna certantes, grandi uno Prælio hoc Anno vincuntur: capto Rudolpho Palatino Rhenensi cum LXXIX. e nobilitate Equestri, quos inter XL. Polonos fuisse memoratos & in his XIV. tum fratres tum adgnatos, qui easdem gestabant Galeas & Gente Zedlitziana nati erant, Leonclavius Pand. Histor. Turcic. cap. 83. testatur. Caterum triennio adhuc toto elusit aut illusit potius ille Molitor: donec captus tandem Ignem ipse, Infamiam fautores Ejus subierunt.

Fata Wolde-
mari fictini.

Bolcko Dux Suidnic. dat Episcopo Precislao & Ecclesiæ Castrum Jauernick cum omnibus attinentiis in perpetuum.

Idem fatetur Castrum sive Ædem Jauernigk ab Episcopo ad Tempora Vitæ saltim sibi fuisse concessa.

Heinrich von Hugvvicz versetzt die Manne: Ritter und Knechte der Weichbilde czu Franckenstein und dieselbe Stadt mit dem Kloster czu Camenz. König KARL czu rechtem pfand nach laut der Brife die Er von dem Hochgeborn Herren Niclas Herczog czu Monsterbergk CARL Schvvagern und Vürsten empfangen. Diploma CAROLI signatum an. 1348.

Anno

CHRISTI 1349.

Hoc & sequenti anno horribilis Pestilentia non modo Poloniam & Silesiam sed magnam Orbis Terrarum Partem pervagata est, tanta Vi grassata, ut Pagos atque oppida hominibus vacua redderet. Ac initio quidem triduana febris ardens cum sputo sanguineo miseros mortales passim absumebat, deinde vero in quintum prolata diem carbunculis & apostematibus enecabat. Creditum autem vulgo est, eam a Judæis infectis Veneno fontibus excitatam esse. Itaque exquisitis illi Suppliciis, nullo neque Sexus neque Ætatis Discrimine per Italiam Germaniam & Gallias adfecti & facultatibus spoliati sunt. Sunt qui ad annum referant præcedentem.

Pestis Orbem
Terrarum per-
vagatur:

Increbuere tunc per Europam Greges Virorum pariter ac Mulierum nudis superne umbilicotenues Corporibus obambulantium & ** flagellantium sese, divinamque Clementiam miserabilibus Vocibus implorantium, Vexillis præeuntibus. Sed cum ea Superstitio a flagitiis & pravis Dogmatibus non esset immunis, Severitate Principum cito repressa est.

Secta Flagellantium:

Anno

CHRISTI 1350.

Clemens VI. annum Jubilæum quem Bonifacius VIII. centesimum quemlibet esse voluerat ad quinquagesimum reduxit.

Günthero Schvvarzenburgico extincto CAROLUS IV. IMP. solus rerum potiri cœpit: indeque ad Regni sui Amplificationem, imprimisque ad extollendas & augendas Civitates, quarum Opes & robur didicerunt esse opus & robur Regni animum convertit.

Elogium CA-
ROLI IV.
IMP.

Anno

* Vid. Dipl. LXXIX. Spec. C. nostri D.

** Plura de Flagellantium Habitu, ritu & superstitione Albertus Argentinensis ad annum hunc.

Anno

CHRISTI 1351.

Fata Marchiæ
Brandenburgi-
cæ:Francofeinen-
fis Terra REGI
BOHEMIÆ
vendita:

Ludovicus Bavarus quicquid Juris in Electoratu & Marchia Brandenburgica habuit fratribus suis Ludovico Romano & * Ottoni cessit ea tamen lege ut si absque hæredibus illi decederent masculis, ad se suosque hæredes omnia iterum recederent.

Nicolaus Dux Monſterbergenſis vendit hæreditarie ** Civitatem Franckenſtein cum pertinentiis & diſtrictu Monaſterii Camentz CAROLO Regi Bohemiæ ſuiſque ſucceſſoribus & ejusdem Regni Bohemiæ Coronæ pro ſex millibus marcarum groſſorum Pragenſium Polonici numeri, quadraginta octo groſſis pro marca qualibet computatis.

Anno

CHRISTI 1352.

ANNA: RE-
GINA BOHE-
MIÆ moritur:de Filio Ejus
Wenceslao:

Kal. Februarii *** Anna quæ & Meczela CAROLI IV. IMP. Conjux ſecunda ſed ejus nominis prima, mortem obiit, Regio funere elata atque ſepulta ad D. Viti Arcis Pragenſis. Exegit cum Marito AUGUSTO annos quatuor. Filia atque ea unica Rudolphi Elect. Palat. Rheni. Suſcepit ex ea CAROLUS filium Wenceslaum nomine natum 1350. XVI. Kal. Febr. ſed is altero Ætatis anno immatura morte ereptus e Vita exceſſit. Ut non immerito mendum eſſe in Cuſpiniano Viri docti ſuſpiciuntur, ubi ſcribitur eam fuiſſe Matrem Wenceslai IV. Regis Bojemix & designati Romanorum Imperatoris.

Ludovicus Rex Ungariæ renunciat omni **** Juri ſibi competenti in Ducatu Suidnienſi. Diploma ſignatum Budæ VI. Kal. Junii.

Idem dat Regi Bojemix oppida ***** Buyzen & Creutzburg cum Vaſallis & Diſtrictibus, e converſo Rex Boemix dat Regi Hungariæ & Caſimiro Poloniæ Ducatum Ploczenſem & Maſovix: & Rex Hungariæ quitat omnia debita, quibus Dux Suidnienſis Regi Poloniæ quomodolibet tenebatur.

Templum D.
Dorotheæ
V Vratiſlaviæ
extructum:

Creſcente Vratiſlaviæ Incolarum & numero & Opibus CAROLUS IV. Pomerium ejus dilatavit produxitque, ac Ripa ulteriore Olavæ fluvii urbi adjecta vaſtum hunc ambitum incluſit, eundemque inſigni & ſumptuoſo ***** D. DOROTHEÆ Templo exornavit. Templum ipſum pulcherrimum ſane opus, mole ſua maximum, bene & apte commenſuratum, ac multa undique luce colluſtratum, aſſignatum initio fuit Eremitarum D. Auguſtini Cœtui: Avorum autem Memoria ad Franciſcanos Sodales ex æde D. Jacobi migrare juſſos pervenit: quibus Cœnobium deferentibus plurimis retro annis vacuum de veteri illo Splendore multum amiſit: a Chordigeris pronuper denuo occupatum & inſtaurari mediocriter cœptum.

Uberrima Meſ-
ſis miro Fato:

Inopinata hoc anno his in Regionibus Tempeſtas accidit: nam cum verni Menſes: Martius: Aprilis & Majus ultra medium laudabili Cœli Conſtitutione ac Calore pene æſtivo ad Calamos & ariſtas Segetes produxiſſent, Sabbathi die qui præceſſit feſtum Pentecoſtes, coorto de repente acri Frigore & Gelu nix duos cubitos alta cecidit, quæ cum ad ſextum uſque menſem agris incubuiſſet, omnesque famen ominarentur & ſterilitatem, nive eliquata, ita grato humore terra rigata eſt, ut uberrimam meſſem tulerit.

Anna Ducſſa
Suidnienſis
& Javo-
rienſis CARO-
LO IV. IMP.
nubit:

Boleslaus ſive Bulco Suidnienſium & Javorienſium Dux collocata CAROLO IV. IMP. in matrimonium Anna: Henrici fratris filia ambo Principatus, in quibus tunc Suidnicium, Javoria, Strega, Haynovia, Landeshurtum, Reichenbachium, Nimci-um, Leoberga, Hirsberga, Boleslavia, Zabothum, Greiffenſteina, Greiffenberg, Lehnium, Schönovia, Clitſchdorffium, Hornſperga & Königsberga qualiſque dotales, cauſa mortis, ei atque Conjugi, ſi nullos ipſe mares liberos reliquerit, ***** donavit.

* Adde Diploma CIX Diplomatarii noſtri Bohemo-Sileſiaci.

** Vide Diploma LXXIX Spec. C. noſtri D.

*** Litteram Contractus Matrimonii inter ANNAM: Rudolphi Palat. F. & CAROLUM IV. IMP. Goldaſtus exhibet in den Beylagen zu den beyden Rechtlichen Bedencken von der Succeſſion in Boheimb no. XXXI.

**** Vid. Dipl. XC. & XCI. Spec. C. noſtri D.

***** Vid. Epiſtolam XLII. apud Balbinum Litterarum Publicarum Bohemiæ Regnum concernentium Volum. I. Part. I.

***** Vid. Dipl. VI. in Continuatione Diplomatarii noſtri Bohemo-Sileſiaci.

***** Extat Diploma no. LXXXIX. in Spec. C. noſtri S. D.

vit. Nuptiæ peractæ eodem anno, ipsæque adeo Anna Diademate Regni Bojemix cincta V. Kal. Aug.

Henricum Javoriensem factum antea fuisse * Vasallum Ludovici Cæsaris Franco-furti, attestati fuerunt: Güntherus Schwarzenburgicus, Fridricus Landgravius Thuringiæ: Rudolphus Dux Saxonix, supremus Marescallus S. R. I. Ludovicus Comes Oettingensis, Gerlacus Comes Nassovius, Johannes Burggravius Norimbergensis: Henricus Comes Hohensteinensis: Ludovicus Marchio Brand. & Lusatiæ singuli singulis litteris quarum copias edit Codex MStus, cujus Titulus: Farrago Rerum Utilium: Reip. Wrat.

HENRICUS
Dux Javorien-
sis Vasallus
quondam LU-
DOVICI Ba-
vari Imp.

Anno
CHRISTI 1354.

Ludovicus & Ludovicus Romanus Marchiones Brandenburgenses renunciant omnibus Juribus super Lusatia.

CAROLUS IV. IMP. BOH. REX mense Januario maxime solemnem frequentem ac celebrem Conventum Electorum ac Principum S. R. I. habuit in Moguntia: ubi inter multa, quæ ad Reipubl. Commoditatem statuit, de Romana etiam protectione pro Corona Imperii adipiscenda quæ sequenti anno contigit, tractavit.

Comitia Mo-
guntix habita:

V Eid. Febr. Anna CAROLI Coniux eo nomine altera, in Ordine tertia cingitur Diademate ** Aquisgrani in Ecclesia B. MARIX VIRGINIS a Wilhelmo de Genepe Colonienfi Archiepiscopo.

ANNA CA-
ROLI IV.
IMP. tertia
Coniux A-
quisgrani Dia-
demate cincta;
Pacta inter
CAROLUM
IV. IMP. &
BOHEMIÆ
ac CASIMI-
RUM POL-
REGEM:

Intercesserunt & hoc anno ut auctor est Cromerus, pacta quædam inter CAROLUM & Casimirum Polon. Regem, quibus CAROLUS abdicasse se scribitur omni Juri quod usurpabat in Plocensi Principatu & in Masovia, cuius nimirum Principes Silesiorum Exemplum secuti, ipso quoque se JOHANNI REGI subjecerant. Casimirus autem vicissim Bicinam & Cruciburgum ei concessisse, assensus insuper in CAROLI cum Anna Svidnicensi nuptias iis quas diximus conditionibus contractas.

Anno
CHRISTI 1355.

CAROLUS IV. IMP. accepta Mediolani in Cœnobio D. Ambrosii VIII. Id Januarii a Roberto Vice-Comite Archiepiscopo Mediolanenfi Regni Lombardiæ Corona Romam inde profectus festa CHRISTI Resurgentis Luce una cum ANNA SILE-SIA Coniuge sua in Basilica D. Petri a Cardinale Ostiensi Innocentii P. R. jussu cingitur inungitur & consecratur: sed hac lege ut jurejurando sese obstringeret (neque enim alias ipsi Coronam imponi passus est Pontifex) Romæ aut in Italia injussu Pontificis diutius non moraturum atque adeo e vestigio in Germaniam reversurum: ut non immerito Franciscus Petrarcha qui tunc floruit, indignabundo Animo miratus sit, quænam ista Superbia esset, Principem Romanum, Publicæ Libertatis Auctorem Libertate privare ut cujus esse debeant omnia, ipse non sit suus. In hæc enim verba ad ipsum CAROLUM IMP. scribens vir optimus & sua Ætate doctissimus prorupit: Nec male fortean a nostratibus non nemo scripserit, nullum olim Syrum, nullum Davum nullum Mancipium tam obiectum fuisse animi, ut Servitutem huic Imperatoriæ similem tolerare pauerit. Comitari sunt Imperatorem in Italiam præter Henricum Ferreum: Ducem Saganensem a CAROLO cum coronaretur, baltheo cinctum, Senatus quoque Vratislaviensis Legati, ut Ecclesiastici Ordinis cum Vratislaviensibus Controversiæ quædam interveniente ipso Cæsare qui Vratislavienses unice amavit, quamque vixit diu bene eis semper voluit fecitque, coram Pontifice componerentur: sed Pontifex Imperatori nec in hac re nec in aliis tunc est gratificatus. Inaugurationi præterea interfuere: Nicolaus Patriarcha Aquilejensis: CAROLI IV. frater: Joannes Episcopus Lithomislensis: Cancellarius Palatii Imp. Czencko de Lippa: Pessico de Janowicz: Henricus de Nova Domo: Theobaldus de Risenberga: Haymo de Duba: Albertus & Georgius Fratres de Kolowrat: Mathias de Clinsteina: Joannes Lepus de VValdeck: Janussius de Rziczán & alii Proceres ac nobiles Bojemix. Reversus ex urbe

CAROLUS
IV. IMP. Ro-
mam profici-
scitur:

* Vid. Dipl. V. & c. Contin. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

** Diploma ipsius Wilhelmi Archiep. Gneznensis de hoc negotio ex CÆSARIS Jussu feliciter confecto editum in Ecclesia B. M. Aquisgranensi anno hoc 1354. Dominica Septuagesima quæ fuit mensis Februarii d. 9. exhibet Diplomatarium Bohemo-Silesiacum III. Dn. a Ludwig no. XXXVIII.

Periculum vitæ
CAROLO IV.
IMP. in Italia
commoranti
imminens :
SILESIA RE-
GNI BOHE-
MIÆ Provin-
cia :

be Roma & Pisis aliquamdiu ex Itinere quiescens evasit DEI misericordia & Providen-
tia Incendium tumultuosum, quod Instinctu quorundam improborum noctu ibidem
opprimendi Imperatoris causa & ut quidem ferebatur, arte Gambacurtarum excitatum
fuit : vid. Dubrav.

Edidit & hoc anno CAROLUS IV. * Constitutionem de Incorporatione Ducat-
uum Poloniae & Silesiae, Marchionatusque Lusatie, quod Regno Boemiae perpetuo
uniti esse debeant. Vid. Goldastus.

Anno

CHRISTI 1356.

Fœdus inter
IMP. & POL.
REGEM fan-
citum :
AUREA BUL-
LA Germaniæ
ab IMP. con-
cessa :

** Liga inter Regem Pol. Kazimirum & KAROLUM IMP. quod IMP. de-
beat eum juvare contra Cruciferos & Bavaros, & quitat IMP. de debito, prout in Lit-
teris Regis Hungariæ.

Constitutio comprehendens Leges & Ordinationes Imperii Romani Aureæ Bullæ
nomine (sive ab appenso Sigillo Imper. aureo sic dictæ sive ob materias quas conti-
net aureas) a CAROLO IV. IMP. in Comitibus Norimbergensibus V. Eid. Jan. publi-
catur : quæ hodieque inter Germanos magna Religione servatur : & profecto quod omnes
intelligentes facile fatebuntur, aurea ista bulla Carolina, vere est unicum illud atque
adamantinum Vinculum, quo qualescunque hæ Romani Imperii Reliquiæ, illique fer-
reo lutei pedes utcunque continentur, & a dissolutione & ruina adhuc conservantur.

Anno

CHRISTI 1357.

Ducatus VVra-
tislav. Præfe-
ctura Senatui
VVratisl. com-
missa :

CAROLUS IV. de Senatus VVratislaviensis Prudentia opinionem habens præ-
claram, totius Ducatus VVratislav. Præfecturam illi commendavit, quam subinde po-
stea amissam subinde Senatus recuperavit, ab anno autem 1471. ad annum usque 1636.
sine ulla interruptione continuavit.

Episcop. Jurisdictio in
Judæos :

Episcoporum hoc anno plena Jurisdictio in Judæos sub suo Dominio viventes per
CAROLUM IV. IMP. confirmata, ita ut nec quenquam ejusdem gentis evocare &
ad aliud forum trahere liceat.

Anno

CHRISTI 1358.

Milicense ca-
strum ad Duca-
tum Olsnena-
sem pervenit :
Successio in
Regnum BO-
HEMIÆ stabili-
tata :
REX BOHE-
MIÆ Dominus
est Silesiæ &
Ecclesiæ VVra-
tisl.

Conradus Dux Silesiæ & Olsnensis & filius Ejus Conradus emunt castrum Militsch
ab Episc. & Capitulo VVrat.

Ex Mandato CAROLI IV. Civitas VVratislav. Homagium Principi VVences-
lao primogenito præstat, ubi & mentio fit de Successione legitima filiorum Regis BO-
HEMIÆ.

Precislaus Episc. & Capitulum Eccles. VVratisl. *** confitentur quod Reges Bo-
hemiae Ducatus & Civitatis VVratislav. & omnium pertinentiarum earundem necnon
aliorum ducatum & Dominiorum Silesiæ linthæreditarii ordinarii & naturales Domini,
nec ullo modo Ducatus prædicti a Regno & Corona Bohemiae alienari aut vendi de-
beant, & quod Rex Bohemiae sit Patronus & Dnus Ecclesiæ Wratislav. & ad Corona-
tionem novi Regis quod Episcopus venire cum præcipuis Prælatibus ex Capitulo obligetur.

Libertas & Ju-
ra Ecclesiæ
VVratislaviensis confirmat :

CAROLUS IV. Auctoritate Regia Gratias Immunitates Privilegiaque & Jura
omnia a Joanne Boemiae Rege nec non Ducibus Silesiæ Prædecessoribus suis Episcopo
& Collegio Sacro VVratislaviensis Ecclesiæ liberaliter indulta, iteratis Diplomatis
confirmat, concedens præterea, ut allodia in Terris Regis sita pro Parte vel in toto
Teutonicali Jure locare & exponere & e converso villas in Allodia redigere ac redu-
cere possint & valeant, addita Immunitate ab omnibus oneribus, exactionibus, an-
gariis & perangariis, quocunque nomine censerī possint, nec non promissa Defensio-
ne adversus quoscunque libertatis illorum Violatores. Facta Diplomata signata sunt
Wratislav. Ind. II. Id. Dec. Regnorum CAROLI anno XIII. Imperii vero 4. Quibus
&

* Vid. Dipl. III. Spec. C. nostri D.

** Vid. Dipl. XXIX. Diplomatarii Bohemo-Silesiaci Tom. V. Reliquiarum MStorum omnis Aevi
III. Dni a Ludwig.

*** Vid. Dipl. XIV. Spec. C. nostri D.

& alterum eodem Tempore additum, quo Grotkovienſis Territorii Venditionem atque infeudationem, regnante Johanne Patre factam roborat & firmam ratamque haberi jubet. Tenor illius, ut Lectores intelligant, quo Jure Grotkoviam Episcopus teneat, hujusmodi. *

Extat de hoc anno quoque procuratorium pro duobus Canonicis ad præstandum Homagium Johanni March. Moraviae ex Parte Capituli, ratione oppidi Grotkovv in casu, si CAROLUM IMP. sine masculis mori contingeret. Item: Johannis March. Moraviae Litteræ quibus promittit Ecclesiae Wrat. se ejusdem Privilegia omnia illibata conservaturum & defensurum si in Regem Bohemiae eligeretur.

Anno
CHRISTI 1360.

CAROLUM IV. Patronum & Evergetam expertus benignissimum Senatus Populusque Wratlaviensis, cum multa ab illo superiori anno Privilegia obtinuisset, aureæ Monetæ cudendæ Jus: quod supremi Imperii summum, si quod aliud, semper fuit Indicium hoc ipso anno impetravit: ea tamen lege atque condicione, ut legibus monetilibus Pragensibus numi hujusmodi sint conformes, emolumentum autem inde provenientis partes duæ Fisco Regio, tertia autem Pars Reipubl. cedat.

Aureæ Monetæ
cudendæ Jus
Wratlaviæ
concessum:

Henricus Saganensis CAROLI IV. gratiam consecutus Glogoviae Partem a Johanne Rege sibi ereptam recipit: ex quoque Tempore bipartita Glogovia duplicem etiam Magistratum sive Senatum ad annum usque τῆς χηρσογονίας 1480. habuit.

Glogoviae Pars
tem Henricus
Dux Saganensis
recipit:

Lites hoc anno maximæ Episcopo & Capitulo Wratlaviensi cum Duce Bolkone Suidnicensi ratione oppidi Grotkovv: & Instrumentum Publicum de Violentia facta in Grotkovv a Bolkone Duce Suidnicensi.

Anno
CHRISTI 1361.

CAROLO IV. ex Anna Suidnicensi XVI. Kal. April. Norimbergæ Filius nascitur WENCESLAUS.

WENCESLAUS nascitur:

Anno
CHRISTI 1362.

Bolkoni Duci Silesiæ hoc anno ** media Glogovia fuit concessa.

Wenceslaus Dux Lignicensis*** promittit CAROLO BOH. REGI pro se & hæredibus suis quod Civitatem Lignitz cum suis pertinentiis neque vendere neque alienare velit.

Glogoviae Pars
Duci Suidnicensi concessa:
Lignicensis Civitas a Regno Bohemiae non alienanda:
Annonæ Penuria: & Cœli solique siccitas:

Magna hoc anno Annonæ Penuria & miserabili fame cum multis in locis tum in Polonia maxime laboratum fuit, adeo quidem ut Rex horrea sua aperire, pauperibusque fame oppressis subvenire necesse habuerit.

Tam dira eodem anno Siccitas Cœli Solique exitit ut maxima Pecorum & Jumentorum Pars fame perierit: Pars stramine e Tectis petito servata fuerit. Lumen Solis usque eo defecit ut etiam interdum stellæ Cœli conspicerentur.

Anno
CHRISTI 1363.

Inter Ludov. Romanum Ottonemque March. Brandenburgicos & CAROLUM IV. IMP. de Marchia sic convenit: ut WENCESLAUS CAROLI F. CAROLUS & WENCESLAI hæredes masculi Marchionibus, si sine hæredibus masculis decedere contingat, succederent, cumque & hi omnes defungerentur, ut Marchiam ad Joannem Marchionem Moraviae devolverent: utque id tanto firmitus esset interea WENCESLAUS insignitus est Titulo March. Brandenburgici, Ludovicus etiam & Otto receperunt se subditis suis imperaturos ut Wenceslao jam tum eo nomine homagium præstarent.

Fata Marchiæ
Brandenburgensis:

Anna Impeatrix: tertia CAROLI CAESARIS uxor, quæ Suidnicensem Domi-

Anna Imperatrix & REGINA BOHEMIÆ moritur:

* Addidit hic Henelius Diploma, quod repetere nolui, cum sit XVIII. Spec. C. nostri D. adde præcedentia, imprimis XII.

** Vid. Diploma CIII. Spec. nostri C. D.

*** Vid. Dipl. CXXXVIII. l. c.

Dominatum Marito & successoribus Boëmiz Regibus quæsit, V. Eid. Julii diem suum obiit, Praga in Templo arcis Conditorioque Regum Boëmiz sepulta. Eam cum Cæsar aliquamdiu luxisset sub finem anni ad quartas nuptias convolvit, ducta ELISABETHA, Casimiri Pol. Regis Nepte, Boguslai Stetinenfium Ducis Filia, cum dote centum millium florenorum. Nuptiis dictus locus Cracoviz ad Bachanalia sequentis anni: quibus interfuere præter Casimirum, CAROLUM & Boguslaum Sponsæ Patrem, invitati a Casimiro Rege, Ludovicus Hungarorum, Voldemarus Danorum, & Petrus Cypri Rex, Ponto & adverso Istro in Valachiam & inde terrestri Itinere per Russiam, Cracoviam advectus: præterea Otto Bavarorum, Ziemovitus Masoviorum, Boleslaus Suidnicenfium Duces, Primislaus quoque Teschinenfium & Vladislaus Opolienfium. Qui omnes comiter & perhumane accepti ac deducti, liberaliter & magnifice in vicefimum usque diem habiti sunt. Præcipuus ibi fuit Splendor cujusdam Germani Vernici: Consulis Cracoviensis & Thesaurarii Regii: qui non tantum Imperatori illum apparatus Regio nomine quam splendidissime administravit, sed & propria quoque Magnificentia ut Polonia opulentiam testaretur, Imperatorem, Reges, Duces ac Proceres illorum propriis Ædibus & Cœna excepit, post Convivium dapnoliter instructum ampla omnibus munera elargitus: imprimis autem Regi suo Casimiro, ita ut quæ ei donavit plus centum millibus florenorum æstimata fuisse Cromerus Scriptum reliquerit. Addunt nonnulli Consulem illum primum in accubitu Locum Casimiro assignasse, secundum Imperatori, quod an fuerit civile, se non intelligere Curæ ait.

WENCESLAUS: CAROLI IV. F.d. 14. Junii qui D. Vito sacer in D. Viti Basilica, anno Æt. secundo ab Ernesto Archiepiscopo Pragenfi Regio Diademate cinctus oleoque sacro inunctus REX & successor Patris in Bojemia renunciatur.

Anno

CHRISTI 1364.

Accepit hoc anno Filiam Imperatrix ELISABETHA: idque factum esse 17. Maji Lupacius habet.

In vivis cum esse defuisset * WENCESLAUS DUX LIGNICENSIS relictis quatuor hæredibus masculis RUPERTO: WENCESLAO: BOLEZLAO & HENRICO: tutela horum ad Patrum LUDOVICUM Bregensem delata est. Oblata tunc fuit Ludovico magna occasio ulciscendi Injurias & quidem non leves a fratre acceptas, ac potuisset ad se Ducatum specioso prætextu exclusis Nepotibus transferre: sed plus apud optimum Principem Pietas & Justitia, quam Vindictæ Cupiditas valuit: nec nepotibus ille modo nihil nocuit sed & profuit. Cum enim in fidem & Patrocinium suum eos recepisset, Ducatum eis conservavit, civitates oppignoratas redemit & Ducatui restituit: Æs alienum egregia Solertia dissolvit: & Statum Terræ perturbatum publice composuit. Imo suæ virtutis dignum illustri Principe fructum tulit: nam Ducatus, quem ad se technis pertrahere noluit, DEI beneficio ad nepotes ipsius hæreditario Jure devolutus est.

CAROLUS ** Cæsar, WENCESLAUS Filius: ac frater JOANNES Moravia Marchio, AUSTRIACI item fratres: RUDOLPHUS & ALBERTUS cum Margaretha Sorore Meinardi Principis Tyrolensis ac Brandenburgici Marchionis vidua colloquio Brunnæ in Moravia instituto XI. Kal. Febr. pacem & concordiam inierunt: qua vetus inter Boëmiz Reges & AUSTRIACOS fœdus renovatum, interque alia conventum, ut alterutra familia sine hæredibus masculis femellisque extincta in ejus Terrarum Possessionem altera superstes succedat. Cui quidem pacto reciproco biennio post RUDOLPHO mortuo: LEOPOLDUS quoque frater adfensum suum præbuit: diplomate desuper Praga confecto. Memorabilis hic Annus Turcarum aditu in Europam: Amurathe Tyranno Imperii propagandi cupido, Transiitum ex Asia in Europam faciente, trajecto ad Abydum Hellesponto.

Anno

* Plura ad no. 2. Tab. V. Genealogicæ Tom. I. dixi.

** Ex Tabulario CÆSAREO VIENNENSI: Diploma hoc Brunnæ in die S. Scholasticæ Virginis anno 1364. editum, nuper publici Juris fecit R. P. D. Anton. Steyerer in Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis AUSTRIÆ: cognomento Sapientis scriptis p. 382. adde Diploma sequens pag. 384. & Bohemiz Ordinum Litteras pag. 387. quibus has Principum Patentes habuerunt ratas.

quare CAROLUS IV. IMP. ELISABETHA THEN Boguslai Stetinenfium Ducis Filiam ducit:

WENCESLAUS Corona BOHEMIÆ cinctus:

Filia Imperatori nata:

Ducatus Lignicenfis Fata:

Fœdus inter AVSTRIÆ Duces & BOHEMIÆ REGES renovatum:

Turcarum in Europam Adventus:

Anno

CHRISTI 1366.

CAROLUS IV. duas filias elocat in Matrimonium: * **CATHERINAM** Viduam relictam a **RUDOLPHO DUCE AUSTRIÆ**, Ottoni Marchioni Brandenburgensi: alteram ** **ELISABETHAM**, puellam Virginem quam suscepit ex tertia Coniuge Anna Svidnicensi: Alberto III. Seniori: Sapientis F. **DUCIS AUSTRIÆ**. Quietantia hoc anno data Ep. Wrat. super soluto Censu Denarii S. Petri.

De Filiabus
CAROLI IV.
IMP. CA-
THERINA &
ELISABE-
THA:

Anno

CHRISTI 1367.

SIGISMUNDUS: CAROLI IV. IMP. F. vitæ limen iniit a. d. 28. Junii quod Hagecius & alii ad mensem Februarium referunt anni sequentis. Bolco Dux Slezie: in Vürstenberg & Swidnitz & Marchio Lusacie Parochiam Laubenensem resignat Ecclesiæ Misnensi. Ita Fabritius lib. II. Annal. urbis Misnæ: Lusatiæ ergo Partem ea tempestate Bolco tenuerit oportet: cuius & Insignibus hove nimirum binis Coloribus rubro & candido usum fuisse in Chronicis Misnensibus **Be- trus Albinus** attestatur.

SIGISMUN-
DUS nascitur
Marchia Lus-
tice Pars Bol-
coni: Duci
Svidnicensi pa-
ter:

Anno

CHRISTI 1368.

Bolko Dux Oppol. Viasi Jure Teutonico elocat. Bolco Svidnicensium & a) Javoriensium Dux hoc anno V. Id. Julii naturæ fatis fecit, sepultus in Cœnobio Grissoviensi: Cujus Ducatum **CAROLO IMP.** Jure hereditario ex pacto relictum, **AGNES:** Bolconis Vidua, **LEOPOLDI DUCIS AUSTRIÆ** Filia, dotalitii Jure ad Vitæ suæ Tempora obtinuit, eique ad annum usque 1392. cum laude præfuit. Extat de Anno 1367. Precislai Ep. & Capit. Eccl. Wrat. Recognitio quod Civitatis & Ducatus Wratisl. sint veri & sempiterni Dni Reges Bohemiar.

Bolko Dux
Svidnicensis
moritur:

Item: **Carolus IV. Imp.** nuncios ad Ep. & Capitulum misit postulatum, ut Capitulum per litteras fateretur, nullum sibi Jus in Civitatem aut Ducatum Wratislaviensem competere, quod & Capitulum fecit: nec ab Imp. tamen reversales impetrare potuit quibus caveretur, ratione bonorum illorum quæ sub Wrat. districtu Capitulum possideret.

Anno

CHRISTI 1369.

Nicolaus Parvus Dux * Monsterbergensis** cum vendita Francofsteina religione tactus more majorum in Palæstinam abiisset, in Silesiam reversurus in Pannonia mortalitatem exuit, in Henrichoviensi postea Cœnobio sepultus. Ex **AGNETE** Coniuge bini ei filii **Henricus** ord. Teutonici in Borussia Commendator: sed qui Crucem abjecisse tandem legitur: & **BOLESLAUS Dux Monsterbergensis.**

NICOLAUS
Dux Monster-
bergensis obiit:

Decessit & hoc anno **** **Henricus Ferreus Dux Glogov. & Saganensis:** Sagani in Templo Canonorum Regularium sepultus. Uxorem is habuit **Catherinam:** **Leopoldi Austriaci Principis** bellicosi, qui gloria militum fuit cognominatus, filiam in Campo Regio sepultam an. 1349. ex qua liberi ei superstites, utriusque Sexus: **HENRICUS** cogn. Senior partitione ditionum Paternarum anno 1380. facta Dux Sagan Crosnæ & Svibufii: **HENRICUS RAPOLDUS Dux** dimidiæ Glogoviz, Stinaviz & Guræ: **HENRICUS Dux** primum Freystadensis & Sprottanus, tandem post fratres

imo **HENRI-**
CUS Ferreus
Dux Glogo-
vianensis:

* R. P. D. Steyerer l. c. annum habet 1357. idque Diplomatus probat egregiis, adde ex nostris CXVI. CXVII. CXVIII. & CXIX. Diplomatarii Bohemo-Silesiaci.

** Necrologium MStum ad D. Stephanum Viennæ hæc habet: „† XII. Kal. Octobr. Dmna „ELIZABETH Filia Imperatoris, Uxor Ducis Alberti: An. 1373.

a) Plura de Eo ad no. 7. Tab. IV. Genealogicæ Tom. I.

*** Vide quæ ad no. 19 Tab. IV. Genealogicæ Tomo I. dixi.

**** Vide no. 23. Tab. II. l. c., no. VI. ostendimus plane aliam ac Catherinam Austriacam **HENRICO** Ferreo Duci Glogovienfi & Saganensi Conjugem fuisse, **ANNAM** nempe Wankonis Ducis Masoviz: Domini Plocensis Filiam: adde accessiones ad Historiam Genealogicam Ducum Silesiæ hoc Volumine extantes.

tres totius Paterni Ducatus Princeps: denique HEDWIGIS uxor Casimiri REGIS POL. * quo defuncto Lignicensium Duci Ruperto nupsit.

Oblisse quoque hoc anno a) creditur Ludovicus Dux Bregensis.

CAROLUS IV.
IMP. iterum in
Italiam profi-
ciscentur:

Die S. Palmarum b) CAROLUS IMP. ab Urbano Pont. Rom. adversus Barnabam Mediolanensem, qui cum quibusdam in Longobardia & Thufcia contra Urbanum conspiravit evocatus, contendit in Italiam, indutus armis Militaribus. Eum proceres atque Equestres Regni Bojemiar magna frequentia comitantur. Constituitur in Regno Bojemiar pro tempore REGIS vicarius Joannes Archiep. Pragensis. Pace tandem inter Mediolanenses atque quosdam alios parte ab altera sancita, primum in Thufciam & inde Romam est profectus, quo & Urbanus P. R. non multo post se contulit. Coronata deinceps ibidem est Elisabetha CAROLI Uxor quarta: Marito eidem Solemnitati praesente triumphum Equitatu stipato. Ibi CAROLUS duos menses exegit, usque ad Natalem DOMINI durans. Per hoc Tempus metalla Bythomiensia plumbi cum argento intermixto ferae hac anno subito evanuerunt: Creditum est hanc fuisse Poenam Crudelitatis, quod paulo ante Oppidani publico consilio duos Sacerdotes: Petrum Parochum oppidi & Nicolaum qui ipsi erat a Sacris Concionibus interfecerant.

Metalla Bytho-
miensia evan-
uerunt:

Anno

CHRISTI 1370.

CASIMIRUS
III. Rex Polo-
niz moritur:
succedit LU-
DOVICUS
Rex Hungariz:

CASIMIRO POL. REGE Non. Nov. absque haeredibus masculis defuncto Piaſtea in Polonia stirps quae ibi circiter annorum spatio rerum isthic potita, regnare desuit, praeteritisque iterum Silesiae Principibus ex illa familia oriundis ad LUDOVICUM Hungariae Regem a Casimiro adoptatum Regium honorem Poloni transfere- rendum censuerunt, cum per DCCC. annos sui semper Generis Reges: WENCES- LAO Bojemo excepto, habuissent. CAROLUS IV. IMP. edictum edidit, quo seve- re cautum voluit, ne cui Ecclesiasticae Vitae homini Aedes vel Censur absque permisso Consensuque REGIS BOEMIAE expresso Wratislaviae mercari liceret. Cujusmodi quidem inhibitiones in aliis etiam locis factae, ingentes & Odii atque Invidiae plenas disputationes pepererunt, cum non obscure Libertas Sacri Ordinis violari hoc modo videretur.

Anno

CHRISTI 1371.

Robur & Virtus
IMPERATRI-
CIS ELISA-
BETHES:

CAROLUS IV. IMP. Pascha Pragae celebrat; Per eos Dies in Aula Imp. varii ludique equestres sunt instituti. Ibi tum quoque Elisabeth Imperatrix Mandato Mariti jubet sibi afferri calcem ferratam, grandem illam atque spissam recens fabrefactam. Eam in manus sumtam, circumfusa ad Spectaculum aulicorum corona, diducit atque diffringit non aliter atque si ex fragilis Ligni Materia fuisset confecta. Multa tum his familia non sine stupore aspectantium edebat, quae multo plus ei quam robustissima Foeminae firmitatis atque Virium Corporis inesse arguebant. Simile Cuspinianus in Caes. Rom. de Cimbarga FRID. IMP. Uxore narrat.

Anno

CHRISTI 1372.

Terrae Motus
V Wratislaviae:

Kal. Junii Wratislaviae ingens Terrae motus exitit ut tota Urbs videretur com- moveri: visum item insolitum Circulum ambire Solem supra quem duae Cruces rubri Coloris eminebant.

Bolko Dux Opol. confirmat Privilegium Antecessoris sui Casimiri super Vias.

Anno

CHRISTI 1373.

Marchia Bran-
denburgensis
ad Gentem Lu-
cemburgicam
translata:

Otto Bavarus Marchio Brandenburgensis: Elector, qui in Ludovici Romani fra- tris Imperium illo defuncto successerat, accepta ditione exigua in Confinibus Bojemiar & Bavariae pecuniaque non magna CAROLO IV. Socero suo Marchiam cedit, & omni Juri renunciat, ut hac ratione Ludovici Bavari Imp. filii non nisi 51. annis Electoratu Bran-

* Et ANNA: uxor Johannis I. Ducis Opaviae: vid. l. c. no. 33.

a) Bene addidit Henelius noster, Creditur: Tab. enim V. Genealog. no. 13. Tom. I. Scripto- rum nostrorum anno demum 1398. LUDOVICUM I. Ducem Bregensem obiisse probamus.

b) Trithemii Chron. Hirsaug. ad an. 1369.

Brandenburgensi præfuerint. Imperator Praga in Marchiam concedens Tangermundæ ad confluentem Albis & Angræ confedit & habitavit aliquamdiu, estque Tangermundæ hodieque Sacellum a Carolo ad Similitudinem Sacelli Pragensis conditum & ab eo denominatum.

Anno

CHRISTI 1375.

Die 2. Maji CAROLUS IV. IMP. habito Praga in Regia sua frequenti Ordinum Comitum Pragæ Bojemix Conventu, magnaue vi pecuniæ collecta, arces quondam oppignoratas a Proceribus & nobilibus redemit, sed ita tamen ut fructus in Sortem imputare cogerentur, Legibus prohibitum dicens ut subditi a Dnis suis Usurarum nomine aliquid capiant.

Prid. Id. Nov. obiit JOHANNES * Marchio Moraviæ CAROLI frater.

Johannes Marchio Moraviæ obiit:

Precislaus Episcopus excommunicat Prælatos & Canonicos: qui Sepes, pistrinam, & alia Ædificia circa littus Oderæ adificata, & obstruentia communem Transitum ad Aquam Oderæ non diruerent.

Anno

CHRISTI 1376.

WENCESLAUS: CAROLI IV. F. coemtis a Patre multo pretio Electorum Suffragiis Successionem in Imperio obtinet, Aquisgrani a. d. 12. Junii anno Æt. XV. coronatus, præsentibus Ludovico Præsule Moguntino: e Stirpe Marchionum Misnia: Fridrico Colonienfi: Cunone Trevirenfi: Ruperto Palatino ad Rhenum: Wenceslao Duce Saxonix: & Sigismundi Fratris Marchionis Brandenburgici Legatis. Promiserat CAROLUS cuique Electorum centena millia aureorum, id est, tonnam auri, ut vulgo loquimur: Eam vero Pecuniam cum repræsentare non posset, publica iis Romani Imperii Vectigalia & oppida obligavit.

WENCESLAUS Rex Bohemix eligitur Rex Romanorum:

Precislaus Episcopus Wratislaviensis idemque Aula Regiæ Cancellarius, postquam Ecclesiæ suæ annis XXXV. sic præfuisse: ut jam a trecentis amplius annis ad Exemplar Ejus Successorem omnem perpetuo excitet, maturus Ætate & Gloria VIII. Kal. Apr. Ottmuchoviæ Mortalitem exiit. Marmoreum defuncti Tumulum, quiescentis habitu ostendit Wratislaviæ Sacellum Mansionariorum in Cathedrali D. JOHANNIS æde, ab ipso Precislao, eorundem isthic Collegii Fundatore præter alia multiplicis libertatis in egentium Inopia sublevanda, in amplissimis dictæ Basilicæ donariis, in variis denique Substructionibus Documenta, quæ ex Ejus Vita cognosci possunt, erectum ac dotatum. Subrogatus illi a Collegio Theodericus Bojemus Decanus, sed qui confirmationem a P. R. Gregorio XI. impetrare non potuit, tum quod contra CAROLI IV. IMP. voluntatem electus esset, tum quod Pontifex Thesauris Precislai, qui relicta ingenti Pecuniæ summa decesserat, & aureo Episcopatu inhiaret. Caterum ne ἀνέφαλος interim esset Ecclesiæ: Nicolaus Majorienfis Episcopus: Ordinis Prædicatorum: quem tamen Collegium admittere noluit, & ut Pacem a Pontif. redimeret, uno die legato ipsius ex Precislai Hæreditate triginta millia aureorum pro contributione item bienniali Ecclesiis Poloniæ imposita duo millia, nec non mille pro impensis hujusmodi in Urbem transportandæ numeravit & insuper 8000. annua e redditibus Episcopæ donec aliquis Precislao Successor daretur promisit. Et vacavit quidem biennium adhuc Episcopatus ad Pontificis usque mortem. Tandem exortum immane Schisma Romanæ Ecclesiæ non ante XXX. annos exactos sedandum, duobus Pontificibus Urbano VI. & Clemente VI. creatis: quorum inter legitimus Pontifex dicendus foret, tota Europa certatum est. Theodericus quidem ad Clementem Avenionem in Galliam, ubi Sedem ad Obiitum usque habuit, profectus, Confirmationem haud difficulter impetravit, sed quam tamen Collegium pro irrita habuit, quod hæc Provincia, Italiæ, Germaniæ & Pannoniæ Exemplo Urbani Partes sequeretur. Itaque Theodericus spe sua & Episcopatu excidit, privatusque postea vixit, Ecclesiæ autem Wratislaviensis annis vacavit.

Precislaus Episc. Vvratislaviensis moritur:

Anno

CHRISTI 1342.

CAROLUS IV. IMP. Francorum Regis Caroli cujus Patrem Johannem & CAROLUS IV. Philip- IMP. in Gal-

* Testimonia de Obitu Ejus, qui an. 1375. in die S. Hypoliti contigit, collegit R. P. D. Anton. Steyerer in Commentariis doctissimis pro Historia Alberti II. Ducis AUSTRIÆ scriptis: p. 685. in additionibus ad Cap. VII.

liam profici-
scitur:

Philippum avum incredibili amore olim profecutus fuit, visendi Cupiditate jam diu flagrans ut pacem inter Richardum, Eduardi Nepotem & Carolum faceret, ac diurna quæ illis utrinque intercedebant diffidia tolleretur, publice rogabatur. Ejus rei causa cum Filio Wenceslao Cæsare designato in Franciam profectus, prid. Non. Januar. Luteriam venit, ubi magnifice a Rege & Proceribus Regni Civibusque Urbis Regiæ susceptus est. Principes secum habuit plures: quos inter Henricum Ducem Brunsvicensē, Boguslaum Ducem Pomeraniæ, & Wenceslaum Ducem Oppaviæ, quod arma militaria nondum acceperant, eaque re legitimi Principes non viderentur, more Francorum Regiæ Mensæ accumbere non fuisse permisos: Haiminsfeldius lib. I. de Majoratu c. 14. notat. Ætatis illius historici referunt: Carolum Regis ex Borbonia Uxore filium donatum tunc ab Cæsare Tabulis aureo Sigillo quibus Vicarius Cæsaris in Regno Arelatenſi perpetuus designabatur. Cæterum totum illud de Pace negotium susceptum propter sequentem paulo post Regiæ simul ac Regiæ filia Obiitum in aliud Tempus reiectum est.

Margaretha
Abbatissa S.
Clarae moritur:
& paulo post
ipse CARO-
LUS IV. IMP.

Idibus Martii obiit * MARGARETHA: quinta Abbatissa Monasterii S. Clarae, HENRICI VI. Wratislaviensis F. Ei successit AGNES amita.

Ipse quoque CAROLUS IV. in Patriam reversus non multo post III. nimirum Kal. Decembr. Pragæ Bojemorum Metropoli naturæ debitum solvit, Imperii anno XXII. numeratis annis ab obitu Güntheri Anti-Cæsaris: Princeps sagax & cordatus omnique adeo laude dignus: nisi quod Regni sui quam Imperii amantior fuisse arguitur: Politiam Bojemicam primus e Regibus Boëmiæ certis Legibus formandam censuit, evulgatis earum Tabulis: quarum neglectum & immutationem lernam incommodorum ac hoc imprimis malum peperisse quod cum alibi vitia exuberent Legum defectu, in Boemia non minus laboretur Legibus quam Vitiis, non dubitat adfirmare Paulus Geschinius, qui legum illarum sive Constitutionum Codicem post tot annorum Centurias e Tenebris Situ & Squalore in lucem hoc ipso anno 1617. produxit. Multum quoque CAROLO litteræ atque earum Professores debent, potissimum Pragensis Academia: quam ille Parnasso pæne exæquare omni Conatu dum vixit moliebatur. Historiæ ita studuit ut Vitam suam describere aggressus sit: Reineccius id scriptum se vidisse testatur in Bibliotheca Christiani Distilmeieri: Superioribus aurem Annis inter Bojemicarum Rerum Scriptores edidit Nobiliſſ. Marquardus Freherus. Reliquit superstites Filios tres: WENCESLAUM ROMANORUM & BOJEMIÆ REGEM: ac SILESIAE DUCEM: JOANNEM: cui Gorlicium Lusatiæ attribuit, adjunctis aliquot vicinis Oppidis: & SIGISMUNDUM cui Marchiam Brandenburgensem assignavit, quam ille postea Jodoco & Procopio Marchionibus Moraviæ Patruelibus oppignoravit: hi vicissim bello Civili ad Inopiam redacti Wilhelmo Landgravio Thuringiæ: a quo iterum redemit eam SIGISMUNDUS. ELISABETH vero Mater MARIAE HUNGARICÆ LUDOVICI filia nuptias (qui illi ad Regnum Gradus) confecit. De Praga Boëmiæ Metropoli dicere Jure potuit, quod de Roma dixisse ferunt Octavium Augustum, nempe marmoream se linquere quam lateritiā accepisset.

WENCESLAUS

IMPERATOR: REX BOJEMIÆ: DUX SILESIAE.

Anno

CHRISTI 1379.

succedit F.
WENCES-
LAUS:

CAROLO IMP. solemnibus Exequiis Pragæ funerato Imperium auspicatus est WENCESLAUS Filius sed Patri & Avo longe absimilis: qui vero hoc anno ** Privilegium Investituræ Ducibus Lignicenf. & Bregenſ. concessit.

Anno

CHRISTI 1380.

Pulvis Pyrius
inventus:

Ferale bellicorum Tormentorum Genus quod bombardas a Sonitu vocamus, hoc Tempore inventum est a Bertholdo Nigro Chymista, & ut quidam volunt, Monacho Germano Inventioni occasionem præbitam narrant hujusmodi: Monachus ille & ingeniosus

* Vid. Tab. I. Genealog. Tom. I. ad no. 62.

** Vid. Diploma CXLIII. Spec. C. nostri D.

niosus & Alchimia peritissimus cum ex nitro nativo, raro, levi ac molli tenui facticium arte paraturus esset solidius, compactus est spissius ut facile teri possit & formari, nec tamen ad Ignem in vitreo Vase, cum intumesceret contineri posset, inclusit id ipsum nitrum in Cannam quandam aneam bene solidam, in qua ubi Ignem concepisset, in flammam mutatum fornacem Vi magna disjecit. Ita facultate pellendi tam vehementi in nitro cognita prima ei quasi Via ad has machinas conficiendas & nostrum tormentarium Pulverem (quem Vocabulo ex tribus composito anthracotheiosalonitrum Scalliger adpellat) praebita fuit: quae Res semper aucta infinita nobis Tormentorum genera & modos varios ad emittendos Ignem globosque ex eo Tempore praebeat. Ceterum plerique sic censent, inventum hoc esse perquam pestilens, non modo quod multos crudelissime tollunt haec Tormenta, & hostibus non minus quam nobis serviunt, sed imprimis quod fortissimi Viri & in quibus vere mascula Virtus est, qualis olim in Hectore, Achille, Hercule, uno momento, unius ictu globi ab inbellibus & timidis sternuntur & occiduntur: ut vix nullus hodie Virtuti & fortitudini locus esse relictus videatur. Quam in Sententiam elegans exstat Jani Cernutii quod sequitur Epigramma:

Quid faciat Virtus, ubi Fors regit omnia: & ictu
 Ardua fulmineo subruta quaeque ruunt?
 Ipsi, Pelides quos extimuisse & Hector,
 Sapientius imbelli morte cadunt globuli:
 Bellum ergo Andabarum nihil est nisi mutua Cades
 Et DEUS ex alto qui videt hanc patitur?

Sed habet tamen inventio ingeniosa suam laudem: & huius Machinae beneficio saepe a Christianis Cervicibus hostes repulsi, receptaque munitiones, a barbaris ereptae, quae aliter recuperari vix poterant.

Anno
 CHRISTI 1381.

Post diuturnam Ecclesiae Wratislaviensis * Vacationem WENCESLAUS Dux Wenceslaus Dux Lignicensis eligitur Episcopus VVratislav. SILESIAE LIGNICENSIS: Episcopus Libusianus & Administrator Ecclesiae Wratislaviensis ad Cathedram postulat, Urbano Pontif. adsentiente, & in Libusiano Episcopatu substituente Adamum de Kittlitz Canonicum. Quod agerrime ferens VVENCESLAUS Rex Boemiae, qui Dominum quendam de Duba Bojemum oggerebat, Collegio severe mandavit, ne Arces Oppidaque Ecclesiae Episcopo traderent. Cui cum Collegii Major Pars minime pareret, WENCESLAUS Episcopus Possessionem invito etiam Rege accepit. Inter eas autem dissensiones incidit *περκαταρρητική* quae male multandi Sacerdotes Occasionem Regi praebeat. Wratislavienses in aliquot Vasa Cerevisiae Svidnicensis, quae tum in Deliciis erat, a Ruperto Lignicensi novo Praefuli missa manus injecerant, Vectoremque, quod contra Civitatis Immunitates peregrinam Cerevisiam importasset, Carceri mancipaverunt. Ea re irritatus Episcopus Solemnem in Urbem Detestationem expressit, Templaque omnia claudi ac Sacra cessare iussit. Senatus querelam ad Regem detulit, qui cum frustra de Interdicti Relaxatione apud Canonicos, quos etiamnum stimulabat Dolor erepri Castri Militz laborasset, d. 27. Junii Wratislaviam ipse venit de causa cogniturus. Rogavit autem Collegium, ut quamdiu in Urbe esset, Rem Divinam publice fieri ob Sui Reverentiam permetteret: quod cum pertinaciter Collegium recusaret, Rex Ira concitus Ecclesiastici Ordinis Homines maximam partem urbe iussit excedere, nec non Abbatem ad D. MARIAE in arena qui durius ipsi responderat, in Carcerem conjecit: tum oppida Pagos & Villas ipsorum occupavit, ex quibus ingentes Pecorum greges Wratislaviam adducti, fuitque illorum tanta vilitas, ut CCC. oves tribus marcis: bos vero fertone seu marcae quadrante praestineretur. Quod venundari non potuit in Boemiam Pecus abactum. Vid. Schrammii quoque ad an. hunc.

Anno

* Vulgarem Opinionem sequitur Henelius: meliora tradit Archidiaconus Gneznenis in Chron. huj. Volum. ad ann. 1381.

Anno

CHRISTI 1382.

Collegium Canonorum Wratislaviensium REGIS Sui WENCESLAI Gratia restituitur, duris quantumvis conditionibus: ut nimirum Collegium non modo damnorum illatorum compensationem a Rege nullam petat, sed & quinque marcarum milia CAROLO Regis Patri mutuo data remittat: muneris insuper loco certa pecunie summa adjecta. In Chron. Wratislav. Franc. Fabri MSto Canonicis vicissim hoc Privilegium concessum reperio: ut Svidnicensis aliarumque Cerevisiarum Tabernam pro suo suorumque usu ac necessitate habere possint: hactenus tamen, ut ne civibus aut extraneis quibusque aliis Cerevisiam divendant. Senatus autem Wratislaviensis, qui Regias Partes foverat, ea Conditione Piaculum ab Episcopo accepit, ut promitteret, post creationem novi Senatus semper Episcopo se juraturos, quod libertates, Immunitatesque Ecclesie manutenere atque defendere velint.

Consilium de
Arce Regia in
Insula S. JO-
HANNIS ex-
truenda;

Actum & hoc anno ac sequenti: sed frustra de nova Arce Regiaque Habitatione in monte D. CRUCIS VVratislaviae extruenda, quinimo tota Insula, sive Summo, quod vocant, Muris cingendo & Portis Turribus Pontibus claustrisque per universum Circuitum muniendo. Ejus Rei causa missus a Rege VVratislaviam Georgius Rostochiensis Architectus.

LUDOVICUS
REX HUN-
CARIÆ &
POLONIÆ
moritur:

LUDOVICUS Hungariae & Polon. Rex cum apud illos XLI. apud hos vero XII. annos regnasset, vixisset autem LVI. Tirnavia d. 13. Septembr. vitam finiit cum paulo ante Comitibus Polonorum in Scepusio habitis Successores sibi designasset: MARIAM filiam natu majorem cum SIGISMUNDO ejus Sponso Marchione Brandenburgensi CAROLI IMP. ex Elisabetha nepte Casimiri Pol. Regis filio XIV. annum Aetatis tunc agente: & venit quidem in Poloniam SIGISMUNDUS ad adeundam Socero etiamnum vivente Possessionem, Verum illo mortuo Proceres Poloni nulla habita jurisjurandi quo se MARIAE Ejusque Sponso obstrinxerant ratione, de SIGISMUNDO pellendo novoque Rege creando consilia inierunt: non parum eam rem adjuvante Elisabetha Regina Ludovici vidua: quae liberatis a Sigismundi fide Polonis Regnum ad HEDVVIGEM natu minorem filiam deferri postulavit. Quibus difficultatibus circumventus & ab iis in quibus, si quae debebat, fides fuisset, minime laborasset optimus Adolescens, desertus Regno sponte cessit. In Hungariam autem ubi rediit, MARIAM Sponsam suam Hungaris jam coronatam reperit: quae cum omnia de Matris & Nicolai cujusdam Garæ Consilio administraret brevi effecit, ut Hungari muliebri Imperium exosi, Carolum II. cogn. Parvum: Neapolitanum ex Italia evocaverint: qui partim dolis partim aperta Vi Regnum adeptus in Arce Budensi postea, Elisabetha procurante, a Blasio Forgatsch interemptus est.

Rex WENCESLAUS confirmat hoc anno omnia Privilegia Eccl. Wratislav. item concedit facultatem muniendi Insulam S. Johannis: item promittit Ecclesiae Immunitatem a Collectione praesertim Sede vacante.

Anno

CHRISTI 1383.

Episcopus
VVratislav.
Cardinalitiam
Dignitatem
recusat:

Sub Initium anni VII. nim. Eid. Januarii ab Urbano VI. P. R. Luceria in Apulia Presbyter Cardinalis inter alius creatus WENCESLAUS VVRAT. EPISCOPUS, sed qui Pileum recusans accipere Dignitatem noluit: idemque tunc a Ludovico Moguntino: Friderico Colonienfi & Cunone Trevirenfi Archi-Episcopis, Arnolde Leodiensi Praesule ac Perro de Rosenberg Clerico factum: videantur Onuphrii Panvinii P. R. nec non Chron. Chronicorum Ecclesiasticum.

HEDVVIGIS
Ludov. Regis
defuncti Filia
natu minor Re-
gina Pol. salu-
tatur:

Poloniae Regnum multis ambientibus in quibus Ziemovitus Masovia Dux cui Silesiae Duces favebant, multorum suffragia meruit, HEDVVIGIS tandem Ludovici Regis Filia natu minor, Puella & animi & corporis dotibus insignis, Regina salutatur.

Bellum inter
Silesios & Po-
lonos exortum:

HENRICUS RAPOLDUS & Joannes Glogovienfium Duces ardente per haec Tempora domesticis motibus Polonia, occasionem recuperandi Fraustadiensis Territorii cui cogitatione semper imminebant, demum obvenisse rati, sumtis armis Fraustadium Vi capere adorti sunt, sed rejecti ab oppidanis, Territorium omne populabundi percurrerunt. Nec multo post Poloni Clades illas ulturi collectis Copiis ducatum Glogovi-

govi-

govienſem invaſerunt, ſed ab Henrico proſtigati ſunt plurimique in Undis Viadri ſuf-
focati.

Extat de hoc anno * Privilegium Wenceslai Caſaris Ducibus Lignicenſibus con-
ceſſum: item ** Litteræ homagiales Ducum eorundem Lignicenſium.

Anno

CHRISTI 1384.

Elifabethe Regina Vidua paulo ante mortem importunis Legationibus & Denun-
tiationibus Polonorum expugnata HEDVVIGEN filiam teneram in Poloniam mittit,
quæ Eid. Octobr. qui dies memoria D. HEDVVIGIS apud Polonos feſtus eſt ab Archi-
Epifcopo ſolemni ritu inuncta eſt & coronata: Regnique ampliffimi adminiſtratio Pu-
ellæ commiſſa deque adjudendo Reginae Marito qui Regiam Dignitatem & molem re-
rum maximarum recte ſuſtinere poſſet conſultatum.

HEDVVIGIS
Poloniæ Re-
gnum occupat:

Anno

CHRISTI 1385.

Carolo Hungariæ Rege non ſine Scelere, ut diximus, extincto, ejus mortem ultu-
rus Joannes Hervatus Præfectus Croatiae, quem illi Bannum vocant, in Reginas impe-
tum fecit, & Elifabethen quidem in profluente demergi juſſit, MARIA vero ali-
quamdiu aſſervavit. Ad extremum SIGISMUNDO Budam venienti & bellum indi-
centi eam remiſit, atque ita demum an ſequ. SIGISMUNDUS ſuſceptis Inſignibus &
Ornamentis Regiis ac nuptiis cum MARIA celebratis, non Regina tantum verum
etiam Nobilitate univerſa conſentiente regnare apud Hungaros cœpit anno Æta-
tis XX.

SIGISMUN-
DUS & MA-
RIA: REX &
REGINA
HUNGARIÆ:

Anno

CHRISTI 1386.

HEDVVIGIS Pol. Regina, Guilielmo Auſtriaco qui in aula Ludovici Regis a pri-
mis Pueritiæ annis educatus, eam de ſe ſpem dederat, uti ei Rex HEDVVIGIS Filia im-
pubis nuptias promiſerit, repudiato, Homini barbaro Jagyelloni Lithuanorum Duci
ejus matronium una cum Regno dotali per Legatos petenti, præteritis Sileſiæ & Maſo-
viæ Ducibus deſponderetur, iis Conditionibus, ut CHRISTIANAM fidem complecte-
retur, & poſt conſummatum cum Regina Conjugium Lithuaniam omnem cum Samo-
gitia & ea Roxolaniæ Partem quæ in Ditione Ejus erant, Poloniæ Regno Jure ſempiter-
no adjungeret, ac Regibus Polonis obnoxiam fieret. Qua re intellecta Jagello d. 12.
Febr. hujus anni cum Fratribus & numeroſo Lithuanorum ac Polonorum Comita-
tu Urbem Regni primariam Cracoviam ingreſſus, Sacro Regenerationis Lavacro ablu-
tur, & Vladislaus poſtea dictus optato matrimonio & dotali Regno potitur.

HEDVVIGIS
& VVLADIS-
LAUS Jagyel-
lo: REX &
REGINA PO-
LONIÆ:

Fuit & alio nomine infauſtus hic annus Familiæ AUSTRIACÆ ob memora-
bilem nempe Conſictum ad *** Sempachium, in quo Helvetii LEOPOLDUM III.
AUSTRIACUM Friderici Imp. avum cum multa nobilitate interfecerunt.

Leopoldus III.
DUX AU-
STRIÆ ad
Sempacum occi-
ſus:

Anno

CHRISTI 1387.

Obiit hoc anno Johanna Regis Wenceslai uxor Kal. Jan. ſepulta XI. Januar. in Cœ-
nobio Aulae Regiæ. Fuit Filia Alberti Senioris Ducis Baviaræ & Hollandiæ Comit. JOHANNA
Exegit cum Marito annos novem: fuit eorum Conjugium ſterile. Scribit Cranzius in
Vandalia optimam Fœminam ob maritum in edia vitam finiviſſe, & quæ alia idem
Scriptor habet, cujus rei penes ipſum ſit fides. Funus ſua præſentia exornarunt Elifa-
betha: CAROLI IV. vidua relicta: Jodocus Marchio Moraviæ aliiſque complures
Principes atque Prælati: Rex autem ipſe & Maritus Wenceslaus præ mœrore Sepultu-
ræ non affuit.

JOHANNA
REGINA BO-
HEMIÆ mori-
tur:

Anno

* Vid. Dipl. CXLIV. Spec. C. noſtri D.

** Vid. Dipl. CXLV. l. c.

*** Anonymi Cœnobitæ Chronicon Monafterii Stamsenſis in Tyrol, ad an. 1386. „Anno DMNI
„1386. VII. Id. Julii Nobiliſſimus Princeps Dnus Leopoldus: Dux Auſtriæ, prænominati Dni
„Alberti Ducis F. occiſus eſt a Svyicenſibus prope oppidum Sempach.,, Tom. II. Script.
„Rerum Auſtriacarum R. P. D. Hier. Pez.

Anno

CHRISTI 1388.

MARCHIA
BRANDEN-
BURGENSIS
ad FRIDRI-
CUM Burggra-
vium Norim-
bergensem
translata:

SIGISMUNDUS CAROLI IV. F. consentiente Rege **WENCESLAO** March. Brandenburg. oppignoravit Justo & Procopio fratribus Marchionibus Moravia: qui veteris & Uckeranz Marchiæ, Lëbusii & Hennebergæ hypothecarii fuerunt in annus q. 25. ad minimum: Donec tandem **SIGISMUNDUS IMP.** eo feudo donavit **FRIDRICUM V.** Burggravium Norimbergensem.

Anno

CHRISTI 1390.

Turbæ VVra-
tislaviæ exor-
iæ:

Wratislaviensis Populus sua pro libidine Senatū veterem abdicare cogit, ac XII. Senatores novos constituit. Quod quidem Diffidium magnis Calamitatibus ac præcipue ingenti Ere alieno Civitatem involvit, & licet subinde compositum, subinde tamen recrudit, duravitque ad an. usque 1418. quo in apertam Seditionem erupit, Senatu interim graviter afflicto.


Fuit & in reliqua Silesia id Temporis miserrima conditio ob latrunculorum Multitudinem qui per Provinciam Prædas undique agebant, ac subditis damna inferebant gravissima, occupato etiam per vim Oppido Olsna quod ad Conradum Olsnicensium Ducem spectabat.

Infestatam & circa hæc Tempora graviterque vexatam Opoliensem Ditionem per Procopium Moraviæ Marchionem ac Duces Opavienses idque Regis ipsius jussu, quod Dux Opoliensis minus illi videretur obediens, annales notant.

Rumor falsus
de morte Ru-
perti Ducis Li-
gnicensis:

Rupertus Dux Lignicensis absque hærede masculino in humanis agere * defuit: quanquam sint, qui **Hedwigem** ejus Conjugem hoc anno defunctam, ipsam autem anno demum 1400. mortuam scribant. Ducatum occupavit **Wenceslaus** frater Episcopus **Wratislaviensis**, qui eum postea agnato suo **LUDOVICO II.** Brigenfi, **Henrici F.** Ludovici autem qui **Wenceslao** Fratri Lignicium cesserat, nepoti donavit, approbante id & confirmante **Wenceslao** Rege. Ita Provincia illa ad veros suos Dominos rediit. Adscribam Genealogiæ Particulam:

BOLESLAUS.



MARIA Re-
gina Hungariæ
moritur:

In Hungaria **MARIÆ** Reginæ obitus multas Sigismundo Curas peperit: ac Regnum illud gravissimis Seditionibus & Periculis involvit, auctore potissimum & Incensore **Vladislao Pol. Rege**: qui **MARIA** defuncta ejus Sorori **HEDWIGI**, quam ipse in Matrimonio habebat, Hungariæ Regnum Jure hæreditario deberi contendebat. Sed irritus tamen hic illius Conatus fuit.

Anno

CHRISTI 1393.

ELISABETH
Imperatrix
obiit:

Sabbatho ante Quinquagesimam **ELISABETHA** relicta **CAROLI IV. IMP.** obiit Regina **Hradecii**, dotali suo oppido. Mortuæ Corpus defertur Pragam, inferturque Tumbæ **CAROLI IV.** De Conjugibus **CAROLI IV.** quatuor in eadem Tumba sepultis, illa **Martinus Cuthenus**, natione **Bojemus**, Patria **Cuttenbergensis**: singuli autem versus comprehendunt annos obitus:

Caro-

* Anno demum 1409. Rupertum obiisse ad Tab. V. Genealogic. Tom. I. Scriptorum nostrorum no. 6. dixi.

CaroLVs haC QVartVs MoLLI retInetVr In Vrna:
 HVnC Moeret JVXta VULtV pla BLaNCa VenVfto:
 PaLaCna prope hos Moerens fē CoLLoCat AGNES:
 CaroLI & hIC tVa te Vita Manet anna peraCta:
 EXUVIa fortis CLaVftro hoC tUMULantVR ELISÆ.

Anno

CHRISTI 1394.

VVenceslaus Cæsar ac Rex Bojemix converſa in ſe multorum offenſione a Regni Proceribus captus in tetrum Carcerem conjicitur: in quo totos menſes quatuor cuſtodus, multis Precibus vix tandem impetravit, ut ad Squallorem & Sordes Corporis abluendas balneum ingredi, additis cuſtodibus, liceret: ex quo Ambubajæ Aquam lavantibus ſuppeditare, Capita lavare, & Corpora defricare ſolita, cui Suſannæ nomen, opera, refrigerandi Corporis Prætextu ad vicinam ripam fluminis, quod Pragam interlabitur, ex composito traductus, conſcenſa cymba Ambubaja navigante evalit, Regnoque redditus centum aureos Balneatrici donavit, camque non ad menſam ſolum ſed Lectum quoque ſibi adjunxit.

VVenceslaus
Cæſar ex Car-
cere liberatus:

Inter hæc Vladislaus Polon. Rex Oppolienſium Duci bellum movit, cum omnibus fere munitionibus in Polonia exiit, in ditionem Paternam cum Exercitu impetum fecit: caſtella quædam & oppida cepit: agros Pagosque depopulatus eſt. Dux vero, eſſi Viribus interior, multum nihilominus negotii Polonis exhibuit, imprimis vero mercatorum merces, qua potuit, diripuit.

VVladislaus
Pol. Rex Bel-
lum Duci Opo-
lienſi inferit:

Anno

CHRISTI 1395.

Vladislaus Jagello Pol. Rex non aliter ſœdus cum VVenceslao Imp. eodemque Rege Bohemix ſancire voluit, niſi ut is illi nomine Ducum Sileſiæ cum ſexcentis lanceis & totidem baliftariis ſe contra quemvis hoſtem Auxilio futurum polliceretur: cujus rei extat Diploma in Archivo Cracoviienſi an. 1395. conſcriptum.

Graves hoc anno concerrationes inter Senatum & Plebem VVratiſlaviienſem fuere: ad quas componendas Henricus Dubenſis ſemel atque iterum a VVenceslao ablegatus in Gratiam Partes diffidentes utcumque reduxit & in fide Regia continuit.

Turbæ & Pe-
ſtis Sileſiæ Ur-
bes pervaltan-
tes:

Glogovix magna fuit Peſtilentiæ Sævitia: extincta ſunt ſupra duo millia hominum: Annonæ vero mira fertilitas: medimnus tritici emptus tribus Groſſis Maſnenſibus: Oly-
ræ duobus: avenæ uno atque etiam quatuor numulis.

SIGISMUNDUS REX HUNGARIÆ Gallorum Auxiliis adjutus contra Bajazethen proficiſcitur, qui tum Conſtantinopolin obſidebat: Commiſſo ad Nicopolin * Prælio, Galli Equites Hoſtem temere inſequentes Inſidiis circumventi & occiſi ſunt, Johannes Burgundiæ Dux captus: **SIGISMUNDUS** fuga vix elapſus. Cauſa hujus Cladis fuit ambitio Exercitus Chriſtiani, modo Gallis modo Hungaris primas in Exercitu Partes poſtulantibus. Commiſſa Pugna eo die qui fuit natalis Wenceslao Imperatori: Victoria ipſi Hoſticalamitoſa, in qua Chriſtianorum occubuerunt 20000. Turcarum vero 60000. perierunt. **SIGISMUNDUM** rebus deſperatis in captivitatibus & Vitæ diſcrimen adductum Joannes Burggravius Norimbergienſis conſilio repentino ſervavit, in navim conjecit, Danubio ſecundo Conſtantinopolin vexit: unde Calo Johannis Palæologi Græcorum Imperatoris Triremibus in Dalmatiam Rex denique ſuam rediit. Quo inſigni conſervatæ Salutis merito permotus **SIGISMUNDUS** dignitatem Septem Viratus in Johannis Germanum Fratrem Fridricum Burggravium Norimbergienſem primum Marchionem Brandenburgicum contuliſſe ſcribitur.

Infelix Præli-
um cum Turcis
ad Nicopolim
geſtum:

Anno

CHRISTI 1396.

Hedwigis Pol. Regina, Princeps ſingulari Pietate prædita & ab omni Faſtu Levitate & Iracundia aliena, cum filiam Eliſabetham Bonifaciam primo partu enixa eſſet, ** filiolæ poſt tertium diem extinctæ non diu ſuperſtes fuit, ſepulta in Baſilica Cracoviienſi

HEDVIGIS
Regina Polo-
niæ moritur:

* Cumulatiſus Prælium hoc deſcripſit Anton. Bonfinius Rer. Ungar. Dec. III. Lib. II.

** Dlugoſſius ad an. 1399. lib. X. „Die Partus adveniente HEDWIGIS Regina XII. Junii filiam enixa eſt, quæ in Cracoviienſi Eccleſia a Petro Viſch Cracoviienſi Episc. baptiſata, „bino-

coviensi magnificentissimo funere. Vladislaus autem ducta Uxore altera ANNA Ciliensi: Casimiri Regis nepte: cujus Sororem SIGISMUNDUS Rex Hungariæ post MARIAM in matrimonio habuit, Stirpem Regiam propagavit, quæ Patrum demum Ævo in SIGISMUNDO AUGUSTO extincta est. Hæc est illa Hedwigis quæ Pragæ Domum peramplam Lithuanis sive emit sive vendidit, quo honestis Disciplinis Operam darent, adiecitque possessiones unde illis Sumptus suppeditarent. Academ. Cracoviens. ex Testamento Ejus & cumulatior Liberalitate Mariti condita est sub An. 1401. Accitos fuisse a Rege Magistros & Doctores ex Academia Pragensi Cromerus scribit. Ea Domus Hedwigiana hodieque nuncupatur Bursa Regina.

Ludovicus
quoque Dux
Bregensis:

Obiit eodem anno * Ludovicus Boleslai F. Dux Silesiæ Brigenfis: Princeps optimus, in Templo Cathedrali ab se condito & in quo Collegium Canoniorum instituit, sepultus. Superstites reliquit filios duos & tres filias: HENRICUM Stigmatiam, Ducem Brigensem: & Wenceslaum qui cælebs permanfit: Margaretham Conjugem Alberti Ducis Bavarix: Hedwigin Ducissam in Oswicin & Catherinam Trebnicensis Abbatissam.

Facinus Johan-
nis Ducis Rati-
boriensis:

Johannes alias Hanuffius Dux Ratiboriensis qui tum egit Capitaneum Arcis Carlosteinæ in Boemia, invitatis quibusdam Proceribus ac Nobilibus Regni Boemix ad Convivium, eosdem ibidem a suis comprehensos atrociter necat videlicet: Stephanum de Martinitz: dictum Poduska: Mutinam: Stmadam: Marquardum Cruciferum Straconicensis. Ratiboricum tam atrocem parasse Cædem in Gratiam Regis Wenceslai scribit ** Dubravius.

Anno

CHRISTI 1397.

Turbis HUN-
GARIA vexa-
ta:

Contra SIGISMUNDUM Regem Hungariæ ob Cladem Nicopolitanam, VValachia, Transylvania: Moldavia & omnis Transdanubiana Regio Stephani VVoivodæ Instinctu tumultuantur: cuaque armatis Comitibus captus esset Nicolai Garæ quem Virum inter Hungaros primarium decollari jusserat filiis, præcipuo in Regem Odio flagrare creditis custodiendus *** traditur. Ex ea custodia liberatus Garensum Matris beneficio, quæ multis sæpe cum Lacrymis MARIE & Ejus in Patrem beneficia repetens, quam illi gravis Injuria fieret, demonstrabat, nec Filios orare desisteat, ut Custodia emissum clam Domum redire paterentur. Id tandem impetratum & SIGISMUNDUS non Injurix in detinendo, sed beneficii in se liberando memorem fore pollicitus, in Moraviam usque deductus in Boemiam inde pervenit, ac copioso quam primum collecto Exercitu in Hungariam reversus nullo Negotio Regnum universum in fidem recipit Stephanumque in Potestatem redactum Securi percutit.

BajazethesTur-
ca a Tamerla-
ne victus &
captus:

Infelicior multo SIGISMUNDI Hostis Bajazethes quem Childeran Chan a Fulmine Turci dixere: Magnus is animo & rebus, varietate (verbis Justi Lipsii Tragœdiam hanc referam) & per decem amplius Annos victor, magno illo Prælio cum Temire Chano, quem Temir-Lanc a Claudicatione item vocant, conflixit. Utrumque ingentes Copiæ: robora virorum & militiæ Usus a Turcis: Fatum aliunde fletit. Nam & auxiliares Copiæ Tartarorum in ipsa Pugna deseruerunt Bajazethen, transiitione ad Hostem facta: idem milites e Regione Carmani & Mentefii. Solus se non deseruit cum immoto Prætorio Agmine Bajazethes: & murus illic belli. Sed Vis ac multitudo perrupit, ipse captus, filius ejus Mustapha cæsus & quidem felicius. Nam Pater ad Victorem Temirem perductus, honeste primum exceptus est: cum & obviam pedes extra Tentorium ivisset in Equo adventanti. Cum descendisset, uterque pro more gentis humi in Tapete confedit: atque ibi Temir: O Chan, inquit, magnas uterque DEO Gratias debemus, ego quod claudus tamen ab ipsis Indiæ finibus ad moenia Sivasæ Imperium extenderim, tu quod a Sivasæ ad ipsos Pannoniæ fines. Orbem

„binomine nomine videlicet Elisabeth Bonifacia appellata est: Qua edita ab Ægritudine Regina Hedvvis vexari cœpit: - - - XVII. Julii in castro Cracoviensi sanctis „& devotis plena Operibus sub meridianis Horis defuncta.

* Vide quæ ad no. 13. Tab. V. Genealogicæ dixi.

** Lib. XXIII.

*** Plura Bonfinius Decad. III. Lib. II,

Orbem Terræ inter nos partiti pene sumus. Debemus igitur Gratias, atque ego reddam & reddam, tu vero parum fortasse memori grataque mente fuisti & ideo hæc Calamitas intervenit. Sed age mi Chan, si ego in tua sic sum Potestate quid ageres? dic libere & veraciter. Ibi ajunt Bajazethen qui feroci & elato animo erat subjecisse: Equidem te, si Numen victoriam adnuisset in ferream clavam inclusum circumduxissem Spectaculo & ostentui cunctis. Temir eo audito, Sententia hac in ipsum usus est & sic inclusit. Miser triennium fere ita vixit, & cum desperata liberatione audisset in Tartaros se abducendum, Caput validis iteratisque ictibus Caveæ ferreæ incussit & indignantem animam sic emisit. Quanquam sint qui scribunt: Temirem ei præbuisse Venenum ac dein dimisisse sed confectum vi Veneni Bajazethen triduo post exspirasse. Videantur Leunclavius lib. VII. histor. Musulm. & Sanfovinus in vita Bajazethis.

Anno

CHRISTI 1398.

Henricus Dux Lignicensis qui Sacris devotus Wratislaviæ Decanus, in Polonia autem Episcopus Vladislaviensis floruit, vitam cum morte commutavit a. d. 12. Decembris.

Henricus Dux
Lignicensis Ep.
Vladislavi-
ensis moritur.

Anno

CHRISTI 1400.

Tertium Jubilæum Romæ celebratur sub Bonifacio IX. P. R. ab innumera hominum multitudine illuc confluente, unde magnam admodum Pecuniæ Vim corrogavit, diplomatibus datis omnium delictorum, quæ scilicet haberent Papæ in manibus ad dimittendum & retinendum per Successionem in Cathedram Petri Apostoli pro suo Arbitrio, expiationem ac Vitam æternam pollicitus: eadem vero Tempestate Johannes Hussus Wiclefi libris jam ante excitatus atque instructus, adjutus quoque ope Hieronymi Pragensis & Petri Panicæ Angli Calamum contra Romanam Ecclesiam frinxit.

Annus Jubi-
læus.

Cum apud VVenceslaum Regem nullus esset admonitionibus locus, frustra-
que tum Primates Imperii quam Germani Fratres, quos habebat, & consanguinei a foeditate & Turpitudine eum abstrahere conarentur: Principes Electores rebus laborantibus succurrendum rati, quod Necessitas id exigeret, deliberato Consilio, communibus Suffragiis Imperium ei abrogarunt: suscepto in Locum Fridrico Duce Brunsvicensi, Magni Torquati sive Insolentis Filio, egregio Viro & rei militaris peritissimo in bellisque felice Imperatore, sed qui paulo post Antistitis Moguntini Fraude & Regnum & Vitam amisit. Electus inde Rupertus Bavarix Dux & Elector Palatinus ad Rhenum, Clementis cognomine Nobilis: VVenceslaus autem Regno Bojemix ac Silesia contentus nihil de Imperio ultra movit. Exauctorationis Sententia ab Archi-Episcopo Moguntino in ipsa Rheni Ripa apud oppidum Lonstein Tribunali excitato publicata fuit: in qua tum alia ejus facinora recitantur, tum quod Chartis puris (Græci *χαρτας ογδαφως* vocarunt) Imperatorio Signo signatis, impertiendis immodicus, magnarum Confusionum Occasiones daret.

VVenceslao ab
Imperio desti-
tuto FRIDRI-
CUS DUX
BRUNSVI-
CENSIS succe-
dit: hunc RU-
PERTUS ELE-
CTOR PA-
LATINUS:

Anno

CHRISTI 1401.

Maximæ hoc & sequentibus annis lites Episcopo VVratislaviensi VVenceslao cum Bolcone Duce Opoliensi & ejus complicitibus, Ecclesiasticarum Terrarum nefariis Invasoribus.

Anno

CHRISTI 1402.

SIGISMUNDUS Hungariæ Rex in Bojemiam a subditis contra Fratrem accersitus eamque præpropere ingressus, Regno occupato fratrem abduxit, Viennamque custodiendum misit ALBERTO AUSTRIACO. Evasis tamen denuo WENCESLAUS, adjutus opera & consilio piscatoris cujusdam, & reversus Pragam mendici habitu

SIGISMUN-
DUS REX
HUNGARIÆ
in Bohemiam
vocatus:

habitu arceque Wissegrada recepta mox Regnum etiam recuperavit. Arcem tali Strategemate a. d. 11. Novembr. obtinuit. Mendici Specie in arcem praesidio firmatam irrepsit, moxque Custodibus Consilio patefacto, ope eorum Praefectum oppressit & eundem coegit litteris annulo suo obsignatis praecipuos urbis ac Regni Proceres evocare ad Arcem, tanquam ad communem deliberationem, Hos deprehensos crudelibus Suppliciis interemisse scribitur.

ALBERTUS
DUX AU-
STRIÆ desti-
natus SIGIS-
MUNDI in
Regno HUN-
GARIÆ Suc-
cessor :

Eodem anno SIGISMUNDUS: ALBERTO IV. AUSTRIACO ob collata in se beneficia, Successionem in Regnum suum eique conjunctas Provincias decrevit, si absque haerede masculo ipse moreretur. Quod si filiam vel unam vel plures susceptas reliquisset, iis Albertus conditiones Genere dignas quæreretur, centenaque aureum nummum Hungaricorum millia singulis in dotem numeraret; Prima hæc de Regno Hungariæ ad AUSTRIACOS derivando mentio: Ejusque Rei litteras vicarius Imperii Sigillo munitas, quibus irritas facit alteras, quas olim Jodoco Patrueli super eadem re concesserat inspectas sibi testatur Gerardus de Roo Hist. Austriacæ lib. IV.

Anno

CHRISTI 1404.

De Fœdere in-
ter BOHEMIÆ
& POLONIÆ
Regem Tracta-
tus :

Wenceslaus Rex Bojemix ut & jam factam sibi Injuriam vindicaret & in posterum tutior esset, cum Vladislao Polon. Rege qui & ipse Sigismundo vehementer infensus erat, fœdus Wratislaviæ init. Sed ea Societas brevi in mutuas fœderatorum Inimicitias erupit: Ajunt: Vladislauum ut Bojemis suam ostentaret Potentiam cum splendido plus quam quinque millium equitatu advenisse, & perhumane lauteque fuisse acceptum non sine admiratione Opum Ejus: ut etiam Sbigneo Brezio cum DC. equitibus antecedenti Wenceslaus Regem in eo Comitatu adesse ratus, extra Urbem prodierit. Octo dies de fœdere inter Consiliarios Regum tractatum est: eoque res propemodum perducta erat: ut Bojemus Polono Silesiam omnem redderet, Polonus illi vicissim cum quadringentis hastatis Equitibus quoties opus foret præsto esset. Sed vel indigna res visa est Polonis esse Bojemis obnoxios, vel certe Joannes Smiritius (forte an Smiritskius, nam eo nomine hodieque nobilis censetur familia) consilio & auctoritate præstans inter Bojemos, superveniens Rem infecit.

Sunt qui tradant, hoc quoque anno VVenceslaus Regem suo & Patruclium nomine Jodoci ac Procopii Marchionum Moraviæ, nec non VVILHELMUM & ALBERTUM ARCHIDUCES AUSTRIÆ instituto Budovvicii Colloquio die Lunæ quæ secuta est festum Omnium Sanctorum, Fœdus inter utramque familiam quondam initum renovasse invicem & obfirmasse: filiarum tamen ratione sic limitatum, ut a Successione exclusis conditiones quærerentur, ac Dotes constituerentur pro Familiæ Dignitate.

Glogoviæ Pars
Duci Teshnensi
si concessa :

Sub eadem *Tempora VVenceslaus Rex Boleslao Teshnensium Duci alteram Glogoviæ Partem attribuit, quæ hætenus in Potestate fuerat Regum Bojemix. Constituit & VVratislaviæ novum ex optimatibus Senatum, qui cum biennio post a Populo loco motus esset, non tantum Jus electionis omniaque Privilegia Wratislaviensibus Rex ademit sed & octo marcarum millium mulctam iisdem indixit.

Regia Turca-
rum in Thracia
constituta :

Mahometes capto Patrie a Temire Scythæ, Regno suo confirmato, Regiam sedem ex Bithynia in Thraciam transfudit, ex Prusia scilicet urbe Hadrianopolin. Effecit hoc Improbitas Joannis Palæologi qui Turcis habitandi sedem primus in Græcia concessit, & quia ipsorum manibus ac armis adjutus erat, nihil contra eos hostiliter agitavit.

Georgii Scander-
berg Nati-
vitas :

Flagellum Turcicum magno bono Orbis Christiani nascitur Georgius Castriotus: cognomento Scanderbeg: Castrioti Ducis Epiri Filius.

Anno

CHRISTI 1406.

Diffidia in
Academ. Pra-
gensi :

Pragensis Academia dissipari cœpta quod Wenceslaus Rex ex aulicis Culinæ suæ Praefectum Rectorem constituisset, quodque Pragenses & Inquilini ceteris exteris præferri in communibus Consiliis vellent, ac in creando Rectore suffragia contra CAROLI IV. IMP. qui Academiam illam primus fundavit & constituit decreta postularent.

Anno

* Id jam an, 1383. factum testatur Diploma CXCIIL. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

Anno

CHRISTI 1407.

Wratislavienses in Gratiam a Wenceslao Rege recepti atque in integrum restituti.

Anno

CHRISTI 1409.

Cum in Academia Pragensi inter initia rei Hussiticæ de Principatu seu Regimine quæ Academiæ Lipsiæ fundam. de ansam præbent : Academia inter duas primarias Nationes: Germanicam & Bojemiam, intestini motus odiaque ac confictiones exorissent acerrimæ, Wenceslaus Rex vel perturbatione quadam ex querelis & molestiis multiplicibus vel eo potius consilio ut Nationum de Primatu certantium reprimeret Insolentiam, de Prærogativa Suffragiorum a Germanis (qui eam ante id Tempus in Electione Rectoris & Examinibus cunctisque aliis consiliis & deliberationibus publicis ex CAROLI IV. IMP. constitutione tenuerant) transferenda Sententiam tulit: Publicatam hoc anno ineunte circa finem mensis Januarii: novoque Privilegio vetus Germanicum Privilegium, quo in ferendis suffragiis illi tres voces, Bohemi quartam tenebant, vertit, ac constituit, ut pro hac in Consilio Academico in quibuscunque negotiis expediendis Bohemi Suffragio triplici & exteri simplici tantum perfungerentur. Ejus rei Indignitate commoti vehementer Germani de relinquenda Pragensi Academia conjunctis Consiliis, statim Sententiam capiunt, quin & jurejurando ad discessum mutuo sese adstringunt. Ea igitur re factum ut die 11. Mensis Maji circa horam 1. pomeridianam in magna frequentia nationum omnium presentibus quoque Consulibus Majoris Civitatis Pragensis Insignia Rectoratus: nempe Sigillum Universitatis, Statuta & Matriculam per M. Henningum Bolckenhagen id Temporis Rectorem, eumque e natione Germanica postremum, solemni adhibita protestatione deponerent, atque inde paucis interjectis diebus e Civitate Pragensi abirent universi: tanto numero ac multitudine ut intra octiduum Magistri Doctores Baccalarii & Studiosi ferme vicies mille (imo si credimus Hagecio quadragies mille) ex Boemia discesserint. Cum vero alii (ut fit) alio commigrarent, ut Hospitium Musis Sedemque idoneam quærent, in Misnicam quoque Regionem Boemiæ vicinam & præcipue in Urbem Lipsiensem magnæ Catervæ Studioforum (numerum ajunt excrevisse ad duo millia) ducibus & Auctoribus Johanne Hoffmanno: Suidnicensi, & Johanne Ottone Münsterbergeni: Silesiis confluerunt, recipiente omnes perquam clementer & cupide Principe & Domino Terrarum illarum Friderico: in quem deinde Electoratus Saxonie ab IMP. SIGISMUNDO collocatus fuit, una cum fratre Wilhelmo. Estque mox horum maxima atque benignissima Cura perfectum, ut isto ipso anno nova * Lipsiæ inchoaretur Universitas, quo ulla alia optimo Jure, Rectorem primum nacta Johannem quem dixi Ottonem: Silesium: qui primus extiterat e Pragensi Academia Magistris & Doctoribus sex & quadraginta, qui in Matriculam novæ Universitatis Lipsiæ, a Principibus Fundatoribus assumpti fuerunt: primus item Procancellarius ab Academia electus ad Magistros examinandos & promovendos in Philosophica Facultate eodem hoc anno. Fundatorem eundem agnoscit Collegium B. VIRGINIS: Silesiæ Nationis proprium, ad quod ædificandum Pecuniam Pragæ collectam ad condendum ibi pro Silesiis Collegium contulit. Sed cum Mors ejus improvisa intervenisset; Johannes Hoffmannus, qui in nova Academia Theologiæ Professionem nec non Canonicatum Misnensem adeptus, vix quadriennio elapso Episcopus Misnensis factus est, Opus istud absolvit & Collegium Marianum instituit, in quo Collegas quinque Silesiacos, & si libeat sextum e Prutenis adsciscendum ordinavit.

Anno

CHRISTI 1410.

Ruperto Palatino Imperatore, cum Res Imperii Germanici per decennium administrasset defuncto, XII. Kal. Octobr. Electores Imperii ** JODOCUM Moraviæ Mar-

Ruperto Palatino
defuncto in
Imperio O-
DOU- Mar-
chio Moraviæ
succedit:

* Vid. elegans Dissertatio de FRIDRICO Bellicoso Academiae Lipsiensis Fundatore: Halæ Magdeburgicæ an 1709. d. 30. Nov. a M. Christiano Hubnero exposita, quæ & Diplomata varia, Litteras Foundationis & Syllabum omnium Rectorum Magnificorum exhibet.

** Pessina Mart. Morav. lib. IV. c. 3. ex libro anniversariorum Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis Brunneæ an. 1411. d. 8. Jan. defunctum tradit: itaque d. 19. Septembr. an. 1410. electus Imperator, eo honoris fastigio vix integros quatuor menses gavissus est.

Victoria VVla-
dizlai Regis
Poloniæ a Cru-
cigeris repor-
tata:

Marchionem, Johannis Bojemix Regis Nepotem, Virum (ut ajunt) nonagenarium substituerunt: sed qui suæ Electioni non plus quam sex Menses superstes fuit. Wladislaus Jagello Rex Poloniæ, ope Violdi Patruelis, acie instructa Crucigeros in Borussia vincit, cæsis in Prælio multis Germanorum millibus: in quibus Magister ipse Ulricus a Jungingen & Commendatores plerique. Crucigeros armis Virisque juverunt Silesiæ Duces: Conradus Albus: Olsnicensis ac Johannes Monsterbergensis: cum multis nobilibus Silesiis: e quibus Conradus Albus & Christophorus Girsdorffius in Hostium Potestatem venerunt, captivique in Poloniam missi sunt, ut & Casimirus Dux Stetinenfis, Wenceslaus item Burggravius Dhonanus: Bojemus. Fuit ea Victoria perquam insignis, sed qua Poloni minus recte usi præclaras Rei bene gerendæ occasiones amiserunt. Scriptores Gentis, auxilio D. Stanislai: Episcopi Cracoviensis eam acceptam ferunt.

Anno

CHRISTI 1411.

SIGISMUNDUS HUNG.
REX eligitur
IMPERA-
TOR:

In JODOCI designati Regis Romanorum, cum sex tantum menses regnasset, XIII. Kal. Martii (ut notat Procop Lupacius) defuncti locum, mense Martio Germaniæ Proceres, SIGISMUNDUM Hungariæ Regem, Nepotem Johannis CAROLI IV. F. Imperio Germanico præferunt: quæ quidem Magistratus quippe summi accessio, ut magno ei honori, ita non parvo fuit Oneri. Memorabile autem illud est, quod in dictis Comitibus de Imperatore creando, suo se Suffragio SIGISMUNDUS tanquam Marchio Brandenburgensis Regem Romanorum elegit: quod diceret, de altero nullo se certiora adfirmare posse, quam de se ipso, cum præsens Reipubl. Discrimen & imminetia pericula singularem opem desiderarent. Quam liberam SIGISMUNDI vocem admirati Electores reliqui, eum Cæsarem unanimiter salutarunt.

Dux Opolien-
sis in Carcerem
a Senatu VVra-
tisl. conjicitur:

Senatus Vratislaviensis, Wenceslai Regis Jussu, Joannem Cropidlo Ducem Opoliensem, Episcopum Vladislaviensem, cum nihil tale suspicaretur, captum in carcere aliquamdiu asservavit. Quam Injuriam non ferendam ratus Wenceslaus Episcopus Vratislaviensis Urbem ac Ditionem universam Sacrorum interdicto notavit, suas etiam hic partes agente Joanne P. R. Controversia tandem hac lege composita, ut Senatus VVratislaviensis coram Episcopo suo, culpam a Vladislaviensi deprecaretur, multa quæ loco tædæ nunc cercam quatuor librarum in Æde D. JOHANNIS perpetuo ardentem servaret.

Turcarum vi-
ctoria:

SIGISMUNDI Exercitus a Turcis Prælio superatus profligatusque fuit ad Columnarium Serviæ oppidum.

Anno

CHRISTI 1412.

Hyems calida:

Hyems prodigiose calida fuisse memoratur, ita ut initio Februarii flores & olera in Lithuania regione frigidissima existerent.

quam Pestis se-
quitur:

In Silesia ingens Pestis exorta per biennium fere tenuit.

Scepulienfis
Tractus Polo-
niæ Pignori da-
tus:

Mahometes Turcarum Rex Regno Macedoniæ subacto primus Danubium trajecit: Vladislaus Rex Polon. in Hungariam ad SIGISMUNDUM IMP. proficiscitur, ac recuperata ejus gratia cum eo paciscitur, clenodiaque Regni, coronam, sceptrum, & pomum aurea, Boleslai Chrobri gladium & insignia Regni quæ Elisabeth Ludovici Regis Mater in Hungariam asportaverat, recuperat. In Poloniam cum esset reversus, venerunt ad eum legati a Sigismundo, qui octoginta millia florenorum Pragensium ab eo mutua acceperunt, dato in Pignus Scepulienfi Tractu omni, arce modo excepta.

Anno

CHRISTI 1413.

Abbatissa ad
S. Claram
VVratislaviæ
moritur:

VIII. Id. Febr. obiit Hedwigis de Falckemberg IX. monasterii S. Claræ Abbatissa: quam intra semestre & nova Abbatissa Jutha Princeps Munsterbergensis & quadraginta novem moniales secutæ.

Dux Falcken-
bergensis Ter-
ram VVratisla-
viensem de-
prædatur:

Bernhardus Dux Falckenbergensis subnixus Ope Boleslai Opolienfis & Johannis Episcopi Vladislaviensis in privilegio Valentini Vratislaviensium villas, VViltshoviam, VVangern, Bogenaviam, Jackschenaviam, Magnitzium, Pasterwitzium, Sirckwitzium & Galowitzium exurit, nec ita multo post Gnichwitzium quoque & Pagos alios complures prædatur: colonis partem interfectis, partim in Captivitatem abductis.

Anno

Anno
CHRISTI 1414.

Synodus Oecumenica, quam SIGISMUNDUS IMP. ab initio Principatus, nihil antiquius esse ducens, quam uti diuturna inter Ecclesiasticos dissidia componerentur, missis ad ipsorum primates Legatis, jam ante promissam urserat, Constantiæ ad Rhenum per Lacum Acronicum sive Potanicum ad urbem præterfluentem, mensē Novembri hujus anni inchoatur, finita an. 1418. circa mensem Majum. Erant eo Tempore tres, quorum quisque verum se Pontificem ferens, cæteros vitio creatos contendebat: Johannes XXIII. Gregorius & Benedictus: quorum ille Romam cum Italia & Germania pleraque addictas sibi habebat: hi vero Pisana Synodo exauctorati, Cardinales nihilominus creabant, neque Pontificatu sese abdicare volebant. Sententia autem atque decreto Concilii omnibus istis, Joanni quidem præsentī, cæteris duobus absentibus, Papatus Gubernatio adempta fuit. Acta est & Causa Religionis Bojemica, de qua ad annos sequentes. E Silesiæ Principibus Concilio interfuerunt plures: & in his LUDVVICUS II. Dux Lygio-Bregensis: equitum CL. comitatu septus: qui & Festo CORPORIS CHRISTI an. 1417. in Processione, quam vocant, Gladium evaginatum Imperatori prætulit.

Concilium
Constantiense:

Vladislaus Pol. Rex eodem hoc anno contra Crucigeros in Borussia rursus movet, trahens in exercitu suo Silesiorum Duces: Bernhardum Opolientem: Joannem Ratiboriensem: Boleslaum Teschinensem: Conradum Olsnicensem: Venceslaum Saganensem: Joannem Lubensem: Conradum Album Coslensem & Venceslaum Oppaviensem. Intervenit tamen Legatus Pontificius Johannes, Laufannerensis Episcopus: qui a Rege impetravit, ut duorum annorum Induciis constitutis Constantiensis Concilii Judicio causam & Controversiam suam cum Crucigeris permitteret.

Anno
CHRISTI 1415.

Cum Ludovicus II. Sigismundo Imperatori (in cujus aulam se contulerat) carus esset, & ipse Imperator Ludovici Commodis consulere, dedit ei uxorem Hungariam, quæ magnam Vim auri dotis nomine ad ipsum attulit, unde Strelina empta est, quæ ante ad Ducatum Monstherbergensem pertinebat. Non diu vixit hæc Hungaria & sine prole decessit. Ea mortua Ludovicus ad Imp. in aulam rediit, eumque in Germaniam comitatus Moguntiam venit, ubi Imp. Conventum Electorum Imperii & Principum agebat. Ludovicus ut Principibus innotesceret, eorumque benevolentiam contraheret, Imperatorem, Electores, & alios Principes ad Convivium invitavit. Imperator vero hanc Ludovici munificentiam sibi displicere ostendit, nec tantos sumtus fieri voluit, nihilominus in sententia Ludovicus persistit, & Imperatorem ut sibi liceret idque cœperat pertendere exoravit. Verum enim vero Imperator quod aperte inhibere honeste non potuit, clam impedire animo induxit, interdixit enim ne in tota urbe Moguntia vel privatim vel publice Aulicis Ludovici Ligna venderentur. Ibi in re subita excellens Principis Ingenium emicuit & astum astu vicit. Cum nulla lignorum ad Culinæ usum copia suppleretur, aliquot plaustra Juglandium, quæ venales in foro erant cœmi, inde Ignem succendi, focum instrui & cibos coqui jussit. Eo Igne cibus fertur admodum sapidus & suavis factus esse, eaque solertia & convivis voluptati & convivatori laudi fuit. Cum ex aula Imperatoris in Silesiam rediisset, cognovit & sibi & Episcopo Wenceslao graviter succenseri Henricum Lubensem Fratrem suum, quod Lignicia & Goldbergæ sibi Ludovico esset attributa ab Episcopo, cum æque junctus esset Sanguine Præsuli ac Ludovicus. Erant enim fratres etiam non ex eadem matre. Episcopus ni prorsus videretur ab Henrico alienus, utque eum placaret, Goldbergam inter ipsos Fratres divisit eo Pacto, uter alteri 6000. florenorum exsolveret Goldbergam solus haberet: ea tamen conditione, ut alter a Jure Hereditatis non excluderetur: daß die Städte Liegnitz und Goldberg beyden Brüdern sollten die Erbhuldigung thun, auf daß wo einer ohne Leibes-Erben abgieng, so sollten Land und Leuthe dem andern und seinen Erben heimfallen. Post hanc Transactionem Ludovicus magni animi Princeps Palæstinam more ejus Seculi adire & Terram quam vocant Sanctam Religionis ergo visere decrevit: sed non bene ei hæc Profectio cessit, nam cum inde reverteretur, ab hostibus captus atque in tetrum carcerem conjectus fuit. Ibi cum parcius pasceretur & quidam Eques auratus Nicolaus Stibitz cum eo

Munificentia
LUDOVICI
II. Ducis Li-
gnicensis in
Concilio Con-
stantiensi:Ejus Iter in
Terram Sanctam:

in vinculis esset, cum Princeps fame laboraret, Stibitz pane secundo & Sale contentus, reliquum cibum Principi reliquit. Redemptus fuit Princeps suorum Subditorum argento, qui fidem quam suo Principi debebant, summa cum animorum alacritate præstiterunt. E vinculis Hostium liberatus primum Pragam divertit, ibi cum intellexisset in Ducatu suo omnia esse salva, ad suos Legnicium se recepit: Post Reditum Henrico Fratri 6000. florenorum dedit, & Goldbergam totam retinuit, ea tamen conditione, ut Henrico etiam Jus hæreditatis cum suis liberis & Nepotibus saluum permaneret, *der gesambten Hand und Erbhuldigung ohne Schaden.* Inde Ludovicus alteram duxit Uxorem ELISABETHAM Brandenburgensem.

FRIDRICUS
IV. IMP. na-
scitur:

ERNESTO ARCHIDUCI AUSTRIÆ ex Cimbura Semovito Ducis Masovix Filia, Wladislai Pol. Regis e Sorore nepte, IX. Kal. Octobr. filius nascitur, FRIDRICUS VI. postea ejus nominis Cæsar: IV.

Joh. Hussus hoc anno III. Non. Julii: sequ. vero: III. Kal. Junii Hieronymus Pragensis in Concilio ad Supplicium ducti.

Anno

CHRISTI 1416.

Nix sanguinea
in locis quibus-
dam Boëmiz:

D. 23. Februarii qui fuit Dies Dominicus post festum D. Petri Cathedrali ut vocant sub Auroram, quibusdam in locis Boëmiz pluit nive sanguinea, latericique coloris qua ad altitudinem unius digiti Terra fuit adopena. De quo Chronostichon adscribere placuit Bernhardi Sturmii Patscovii:

Venturi cruor est prænuncius æthere fusus
Quo non trita prius nix rubefacta mali.

Anno

CHRISTI 1417.

WENCES-
LAO Episc.
Wratislavensi
succedit CON-
RADUS Dux
Olsnensis:

FRIDRICUS Brandenburgensis hoc anno de Marchia investitur. WENCESLAUS Episcopus Wratislav. cum annos XXXV. Ecclesiam rexisset, jam Ætate gravis Dignitatem abdicavit, biennio ante mortem. In Episcopalem Cathedralam provisione Apostolica collocatus CONRADUS Dux Silesiæ Olsnensis, Princeps, ut habent Episcoporum Vitæ, ad Hilaritatem & Voluptatem pronus, Vini avidus, comis & hilaris ad prodigalitatem usque: sed in cujus Regimen atroces inciderunt Tempestates, cum tam extranei Hussitæ quam indigenæ Latrones & Prædones direptionibus ac vastationibus in Silesiam & sacras præcipue Ditiones crudeliter grassarentur. Unde sæpius militem conscribi Ecclesiæ Stipendio, castraque occupata auro redimi necessitas ipsa postulavit, ut mirum non sit si gravi Ære alieno aggravatam Ecclesiam Successori dereliquerit.

Anno

CHRISTI 1418.

Hussitarum
Rabies:

Turbulentissimus rerum in Bojemia Status, omniaque intestinis fervere tumultibus: Hussitæ in monasteria & Templâ irruere, ac sacram suppellectilem diripere, conflictuumque indies novæ occasiones dari, & Odiorum Acerbitas eo procedere immanitatis, ut neque popularitatis neque consanguinitatis, neque ullius propinquitatis aut necessitudinis ratio haberetur: atque adeo animis efferatis neque Sexui neque Ætati neque conditioni ulli parceretur.

Seditio Plebis
V Wratislavi-
ensis:

Wratislavensis Populus contra Senatum a VVenceslao constitutum XV. Kal. Augusti: qui dies hodieque ea de causa pro nefasto habetur, rebellat. In Curia sese abiderant Senatores trepidi neque ad resistendum pares, cum ecce seditiosi cæco & populari motu, foribus effractis, impetum faciunt, eodemque furore Senatores aggressi manus & Vincula injiciunt, plerosque aut suis manibus aut per Carnificem trucidant, unum etiam e Turri præcipitem (horreo dicere) dejiciunt, quem Plebs inferne lanceis Spiculisve exceptum laniavit. Tum seras & claustra cistis, Armariis & archivis Senatus defringunt, Pecunias inibi repertas auferunt, Privilegia dilacerant, ac suo quod usui debebatur esse tollunt. Indicium nefarii illius facinoris etiamnum præbet Janua lignea Prætorii, ictibus attrita furiosorum hominum, quæ nunc claudit Sacellum S. Martini in Cœmeterio D. Elisabethæ. Cæsorum in numero fuisse leguntur ex Coss. Nicolaus Freiburger: ex Scabinis: Johannes Sachs: Johannes Stille: Henricus Schmidt: Joannes Megerlin & alii.

Ludo-

Ludovico: Henrici Stigmatias Filio: Duci Silesiæ Lygio-Bregensi a. d. 9. April. Constantiæ ad Lacum Botanicum durante isthic Concilio, SIGISMUNDO IMP. promovente desponderetur Elisabetha, Fridrici Burggravii Norimbergensis, in quem anno proxime elapso ob res sapienter fortiterque domi bellicque per Hungariam & Boheimiam atque in Imperio gestas Imperator Dignitatem Septemviratus contulerat, primum Marchionem Brandenburgicum, ac suum in eo Principatu Successorem designatum, Filia.

Elisabethen
Fridrici I.
Elect. Brandenburgici F:
LUDOVICUS
II. Dux Lygio-Bregensis datus:

Anno

CHRISTI 1419.

WENCESLAUS REX BOHEMIÆ cum ab Hussitis & præcipitatos de Fe- nestris Senatores complures esse de Curia exceptosque hastarum erectis Cuspibus, & alios quosdam Magistratus caesos audisset, eum in modum Ira excanduit ut Apoplexia correptus XVII. Kal. Octobr. exstingueretur, cum vixisset annos LVII. regnasset LV. Princeps non ille quidem a Natura prorsus iners, sed qui indulgens cupiditatibus immodice, sibi notas inussit. Reliquit ex Sophia Bavarica, Guilielmi III. F. de qua Æneas Sylvius postea Pius P. R. in Historia Bojemica scribit, quod fuerit femina longe Viro suo præstantior, * Annam Richardi II. Regis Angliæ Uxorem, quæ prima, ut auctor est Camdenus, Mulieres Anglicanas eam infidendi equo formam, quæ hodie in usu docuit: cum antea parum decore divaricata perinde ac Viri obequitarent, Cujus etiam Mortem adeo acerbe & impotenter tulisse Maritus fertur, ut Ædes quas inhabitaret, omnino negligeret atque aversaretur.

WENCESLAUS Rex BOHEMIÆ obiit:

Obiit hoc eodem anno ** Wenceslaus: Dux Silesiæ Lignicensis, quem Episcopalem Dignitatem abdicasse ad an. 1417. notavimus. Corpus Examine Ottmuchiaviæ ubi Collegiatam S. JOHANNIS ædem ipse vivus erexerat, primum sepultum: post Joanne IV. Episcopo consentiente una cum Collegio in antiquæ Civitatis Nissenis Templum translatum. Princeps fuit historiarum Studiosus: qui ob id Orango cuidam Canonico mandasse legitur: ut Res Silesiæ ac Ducum Familias Tabulis includeret. Etsi autem ille prolixum Tabularum Volumen scribere instituit: tamen vix ad Boleslai Proceri Tempora progressus consilium scribendi abiecit.

& Wenceslaus Dux Lignic. Episc. VVratislaviensis:

SIGISMUNDUS:

IMPERATOR: HUNGARIÆ & BOHEMIÆ REX: DUX SILESIE.

Mortuo Wenceslao Hussitæ magis magisque efferati arcem Vischegradensem Pragæ novæ mœnibus vicinam expugnant: Præsidia oportunis Pragæ minoris locis collocata deturbant: D. Wenceslai Arcem in monte sitam Obsidione cingunt. Hunc rerum statum Sigismundus Imp. ad quem Boheimiæ Regnum mortuo sine liberis fratre pertinebat Jure hæreditario, Sophiæ Reginæ, Fratris Viduæ ac aliorum nunciis edoctus: Brunnæ prima Moraviæ Civitate Conventum indicit, eoque se ipse confert, ac Provinciam illam in fide sua confirmat. Aduit & Regina vidua nec non Bojemorum magna frequentia. Pragæ enim inter Factiones Induciæ quadrimestres factæ erant.

SIGISMUNDUS IMP. & HUNG. REX Brunnam adveniens Moraviæ in fide sua confirmat:

Conradus Episcopus acceptis ab Ecclesia Capituloque Wratisl. ad D. JOHANNIS 3800. marcis grossorum Pragensium numeri Polonici Territorium Cantienſe, in Pignus eidem concessit & assignandum curavit: sequenti anno Sigismundus Imp. id confirmat, quousque facta fuerit relutio, imo fratres in antichresin consentiebant.

Terra Cantienſis Ecclesiæ VVratislav Pignoris Titulo oblata:

Anno

CHRISTI 1420.

Post solutum Brunnæ conventum in Silesiam Cæsar pergit die 6. Januarii Wratislaviæ Regionis Metropolim ingressus: ubi post Subjectionis Juramentum sibi præstitum Cives seditiosos (e quibus XXII. magnam partem opificum Tribuni gladio, plures exilio poenas dederunt, bonis eorum Senatus ærario adjudicatis) animadvertit: Senatum in integrum restituit: nec solum vetera Urbis Privilegia a furente Plebe pleraque discerpta renovatis Diplomatis integravit, verum nova etiam largitus est amplissima.

Adventus IMP. AUG. VVratislaviæ:

Com-

* Aberrare hoc loco Henelium, & Annam, Richardi II. Regis Angliæ Uxorem, Wenceslai Regis non Filiam sed Sororem, itaque CAROLI IV. IMP. Filiam fuisse, Tabulæ matrimoniales testantur quas exhibet Clariss. Dn. Lünigius in des deutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Cont. I.

** Plura de eo ad Tab. V. Genealogic. Tom. I. no. 9. dixi.

Comprehensum ibidem Civem Pragensē qui fateretur doctrinæ Hussi sese adferre eamque adprobare, cum ibidem R. P. Legatus adisset, Equis alligatum ad Supplicii locum raptari, vivumque cremari iussit, majore sua quam Legati a quo minime instigatus fuerat Invidia: cum præsertim minas addidisset Imperator idem de cæteris Bojemis hæreticis sese esse facturum.

Offica Conradi
II. Ducis Olsn.
F. ALBERTO
III. Elect. Sa-
xoniæ nubit:

Eodem Tempore Albertus III. Rudolphi Frater postremus inter Anhaltinos Elector Saxonix uxorem duxit Offegam: Conradi Ducis Olsnicensis Filiam, quam ei Wratislaviæ despondit Sigismundus Imperator, ubi & Insignia accepit & nuptias præfente Imperatore celebravit.

Cisca Dux Hussi-
tarum BO-
HEMIAM
pervastare cœ-
pit:

Postridie festi Dominicæ Ascensionis Glogovia tota conflagravit, præter Sodalium Dominicanorum Monasterium: Pragæ interim Induciarum Dies exierant & Hussitæ quam maximas sibi vices adiungere nitebantur: Summa rerum quatuor Viris delectis commissa, quos inter primum Locum facile obtinuit Joannes quidem Trosnovius: honesto apud suos loco natus, & in Aula Regia educatus, qui a primis Adolescentiæ Annis armorum Usu insuetus magnam sibi Fortitudinis ac Industriæ laudem paraverat: quemque adeo Æneas etiam ille Sylvius, Pontifex postea Romanus, nisi flagitia quadam laudem Eius obscurassent, optimis Imperatoribus annumerari potuisse scribit. Ob amissum casu oculum patrio Idiomate Cisca (quod monoculum notat) vocabatur: tandem utroque amisso nihilominus industrius ac felix bellator fuit. Cisca igitur post secundas aliquot velitationes ac monasteriorum expugnationes, castra quæ ad Lufinitium annum habebat, loco naturaque munito, muris circumdat, & qua Parte Annis non erat, arce ac fossa munit, Tabor a castris vernaculo Sermone adpellat. Id postea Hussitis Præsidium fuit, qui & Taboritæ dicebantur: Pilsinam deinde Civitatem Astu cepit. CÆSAR vero collecto per Silesiam milite & Auxiliis convocatis, Bojemiam ingressus Cuthnam primum duxit, ubi arcem a Pragensibus obsessam audiens, eo accurrit, ac ferro Via aperta commicatum suis jam fame prope confectis invehit, atque ut Pragenses ab Arcis oppugnatione averteret, Urbem coram obsidet. Erant in ipsis Castris præter XIV. Silesiæ Principes, in quibus & Henricus Rappoldus Glogovienfis fuit: Albertus Saxo & Fridricus Brandenburgicus: Albertus item AUSTRIACUS: Gener cum quatuor Equitum millibus qui egregiam Socero operam navabat. Tenuit ea obsidio ad sex fere septimanas, neque ad rei summam aliquid tentabatur. Pragenses enim ab oppugnanda arce ad suarum quisque rerum defensionem conversi pro aris ac focis pugnabant, strenue ipsos jurantibus Taboritis, magnaque hominum multitudine indies cum armis confluentes. Qui Urbi præerant, ne populares Regi conciliarentur, veriti, ausu eos uti probra in illum & convicia palam decantarent, instigabant; Ea re animadversa Sigismundus omnium maledictorum Impunitatem per Praconem proclamari iussit. Ita tandem Cæsar post aliquot Pugnas non satis feliciter tentatas hoc obtinuit: ut pactis Induciis arcem ingressus solito more Regio Diademate redimiretur atque in Bojemix Regem inungere-tur: Quæ Res in annum incidit sequentem.

SIGISMUNDUS IMP.
cum exercitu
BOHEMIAM
ingreditur:

GEORGIUS a
Bodiebrad na-
scitur:

D. * 6. Aprilis: hor. 5. M. 24. post meridiem natus est GEORGIUS PODIEBRADIUS; a Podiebrada Arce Paterna sic appellatus (Pogiebracium Sylvius & alii exteri molliore enunciatione proferunt) a Cunstato: Victorini a Cunstato: Baronis Bojemix Filius tandem REX BOJEMLÆ in serie XVI. Ortu suo Horzivicium Opipidum nobilitavit.

SIGISMUNDUS IMP. atque Rex Bojemix, Vladislao Polon. Regi si Agathiam Viduam, quæ Wenceslao Regi Bojemix proxime Vita functo nupta fuit, in matrimonium duxisset, dotalem Silesiam ultro offerebat. Hæc circa annum 1421. acta fuisse Monumenta Legationum testantur.

Anno

CHRISTI 1421.

Cæterum cum præter Spem nihil de Pervicacia sua remittere Bojemos Imperator videret, relicta Praga Cuthnam rediit, fortunæ cedens, quam ut aliis in bellis, ita hoc Bojemico, etsi cætera egregius, propitiam habere non potuit.

Cisca

* Codex MStus Membranaceus Familiæ Podiebradicæ, in quem Duces Monstherbergenses & Olsnenses sua olim ipsi Manu Liberos & Majorum Annos natales retulere d. 23. Aprilis haber, quem nos secuti Tom. I. p. 292.

Cisca in obsidione Opidi Rabi alterum quoque oculum, quo uno Coeli Lumen tenebatur, sagitta ictus amisit: Inde Pragam ad Medicos vectus, quamvis ex Vulnere curatus vitam retinuerit, lucem tamen haut quaquam recuperavit. Cæco Populo cæcus placuit Ductor, Res apud Posteror plus admirationis habitura quam fidei. Sic ad verbum Aeneas Sylvius.

Cisca alterum quoque oculum sagitta ictus amisit:

Anno

CHRISTI 1422.

Bojemi aliquot Proceres abdicato Sigismundo, Vitoldum, Lithuania Ducem, per Legatos in Regnum vocant: Is Coributum Parruelem eo misit. Cisca vero hoc ipsorum consilium minime approbans, nullum potius Regem malebat. Moxque arreptis armis per Moraviam prædabundus in AUSTRIÆ fines excurrit, cumque Pecora omnia ab Incolis in proximam Danubii Insulam transportata audivisset, callido commento, quos habebat boves & porcos, in Ripæ marginem advectos, verberibus affici iussit, quo ad clamorem sublatis reliqui ex Insula ad ipsum tranarent. Cum præda domum reversus, intestinum in Pragenses eorumque Socios bellum suscepit, cumque castra jam ad Urbem haberet, Jo. Rochezanus ad ipsum egressus omnia composuit diffidia, & Cisca cum Pragensibus in Gratiam rediit.

Turbæ in Bohemia crescunt:

Anno

CHRISTI 1423.

Ludovicus Dux in Suburbanis Lignicii Carthusiam exstruere coepit & magnis Impensis ædificium absolvit, quod an. 1548. a Friderico II. iterum est destructum.

Casthusia Lignicii exstructa:

Sigismundus Cæsar intervenientibus Hungaris Proceribus cum Vladislao congressus Pacem cum eo renovavit.

Pax IMP. inter & Pol. Regem:

Henricus IX. * Rapoldus sive Rumboldus: Dux Glogovienfis, Budissinæ, Goricæ & Sittaviæ Præfectus, a Sigismundo Imp. Legatus ad componendas Lites, exortas inter Daniæ Regem Ericum & Holsatiæ Comites, nondum connectis rebus in ipsa Legatione morbo correptus interiit, sepultus Haderslebiæ Ducatus Slesvicensis in Templo Cathedrali. Monumento marmoreo, quod Daniæ Rex erigi curavit, & se & ipso & Imperatore a quo missus erat dignum.

Henricus IX. Dux Glogovienfis moritur:

Anno

CHRISTI 1424.

Pragenses & Hussitæ ad Bruxiam fugati & a Carolosteina Arce re infecta discedere coacti mense Februario in Superiorem Lusatiam cum XII. millibus Militum proficiscuntur. Sittanus enim Consul cum XII. Sociis conciliis eos invitaverat: sed civium conspiratione cognita & poena de iis sumpta, Lusatii & Silesii e magno Discrimine sunt crepti. Pragenses præda ex agris abacta & villis incensis revertuntur domum. Nam obsidere opidum propter vicinas Sigismundi Copias non ausi fuerunt.

Hussitæ irruunt in Lusatiam:

Sigismundus Imperator cum Ciscæ Hussitarum toto jam Imperio formidabilium duci cuncta videret prospere atque ex animi Sententia succedere & jam illum esse unum, e quo Res Bojemice penderent, astu cum adgreditur, regni Gubernationem, magnosque honores cum peramplio Stipendio offerens. Ille tam opimis Conditionibus annuens, quum se jam ad Iter accinxisset, pestilenti vulnere tactus expiravit. Ferunt illum cum ægrotaret, rogatum, quo loco sepeliri vellet, iussisse cadaveri suo pellem detrahi ex eaque Tympanum fieri: nec dubitari arrepturos fugam hostes, cum Sonitum exaudiverint. De quo notum Alciati Emblemata:

Cisca Dux Hussiticus obiit:

Cætera mutescunt, civiumque silebit ovillum,
Si confecta Lupi Tympana pelle sonent:
Hanc membrana Ovium sic exhorrescit, ut hostem
Exanimis quamvis non ferat exanimem.
Sic cute detracta Ciscas in Tympana versus
Bojemos potuit vincere Pontifices.

Sepulcrum ejus visitur in opido Bojemice Czaslavia, expressa sculpendo effigie ejus in Tabella faxea eminente: Statura parva, cum barba prolixa: Supra bustum appensa est ferrea clava, nec ea quidem valde magna, quam ille in Prælio gestare consueverat. Circum Effigiem sculpta hæc legatur:

Anno

* Egregia Scriptorum de eo Testimonia ad Tab. II. Genealogic. Tom. I. no. 37. adduxi.

Anno M. CCCC. XXIII. die II. ante Festum Galli,
Vita functus Johannes Ziska a Calice Rector Rerum-
Publicarum Laborantium in Nomine & pro Nomine
DEI hoc Templo conditus est.

Hussitarum in
Orphanos &
Taboritas Di-
visio:

Cisca defuncto ejus Copia distracta in duas Partes, imponente sibi una ex iis qui maxime Ciscæ fuerant addicti, nomen Orphanorum quasi significarent, jam se Patre orbos esse: altera prius Taboritarum retinente. Praefectorum utrique nomen Propicius, cognomen autem alteri Rarus, itemque Magnus: Minor alteri fuit.

Sophia Regina
Pol. coronam
accipit:

Coronam SOPHIA accepit quarta Conjux Vladislai Jagellonis: cui interfuere Sigismundus Imp. Ericus Rex Daniæ: e Silesiæ Ducibus: Bernhardus Opolienfis: Boleslaus Teschinenfis: Johannes Ratiborienfis: Casimirus Aufvicenfis: Wenceslaus Opavienfis: duo Conradi: Albus & Niger: Coslenfes: & Wenceslaus Saganenfis.

Anno

CHRISTI 1425.

Concordia in-
ter Wratisla-
vienes & Or-
dinem Eccle-
siasticum:

Concordia facta inter Episcopum ac Capitulum ex una, itemque Consules ac Civit. Wratisl. ex altera Parte super fluxum Oderæ.

Inter Wratislavienses & Ordinem Ecclesiasticum controversia exorta propter annuos redditus, quos nonnulli solvere detrectabant, quod dicerent, Contractum esse usurarium, adeoque prohibitum; Controversia ad Martinum V. P. R. delata contractum licitum Pontif. pronunciavit, edita Constitutione, quæ extat in extravag. Cap. I. de empt. & vendit. ubi tamen in *ἐπιγειαφῆ* pro Almicensi legendum Olomucensi, in ipso autem contextu *ἀντὶ τοῦ*, numi Polonæi, numeri Polonici, quomodo sæpiusculæ in veteribus Silesiæ Diplomatis: Margt Böhmischer Greschen Pöhl. Zahl.

Anno

CHRISTI 1426.

Victoria Hussi-
tarum ad Aus-
tiam:

Bojemi & Hussiæ victoria potiuntur insigni ad Austriam XVII. Kal. Jul. qua Misnenses & Thuringi: Friderico Saxonæ Duce tunc in Pannonia, ubi ab Imperatore insignia Electoratus accepit Budæ commorante, maxima clade sunt adfecti: desideratis quippe in illo Prælio plus quam novem pugnatorum millibus, ut ex Annalibus Patriis Fabricius tradit: ut Johannes Dubravius memoriæ prodidit plusquam duodecim: in quibus Comites aliquot & Barones, pluresque equestribus Ornamentis insignes.

Hussitarum in
Silesiam Ir-
ruptione:

Incidit in hac Tempora Initium Hussitarum Irruptionum in Silesiam, ductore ex vicina Moravia sacrifico quodam Brodico, qui Silesiam deinde multis magnisque incommodis vehementer adflixit. Fuerunt autem illi Catervæ mixti latrunculi non solum Bojemici sed & Polonici, Hungari, Moravi & alii, in Tempia præsertim, atque Monasteria, in Sacerdotes atque Monachos summa Intemperie debachantes, atque turbinis instar celeri strage involventes omnia. Nec desunt tamen qui præcedenti jam * anno Hussitas agmine facto circa festum D. Georgio sacrum in Silesiam irruisse, ac per agros oppidaque stragem duxisse scribunt, eaque Calamitate involutam præcipue Bolislaviam, quæ cum Dominica, quam Judica vocant, hosti patuisset, in Tempia, Domos, homines, expilationibus, Incendiis, Cadibus sævitum. Quorum vitæ parvitum, iis ingens Pecunia imperata: quam cum Cives deprecarentur, de sexcentis sexagenis bina pensione persolvendis conventum fuit, confectaque in eam rem litteræ. Sed quibus Hussiæ non satis sibi cautum rati Civium Partem obsidum loco in Bojemiam secum abduxerunt, partem domi, pecuniæ nimirum curandæ, reliquerunt. Reversî anno haud exacto trecentas a Civibus sexagenas exegerunt: nec eo minus Incendiis ac Direptionibus plurimum damni dederunt. Captivis qui Jeromiriæ detinebantur, domum quidem redeundi Potestate facta, sed quorum non pauci fame perierunt.

Anno

CHRISTI 1427.

Eadem Prædonum manus Silesiam hoc anno rursus infestavit. Præfectum tunc Goldberga habebat Georgium Unruh: qui se resistendo imparem videns, fuga se periculo

* Ad eundem cum Henelio Annum 1426. primam hanc Hussitarum in Silesiam Irruptionem refert Tullis coævus Rositzius cujus Chronicon Tom. I. exhibui.

periculo subduxit, Lignicium cum suis secedens: quos infecutus hostis non paucos ex iis aut occidit aut cepit, cumque ipsi quoque cives nulla auxiliorum spe apparente de oppido deferendo consilium iniissent, ab Hussitis ad Templum D. Jodoci sibi obviam factis, in oppidum plerique retroacti, nec pauci eorum sub ipsam oppidi portam Multitudinis Collisione, quippe cum exire alii, alii contra intrare niterentur, conculcati: multi etiam in fossam subjectam præcipitati fuerunt. Qui longius jam processerant cos hostis magna celeritate infecutus partim trucidavit, partim Goldbergam reduxit, quam, cum nemo esset qui resisteret, facile occupavit, eamque indignis modis diripuit. Boleslavia molendina & suburbia cremata: cives autem trecentas sexagenas reliquas numerare coacti, cautione tamen obligatoria minime recepta. Hanovia Cives interempti omnes præter quindecim, quorum auxiliis Ludovicus Dux Lubensis Oppidum suum contra Hussitas fortiter defendit. Similis Crudelitas alibi exercita: tantique Pecudum & armentorum greges præter aliam prædam e Silesia in Bojemiam abacti, ut boves quinque duobus sexagenis Bojemicis venirent.

Coëgerat sub idem Tempus Sigismundus Imperator ex tota fere Germania & vicinis Provinciis numerosum, quique ad everendam Bojemiam satis videretur exercitum: sed nihilo prosperius re gesta, quam antea. Copiæ siquidem ad primum de Bojemorum Adventu nuncium inopinato quodam seu panico Terrore perculsa retrocesserunt ac fugam pro Prælio inierunt. Impedimenta & machinæ bellicæ hosti in Prædam relicta: qui hoc rerum successu efferatior, non tantum domi omnia pro lubitu agebat, sed vicinis quoque gravis erat.

Anno

CHRISTI 1428.

Hussitæ mense Martio ad Glacium castra metati, indeque ultra montana progressi in Francofeinensem & Reichenbacensem ditiones impressionem faciunt, pagos inde complures depradantur: in Strelensi Tractu villas Cœnobio subjectas immani quadam licentia vexant, templa & horrea, quin & nobilium Prætoria incendunt: magnamque ubique cladem inferunt. Pervenerunt ad Nissam usque Episcopalem Civitatem, cumque Suburbis incensis Obsidium ejus tentarent, summa Civium Virtute sunt repulsi. D. 18. Martii prælium cum iis commissum acre, in quo multi ab utraque Parte trucidati sunt: Silesius tandem miles superior, hostesque cum damno & dedecore terga vertere coacti: sed qui vindictam & furorem in miseros agrestes effudere: ac biduo post Ziegenhaufum adorti, incendiis ac rapinis more solito grassati sunt, quæ quidem Calamitas monasteria etiam Camencense & Henrichovienſe, nec non Francofeinam & Brengam, pagosque circumjacentes, Ecclesiasticorum præsertim obruit. Die 26. ejusdem mensis Novorum ex improvise hostes invadunt, primoque impetu captum diripiunt, monasterio, Templis ac Domibus Incendio vastatis. Cantio inde pari crudelitate vexato suburbia Vratislaviensia spoliata inflammaverunt: Templum D. NICOLAI depradati: Imagines Divorum passim truncarunt, excepta tamen Imagine CHRISTI quam intactam reliquerunt. Sub Aprilis Inirium Vexillis sublati Münsterbergam ducunt, sed Johannes Dux qua Precibus qua Promissionibus quibuscunque potuit, cos placavit, ut sine molestia discederent. In Silesiam hinc inferiorem profecti Saganum petunt: cujus Princeps Johannes & ipse certis conditionibus cum iis pactus fuit, nec eo minus tamen inde digredientes rapaces ac violentas Cœnobio intulerunt manus, Bibliothecam ejus vastarunt, ac Monachos duos, unaque cum iis Diploma quo Monasterii Jura continebantur secum abripuerunt. D. 19. Aprilis Prædia quadam Strigæ vicina ferro flammaque demoliti sunt, indeque in duo agmina divisi Schönovium & Hainoviam occuparunt, plurimisque necatis utrique oppido Ignein injecerunt: Cujus rei fama cognita Leobergenses sibi consulendum rati, pontem lapideum Boberæ fluvio qui tunc exereverat, superinjectum disjecerunt, atque hoc pacto Imperum Hussitarum remorati sunt. Qui paulo post occasione capta in superiorem se Silesiam effudere, ac Glogoviam minorem nec non Falcobergam sui Juris fecerunt. Goldbergam regressi, ac Cives cruciasse certaque Pecuniæ summa ac Vasis aliquot Cerevisiæ multasse non contenti, templo ac Monasterio Injuriam intulerunt, Suppellectile hujus Sacra, quantam omnino reperire fuit, ablata, illius autem Testudine lapidea Igne supposito convulsa. Die 14. Junii Nuncium Oppidum primo Impetu cepere: indeque arcem probe munitam adorti, hanc quoque in Potestatem suam magno Provinciæ totius damno redegerunt. Quo sti-

sed Johannes
Dux Monst-
bergenfis ab
Huffitis Prælio
occifus fuit:

mulati Wratislavienses, quanto potuere nifu recuperare illam sunt conati: sed
fucceffu tunc plane irritò: Sub hiemem deinde alia Huffitica Manus cum circa Sitta-
viam Prædas egiffet, multâ aucta Manubiis in Silefiam contendit: cui obviam factus
miles Silefius & præda hostes fpoliavit & magna clade affecit, occifis quippe circiter
fexcentis capitibus. At illi vindictæ cupidi mox aucto exercitu, ditioneque Glaceni
vafata in Niffenfe Territorium impreffionem denuo fecerunt, ipfo autem Die Natali
SERVATORIS Monftirbergam occuparunt: biduo poft, haud procul Glacio ad Pagum
Wilhelmsdorff acre Silefios inter & Huffitas commiffum Prælium: in quo JOHAN-
NES DUX MONSTERBERGENSIS obrutus numero confectusque Vulneribus cum
multis strenuis Viris nobilem Animam expiravit. Reliqui Impedimentis omnibus omif-
fis ultra flumen fugiendo falutem quæfiverunt: Corpus Principis vix repertum: quip-
pe cum Huffitæ veriti ne Cadavera fuorum insepulta canibus efca fierent, & fuorum
& noftrorum in unam Congeriem collecta fuperjecto ftramine aduffiffent: ut minime
invicem dignofci poffent communisque adeo omnibus contingeret Sepultura.

Anno

CHRISTI 1429.

Wratislavia &
Svidnicia mili-
tem contra
Huffitas con-
fcribunt:
Olaviam Ho-
fibus eripi-
unt:

Cum Silefia univerfa in metu effet propter arma Huffitica, Wratislavia & Suid-
nicia fe conjunxerunt, quæ in reliquorum aut confternatione aut imbecillitate pro Patria
in excubiis fuerunt ejusque *παναλδρίαν* fua potiffimum Vigilantia averterunt. Die qui
D. Antonio facer Olaviam Huffitis eripuerunt, nec procul Svidnicia magnam illorum
catervam conciderunt, adeptis Spoliis quæ ex Ducatu Lignicenfi congelferant, Huf-
fitæ contra Menfe Martio arcem Ottmuchovienfem Epifcopo Wratislavienfi fubjectam
fine ullo certamine ullove frepitu ceperunt, infignem omnis Generis Prædam ifthic
adepti: Deditiõnem fecit loci præfectus Nicolaus - - ab Alzenaw qui Wratislaviam de-
portatus cum impetrare non poffet, ut ob familiæ honorem ipfi parceretur, biennio
poft in foro publico capite luit, ad D. Barbaræ fepulturæ mandatus. D. 8. Septembr.
Wratislavienses Monfterbergam recuperarunt, arcemque illius Urbis difjecerunt,
ac Solò æquarunt.

& Monfterber-
gam:

Anno

CHRISTI 1430.

Bojemorum in
Germaniam
Excurfiones:

Bojemorum Exercitus hoc anno in vicina etiam Franconiæ Loca procefferunt
& castra locarunt in monte Babeberga diftante Germanicis miliaribus duobus. Unde
Pecunia accepta ab hac & Norica Civitate in Bohemiam redierunt: vid. Chron. El-
wangenfe.

Lithuanix Dux
REX dictus ab
IMP.

Sigismundus Imp. ut Polonis quorum Rex rebellibus Sigismundi favebat, ac
toti Silefiæ infidiari credebatur, excitato hofte domestico domi contineret, Vitoldum
Patruelem Vladislai Regis quem Lithuanis præfecerat, * Regem adpellat, fed eo ipfo
anno vitam cum morte commutavit.

Anno

CHRISTI 1431.

Expeditiõ toti-
us Germaniæ
contra Bohe-
mos Hæreticos:

Julianus Cefarinus Cardinalis S. Angeli P. R. ut extirparet Bojemorum Hærefin ac
Synodo Bafilcenfi mox futuræ præfideret, in Germaniam Legatus ac Norimbergam
profectus, apud Cæfarem reliquosque Principes effecerat, ut nova iterum auxilia, no-
va Copiæ decernerentur, ut majore mole bellum in Bojemos moverent. Suscepta ea
expeditio hoc maxime anno, reique Summæ Præfectus Fridericus Brandenburgicus,
cui aderant Joannes & Albertus ipfius filii, Fridricus item Saxoniæ: & Albertus ac
Chriftophorus Bavariæ Principes. Epifcopi quoque Herbipolenfis, Bambergensis &
Aichftettenfis aderant, Moguntinus, Trevirenfis ac Coloniensis auxilia haud contemnen-
da miferant. Advenerant quoque Georgianæ Svevorum Societatis milites atque in ar-
mis erat totum fere Imperium, præcipue vero Sacerdotes mole in hoc bellum tota in-
cumbe-

* Cumulatius hæc expofuit Dlugoffus lib. XI. quem ægre tamen habet Ducem Lithuanix ab
IMP. ROM. REGIS Dignitatem petiffet: verum a nemine alio eam petere potuit, quam
ab imp. Romano Germanico: ad hos enim AUGUSTISSIMOS PRINCIPES omnis Impe-
rii Romani Dignitas five belli five pacis Titulo, felici Auspicio fuit translata, itaque &
hæc Aug. titi hærogata, Jus adpellandi Reges.

cumbebant, præter hos & Albertus quoque AUSTRIACUS per Moraviam, Bojemiam exercitum ducere jussus aderat, sed cum Cardinalem cum aliis tardius se movere neque ad constitutum diem adesse videret, retrocessit. Mox Julianus cum numerofo exercitu hostium fines ingressus, Villarum aliquot Incendia excitat, obvia quæque vastat. Eduntur multa avaritiæ & crudelitatis specimina, nec ulla aut sexus aut ætatis habetur Ratio. Non terruit hostem ea res, sed in Vindictam potius armavit, cujus adventum Germani minime expectantes subito iterum pavore correpti fugam capeffunt: Cardinalis ea re perterritus per Interpretem fugientes allocutus hortatur, maneat, neque multi paucos, militiæ experti rudes, cum totius Gentis Ignominia fugiant, rem esse cum Hæreticis CHRISTO invisis, a quo certam promitti Victoriâ. Hæc & alia multa furdis nequicquam auribus ingerebantur, effusa capeffitur fuga, qua & Cardinalis cum aliis abripitur. Accurrunt Bojemo auctis ex hostium metu animis & ultimum fugientium agmen aggressi, nonnullos cædunt, impedimenta in Sylvarum concadibus relicta auferunt, castra diripiunt, inventa in illis Cardinalis Insignia pro Ludibrio circumferunt: moxque in vicinas iterum Provincias rabiem suam effundunt. In Silesia populabundi ad Lubenam usque provenerunt, quam cum expugnare non possent, facibus injectis exusserunt, Goldbergam tertium reversi, cum Civibus certam Pecuniæ summam extorffissent, Igne pariter injecto totum oppidum una cum Cœnobio in Cineres redigerunt. In publico Periculo sese conjunxerunt Conradus Cantienfis: Conradus Olsnicenſis: Ludovicus Olavienſis, Civitates Wratislaviensis & Svidnicenſis, ac mense primum Majo Crucibergam oppidum præsidio Hussitico munitum infelicitèr obsederunt: deinde totos menses duos consumserunt in oppugnatione oppidi & arcis Nimcenſis: & tamen inde quoque amiffis multis Viris fortibus nulla re perfectâ redierunt. Georgius Fabricius VII. Orig. Saxon. auctor est: Procopium non modo Catholicis infestum verum etiam qui a sua opinione dissentirent, (nam Secta ipsius Taboritarum erat) cum in Patria sibi metueret, in Silesiam irrupisse, nec multum quin Lignicium dolo caperet abfuisse, Vvratislavienses autem cum armatis Civibus occurrentes, unam ex Procopii Exercitu Cohortem cecidisse: reliquas quæ Nimcium fugerant obsedisse, sed oppidum non cepisse.

Silesiæ Ducum
Fœdus contra
Hussitas:

ALBERTUS AUSTRIACUS reducto ex Bojemia Exercitu non aliquanto felicius gessit, Moravis iis qui Orphanorum & Taboritarum Exercitibus illigati, sic afflicti, ut Pace ac Venia impetrata damnum agnoscerent, ac in Religionis Negotio, quicquid futura Basileæ Synodus decrevisset, id se ratum sanctumque habiturus recipere.

ALBERTUS
AUSTRIÆ
DUX Moravi-
am ab Hussita-
rum Turbine
liberat:

Ludovicus Dux * Lubenſis, Henrici F. Ruperti, qui Rhodiensium Equitum in numero, candida pectori cruce impressa strenue pro Religione dimicavit, frater, inter vivos numerari hoc anno desiit. Uxorem habuit Margaretham: Joannis Ducis Opolienſis Filiam, Nicolai Sororem, quæ dotalitii more Olaviam ac Nimcium multis annis possedit. Ex ea binam Sobolem masculam suscepit, Johannem Lubensem, cui Ludovici Lignicenſis Agnati Filia Hedwigis nupta, & Henricum Goldbergensem Ducem, qui latis & adhuc florentibus annis obiit, Hainoviæ sepultus.

Ludovicus Dux
Silesiæ Lubem-
ſis moritur:

Synodus Generalis Basileæ haberi cœpta, æstare jam adulta, Eugenii IV. Pontificatus anno primo; Extractum hoc Concilium in annum usque undecimum finitumque an. 1442. Historiam Ejus duobus libris complexus est Æneas Sylvius, quos postea Pontificatum adeptus abolere conatus est.

Concilium Ba-
sileense:

Extat de hoc anno Eugenii IV. P. R. bulla pro pugnantibus contra hæreticos Hussitas cum plena remissione peccatorum si in bello occubuerint.

Durante Synodo SIGISMUNDUS IMP. in Italiam profectus, accepta Mediolani VI. Kal. Jan. corona ferrea, reliquam hyemem Parmæ transegit, inde primo vere.

SIGISMUNDUS IMP. in
Italiam profi-
ciscitur:

Anno

CHRISTI 1432.

Per Etruriam Romam delatus ab Eugenio Pontif. XI. Kal. Junii ipso die Pentecostes Coronam solemnem accepit.

In Silesia interim varii motus, ** Hussitis ripam Viadri utramque late rursus vastantibus,

* Plura de Eo ad no. 29. Tab. V. Genealog. Tom. I.

** Vid. Rositzius ad an. 1430. 1431. & 1432.

Huffitarum Furor Silesiæ Cœnobio celebratima dilacerat:

stantibus, multaque oppida, & in iis Pralisnecium, Militium, Wincigium, nec non Leubenſe Monasterium exurentibus. Idem fatum Trebnicenſe quoque Cœnobium excepit: Plumbum, quo conſectum erat, ablatum: Campanæ diſſolutæ, Ornamenta & Supellex Sacra reliqua direpta, ipſæque adeo Imagines argenteæ quas Henricus Barbatuſ & B. Hedvviſis Cœnobio donaverant, Avaritiæ ceſſerunt: Pueri adhuc complures abducti, denique equorum ac Jumentorum Gregeſ Præda habiti.

Bojemorum ad Concilium Legati:

Bojemi ad Synodum vocati Impetrata ex omnium Sententia cum ab Imperatore Proceribusque Imperii tum Patribus Concilii Legatos mittunt, e quibus præcipui Joannes Rokyzanus: Petrus Pague Anglicus, Frater Udalricus & Nicolaus Briſpecius, Viri omnes in ſingulari Opinione doctrinæ & Dignitatis Magiſtrorum Titulo ornati: quibus ex Taborenſibus adjuncti fuerunt: Procopius Raſus, eorundem Dux, Wilhelmus Koſtka: Baro Poſtupiciuſ: & Benedictuſ Macrovaſuſ: quorum acta invenies in Frehero. Poſt varias quidem diſceprationes, tandem capita quædam propoſita, & admiſſa fuere quatuor, in quibus primum fuit atque præcipuum, de Calice cum omnibus in ſacra Cœna communicando, quorum Capitum conceſſione Bojemica Eccleſia cum Romana denuo conjungerentur. Ita Controverſia eſt dirempta & reconciliata Gratia. Compactata vulgo appellarunt, de quibus eſſi eſt amplius etiam quaſitum, tum bello repreſſo, quam ſæpiuſ poſtea, cum Sigismundo tamen ita natio Bojemica pacificata, ſedatæ pauliſper Turbæ, quieſque Regno quædam reſtituta fuit: neque eo minus tamen odia Bojemorum adverſuſ Germanoſ tum irritata, longo Tempore durarunt: ſicut fieri ſolet in bellis Civilibus, ut nunquam evaleſcant aut ſanentur Vulnereſ horum, ne ad poſteroſ quidem.

Quieſ BOHEMIÆ reſtituta:

Anno

CHRISTI 1433.

Bellum civile inter Sileſiæ Duceſ Ratiboriſem ac Opolienſem:

Nicolauſ Dux Ratiboriſenſiſ contra Boleſlaum Opolienſem Vladislai & Agathæ Maſoviſenſiſ filium Huffitarum fautorem arma expediit: cumque aliquandiu dubio utrinque Marte pugnatuſ fuiſſet, Ratiboriſenſi tandem ſecunda Prælii Fortuna fuit.

Petrus Poloniuſ, Dux Huffiticuſ Vratiſlaviſium manu captuſ:

Menſe Martio Petruſ Polonuſ Ducem Huffiticuſ ac Latrunculuſ nobilem qui arcem Nimciſenſem tenebat, reverſuruſ eo unde inſauſtuſ Pedem extulerat, Vratiſlaviſium & Svidnicenſium copiæ celeriter inſequuntur & cordate aggrediuntur. Fit conſlictuſ acer, in quo Polonuſ multis ſuorum deſideratiſ capituſ, omnique Præda, quam in Bojemiam aſportaturuſ erat ſpoliatur.

Eidibuſ Martii obiit Clara Reichardia XIII. Abbatiffa S. Claræ.

Ludovicuſ Olaviſenſiſ Dux vendit Caſtruſ Jeltſch Conrado Epiſcopo Vratiſlaviſenſi.

Anno

CHRISTI 1434.

Bellum Sileſioſ inter & Polonoſ ſopituſ:

Vladislao Poloniæ Rege deſuncto, cui filiuſ ſucceſſit cognominis, Sileſiæ a Poloniſ multoties irritati finitimaſ ſibi Oraſ Nicolao Kornitio cognomento Seſtrenecio, Duce inſeſtant, quos ulturuſ Criſtinuſ Cozeglovuſ Caſtellanuſ Sandecenſiſ Cliviciam opiduſ in Sileſia interceptuſ. Conventu tandem Bendini habito Pax renovata hiſ conditionibuſ, ut Nicol. Korniciuſ turbator Pacis una cum Sociiſ ſuiſ utrimque pelleretur: Damna data, acceptave invicem compenſarentur: Deincepſ vero ſi quod Latrocinium ab alterutriſ in alteroſ patraretur, ad id armiſ perſequenduſ ut præſto eſſent ii quoque ipſi a quoruſ Parte id exitiſſet.

Arx Nimciſenſiſ a Vratiſlaviſiſ expugnata:

Vratiſlaviſenſeſ ſuiſ & ſuorum copiſ inſtructi Nimciuſ oppiduſ & Arcem unde multa fiebant in vicineſ agroſ excuſſioneſ, arcta Obſidione cinctuſ, circa finem anni expugnavit, hoſtiumque compluriſ trucidatiſ arcem demoliti ſunt. Captuſ & hoc anno in Sileſia Brodicuſ una cum aliſ quibuſdam Huffitarum Capitaneſ & Ductoriſ.

Duceſ Huffitarum cæſi:

In Bojemia militeſ nonnulli cum quibuſ Pragenſeſ Calixtini (quomodo a Baſileenſiſ Concilii Tempore & ante nominati, qui Sacramentuſ tantuſ integruſ retinebant, cum e contra Taboritæ & hoc Caput & Huffi cætera retinerent univerſa) ac Pilſinenſeſ ſocia arma conjunxerunt, Taboritaſ adoriuntur, præliſque aliquot ſuperioreſ, utruſque Procopiuſ cædunt. Reliqui amiſſiſ ducibuſ parvo negotio ſubjugati diſſipatiſque: neque unquam poſtea armiſ eoſ decertaſſe reperitur. Suceſſerunt autem illiſ poſtea

poſtea

postea, qui Fratres tantum appellati fuere, & non Taboritæ quorum Reliquiæ sunt hodiernæ fratrum Ecclesiæ in Bohemia & Moravia : de quibus exstant historicae narrationes Virorum Clarissimorum Joachimi Camerarii & Esrami Rudingeri.

IX. Kal. Sept. fatis concessit Johannes de Hassia: M. D. Canonicus & Decanus Ecclesiarum VVratislaviensis & Lignicensis : Phycus pauperum : de quo Distichon :

Pauperi eram Medicus, sacris licet additus aris,

Sic Templo Lucas præfuit ipse suo.

Johannes de
Hessen; Canon.
Wratisl. mori-
tur :

Anno

CHRISTI 1435.

Conradus Episcopus Wratislaviensis cum alio modo non posset Ottmuchoviam recuperare, Wratislaviensibus captivos Hussitarum Ductores extorsit, eisque Libertatem pactus, arcem suam recepit.

Ottmuchovia
ab Ep. VVra-
tisl. recepta :

Anno

CHRISTI 1436.

Sigismundus Imp. rebus in Hungaria compositis assumpto secum Alberto Gene-
ro suo, Iglaviam quod est in Bojemia ac Moravia confinibus opidum ad diem consi-
tutum venit, quo frequentes jam Bojemi confluxerant. Aderant quoque Fridricus
Constantiensis Episcopus & alii nonnulli Basileensis Concilii Legati. Ibi postularis aliquot
Bojemorum auditis atque comprobatis, concordia inter ipsos ac Synodum pacta, Impe-
ratoris Auctoritate confirmatur. Subsequitur mira Animorum mutatio. Sigismun-
dus antea invisus fausto festoque Ordinum plausu exceptus, Pragam deducitur, ubi in
Verba Ejus denuo juratum, & uxori Barbaræ Corona ab Episcopo Constantiensi impo-
sita est.

SIGISMUN-
DI IMP. ad-
ventus Pragæ :

Lupacius Barbaram coronatam scribit an. 1437. III. Eid. Febr. qui fuit feria secun-
da Dionysiorum, sive ut nunc appellant, Carnevalium, id. Muneris peragente Phil-
berto Constantiensi post & Prageni Præsule.

Barbara : Ru-
perti D. Lign.
F. Rudolphi :
Elect. Saxon.
Vidua moritur :

VII. Eid. Maji obiit * Barbara : Ruperti Ducis Lignicenf. F. Rudolphi Electoris
Saxoniae Vidua, Mater Sigismundi & Wenceslai, qui noctu Svidnicii ad Elstram mina
Turris oppressi perierunt.

Ultimum vitæ hunc quoque annum habuit ** LUDOVICUS II. Dux Lygio-Bre-
gensis : Dominus Trincinensis Comitatus in Hungaria, princeps locuples ac Sigismun-
do Cæsari in cujus Aula juvenis vixit gratissimus, fato functus, Calendis Maji, ut habet
Crentzhemius. Uxores illi duæ, quarum prior Elisabetha Ungarica sine liberis obiit :
posterior Elisabetha : Fridrici Burggravii Norimbergensis : Electoris Brandenburgici
Filia, quæ filium peperit *σπυρόνιον* sed in Juventute facis sublatum, sepultum Nimicii, tum
Hedwigim ex Dispensatione Pontificis nuptam agnito Joanni Duci Lubensi, nec non
Magdalenam, Uxorem Nicolai Opoliensis Ducis : cui Dotis nomine Bregense Ter-
ritorium oppignoratam. Hæreditas itaque Ducatus Lignicensis ad Henricum Luben-
sem fratrem Ludovici rediit : quod indulgens erga illum Vidua ut Lignicia dum vive-
ret frueretur, permisit : quin & ut secundas nuptias cum Wenceslao Duce Tiffinensi
formoso Principe celebraret, concessit, verum inauspicatum fuit Conjugium. Nam
in tantas Discordias conjuges inciderunt, ut gratia inter eos reconciliari nullo modo
potuerit. Wenceslaus magnam Pecuniæ summam a Lignicensibus dotis nomine ex-
torsit, & relicta Coniuge in Ducatum Tiffinensem se recepit. Elisabetha deinde fili-
am suam natu minimam Hedwigim, Joanni Henrici Goldbergensis Fratri, Ludovici
III. Lubensis Filio despondit, ex R. P. dispensatione in matrimonium dedit : ut Duca-
tus Lignicensis peres istos Coniuges permaneret : ipsa Ligniciæ dominaretur. Habi-
tavit apud matrem Lignicii Hedwigis, quæ Marito suo Duci Joanni filium peperit FRI-
DERICUM ejus nominis Primum ; Eum etiam Elisabetha ut legitimum & verum hæ-
redem Ducatus Lignicensis apud se fovebat. Conradus Episcopus VVratislaviensis ut
expleret suas lacunas, prædia Hussitarum in vicina Bojemia & Moravia ultro depopu-
latur, eosque magis irriat.

Anno

* Vid. quæ ad no. 8. Tab. V. Genealog. Tom. I. dixi.

** Vid. l. c. n. 24.

Anno

CHRISTI 1437.

SIGISMUNDUS IMP. Rebus optime constitutis Znoymæ obiit:

SIGISMUNDUS IMP. jam annis gravis Ulcere insanabili laborare coepit, cuius gangrenæ & phagedænæ nomen est græcum & Latinum Sacri Ignis. Ejus finem cum mortem fore animadverteret, fluxam quorundam Bojemorum fidem suspectam habens, vocatis ad se quos ex Hungaria & Moravia adduxerat Proceribus, ut Itineri sese parent, imperat, sparsa in vulgus fama Loci mutationem valetudinis recreandæ gratia svaderi. Staturo Die de uxore Barbam comit, & in canam cæsariem virenti Serto redimitus aperta lectica per mediam Urbem in vectus Praga discedit. Multis id Spectaculum lacrymas excussit, Lecticamque affectari postremo Regis sui adspectu oculos fatiabant. Znoymam Moraviæ Urbem cum venisset, morbo atque Itineris jactatione fessus, ibi substitit. ALBERTUS audita Soceri ægritudine, cum ELISABETHA Uxore ad eum properat, qui cum multa collocutus Imperator, Uxori primum Barbaræ, Hermannii Comitis Ciliæ filia, profligatissimæ Pudiciæ ac Lasciviæ procacissimæ Mulieri, quæ Aetatis suæ ac Dignitatis parum memor de Regnorum hæreditaria Successione post Viri mortem in se transferenda cogitabat, novasque sibi nuptias animo concipiebat, fidos adhibet custodes, deinde primos quosque Procerum intromitti ad se jubet, ad quos oratione instituta ALBERTUM Generum, eundemque hæredem ultimæ Voluntatis declaratione constitutum honorifice laudat, & ut hunc sibi Regem declararet, non sine Lacrymis rogat. Quotquot autem aderant bono ad eum jubent esse animo, seque ALBERTUM Regem declarare, neque alterum eo vivo agiturus, recipiunt, & in ipsius Manus jurant. Ipsum quoque ALBERTUM ejusque Conjugem ELISABETHIAM intromissam, lata Acclamatione REGEM & REGINAM salutant. Sigismundus inde ex fletu se colligens, legationem decernit ab Obitu suo ad Bojemiam Ordines mittendam, cujus Princeps declaratus CASPAR SCHLICKIUS. Rebus ad hunc modum constitutis, Sigismundus postridie qui dies fuit 8. aut ut alii habent 9. Novembr. Vitam finiit jam septuagenarius, postquam annos L.I. Hungariæ Imperii XXVII. Bojemiam ac Silesiam XVII. annos summa cum laude præfuisset. Princeps Ingenio excellenti & animo magno & heroico, idemque Litterarum ac Litteratorum Fautor maximus. Interrogatus aliquando a Principibus qui Litteras oderant, cur Homines obscuro genere natos tanti faceret, ut eis etiam qui genere nobiles essent, preferret, respondit, se Jure illos colere, qui cæteris singulari dono divino antecellerent: illos a DEO solo posse creari: verum in sua Potestate esse, ut Titulis & Prædiis nobiles faciat quoscunque & quandocunque velit. Et sane, quantum honorem idem CÆSAR doctis habuerit, vel hoc exemplo, quod Æneas Sylvius annotavit, clare liquet. Habuit in aula sua JCrum Georgium cogn. Fiscellium, qui cum ab Imperatore Equestris militiæ Insignia suscepisset, in Synodo Basileensi consultante de rebus arduis Sigismundo, dubitans ipse utrum Doctoribus congregatis in uno loco, aut Equitibus in alio se jungeret, ad Equites postremo velut honorificentiores se contulit. Quod intuens Sigismundus: Næ tu, inquit, Georgi nimis ridiculus es, qui militiam Litteris anteponis, nam ego Milites uno die mille fecerim, Doctorum mille annis unum non fecerim.

Famis ingens & Pestis Silesiam turbat:

Magna fuit hoc anno annonæ gravitas, ut passim Populus herbas & Gramina voraret: Famem secuta est Pestis non minus crudelis: ut ita annus iste non una calamitate insignis fuerit. Usque ad Majum Mensem annus extitit majore ex Parte algidus, aestas vero valde fœca.

Processus quoque Executorialis hoc anno cum Invocatione Brachii Secularis contra Cantnerum & Album Duces Silesiæ Olsnenses super jurisdictione villæ Crysanowitz & perceptione fructuum pertinentium ad Altaristam S. Michaelis.

Anno

CHRISTI 1438.

ALBERTUS AUSTRIACUS:

IMPERATOR: HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ REX:
DUX SILESIÆ.

ALBERTUS ARCHI DUX AUSTRIÆ: in Comitibus Regni Hungariæ maximaque Ordinum frequentia, nemine refragante, ipse Kalendis Januarii: Rex Salutatur, ac veteri ritu tum ipse tam Regina coronatur.

Legati

Legati quos Sigismundus constituerat in Bojemiam profecti in Procerum Conventu Testamentum recitant, utque ultimam Regis Voluntatem exequantur monent: ita ipsum, ita ipsius Fratrem, Patrem & Avum esse meritos, neque fraudandam esse Hæreditate Elisabetham, quæ ex tam Nobili Augustaue Gente sola superstes in Spem Regni educata, eique Viro nupta, quem etsi nulla ad Regnum Jura adferentem, optare tamen atque eligere Regem deberent. Jam vero cum Sigismundi Filiam, unicam Regni Hæredem, Uxorem habeat, ipsiusque legato Rex sit declaratus, quid tandem obstare, quo minus in eo creando Hungarorum Judicium & exterorum sequantur? scire ipsos nec dissimulare posse, extare vetera inter Bojemorum Reges & AUSTRIÆ Principes Pacta, Cæsarea approbatione confirmata, quibus statutum si alterutram Gentem absque Prole deficere contingeret, tum alteram ipsius Hæredem fore. Hæc cum Legati dixissent, multaque de ALBERTI virtutibus prædicassent, Bojemire diutius in consilio agitata, tandem ad Nonas Maji ALBERTUM REGEM creavere: cum paulo ante Septem Viri Electores uno illum consensu in Imperatorem elegissent; Cuius Rei nuntio ad se perlato ALBERTUS Francofurtum ad Principes ibi præstolantes, acque inde cum eis Aquisgranum perrexit: ubi cum fausta omnium gratulatione coronatus est.

inde & REX
BOHEMIÆ:
mox & ROM.
IMP.

Cæterum in Bojemia electioni intercedebant ii, qui a Barbara Regina in Consilium adhibiti fuerant, vel quod Polonis studerent, vel quod Albertum initæ cum Regina Societatis memorem atque adeo Ultorem futurum esse timerent. Principes Ejus factionis fuisse leguntur Henricus Pfasco, Alexius Sternbergius, & Georgius Podiebradius a Kunstadt. Hi non prius ALBERTO sua se suffragia duros, aut Regnum usurpare permissuros, palam testantur: quam de postulatis quibusdam sibi ab ipso cautum esset. Quod cum obtinere non possent, Casimiro Wladislai Pol. Regis Fratri XIII. annorum adolescenti Regnum obtulerunt: ac Vladislaus sane quanquam hunc paucorum conatum esse non ignoraret, tamen ut est natura hominum Imperii avida, fratri Auditor fuit, magna & saniore Senatus Polonici Parte necquicquam dissuadente, ut ne hanc Occasionem elabi sibi sineret, sed quamprimum missis Copiis tutum sibi aditum pararet. Et missi quidem in Bojemiam Equites statim bis mille quos cum majoribus Copiis Casimirum subsecuturum Spes facta.

Proceres tamen
quidam Bojemii
Casimirum Polonum
REGEM vocant:

Re intellecta Cæsar ad expeditionem in Bojemiam suscipiendam se parat, jamque collecto milite Bojemiam ingressurus, Iglaviæ multis ex Proceribus ut in Regnum veniret, rogantes obvios habuit, indeque discedens Cuthnam duxit ac sine Præsidio relictam facile expugnavit. Pfascenem Coloniam usque fugientem profectus, cum is se oppido contineret, & aperto Marte decernere non auderet, Pragam Iter instituit. Eo cum venisset, omnes Civium offendit satis promptos, & ab obviis Rex salutatus in Arcem deductus, ac frustra nonnullis qui vel cum Pfascenē sentiebant, vel seorsim sibi commoda quædam & immunitates tribui postulabant, Coronationi aut Impedimentum aut moram adferre conantibus, una cum ELISABETHA Coniuge adhibitis rite Ceremoniis insignitur, III. Kal. Julii ut scribit Gerardus de Roo, fiducia Libri MSti, diem Coronationis Divorum Petri & Pauli Memoriam sacratum fuisse asserentis: Consentit Lupacius: coronationem peractam scribens per Episcopum Philibertum Constantiensem & Olomucensem, præsentibus Archiepiscopo Strigonienfi & multis Ducibus Proceribus Nobilibus exteris ac domesticis: Epulum datum Pragenfi in Arce: Rege in Regiam, sitam in antiqua Urbe Pragenfi præfecto sub Corona: sparsis & in Vulgus promissuum largæ manu missilibus.

quare cum Exercitu in BOHEMIAM descendit ALBERTUS:

& Pragæ Diamantem cingit:

Pfasco nihil a suis Pragæ actum esse videns armis agendum ratus, Vires undique contrahit, cui Albertus a Principibus vicinis Saxone, Brandenburgico & Bavarico adjutus, obviam cum suis procedens, congregari non ausum ad Taboritarum usque oppidum persequitur. Cumque castra hic locasset Pfasco, XIV. jam hominum millia in Exercitu habens: denuo illi Pugnam Copiam Albertus fecit. Quam cum Pfasco ac Poloni, majores quippe Copias, ipsumque Vladislaum expectantes recusarent: Cæsar maturandum ratus, majoribus Tormentis bellicis magnam hominum stragem edidit, tantumque hosti Terrorem iniecit, ut relictis Castris in Oppidum se omnes conferrent. Podiebradius interea cum exquisitis Equitibus ad Taboritas contendens, in Cæsarianorum Equitum Alam incidit, & pugnare coactus strenue rem gerit, Victorque ad suos evadit, primam ex hac Pugna Celebritatem nominis apud suos consecutus. Cum vero apud utrosque annona deficeret, nec Poloni in Prælium elici possent, ALBERTUS nullum se operæ moræque Pretium facere videns, Pragam revertitur. Qui in

Prælio inde cum Polonis gesto Victor?

oppido erant Cæsare digresso ad suas quisque sedes dilabuntur, quos inter maxime miserabiles Poloni, fame prope enecti, amissis Equis pedibus plerique per devios ignota Regionis Calles domum sese conferunt.

Turbæ in Silesia exortæ:

ALBERTUS
IMP. Wratislaviam adpulit:

Dum hæc in Bojemia aguntur, Vladislaus Pol. Rex ingenti cum Exercitu Silesiam ingressus ad Oppaviam castra posuit, ac Provinciam graviter afflixit, idem ab altera Parte in Agro Glogovienfi majoribus Polonis factitantibus Causæ pratexebantur: quod Silesii Partes ALBERTI sequerentur & quod latrociniis Poloniam infestare non intermitterent, adhæc adulterina moneta cudenda & importanda non parum incommodi Poloniæ inferrent. Itaque Vi metuque adacti Wenceslaus Opavienfium & Rati-borienfium, Boleslaus Glogovienfium & Teschinenfium, Bernhardus item Joannes ac Nicolaus Opolienses Duces, & Brigenfis Nobilitas foedus cum Vladislao & Casimiro inierunt, CASIMIRUM electum Bojemiam Regem approbarunt, tum demum * tamen se in Verba Ejus juraturos polliciti, ubi is Diademate a Bojemis fuerit redimitus. Oswencimenfium vero Duces Wenceslaus: Primislaus & Joannes primi omnium sponponderunt, se contra Casimirum nemini adfuturos esse: quod si aliorum Silesiorum Voluntates in eum inclinarent, se pariter in verba Ejus juraturos esse. Parabat Vladislaus ex Silesia progredi ac suis opem ferre, sed cum de statu rerum Bojemicarum, deque Cæsaris qui Praga relicta Gorlicium Lusatia Urbem atque inde Wratislaviam accelerabat, inopinato Occursu apud Opaviam cognovisset, imparem se agnoscens, retro qua venerat profectus, agros depopulatur. Venit autem ALBERTUS Wratislaviam a. d. 18. Novembr. quo cum principio anni sequentis 1439.

sese contulisset Rodericus, Burgenfis Episcopus, natione Hispanus, in hoc a Concilio Basileensi Legatus, nec non quatuor Vladislai Regis de primoribus Legati, quorum Princeps erat, Archiepiscopus Gnesnensis, frustra inter Cæsarem ac Polonum Pax tentata fuit: Induciæ modo aliquot dierum, Burgenfis maxime opera, Namslavia sunt constitutæ.

Adfuit tum Imperatori Albertus Brandenburgicus, is qui ob invictum Animi pariter ac Corporis Robur, Achillis Germanici postea Cognomen tulit: quem Cæsar Silesiis id petentibus finium defensorem ac Injuriarum Vindicem, totique Silesiæ Præfectum constituit, qui crebris in Polonum agrum excursionibus late Prædas egit, & obvia quæque Igne ac ferro vastavit. Certa tamen Pax in Silesia non fuit ab anno 1420. ad Regnum usque Vladislai Poloni an. 1490. quo quidem quieverunt bella, sed successerunt latrocinia bellis terribiliora.

BARBARA
IMPERATRIX moritur:

Calendis Maji BARBARA Regina postquam Græcii in Vita turpi & foedis libidinibus consenuit, peste extinguitur: Corpus Pragæ delatum est ibique sepultum.

Correxerat eodem Tempore Imperator Statum Reipublicæ Wratislaviensium, multa insuper XX. aureorum mill. iisdem dicta, quod nullum ex Aulicis Cæsaris in Ædes primarias, quæ in foro sitæ, recepissent, sed hospitia iis in angustioribus sive plateis angustioribus minus commoda designassent.

Cæterum haud multo post Imperator, forte gradu delapsus ** Pedem graviter offendit, ex eoque casu postea subclaudicavit, quod tum nonnulli futuræ ruinæ præsagium & Omen sunt interpretati.

ALBERTUS
IMP. in Hungariam redit:

Wratislaviæ digressus Die qui D. Stanislai Memoria consecratus, ad Bellum Turcicum in Hungariam sese ALBERTUS contulit, cujus adventu cognito Amurathes Turcarum Rex Sinderovia Regiæ in Servia sive Rascia arcis oppugnationem eo acrius urfit, necquicquam ad extremam diligentiam reliquum fecit, quoad arcem cum oppido vi expugnaret. Victores Cædem in omnes cujusvis sexus & Ætatis exercentes, Georgii Despotæ filios duos Stephanum & Gregorium captos, candenti Æris lamina oculis obtenta excoecant, eorum autem Sororem Tyranno in Concubinatum seu potius in foedissimam Servitutem mancipant: tum firmatis Præsidio locis oportunis retrocedunt. Animum ac Vehementiam Tyranno addiderat Georgii Despotæ Timiditas,

* Vid. Dipl. CXXX. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

** Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1438. „D. 18. Novembr. am Abend Elizabeth „kam Kayser ALBERTUS mit seiner Gemahlin durch Görlitz in Schlesien zum erstenmahl „gen Breslaw, ward gantz herrlich empfangen, verharrete daselbst bis auf den Frühling „des folgenden Jahres. In seiner Herberge, bey dem güldnen Becher, begegnete ihm „ein großer Unfall, denn er von der Stiegen herab gefallen, und einen Scheuckel dermaß- „sen beschädiget, daß Er von der Zeit an begunte zu hincken.

tas, qui in Ungariam aufugerat, ac filios in Periculo reliquerat. ALBERTUS ea re motus Exercitum dimittit, cum præsertim ex Ventris profluvio multos misere absumi videret, ac ipse eadem quoque Lue laborare incepisset. Causam tam perniciosi malinimum fuisse Æstum perhibent, quod ipse sibi immoderato Peponum usui immedicabile reddiderat. Budam primum delatus, cum morbum ingravescere videret, Vienneam versus *Φίλον εἰς πατρίδα γαῖαν* Iter arripuit: cumque de Viæ laboribus nihil remitteret, haud procul Pisonio, ad Pagum Mogrov in Insula Schutt vi morbi victus die Simonis & Judæ * VI. Kal. Nov. obiit: ELISABETHÆ Coniuge gravidarelictæ & ex ea duabus filiabus, Anna quæ deinceps Guilielmo III. Saxonie Duci nupta est, & ELISABETHA, quæ data est in matrimonium Casimiro Polon. Regis. Corpus defuncti Albam Regalem vidua deduxit, ubi in maxima hominum frequentia iusta ei perfoluta, Corpusque Regio Sepulchro ad Latus Soceri Sigismundi illatum est. Princeps fuit omnibus Virtutibus heroicis præstans: cujus eo acerbior Mors visa, quod in ipso Ætatis flore, quum summa sibi optimi quique de eo sperarent, repente decessit: non parum Ejus Desiderium augente Regnorum Hærede incerto: reputantibus cunctis, quantum Superioribus Temporibus malorum pertulissent, Competitoribus inter se dimicantibus.

sed Ventris
profluvio haud
procul Pisonio
moritur:

Vitam hoc anno cum morte commutavit ** JOANNES DUX SAGANENSIS: JOHANNES Henrici Frater, Princeps crudelis: ut qui Conjugem suam Filiam Landgravii Thuringiæ calcaribus per *ὄβριον* agitavit, eamque cum duabus filiabus & tribus filiis domo eiecit, adhæc Abbati Saganensi Ladislao Oculos eruit. Familiari Sermone dixisse solitus legitur: non se moriturum, priusquam Turris Saganensis cecidisset, quæ cum isto anno caderet, die Jovis antecedenti Quadragesimam: Princeps in se descendit, ac poenitentia ut ajunt acta post Pascha moritur: relictis Filiis quatuor: WENCESLAO qui Wratislaviæ in Otio consenuit: RUDOLPHO: BALTHASARE ac JOANNE, filiabus autem tribus: SCHOLASTICA: quæ Cæsaris Aulam secuta Virgo moritur: ANNA: quæ Alberto Comiti Ruppinenfi ac Lindavienfi in matrimonium collocata: denique MARGARETHA: quam alii Volrado Comiti Mansfeldico: alii Henrico Duci Brunsvicensi: Dynastæ in Grubenhagen nuptam volunt. An vero & AGNES huic tribuenda, VVilhelmi Landgravii Thuringiæ, Marchionis Misniæ & Comitum Palatini Saxonie Uxor fundatrix Ecclesiæ S. Georgii apud Altenburgenses circa annum CHRISTI 1473. defuncta, viderint Genealogi.

JOHANNES
I. Dux Saganensis obiit

Anno

CHRISTI 1440.

LADISLAUS: Alberti Imp. F. posthumus: Sigismundi Nepos: CAROLI IV. Pro-Nepos: in arce Comora*** nascitur VIII. Kal. Martii, quem Regina Mater vix quatuor menses natum Albam Regalem deportari, & Cunis Regio Solio impositis, more solemnî Coronationem cæterasque Ceremonias, quantum immatura Infantis Ætas ferebat, ipso Pentecostes die peragi curavit, jurante pro eo in Leges Udalrico: Cilenfi

LADISLAUS
REX HUNGARIE &
BOHEMIE
nascitur:

* Vitus Arenpeck in Chron. Austriaco ad an. 1439. „In vigilia apostolorum Simonis & Judæ obiit Serenissimus Princeps ALBERTUS V. Rom. Hungar. & Boh. Rex gloriosissimus, „Dux Austriæ & Styriæ, fidelissimus Marchio Moraviæ.

** De Liberis Ejus vide Tab. nostram II. Genealogicam Tom. I. Tres filias ipsi fuisse probamus: Hedwigen: Bernhardi VI. Principis Anhaltini: Margaretham: Henrici Ducis Brunsvicensis: & Annam: Alberti Com. Ruppinenfis Conjugem: quare cum Hedwigen Henelius omiserit, nos ex Henelio quartam nunc filiam, SCHOLASTICAM nempe: Johanni I. addimus, nomine Matrem Scholasticam referentem, quam RUDOLPHI III. Elect. Saxonie Filiam fuisse Diplomata l.c. ad no. 46. testantur.

*** Viti Arenpecki Chronicon Austriacum: „Inclytæ Indolis speciosissimus Adolefcens LADISLAUS: Rex Hungariæ: Bohemiæ: Dalmatiæ: Croatia: Servia: Rascia: Gallitiæ: „Ladomeriæ: Comaniæ: & Bulgariæ: Dux Austriæ: Slesia: Lucenburgæ: Stiria: Karinthia: & Carniola: Landgravius Alsatia: Marchio Moraviæ: Burgovia & Lusatia: Comes „Habsburgi & Tyrolis: Pherretis: Kyburgæ & Chiny: & Dux Marchiæ Slavonicæ & Portus Naonis: Divi Caroli Quarti Romanorum Imperatoris, Bohemiæ Regis Pro-Nepos & „Serenissimi Sigismundi similiter Romanorum Imp. ac Hungariæ, Bohemiæ &c. Regis Nepos; & Illustrissimi Alberti: Romanorum: Hungariæ: Bohemiæ &c. Regis Austriæque „Ducis ex Diva Elizabeth sua conthorali prædicti Sigismundi Filia, posthumus regio Castro „Kamaron Hungariæ VIII. Kal. Martii in die Cathedræ S. Petri, ortus anno Dmni M. CCC. XL.

VLADISLA-
US REX PO-
LONIÆ eligi-
tur REX BO-
HEMIÆ:

enſi Comite: inde Vicegradum una cum Regiis Inſignibus deduxit. Sed cum nec ar-
cis munitioni nec Hungarorum animis ſatis fideret ad Fridricum AUSTRIACUM,
quem hoc ipſo anno ad III. Kal. April. Germaniæ Principes uno conſenſu Regem Ro-
manorum declaraverant, hujus quidem nominis tertium, iis vero qui Ludovici Bava-
ri antagoniſtam Catalogo Caſarum non expungerunt, Quartum, Poſthumi Agnatum
confugit: ejusque fidei & Regium Puerum & Coronam quam deceptis Proceribus ſe-
cum aſportarat, commendavit. Advenit interea, quem ad Regnum Maximates de
Reginæ gravidæ Partu incerti, Joanne Hunniade Corvino: Tranſylvaniæ Regionis
(quam Germani ſeptem caſtra nuncupant) Regulo præcipuo Auctore, Reginaque tunc
non tam conſentiente, quam non recuſante, acceſſiverant, Vladislauſ Rex Poloniæ,
qui & ipſe Hungariæ Rex in Alba Regali a. d. 17. Julii coronatus eſt, cumque vera ad
eam corona deceſſet, quippe quæ in Reginæ erat Potestate, e Simulacro S. Stephani
(quod in funeſtum augurium a nonnullis tractum fuit) Diadema ſuntum, ac re ju-
bente in coronandum Poloni Caput uſurpatum. Impoſuit autem Diadema utrique Re-
gi idem Antifites, Dionyſius Zechius: Strigoniienſis: Metropolitæ Cardinalis: Ladis-
lao quidem volens, ac Vladislao coactus, Æneas Sylvius hanc Polonorum in Fami-
liam Auſtriacam gravem Injuriam mire exaggerat Epist. 101. idemque epist. 40. non
potuiſſe aut matrem aut Populum aut inſtantem belli Metum Jus Infanti auferre atque
alteri concedere graviter contendit.

FRIDRICUS
Elect. Bran-
denburgicus
moritur:
Albertus Dux
Baviaræ Bohe-
miæ Regnum
recuſat:

In nova Marchia d. 21. Sept. diem ſuum obiit Fridricus Elector.

In Bojemia quoque magna fuit Procerum in eligendo Rege Diſſenſio: poſt mul-
tas Diſceptationes Regnum Alberto Baviaræ Duci, cum propter ſpectatam ipſius Vir-
tutem, tum propter Infantis Poſthumi Ætatem Gubernaculis & inſtantibus Periculis
minime ſufficientem, certis quibusdam Conditionibus delatum. Verum ille Legatis
gratias accurate & benigne egit, magnaque moderatione oblatum ultro Regnum re-
cuſavit, cum & Jus Infantis oſtenderet eo magis tutandum, quo minus ille (hoc ipſe
miſerandus) poſſet: & Caſaris Prohibitionem a quo ſibi ne Pupillo Paternum Avi-
tumque Regnum ereptum iret, denunciatum eſſet, allegaret.

Gubernatores
Regni Bohe-
miæ designati:

Hinc ad Fridricum IMP. ipſum itum, qui ſimili modo, qua Regnum ne in agna-
tum videretur Injurius, qua Regni Tutelam diſſidiis Gentis Bojemicæ territus, mo-
lemque Regni turbulenti avertat, accipere renuit, curæ ſibi interim futurum polli-
citus, ubi REX Puer bene educaretur, eaque in re nullum ſe privatum ſpectare velle
Emolumentum: Tandem igitur LADISLAO legitimo Hæredi Regnum decretum:
duoque interea Gubernatores designati: Maynardus a Nova Domo & Ptaſco ſuæ uter-
que factionis Princeps, qui cum diverſa in Religione ſentirent, non diu inter eos Con-
cordia ſervari potuit.

Anno

CHRISTI 1441.

eminet inter
omnes GEOR-
GIUS PODIE-
BRADIUS:

Ptaſcone per mortem ſublato, Maynardus ſolus rerum in Bojemia potiri cœpit,
ſed cui ſtatim ab Huſſitis Collega datus ſive potius æmulus GEORGIUS PODIEBRA-
DIUS: Baro a Kunſtadt: Vir rei militaris Peritia, rebusque ſtrenue geſtis inſignis; Is
vero majora animo agitans Pragam omnem cum Arce ſuam in Potestatem hoc modo
redegit: Mittit conjuratos qui conſtituta Urbis invadendæ Die Incendium in Parte
Urbis admodum remota excitant, concurritur ad Ignem reſtinguendum, interea Ge-
orgius ex adverſa Parte cum Copiis muros invadit, nec mora: proditores portas in
inſtanti aperiunt, trucidantur reſiſtentes: ex eoque Tempore, Maynardo in Vincula
conjecto, Podiebradiumque abducto, Praga omnis totaque Bojemia GEORGIO,
Huſſiticarum rerum fautori Patronoque paruit. In Sileſia tamen ad neminem unum
ſumma Imperii rediit, ſed ſeparatim ſuas ſinguli ditiones ad arbitrium ſuum admini-
ſtrarunt, ſic tamen ut LADISLAUM plerique pro Rege agnoſcerent, ac pro eo cum
Germanis, Auſtriacis, Moravis ac Hungarorum Parte, quibus Sigismundi atque Al-
berti grata erat memoria, Inimicitias adverſus Polonos exercerent.

Johannis Hun-
niadis Victoria
a Turcis repor-
tata:

Ceterum dum in Hungaria Reginam inter ac Polonos coronæ cauſa acriter diſce-
ptatur: Amurathes Turcarum Tyrannus eam Occaſionem minime negligendam ratus
inſignem Exercitum conſcribi curavit, qui Meſite Bego Duce per Valachiam Trans-
alpinam in Tranſylvaniam irrumpens a Joanne Hunniade, paucis admodum Copiis
inſtructo, una cum Duce ejusque filio feliciter cæditur & proſtigatur. Turcarum
XX. millia perſiſſe ſcribuntur, ex Ungaris autem tria circiter millia deſiderata.

Anno

Anno
CHRISTI 1442.

Poloni Majores facta manu Silesiam depopulantur, ac latrociniis infestant: quibus vicem reddentes Silesii Velunenſe Territorium vexant, Leonhardo Haſſenheimer: Auſtriaco Duce, qui ab Eliſabetha Regina Wratiſlaviam miſſus bonam in reprimendis Polonis operam navavit. Sed obſtiterunt diſſidia domeſtica: ab Conrado quippe Albo, Olſnicenſi, qui ſuperioribus annis Rege LADISLAO deſerto ſeſe cum Polonis conjunxerat, magno illorum agmine in Silesiam deducto. Quibus impares Wratiſlavienſes inducias cum Conrado pacti ſunt: ſuburbia interim Lignicenſia a Conrado vaſtata, & cremata, ſicut & multa ex vicinis Oppidis.

Bellum Sileſios
inter & Polonoſ
exortum:

In Hungaria magno Partium ſtudio, ne Regnum nobiliſſimum inteſtinis diſcordiis laceratum immaniſſimi Turcarum Tyranni Prædæ exponeretur, de Pace inter Vladislaum & Eliſabetham Reginam Viduam actum, jamque inventæ erant Concordiæ rationes, niſi Spem Pacis repentina Eliſabethæ Mors præcidiffet, quæ Jaurinum a Vladislao reverſa, cum levi morbo tentari cœpiſſet, triduo poſt magnis Torminibus interiit, a. d. 24. Septembr. non ſine * Veneni Suſpicionem ob moriendi Celeritatem.

ELISABETH
REGINA
HUNGARIÆ
moritur:

Hyems hujus anni tam continua & acris, ut molendinorum Uſu ceſſante, frumentum in Mortariis contundi oporteret.

Hyems acris:

Glogoviæ Incendium fuit in Platea Judæorum Die S. Marci: qua occaſione Populus uſus domus Judæorum diripuit ac Synagogam evertit.

Incendium
Glogoviæ ſub-
ortum:

Anno
CHRISTI 1443.

Regina Vidua deſuncta Hungari prope omnes, qui cum illa ſenſerunt, ad Vladislaum deſecere, quæ Res magna ejus factioni momenta attulit: Bojemi contra, qui ſub Joanne a Brandelio cognom Grifca, aliisque Præſectis Caſſovianæ Provinciæ loca quædam munita tenebant, ad FRIDERICUM Regis poſthumi Tutorem reſpiciebant. Is vero Pupillum impenſiore Cura obſervans: Bojemos Ejus Vindices latius in Hoſtem excurrere & ex eorum agris, quod adverſæ factionis erant, prædas agere patiebatur.

Turbæ in Hun-
garia & Bohe-
mia:

Circa eadem Tempora Vladislaus Hunniadis victoriis inſiſtens, majori ſtipatus Exercitu, & ipſe in Hoſtem proſectus, magna in eum clade adfecit: adeo ut Amurathes ad Pacem ultro petendam inclinavit: quam Deſpota Serviæ adnitente, facilius admittit Vladislaus, quod inteſtinis bellis fluctuare Poloniam nunciaretur, & Fridricum Cæſarem Adverſarium haberet, a cujus Amicitia Hungarorum Proceres nonnulli non erant alieni. Pax igitur in decem annos facta eſt: Hungaris in Evangelium CHRISTI, Turcis in ſuum Alcoranum jurantibus. Hanc Pacem Julianus Cæſariniſ Cardinalis, Pontificis Legatus, quam ne fieret, impedire nequiverat, factam diſturbare omnibus modis nitebatur.

VLADISLA-
US REX
HUNGARIÆ
& Poloniæ Pa-
cem cum Tur-
cis ad Decen-
nium ſancit:

Sileſia latrociniorum Cladibus hoc etiam anno vehementer afflicta & vaſtata paſſim a Prædonibus Bohemicis Polonis & Indigenis quibus ſe Conradus Albus Olſnicenſis junxerat. Quæ cauſa fuit, ut Wratiſlavienſes fœdus fecerint cum Wilielmo Oppavienſium & Monſterbergenſium Duce, cujus Auxilio multas arces a Latrunculis occupatas expugnarunt ac diruerunt: quas inter Carpenſteinum, Neuhaufſ prope Paſſcoviam, nec non Teppilwodam fuiſſe ſed Epifcopo Wratiſlaviæ reddita in Annalibus MSS. legere memini: idemque teſtatur Pohlius.

Sileſia Latroci-
niis vaſtata:

Anno
CHRISTI 1444.

Vladislaus Rex Hungariæ & Poloniæ, Pacem cum Turcis ad decem annos factam ſuſtulit, coactisque ex Hungaria Copiis, & Auxiliis undique accerſitis Turcarum fines invadit

Vladislaus Rex
Hung. & Polo-
niæ ad Varnam
Clades.

* Claris hoc affirmat Verbis Viti Arenpecki Chronicon Auſtriacum: Tom. I. Script. Rerum Auſtriacarum R. P. D. Hier. Pez: pag. 1254. „Ipſa denique ELIZABETH intoxicata, ut „dicebatur, per Regem Wladizlaum in Maſtrutis martaris (i. e. in veſtibus aut pellibus „marturum ſive martium) anno Dmni M. CCCC. XLII. feria IV. ante S. Thomæ Apoſtoli in „Piſenio moritur.

Eundem diem Obitus refert Paltrami ſeu Vatzonis Conſulis Vienneniſis Chronicon Auſtriacum ad an. 1442. l. c. p. 735.

invadit sperans se facile capturum omnia, quæ in Europa Turcæ Græcis ademerant, cum Amurathes procul in Asia Bello Caramanico distineretur, & Christianorum Classis Angustias Hellepontis obsideret, hostem ex omni Græcia promptius ut videbatur exclusura. Suas itaque promovebat Copias appetente jam Hieme, recta petiturus Callipolin, sed illas longe minores quam oportebat, cum ad famam initæ Pacis maxima Pars Cruce signatorum domum abisset, & Poloni simul & Valachi discessissent. Nicopolin Bulgaria cum ventum esset, Rex obvium habuit Draculum, Valachia Principem Montanæ, Virum impigrum & manu strenuum, qui Regem conspiratus, Exercituumque & Militum paucitate confectus, Vladislau per omnia Sacra perque Salutem Orbis Christiani obtestari coepit, ne tenderet ulterius, sed Populos reduceret suos, & in loca tutiora se reciperet; Imperatorem Turcicum aiebat, si venatum exiret, majorem secum trahere Comitatum, quam esset totus Christianorum Exercitus & insuper hyemem inslare, quæ rebus gerendis magnopere sit offutura. Verum cum Fata urgerent Europam, Consilium hoc saluberrimum, quod omnes partim invidi & malevoli, partim timidi & meticulosi videbantur, cum a Rege tum a plerisque Ducum repudiatum fuit; Tum vero Dracula ingemiscens, Regi duos Juvenes patria Valachos, qui locorum obviorum omnium erant peritissimi dono dedit, & insuper totidem Equos miræ Pernicis, quorum Ope si quid accideret Saluti suæ consulere posset, quin & Filium ducentem quatuor Equitum præstantissimorum millia, quod Regi Suppetias ferrent in Castris reliquit, & tandem infecta re domum ad suos rediit. Nec multo post Vladislau cum Amurathe qui incredibili Celeritate ad illum festinaverat, ad Varnam (vereribus Dionysopolis fuit XX. mill. distans a Byzantio) congregitur. Certatum est totos Dies noctesque tres, diu fortuna ancipiti, sed stetit tandem Victoria penes Turcas. Rex ipse pugnans fortissime occubuit, & omnibus prope Copiis miserrima Strage deletis insanabilis accepta fuit Clades. Magna quoque Hungaricæ & Polonicæ Nobilitatis Pars periit, sed CORVINUS rebus desperatis fuga salutem invenit. Incidit hæc Pugna quam Philip. Callimachus imprimis claravit edito Commentario de Rebus gestis Vladislai in IV. Id. Novembr. Et hoc quidem modo Vladislau, qui Ladislau Posthumum Regno paterno avitoque spoliaverat, occubuit.

Conradus Albus Dux Olsnensis a Fratre captus:

In Silesia Conradus: Episcopus Wratislav. Fratrem suum Conradum Album, Hostium Patriæ Fautorem, Wratislaviæ XVI. Kal. Martii: 2. noctis hora cepit, Nissamque abductum non prius dimisit, quam gravis intervenisset de servanda Pace Sponsio. Nec diu tamen hanc Conradus servavit sed ad Ingenium brevi post rediit.

Margaretha Ducissa Olavienfis renunciat omni Jure quod sibi competere potuit super Castrum Jettsh.

Nic. Weigel Rector Acad. Lips. moritur:

Lipsiæ obiit * Nicolaus Weigel: Canonicus Wratislav. S. Theol. Professor ex Pago quem Henrici villam vocant, oriundus, Rectoratum Acad. Lipsienf. gessit: A. C. 1427. XIII. Kal. April. Brega noctu occupata.

Bellum Silesios inter & Polonos ob Ducatum Severiensensem:

In Polonia minore belligerabatur Boleslaus Opoliensium Dux cujus magna fuit Auctoritas, & juvabant eum ceteri Silesiorum Duces, ut fere cognati inter se erant & adfines. Causa belli erat quod Sbigneus Cardinalis & Episcopus Cracoviensis a Wenceslao Teschinentium Duce, Territorium sive Ducatum Severiensensem Pecuniæ summa non magna (sex quippe millibus duntaxat Marcarum Pragensium) arte quadam usus ad se traduxerat. Cui in adeunda Possessione cum a Nicolao Ratiboriensium Duce Difficultas objecta esset, & ob id Poloni, Petro Saffranecio ductore, eum bello prosequerentur, forte Contagio & incommoda belli Boleslaum Opoliensensem qui extra noxam erat, attigerant. Is igitur a Polonis res repetebat: ni redderentur, bellum denunciabat. Cumque nulla ipsi a Polonis, quorum Rex Ungaricis Rebus & bello Turcico implicatus erat, fieret satisfactio: Mercatores Wratislavienses ad nundinas Wratislavienses ituros diripuit, & ad ducenta millia aureorum numum ademit. Interfecto demum in bello Varnensi Rege, Conventus in minore Glogovia habitus & Pax aliqua inter Polonos & Bernhardum atque Boleslaum Opoliensium Duces ibi facta, sed quæ brevis minimeque diuturna fuit. Convenit autem, Cromero scribente, ut captivi utrinque data Cautione dimitterentur: Polonis cum aliquo alio bellum gerentibus, ut liceret ex

Opo-

* Vitam Ejus Celeberr. Mart. Hanckius edidit Cap. XXIV. de Silesiis Indigenis Eruditus. Conditorium Lipsiæ consecutus est in S. Nicolai Templo hoc Epitaphio:

Anno M. CCCC. XXXIV. XI. Septembr. obiit Venerabilis
& eximus Vir S. Theol. Professor: M. Nicolaus Weygel de Brega:
Collegii Majoris Collega, Canonicus Ecclesiæ Vratislav. hic sepultus.

Opoliensi Agro Commeatum petere, Duces vero ne cui adversus eos opem ferrent, neve suos homines ferre permitterent, ac ne Transitum quidem præberent per Ditionem suam latrunculis & hostibus Polonorum. Si quid Injuriae damnive datum esset alteris ab alteris, de eo bini utrinque Arbitri certis locis convenirent ac deciderent. De universa autem Controversia, ut Vladislai Regis si is reverteretur (incerto enim adhuc rumore de Clade Regia percrebuerat) Arbitrio staretur, si cum Polonis Proceribus Duces (qui ob id venturos se esse in Poloniam promittebant) rem non composuissent.

Anno

CHRISTI 1445.

Vladislaus a Turcis cæsus in Regno Hungariæ locum fecit LADISLAO Posthumus REX HUNGARIE denuo electus: constituto Regni Governatore: CORVINO: humo, ipsis feriis Pentecostes omnium Suffragiis denuo electo & confirmato. Qui tamen quod Puer esset (nam annum agebat quintum) placuit Proregem creari, qui interim summæ Rei præesset cum Imperio, donec Rex ad Ætatem Regno maturam pervenisset. Eminebat autem inter Competitores Corvinus, summa Virtute recentibusque etiam post Vladislai interitum in Patriam meritis, ideoque cæteris omnibus citra cujusque Invidiam Prælatus cum fausta festaque Gratulatione Regni Hungarici Pro-Rex ac Governator salutatur.

Cunradus Dux Olsnenfis Episcopatum Wratislaviensem ut certis de causis, ita certis legibus resignaverat: Administratore illius, dum novus Præsul eligeretur, Nicolao Storchio, Canonico constituto. Ejus rei poenitentia ductus Conradus, Cessionem irritam reddere voluit, exhibito summi Pontificis Rescripto. Tamen si vero appellarent ab illo Sacri Collegii Sodales, Conradus tamen ad usque mortem in Episcopatu mansit. Guilielmus interea Dux Oppaviensis, Capituli hostis factus, Ducatum Bregensem & Grotkoviensem adortus, pagos aliquot Cleri Wratislaviensis exussit. Sed cujus controversiæ Compositio inter Guilielmum quem dixi, Hermannum Zettras, & Opicium Czirnum ex una, Capitulum autem ex altera Parte per Henricum Ducem Glogoviensem & Consules Wratislav. hoc ipso anno non tractata modo, sed & perfecta fuit. Reperitur quoque in Archivis Capituli sententia arbitraria eorundem Consulum inter Nicolaum Storck Capituli Plenipotentiarium, & Cruschinam Capituli Adversarium, lata. Quin & circa idem Tempus Bolko Dux Opoliensis consensu Episcopi & Capituli Zigenhalsum Georgio Stoschio oppignorum per mille ac sexcentos florenos redemit, quinquennio post soluta per Episcopum Duci pecunia Ecclesiæ rursus vindicatum.

Vladislaus Dux Tessenensis & Glogovienfis VIII. Id. Febr. nuptias celebrat cum Margarita, Guilielmi Comitis Ciliæ atque Goritiæ & Annæ Austriacæ Filia, cui quidem Comiti ex Anna, Casimiri II. Pol. Regis & Hedwigis Glogovienfis Ducis Filia, binæ alia fuerunt femellæ, utraque Regina, Anna puta Vladislao Jagelloni Polonia & Barbara, Sigismundo Hungariæ Regi, postea Romanorum Imperatori nupta.

Anno

CHRISTI 1446.

FRIDRICUS ELECTOR BRAND. eligitur Rex Polonia, sed recusat.

Annus hic natalis Fridrico I. Lignicensium Duci.

Synodus Dicecesana Wratislaviæ habita.

Bojemi LADISLAUM REGEM Puerum sibi tradi a Fridrico Imp. postulant, qui teneram Pupilli Ætatem excusans, in medium produci illum suisque videndum exhiberi curavit. Ibi egregiam Indolis Regiæ Significationem Puer de se dedisse traditur: Erat inter nobiles ad Cæsarem Legatos, Johannes Giscra, homo bellicosus, & qui contra Vladislai Factionem fortiter se gesserat. Is Regis Manum deosculatus ac narrare exorsus, quantis se Periculis pro caro ipsius Capite objecisset, Tu vero, inquit, mi Rex, quo animo hæc accipis, qua tandem remuneratione operam Tibi fideliter navantium compensabis? Puer ad hæc tacitus, Cæsaris Dispensatori Sacculum, ex quo Stipendia dare solitus erat, clam aut forsan ipso dissimulante eripit, depromptosque inde sex numos Giscæ in volam ingerit. Ille Crumenæ insutos palam omnibus ostentabat, Regiæ Liberalitatis Argumentum. At Legati re non impetrata domum indignabundi reverterunt.

Leonhardus Hassenheimer Copiarum Wratislav. Ductor, perfidiæ ac Proditionis accusatus, mandante Senatu Wratislaviensi in Oppido Neumarkt capite poenas luit.

Quam

FRIDRICUS II. Elector Brandenb. POLONIÆ Regnum recusat: Indoles REGIS LADISLAI:

Res Episcopatus Wratislaviensis:

Anna Comes Ciliæ Vladislao Duci Tessenensi nubit:

Controversia inter Ducem

Teffinensem & Quam ob causam Vladislaus Teffinenfis ac Glogoviensis Princeps bellum Vratislaviensis: Vratislaviensis: fribus denunciat illosque graviter affligit. Sedata est triennio post ea Controversia a Petro Episcopo.

X. Kal. Septembr. Mortalitem explevit Johannes Huffnagl: M. D. Pragensis & Olomucensis Ecclesiarum Canonicus: Reip. Wrat. Medicus.

Anno

CHRISTI 1447.

Pax inter Polonos & Duces Teffinenses sancita: CASIMIRUS Dux Lithuaniae in Regem Poloniae coronatus:

Nicolaus & Wenceslaus Ratiboriensium & Boleslaus Teffinensium Duces Cracoviam profecti Pacem cum Polonis reddita Sbigneo, Episcopo Cracoviensi, Severia fecerunt.

Conradus Dux Olsnensis Episcopus Wratislav. moritur:

Coronatio Regis Poloniae Casimiri cui e Silesiae Principibus interfuere Boleslaus & Ladislaus Teffinensium, Wenceslaus Ratiboriensium Duces ac multi Bojemi Moravi ac Silesii.

Succedit PETRUS NOVAGK:

Conradus, Episcopus Wratislav. is qui a Concilio Basileensi Confirmationem impetravit Statuti, quo cautum est, ne Dignitates Sacrae tribuantur vel externis vel extra Dioecesim natis, vel qui non ornati essent gradu Doctoris in Professionibus superioribus, a. d. 9. Augusti diem suum obiit: Episcopus anno XXX. Qui cum triennio ante Episcopatum certis quibusdam Pactionibus resignasset, fratrum Ducum Admonitione Gubernationem iterum sibi vindicavit, invito etiam Capitulo huc usque retentam: Successor illi datus Petrus Novagk a Pago Genitali sic dictus, Decretorum Doctor ac Praepositus Wratislaviensis: quem plebejo ac humili loco natum singularis Virtus, Doctrina ac in Rebus agendis Prudentia, ad Episcopatum evexerunt. Cum autem Principibus Silesiae minus grata esset ista Electio: Guilielmus Oppaviensis arma vertit in bona Episcopi & paucis diebus totam ferme ditionem divastavit, post Clades tandem acceptas, Vladislai Teffinensis & Glogov. opera Collegio Sacerdotum reconciliatus.

Anno

CHRISTI 1448.

Fata Ducatus Lignicensis:

Obiit hoc anno Elisabeth: Ludovici Ducis Lignicensis Vidua: Friderici Elector. Brandenb. Filia, quae 12. annis a Mariti Morte rerum potita in Spem Successionis Fridericum ex Hedwige filia & Joanne Lubensi Nepotem educaverat. Cui consilio plerique e Lignicensibus adversari: Fridrico cum utroque Parente pulso ac repudiato VLADISLAI REGIS qui Principatum Jure Feudi ad se devolutum * contendebat, partes sequebantur, in cujus etiam verba triennio post die Veneris, quae praecedit Dominicam Jubilate, ut notat Crenzhemius, cum a Nobilibus quam Civibus juratum, ac Misniae Marchionibus de possessione Ducatus Spes facta est. Lignicenses Cives quod fluxa fuissent in Principes fide, Winder-Hütte vulgari Convicio nuncupati. Quod ad tam atrox facinus eos impulerit, quis re tantae Perfidiae praecipuus Auctor fuerit non satis liquet, credibile est, ipsos liberius vivendi potestatem affectasse, quam in vicinis Ducatibus Wratislav. ac Svidnicensi jam florere incipientibus sub Regibus Bohemiae esse videbant. Goldbergenses non assenserunt isti Perfidiae, sed in fide constantes permanerunt, & Ducissam Hedwigim cum filiolo Fridrico ad se receperunt & ut fideles Subditi aluerunt & coluerunt, ob eam rem in magna Gratia apud suos Principes postea constituti & laudem constantiae adepti sunt.

Anno

CHRISTI 1450.

Mutatio Monetæ in Silesia:

In Silesia propter monetæ mutationem multum fuit circa hæc Tempora Dissensionum: Cudebatur enim in omnibus ferme Civitatibus moneta, eaque vilis, ac pondere & bonitate minus proba: quam cum Poloni recipere detrectarent, Commercia non parum impediabantur. Itaque Senatus Wratislaviensis, cujus permagni referebat, huic malo remedium adferri, examinatis taxatisque diligenter per Zygoſtaten omne genus pecuniis, multorum Principum ac Civitatum numos reprobabat, edictoque publico vetabat expendi: Quæ res multorum annorum Controversiæ causam præbuit.

Fata Ducatus Olsnensis:

Conradus Albus ** Olsnicensis, quod Hostes Silesiæ juvaret, a Filio Conrado albo Juniore opera quorundam Ordinum Provinciæ captus, tandemque intercedentibus

* Adde quæ ad Tab. V. Genealog. no. 26. & 37. Tom. I. Scriptor. nostrorum dixi.

** Adde Rositzium ad annum hunc 1450.

bus Episcopo Petro ac Vladislao Glogov. ex Carcere dimissus, cum filio omni ditione cessisset, quod reliquum Vitæ fuit Wratislaviæ exegit.

Anno
CHRISTI 1451.

Wratislaviæ Jubilæus fuit Pontificius quo Nicolaus V. P. R. ad Spatium unius anni post peractum Romæum his gentibus indulgit remissionem Peccatorum, modo quisque mediam Partem viatici quod insumpturus fuisset si Romam proficisceretur, in arcam huic negotio destinatam reponeret.

Annus Jubi-
laus :

Casimirus III. Pol. Rex mercatoribus * Polonis Iter claudit, mercesque Wratislaviæ & in Silesiam propter nova Telonia isthic instituta exportare vetat, externis quoque Mercatoribus ac præsertim Norimbergensibus Cracoviæ & aliorum Opidorum Domiciliis, propter eam quod Polonis victus quærendi rationem præriperent, interdicens. Cum Boleslao vero Opolienfium Duce rursus propagavit Inducias.

Discordia inter
Poloniam &
Silesiam :

Velunensis Ora a Silesio vexata, equitumque Velunensium complurium Cædes a Joanne Gels Silesio in Conflictu patrata.

Ad Fridericum Cæsarem novos Hungari Legatos mittunt, Regem & Coronam reddi postulatam. Austriaci quoque de Principe tutelæ eximendo suisque tradendo mustitant. Sed quibus idem quod antea Responsum datum. At Bojemi quod audivissent Imperatorem Romanum Iter parare, per Udalricum Rosenbergium, Zdenconem Sternbergium, & alios quosdam Proceres, minacius etiam urgebant, ni Rex sibi detur, alium se sibi Regem creare cogi denunciantes. Sed qui tamen Æneæ Sylvii ad comitia Bojemica Beneficiæ ob infectum Pragæ Aërem tunc habita, ab Cæsare Legati blanda Oratione cum præsertim ipsis promitteretur, si in fide permanerent Cæsarem ipsis Regem, cum primum is justam Ætatem attigerit, primis esse traditurum, utcunque deliniti Cæsaris tandem Consilio acquieverunt.

Hungaria &
Bohemia LA-
DISLAI RE-
GIS Adventum
poscit :

Barbara, Sigismundi Imp. Uxor hoc anno obiit Melnicii, quod oppidum dotale Reginarum Bojemix, ad quartum a Praga Lapidem distat: sepulta Praga in D. Viti Templo Cathedrali, cum grassata fuisset per id Tempus Praga Pestilentia & circumcirca in Regno Bojemix, item Moravia, Silesia, Polonia, Austria. Vixit a Morte Mariti annos XXIV. femina incontinens ut videre est ex Æneæ Sylvio.

BARBARA
Imperatrix
moritur :

Anno
CHRISTI 1452.

Fridricus Imperator ineunte anno ** Italiam ingressus comitantibus cum inter cæteros LADISLAI Pupillo, Alberto fratre, nec non Rudolpho Glogoviensium & Vladislao Tefinensium in Silesia Ducibus, Eleonoram sponsam, Edmundi Regis Portugallix Filiam navibus in Italiam advectam Senis excipit, eaque secum Romam deducta Idibus Martiis ibidem in Regem Longobardorum, biduo autem post cum nova nupta in Romanorum Imperatorem coronatur: Neapolin inde cum Coniuge profectus, Æneæ Sylvio Ladislai Curam commisit, qui tamen quin ab Hungaris & Austriacis nonnullis conspirantibus abriperetur, parum abfuit, Præceptore Ejus ut coepta juvaret, (Nicolao Crotendorffio) pecunia ac promissis uti postea compertum est, corrupto atque ob id in Vincula coniecto: Cum tres Legati Hungarici, quos longo Superbiæ Spectaculo tria millia Equitum sequebantur, ad Frid. Imp. Neapolim missi essent, ut diadema Regni sui redimerent, oclusas Urbis Portas invenerunt, quod tam vana & otiosa Pompa vel majoris Spei Judicium præ se ferrent, vel ad Ostentationem aut exprobatorem instituta imo ad Terrorem videretur. Illis per nuncium respondit Imperator, non Legationem veram

FRIDRICUS
IV. IMP. in
Italiam profi-
ciscitur :

* Dlugossius lib. XIII. ad m. 1451. „Constitutum insuper tunc fuit, ut ad reprobandum exterminandumque fora Annalia Civitatis Wratislaviensis. quibus homines Regni Poloniæ per impositionem novorum Teloneorum gravabantur transitus Mercatoribus Regni Poloniæ in Wratislaviam prohiberentur. & pro die S. Joh. Baptistæ in Posnania, pro die S. Elizabethæ in Wyelun, & pro medio Quadragesimæ in Calisch, salvis Teloneis antiquis, annalia fora frequentarentur. Molestie tulerunt hanc Constitutionem Cracovienses Mercatores, unde petebant eam, ex multis Respectibus abrogari. Sed responsum illis fuit, ut paterebatur eam, donec experientia melior, utile a damno discuteret.

** Extat Nicolai Lanckmanni de Falckenstein Historia Desponsationis & Coronationis FRIDRICI III. IMP. curatius edita Tom. II. Scriptorum Rerum Austriacarum R. P. Dn. Hieron. Pezii.

veram sed militarem sibi legionem videri: neque profuit excusatio quod honorandæ Coronæ sacrae & Religionis gratia tanto Splendore advenissent, nam post multa, Legatus nisi unus cum ducentis Equitibus intromissus est.

Redux AU-
STRIA in-
tiam LADIS-
LAI REGIS
cedit:

Reduci ex Italia Friderico, Austriaci Udalrico Ciliæ Comiti & Udalrico Eyzingero Auctoribus quibus & Rosenbergicus Bojemus se adjunxit, multum negotii exhibuerunt, ut quamquam seditiose tumultuantibus auxilio aliquot Principum Germaniæ facile par esset, LADISLAUM tamen à Tutela sua dimittere Austriæque ei cedere sit coactus, iniquitate fortunæ adversantis intra Neapolim Austriæ compulsus obsessusque. In quo rerum discrimine constituto Casari fidum se ac amicum præbuit GEORGIUS PODIEBRADIUS Bojemæ Pro-Rex, qui obsessum audiens, XI. millium exercitu coacto ad opem illi ferendam accelerabat. Nuncio autem in Itinere accepto, jam de Pace institutam esse actionem, retroversus, per Occasionem Rosenbergici Agros depopulatur.

LADISLAI
REGIS Adven-
tus Viennam:

Ac Viennam quidem venit LADISLAUS a. d. 10. Septembr. anno Æt. XIII. faustis gratulantium vocibus exceptus. In eo Conventu etiam LADISLAUS Rex appellaretur, alieno tamen Arbitrio ductus in regnis suis quasi Triumviratum invexit & Hungariam Joanni Hunniadi quem Comitem insuper Bisficensē solenni Pompa creavit, multisque muneribus donatum ac promissis cumulatū abs se dimisit, GEORGIO Podiebradio Bojemiam Udalrico Ciliæ Comiti Austriam gubernandas tradidit. Wratislaviæ & alibi ob redditum Regnis ac Provinciis suis LADISLAUM publicæ festivitates habitæ Votaque pro ejus Salute nuncupata.

Clades Johan-
nis Ducis Sile-
siæ Lubensis ad
Lignicium ac-
cepta:

Johannes Lubensis Lignicium Armis recuperare conatur, sed frustra, die quippe Russi mediocri Prælio victus & pulsus annoque sequenti post ex animi ægritudine, ut putabatur, Wratislaviæ exstinctus, Tumulum autem nactus Olaviæ. Schrammius hæc de eo: Dux Johannes ut subditorum contumaciam & injuriam coerceret, coacto exercitu obsedit Lignicium, & castra prope Pagum Waldau locavit an. 1452. & cum eis d. 27. Aug. conflixit: verum penes Lignicenses Victoria stetit. Inde Dux Johannes fortasse è mœrore in morbum incidit & Wratislaviam delatus ibi mortuus est an. 1453. Olaviæ autem sepultus. Nam Margaretha Mater ipsius, filia Ducis Opoliensis Olaviæ & oppidum Nimptsch pro Dotalitio suo tenebat, ea duobus filiis Johanne & Henrico Goldbergensi superstes fuit, post ejus Obitum Olavia & Nimptsch in Potestatem Fridrici I. redierunt.

qui paulo post
moritur:

Obierunt eo-
dem anno Wil-
helmus Dux
Opaviensis &
Nicolaus Rati-
boriensis:
Boleslaus Dux
Opoliensis Po-
loniæ Bellum
infert:

Fuit & hic Annus fatalis Gvilielmo Oppaviensi & Nicolao Ratiboriensi Ducibus qui Ordini Ecclesiastico valde adversati.

Turbæ in Polonia graves eodem anno exortæ ob Episcopam Præmisliensem, Nicolaus Blascovitio homini externo, nempe Silesio delatam.

Boleslaus Dux Opoliensium, non tam Absentia Casimiri Poloniæ Regis, quam mutua ejus cum proceribus offensione ac diffidio fretus, valida militum manu è Bojemis Moravis & Silesiis conducto bellum Poloniæ indicit, Severiensem & Velunensem Tractum hostiliter vastat. Ea re cognita sumere arma Rex Polonos jussit: sed nemo obtemperavit. Itaque ipse quidem Siradium ad comitia contendit, aulicum vero Comitatum suum, ne res Polonicas prorsus negligere videretur, ad reprimendam Vim Boleslai ad oram Velunensem misit. Sed ea manus nulla re memorabili patrata, nonnulli peste, que in Silesia & finitima Polonia hinc grassabatur absumentis ad Regem rediit. Cumque Boleslaus ad Regem de Pace mitteret, factæ sunt cum eo rursus unius anni Induciæ, interim ut de Pace accuratius ageretur.

Anno

CHRISTI 1453.

LADISLAUS
REX in Hun-
gariam descen-
dit:

LADISLAUS Rex Tutela exemptus & Austriacis jam restitutus, cum & Hungari ejus præsentiam non minus quam Bojemi efflagitarent, sub finem Januarii Posonium, vulgo Presburgum venit, ubi Hungari (nam novum Conventum Gubernator Johannes Corwinus ante ille egerat) Sacramenta Regi dixerunt, multique dies festi late acti sunt. Inde vero cum Viennam reversus ad Iter Bojemicum sese accingeret, Johannes Smirzitijs, (Smiricheum Æneas Sylvius mendose vocat) Procerum haud postremus, ob aureum eloquentiæ flumen sacundus appellatus, scripto Regem monet, ne dubiæ Bojemorum fidei se committat, nec periculo caput objiciat. Litterarum Exemplum apud Sylvium quem Bonfinius Dubravius Cochlaeus secuti sunt, hujusmodi reperitur

ritur: Venturum TE quamprimum in Regnum Tuum probo, si modo imperaturus veneris non pariturus. Inermem impotentemque intrare non laudo, nisi bicipitem Mater peperit ut ex Capitibus duobus unum Viennæ apud amicos dimittas, alterum Bohemorum dubiæ credas fidei. Vale. Eas vero litteras ab Udalrico Ciliæ Comite ad Georgium Podiebradium missas, atque adeo rem istam Joanni capitalem fuisse iidem asserunt. Cum enim suppresso nomine in Concilio de facto quæreretur, omnes atque adeo ipse suo loco Sententiam rogati, Patriæ hostem esse qui talia scripserat & capite plectendum statuere. Prolata ergo Epistola ejus manu scripta & annulo signata damnatus Ore suo, comprehenditur miser eique duarum horarum Tempus datur, in qua & animæ suæ Saluti & Rebus domesticis consulat, si velit. Nec diutius vitæ dimissus Claudio percutitur, in Vigilia Nativitatis Mariæ in Civitate antiqua Pragensi & sepultus in Hospitali circa Pontem Pragensē. Proditor Epistolæ Ciliensis mox & ipse Pœnas luit, Udalrico quippe Eyzingero incensus, quod omnia ejus valeret Auctoritas, nobilitati Austriacæ invisus repente factus, tamque acriter apud Regem accusatus, ut qui Regem hæctenus in potestate sua habuerat, ac Dominus Domini fuerat, mox omni potestate & administratione privatus, aulaque adeo Regia exulare iussus sit: abeunti insultantibus sic ut nec illorum manus quibus lapidibus eum petere in animo habebant, fuisset effugiturus, nisi eum Albertus Marchio Brandenburgensis ad Portam deduxisset, insigni profecto Documento quam lubricus sit primus apud Reges Locus, quamque non fidendum sit fortunæ, præsertim Aulicæ, quæ sæpe quos libitum est in altum tollit, ut lapsu graviore ruant.

Sub Initium Mensis Octobris LADISLAUS Iglaviam venit de Praga, cui Georgius Gubernator, alique Barones, Nobiles, ac Civitatum Consules obviam progressi, magna cum Latitiæ Significatione exceptum in Regno Metropolim deduxerunt, Quatuor enim millia cum Rege ivisse memorant, nec minorem fuisse Bojemorum Numerum. V. Kal. Nov. in quem incidit Festum Simonis & Judæ Apostolorum in Summo Templo, quod in D. Wenceslai Monte situm, Coronatio solito ritu peracta est, impone Capiti Regis Diadema Dionysio Cardinali, Strigonienſi. Ita enim Dubravius & alii, etsi Cochlaus auctor est a Johanne Episcopo Olomucensi inauguratum & inunctum fuisse, præsentibus aliis Episcopis Patavienſi, Strigonienſi, ac Varadienſi. Sumptus omnis a Bojemis collatus est, adeo liberaliter, ut superfluerit quod arces nonnullæ Regni magna Pecunia oppignoratæ redimerentur: sed quæ Gubernatori vel amicis Ejus fuerunt commissæ. Sunt qui scribant, peracta Coronatione permissum fuisse cuilibet, ut suo arbitrio vel sub una vel sub utraque Specie communicaret: ipsum tamen LADISLAUM ut Huſſitarum Tempia intraret, eorundemve Sacris interesset, adduci non potuisse.

Johannes Capistranus Aprutius e Franciscanorum Sodalitate Monachus, Bernhardini Senensis Auditor, Vir Singularis facundiæ & Sanctimonia Ævo illo clarus, qui ante biennium ex Italia in Germaniam a Pontifice missus fuerat, mense Februario XXX. sui Ordinis Monachis secum adductis, Vratislaviam venit ibique concionari cœpit. Acriter invectus est in Vicia: taxavit Luxum in vestitu, Cibo & Potu, alveolos, tesseras, chartasque luforias magno numero congestas & coacervatas cremavit, ad expeditionem contra Turcas Populum animavit, verba denique per duas sæpe horas Latino Sermone fecit: Interpretes autem ejus etiam ulterius. Intulit in Silesiam primum Monachos Franciscanos qui se Observantes, & Bernhardinianos appellant, & fervorem in Judæos. Vid. Curaus.

Tractatum sub id Tempus Wratislaviæ in Curia Senatoria per Legatos Regios Matrimonium inter Casimirum Poloniæ Regem & LADISLAI Sororem Elisabetham, negotium perfectum tandem die XX. Augusti, Elisabetha Casimiro cum ducentum milium aureorum desponsa.

Incidit & in hoc annum lamentabilis Obsidio & Excidium nobilissimæ urbis CPolitanæ, quam Mahumetes Turcarum Tyrannus, Nicetæ & Trapezuntis Imperio everſo, post 50. dies obsidionis Vi & armis expugnavit, idque d. 29. Maji: ibi Cæsar, inquit Æmilius, quoad fortuna non invidit, egregie pugnavit nec inultus periit. Atque hic Imperium Orientis cujus sedes annos supra mille & septuaginta Constantinopolis fuerat, prorsus ad Turcas transiit. Historiam eo ipso Ævo peculiaribus libellis scripserunt, Magnus Logotheta Anapolites, Georgius Protovestarius lib. III. Chron. c. 17. Æneas Sylvius Ep. CXXX. Laonicus Chalcocondiles lib. VIII. De eadem Epistolam Theodosii Zygomalæ edidit Cruſius in Turco Græcia, sed & Leonclav. in Continuatione Glycæ in Pandectis & Musulmann. De Tempore hujus Cladis litigant Chronologi

logi quorum aliqui dant annum 1452. quos inter Onuphrius, Beutherus & Scaliger de Emend. Temp. At minus recte. Incidit enim hic Casus in 29. Maji & Feriam 3. Ita Crusius in Historia Patriarchica Barbaro-Græca: *Μάϊω ἐντροχῇ ἐννάτῃ ἡμέρᾳ τρίτῃ*. Laonicus: *Ἀγὼς δ' ἦν ἡμερᾶ*. Idem Zygomalus & Gennadius Schol. lib. de Primatu notarunt, jam vero dies 29. Maji erat FERIA 3. in anno 1453. non autem in anno 1452. Adde quod Franciscus Foscari Venetiarum Dux in sua ad Fridericum Imp. Epistola (ea est in Epistolis Sylvii 159.) expugnatam scribit Constantinopolin 29. Maji proxime elapsi: Ejus autem litteræ datæ sunt anno 1453. 27. Julii. Et in hanc Sententiam iverunt Æn. Sylvius, Bonfinius, Genebrard. Vignierius. Mechov. Cranzius. Crenzthemius. Leonclavius. Peucerus. Bucholcerus. Curæus. Dreslerus. Reufnerus & plures recentiorum alii. Illud vel obiter Lector nolet, velim, CPolim a Constantino M. Helenæ Filio instauratam, sub Constantino Palæologo iridem Helenæ Filio a Turcis occupatam esse, ut recte dixerint Jorran. lib. I. in eis sæpe Regnum deficere, a quorum nominibus inchoatur. Est vero quod Constantinopolitanorum hic mireris detestandam Perfidiam, cum Obsidionem Urbis Turcæ mediarentur, Imperator hanc prospiciens Tempestatem eorum ad opes confugere & pecunias rogare, ut Militem scribere possit, ut commeatum importare, ut arma parare, ut alia quæ defensionis necessaria circumspicere. Illi vero, sibi nihil esse nymorum, jam ante turbatos frequenter suos exhaustosque loculos, nihil suis in arcis esse quam araneas & mancas esse reliquas. Sic itaque miserrimus Imp. quem Byzantini deferebant per Avaritiam, quem Græci per factiones per Invidiam & metum, quem Occidens per Odium diversæ Religionis, urbe jam capta & ipse fugiens occubuit, & Imperium Græcum concidit, & totus orbis Christianus Turcarum Irruptionibus, convulsis repagibus & apertis Obicibus patescere cœpit. Interim vero apud omnes Cives tantum Pecuniæ repertum, fuit, tantum auri & argenti facti & non facti, ut hostis avaris animis expectationem superaverit, & conceptas Cupiditates abunde exsolverit.

& IMPERATOR ORIENTIS occisus:

Hyems rigida:

Septembri Mense floruerunt Rosæ: secuta inde hyems nivibus & gelu rigida. Initium ejus d. 23. Novembr. a festo autem D. Andreae ad usque Luciae tanta frigoris Sævitia, & pertinacia, ut non jumenta modo & Alites, sed & hominum quam plurimi in Agris & Itineribus ineluctabili frigore obriguerint. Vites passim ad imam Radicem, nuces item quamvis annosæ, duro & rugoso Cortice, pleræque omnes exaruerunt, aliæque Arbores similiter contabuerunt. Die Sabbathi qui festum Luciae proxime secutus, aer mutatus & pluviosus fuit, inde Vis Ventorum ingens per totam Hebdomadem.

Anno

CHRISTI 1454.

HENRICUS X. Dux Glogovien-
sis Homan-
gum LADIS-
LAO REGI
præstat:

D. 18. Febr. Illustris Princeps Henricus ejus nominis X. Dux Glogoviae Majoris in Silesia accepit Feudum Pragæ in Antiquæ Civitatis Prætorio a LADISLAO Bojemorum Rege præstito fidelitatis Juramento. Ita Cochlaus Hist. Hussit. lib. XI. eo quoque * Tempore Henrici filiam ex Coniuge Hedwige (sed sponsæ nomen non exprimit) desponsatam fuisse Magnifico Dno Joanni de Rosis: eumque adjuncto sibi Henrico Fratre (sive filio potius quippe cum frater Henricus jam multo ante decesserat) ipsam non multo post à Glogovia in Bojemiam splendido cum Comitatu deportasse.

Casimiri Regis
Pol. Nuptia
cum ELISABETHA
THE Regis
LADISLAO
Sorore:

IV. Eid. Februarii Elisabetha, LADISLAO Soror, Casimiro Polono in matrimonium collocatur: redimita regio fuit Diademate d. 24. Junii.

Tumulus Lignic-
ensis:

Lignicii inter Senatum ac Cives intestinum in dies gliscebant diffidium, eoquetantem ventum: ut Senatoribus plerisque per Seditionem captis, expulsoque Præfecto Regio, Cives missa ad Ducissam & Dominam suam Legatione, admissi sui veniam peterent, culpam deprecarentur, ac se imperata facturos (quamvis è nobilitate quidam id valide improbarent & reclamarent) pollicerentur. Ita igitur Matri cum Filio d. 4. Julii redeunti, totius Civitatis Ordines solemniter obviam processerunt, atque in arcem honorifice & cum magno apparatu reduxerunt. Periisse in illo Tumultu scribitur Hermannus Zettricius, Eques auratus: Math. Groczenfchreiber, Magister Civium sive Consul Lignicensis qui Civitatem LADISLAO REGI clam ad illum commeans prodidisse arguebatur, Dignitate ob id equestri a LADISLAO donatus, ex Urbe evasit ac præfenti Periculo se eripuit. Ambrosius autem Pittschin, Lignicensium & ipse Consul, cum prius

* Annam: Henrici X. Ducis Glogov. F. Johanni L. B. de Rosenberg uxorem fuisse ad Tab. II. Genealog. Tom. I. no. 44. dixi.

prius fuisset Notarius è Carcere productus, quod haud dubie unus ex Autoribus defectionis fuerat, capite plectitur a. d. 24. Julii. Nec firma tamen inter Principes & subditos fuit Concordia, Fridricus quidem, priusquam adolevit, ad suos cognatos Marchiones Brandenburgenses sese contulit, quorum consilio & iussu ad Regem Boemiarum Georgium Podiebradium profectus, ejus Aulicus factus est, ipsumque Regem summa observantia coluit, ut contumacibus suis subditis conciliata ejus gratia resistere posset, haud ante tamen quam sub Mathia Rege adnitere Marchione Brandenburgico Alberto, Matris Avunculo, qui operam fidelem in bellis Bojemicis ac Polonicis navavit, universi Ducatus possessionem postea consecutus.

Casimirus Pol. Rex contra Crucigeros Marianos in Borussia belligeratur: quibus Slesia & Boemia Auxilia mercede conducta abduxere Rudolphus & Balthasar Principes Saganenses: Bernhardus Schonbergius & Plaucus Junior Boemi: ea manus non admodum magna a. d. 17. Septembr. ad Choiniciam Opidum cum Casimiro numerosissimum trahente Exercitum confixit, ac robili Clade Regem affecit. Nam quamvis Saganensium Dux alter Rudolphus fortiter in prima acie dimicans cecidisset, Schonbergius etiam vivus in Polonorum manus devenisset, Balthasar tamen animose pugnam restituit, agmen in quo Rex erat in fugam coniecit, victorque Castris Regiis omni Copia relictis, in quibus ad quatuor millia currum Compectu onusta fuere, una cum pretiosa Regis Suppellectile potius est. Desiderata sunt in hoc praelio sex millia Polonorum.

Crucigerorum
victoria de
Polonis: Duce
Balthasare: Sa-
ganensi:

LADISLAUS REX cum Wratislavienses ac Silesiorum plerique persuaderi non possent, uti extra Urbem ac Regionis suae Limites contra Leges Patrias, fidei Sacramentum Regi dicerent, constituto interim utriusque Civitatis Magistratu ac duobus Praefidibus Sbincone de Halenberg & Henrico de Sternberg commissa interim Regni Cura, Gubernatore Georgio aliisque Baronibus non paucis secum assumptis, Iter in Silesiam suscepit, ad 8. Id. Decembr. qui dies D. Nicolai Memoriae sacer est, Wratislaviam ingressus & quam honorificentissime susceptus. Aderant illi praeter Silesiae Principes multosque ex utroque Regno, Austriae & Moravia, Gvilhelmus & Otto Bavariae, Fridricus & Albertus Brandenburgi Principes. A Wratislaviensibus autem summi honores Regi sunt exhibiti, ac quinto post die in Verba Ejus juratum, applaudente ad Regis Conspectum multitudine, super Aetatem cordati Principis Indolem & formosi Oris decus praeseferentis. Annum eo Tempore agebat LADISLAUS XV.

LADISLAUS
REX in Silesia
am proficiscitur:

Die Natali CHRISTI accidit, quod Aeneas Sylvius Cap. LXII. refert, ut cum Divinis interesset Rex in Aede Pontificali, ac proxime astaret ei Podiebradius, Parasitus quidam, Kilianus nomine, ex his qui stultitiam simulantes alios stultos faciunt, his Podiebradium verbis compellaret: Quo vultu sacra nostra inspicias, plane adverio, animum non intueor: Fare obsecro, nonne satis nitida tibi nostra videtur Religio? Videsne quam multi & magni Principes & ipse Rex noster unum Riturum sequantur? Cur non his potius quam Rockizanae consentis? An plus sapere paucos Bohemos quam reliquam CHRISTI Ecclesiam censet? Quin relicta incondita Plebe Nobilitati te jungis nobilem? Ad quem Podiebradius cum paritate respondens, Si tua haec sunt Verba, inquit, non es quem simulat, tibi tanquam prudenter respondeo: Sin aliena, satisfacere me illis oportet. Audi ergo: Ecclesiasticas Ceremonias sua quisque profide gerit. Sacrificia ea facimus quae credimus DEO grata: neque nostri arbitrii est credere, quod velimus. Victa magnis rationibus mens humana, volens nolensque capitur, utque natura instituta est, altera facile trahitur, altera elabatur. Mihi persuasa est meorum Sacrorum Religio: Si tuam sequar, Homines fortasse fallam, animae meae contrarius: DEUM qui corda inspicit nequeo fallere Neque me tibi similem esse decet. Aliud Histrioni aliud vero Nobili convenit. Haec vel tibi habeto si sapis, vel his referto qui te submisere.

Georgii Podie-
bradii de Reli-
gione Sententia:

Anno

CHRISTI 1455.

LADISLAUS REX postquam Wratislaviensibus non modo veteres Immunitates confirmavit, sed & nova Privilegia, & in his quidem hoc quoque, ne Judaeum quempiam in Urbem recipere ullo unquam Tempore cogantur, indulgit, universoque Ducatui Praefectum dedit, Henricum Rolenbergium, Jodoci Episcopi paulo post Wratislav.

LADISLAUS
REX rebus in
Silesia consti-
tutis Viennam
redit:

Cilia Comitem
in Gratiā re-
cipit:

tislav. Fratrem, qui anno sequ. Viennæ obiit, pridie Kalend. Februarii illinc digressus atque Suidnicium profectus, inde Viennam iter convertit. Nec multo post insignis iterum in aula facta est mutatio: Udalricus enim Cilia Comes Ladislao reconciliatus, idque opera procerum quorundam Austriacorum, qui cum Eyzingeri Consilia minus probarent, apud Regem ipsum criminabantur, ac ne & ipse insoleceret, Comitem illi opponendum censebant, in aulam postliminio redire jubetur, ac mille Equites maxime ornatos secum adducens magno splendidoque apparatu ab ipso Rege Viennæ excipitur. Contra Eyzingerus qui Udalricum de Dignitatis Gradu dejecerat, Culmen Potentiæ consecutus, ne quod in alium statuerat, in seipso pati cogeretur, ultro exulatum cum suis abiit. Quod Ejus Consilium laudasse Comitem ferunt, quod mutari facile Regum Voluntates & levi momento hac illac impelli, jam doctus esset. Adeo lubrica res & inconstans Aulica est Gratiā: ut vere dixerit Polybius, cum in universum omnes mortales parvis momentis & sublimes evchantur & rursus deiciantur, tum in iis qui Regum Aulas colunt id præcipue Locum habere, quippe cum similes isti sint Calculis quos in numerariorum Abacis est videre. Nam ut hi pro lubitu calculantis modo chalcum sive oboli sextam Partem valent, modo Talentum, ita & Aulicos ad Regis nutum beatos aut miseros repente existere.

Anno

CHRISTI 1456.

Petro II. Episc.
Wratislav.
defuncto JO-
DOCUS I. B.
a ROSEN-
BERG succe-
dit:

Petrus II. Episcopus Wratislaviensis cum respirante paulum & quiescente sua Provincia a Turbis bellicis alii-que Molestiis, novem annorum Spatio, quo Sedem Wratislaviensem tenuit, plures Pagos a Conrado oppignoratos redemisset, arisque alieni quod priorum Temporum Injuria grande contractum fuerat, magna Parte Ecclesiam levasset, Mense Februario arce Ottinuchoviensi ultimum Vitæ diem clausit. Cui Jodocus Baro Rosenburgius Bojemus, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani cum Cruce Prior & Præpositus Straconicensis, nondum matura Ætate Commendatione LADISLAI REGIS ac dispensatione Calixti III. P. R. (neque enim Canones in Episcopum eligi minorem permittunt, nisi Canonum Gratiā fiat ab Sede Apostolica) successit, Vir Crapulæ ut habent vitæ Episcoporum Mstæ, & eduliorum varietati nimis intemperanter deditus, sed multis aliis Virtutibus commendatus.

VVLADIZ-
LAUS REX
HUNG. ac
BOH. nascitur:
Belgradum
Turcæ sed irri-
to Conatu ob-
sident:

Kal. Martii nascitur Hora 7. matut. minut. 46. WLADISLAUS, Casimiri Pol. Regis ex Coniuge Elizabetha, Alberti Cæsaris Filia, Regis Pol. Filius Hungariæ post ac Boemiarum Rex, Magnusque Dux Silesiæ.

Belgradum (Nandor Alba) nobilis ad Danubii Savi-que confluentes Civitas a Mahumete Turcarum Tyranno, Achmetis Successore, qui post devictam Constantinopolin nihil amplius Viribus suis infectum esse putans, Hungariæ Regnum jam Animo invaserat, premitur sex & quadraginta dierum Obsidione, sed Virtute Johannis Hunniadis liberatur: consiliorum tamen omnium ac laborum Socio felicissimo Johanne Capistrano Monacho, qui numerosam militum nullo privati commodi emolumento, sed pietatis studio in communem Christiani nominis hostem proficiscentium manum adduxerat. Cruce signari ex re ipsa nominabantur, cujus modi quidem 1800. Wratislaviæ congregati VIII. Kal. Septembr. inde discesserant, eodemque adhuc anno bene gesta reversi in Borussia postea abierunt. Duobus muris cinctum erat oppidum, quorum anteriore vi Tormentorum perrupto Turci sese jam infuderant: Hos qui ex Christianis in ea Pomerii Parte erant, cum magna strage repulerunt: Quorum fortunam secuti ceteri Oppidani, longius ab oppidi mœnibus progressi, atrox cum hoste Prælium in patenti Campo conferuere: in quo magna Turcarum Strage edita, Mahumetes accepto ad Oculum Vulnere, castris Incendio corruptis, & machinis bellicis relictis abire coactus est. Historiam belli ad Pontificem qui in Rei Memoriam Diem illum qui erat 6. Augusti, Transfigurationi CHRISTI sacrum esse postea iussit, scripsit Capistranus, sed ita ut multum sibi ex ea gloria quæ secundum DEUM soli Hunniadi debebatur, arrogaret, seque præcipuo auctore res tantas gestas videri vellet. De quo ita Sylvius Monachi Ambitionem videns exclamat: Ingens Dulcedo Gloriæ, facilius contemnenda dicitur, quam contemnitur: Spreverat Capistranus Seculi Pompas, calcaverat Avaritiam, Libidinem subegerat, contemnere gloriam non potuit, Nemo est tam Sanctus qui Dulcedine Gloriæ non capiatur: Facilius regna Viri excellentes, quam Gloriam contemnunt: Hæc Sylvius Boemiarum Cap. LXV. Caterum Hunniades post hanc Victoriā non vigiliis modo claris ac laboribus in illa expeditione

Johannes Hun-
niades moritur:

ne confectus, sed febris insuper ardentissima correptus, in Oppido Semlino, quo ex Medicorum Consilio deportatus erat IV. Id. Septembr. mortalitatem exiit, quem paulo post secutus est, qui commilitoni morienti adhaerat, Capistranus, in oppido Villach vita defunctus.

LADISLAO Rege Belgradum profecto, uti locum victoria celebrem videret, Spoliaque & manubias Turcis ereptas percereret, inter Ladislaum Johannis filium, Hunniadem & Udalricum Ciliæ Comitem, cujus Caput erat a Rege secundum, quique ut Patri Hunniadi Infidias struxerat, ita filios Ladislaum & Mathiam calumniis oppressos conatus est tollere, de quibus cum eo expostulaturus venerat Ladislaus, rixa exorta est, quæ in Pugnam exarsit, in qua Ladislaus prior a Ciliano vulneratus, educto & ipse gladio, lorica tectum frustra percussit, donec Hungari Satellites ad Clamorem exciti, obluentem Comitem Vulneribus aliquot confecere.

Ciliæ Comes
occisus:

Anno

CHRISTI 1457.

Eam Cadem, in qua quidem Ladislaum Reipublicæ Christianæ non minus profuisse, quam Patrem Hunniadem, in Profligatione Mahometis, Sylvio Teste, creditum fuit, Rex graviter ferens, sed dissimulans, quin imo Matri supplici affirmans, se filio ignoscere & Oblivionem cædis coactæ atque *amnesia* sanciens, utrumque Hunniadis Filium Ladislaum & MATHIAM in aulam pertraxit. Ibi nihil tale timentibus manus injiciuntur: unaque cum illis Joannes Varadiensis Episcopus, ut plerique alii amici, qui aut cædis conscii, aut Administrum fuisse putabantur, capiuntur, ac in Ladislaum præsertim nulla meritorum Patris habita Ratione mox Capitis Sententia fertur, cujus Supplicium pauci fidei Oculis spectabant, XII. enim Calend. Aprilis productus, XXIV. annos natus, egregio Corpore Juvenis, flavis de more crinibus super humeros passis, purpurea sèricaque veste auro intertexta, qua paulo ante a Rege donatus fuerat, manibus victis, diem pauca pro sua Excusatione locutus, inter Vota ad DEUM in genua procumbit, ac forti animo Cervice erecta, ictum expectat, ter a Lictore percussus, atque ex Ictu prolapsus in Terram, suapte annixu, quanquam ligatus esset, sese rursus a Terra attolit, & clara Voce DEUM Innocentiæ suæ Lessem invocat: Quarto demum ictu capite præfecto vitam profundit, indignante ac multa in Regem ipsum cæterosque Proceres Convitia jaciente Plebe. MATHIAM vero Rex in Austriam misit custodiendum, Varadinum autem intercedente S. Angeli Cardinali Legato Pontificio, Strigoniensis Metropolitæ Judicio permisit, sed paulo post dimitti jussit. Reliqui captivi, exceptis MATHIA CORVINO & Paulo Madaruzio noctu quondam effractis claustris, evasere. Rex vero, ne quid illi molirentur, verius, Viennam ex Hungaria redit. Enim vero hæc Regis in Hunniadis Filios sævitia, haud paucorum ex Proceribus Hungaris Voluntates averrit, atque odia adversus Regem incendit: qui haut ita multo post Pragmam profectus, cum Oratores in Galliam cum Splendidissimo Comitatu a Carolo VII. Francorum Rege Magdalenam filiam sibi desponsam petitiu misisset, haud dum iis reversis, inter Nuptiarum Apparatus ac magnarum Rerum Expectationes, subito quodam morbo correptus, cum maximo Procerum aliorumque Subditorum qui summam de eo Spem gubernationis præclaræ conceperant, mœrore planctuque pro Thalamo Tumulum nactus inopine obiit, sexta & trigesima hora, quam ceperat, agrotare, IX. Kalend. Decembr. Ætatis autem anno duodevicesimo. O infelicem humanæ naturæ Conditionem, exclamat Sylvius, o inanem mortalium gloriam! o cæcas hominum mentes! Quid jactamur? quid extollimur? Quid est, quod dignitates, opes, Potentiam tantopere flagitamus? Perpetuo his frui cui datum? LADISLAUS nobilissimus Adolefcens; duodeviginti natus annos, in ipso Ætatis flore, in ipso Gloriæ Culmine, tot Gentibus imperans, tot deliciis atque opibus affluens, inter tot auxiliantium manus, intra 36. Horas postquam agrotari cœpit, extinctus est.

Ladislaus
Hunniades Capite
plexus:

MATHIAS
Hunniades in
Carcerem con-
jectus:

LADISLAUS
REX repenti-
no Fato subla-
tus:

Joh. Cochlaus hist. Hussit. lib. XI. LADISLAUS REX die 22. Nov. cum sedisset in Judicio quo de Nobilitate inter Gyrzikonem h. e. Georgium de Constat sive Podiebrat, Governatorem Bohemiæ, & Joannem de Czirnburg seu Tannazan: Generalem Capitaneum Moraviæ agebatur magnis Contentionibus, ita, ut alter alterum ad Duellum provocaret, licet ab eo Hussitæ essent, Tristem Rex Vultum præ se tulisse visus est, quod præsagientis Æternitatis judicatum est fuisse Signum. Dimisso Tribunali, cœnavit inter purpuratos, composito ac gravi Sermone usus. Post multam noctem in Cubiculum ductus, oblatas rapulas, quæ apud Bohemos dulcissimæ sunt, avide comedit,

Specialior tantum
Cilius Narratio:

Cere-

Cerevisiamque seu, ut Æneas ait, sicorum bibit. Priusquam Lecto decumberet, orationem de more ad superos habuit, qua finita, gravatum se dixit, & Stomachum vehementer dolere. Cui unus ex Cubiculariis, natione Bohemus: Ascende, inquit, stratum, dolorem Somnus excludet: Paruit Rex, quietique se tradidit cumque ad Horam dormivisset, vocato iterum Cubiculario, Vim doloris, qui sensim cresceret, intolerabilem esse ait. At ille de se Judicio faciens, nihil melius Somno affirmabat. Rex iraque ne Cubiculariis molestus esset, in Diem usque dolorem pertulit tacitus: Tum medici accersiti, quae suarum Partium erant, desperata salute fecerunt. Vocatus & ipse Gubernator, Regem bono esse iussit animo, ac petere quodcunque vellet, omnia enim arbitrio suo esse, mandaret ergo parere cupientibus. Ad quod Rex: Tua, mi Georgi, pridem cognita fides perspectaque Virtus est: per te Bohemi me usque in hunc Diem Regem appellant, speravi me positurum Regno quod ipse paraveras: Nunc enim superi jubent, mihi moriendum esse: Regnum in Tua manu erit: Duo ex Te peto: alterum; ut provinciales iussu regas, alterum, ut qui me secuti sunt ex Austria ceterisque Provinciis in Patriam suam incolumes remittas. Hoc mihi supremum beneficium ne deneges. Age ergo, promitte quæ cupio: nam me mori certum est. Non potuit tenere Lacrymas Gyrziko, deditque fidem se facturum quod Rex imperasset. Finito Sermone intromissis Sacerdotibus de Curatione Animæ actum est, Christiano More Sacramenta adhibita. Rex Ornamenta sua Ecclesiæ Pragenſi legavit, iussitque Crines in auri modum fulgentes, ne quæ superesset Vanitas, amputari: id ministri causas moræ neſcentes, neglexere. Ubi anima ægra amplius demorari non potuit, Sacram Candelam petiit, eamque manu prehendit, & intuens SALVATORIS CRUCIFIXI IMAGINEM orationem Dominicam dicere orſus, ad finem usque perduxit, pronuntiatisque ultimis Verbis: Sed libera nos a malo: nihil amplius locutus, non extrema pati, sed quietem arripere viſus, mortalis vitæ Lumen reliquit. Hæc Æneas in Historia. Mortuus est igitur Nobilissimus Rex, adhuc adolescens, in ipso Ætatis flore, annum Ætatis duodevicesimum nondum egressus, in summo gloriæ culmine, in magna de se omnium expectatione, mutato repente nuptiarum gaudio in Funeris acerbissimum Luctum. Mortuus est autem Pragæ non in Arce, sed in antiqua Civitate, in Domu Regia ad S. Benedictum, in festo S. Clementis, sub Vesperam, d. 23. Novembr. qui est IX. Calend. Decembr. Mortem Ejus alii morbo, alii Veneno imputavere, adeo ut Germaniæ Populi etiam vulgari Cantilena, Girzikonem & Rokyczanum de Veneno suspectos pronunciaverint. Rokyczano quidem facti callidissimo & Veretatori pessimo Regiam Mortem nemo non acceptissimam judicavit: Girzikonem vero videntur excusare ipsius Verba Regis, supra ex Ænea recitata. Cominaus lib. X. scribit LADISLAUM consuetudinem habuisse cum scemina quadam nobili, quæ graviter ferens, illum in Matrimonium ducere Caroli VIII. Galliarum Regis Filiam, contra datam sibi fidem & promissum, in balneo Pomum ei dederit, per medium cultello divisum, quod veneno tinctum erat. Corpus LADISLAI VII. Kal. Decembr. in festo S. Catherinæ Regio more & publico totius Regni luctu e Domo Regia elatum, per Civitatem antiquam usque in Arcem Pragensem ibique Regia Pompa peractis Exequiis Sepulchro Majorum suorum in Choro Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis ad Oſſa CAROLI Regis & Imperatoris hoc nomine QVARTI appositum fuit. De morbi quo periit genere, neque tum neque postea, certi aliquid constitit, & in Ejusmodi Rebus tutius est Famam citare Testem, quam aliquid affirmare. Cruditate Stomachi nonnulli, Peste alii interemptum volunt, ejusque Indicia apparuisse circa inguina. Medici Germani Veneni Suspicionem recuisse perhibentur, quod Vulgus postea pro certo apprehendit, vere an ex Odio Bohemiciæ Gentis, cui tum ea propter Religionem obnoxia erat, incertum. Bohemi certe Injuriam hæc suis * hominibus fieri affirmant.

Ducatus Os-
taentimensis
Polonis vendi-
tur.

Johannes sive Januſſius Osvencimentium Princeps accepto certo Pretio, quinquaginta nimirum mill. marc. latorum grossorum Pragensium numeri Polonialis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcem computandis, omnem prorsus Ditionem Osvencimentem Casimiro Polon. Regi cessit, sicque Regio illa a Silesia avulsa longe quidem postulatio in Polonorum ** Jus & Potestatem rediit. Cromerus factum scribit

an.

* Diploma CCH. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci, ex ipso authentico a nobis depromptum refertur, Corpus Regis LADISLAI absque ullo propinati Veneni Signo, WLADIZLAUM REGEM an. 1472. die S. Valentini Pragæ cum Tumbam Ejus adiret, invenisse.

** Vid. Dipl. XXXIV, Spec. C. nostri D.

an. 1453. sed Instrumentum Venditionis quod extat apud Jac. Prilufium de Provinciis Poloniae hunc ipsum 1457. annum habet.

Anno

CHRISTI 1458.

Quo indignius LADISLAUS REX Hunniadis defuncti liberos tractaverat, eo major in MATHIAM superstitem, qui Vienna Pragam deductus & in manus Georgii Podiebradii traditus erat, favor fuit. Itaque divulgata Regis morte plerorumque suffragiis (erant enim nonnulli Proceres a quibus FRIDERICUS IMP. ad capeffendum Regnum sollicitabatur, qui ut ante septennium Romæ eo die quo canitur: Latere Hierusalem, Imperii, ita tunc Neapoli Austriæ eodem die Regni Hungariæ Coronam suscepit, quemadmodum ex MStis refert Gerardus de Reo Hist. Austriac. lib. VI.) MATHIAE & juveni & captivo Regnum desertur: missique statim ad GEORGIUM Legati qui Regem ab Eo exposcerent, ejusque liberandi Rationes inirent. Summa tum Prudentia usus GEORGIUS, ne ingratis postea facere cogeretur, quod tum magna omnium cum gratiâ facere poterat, * MATHIAM non modo liberum dimittit, sed Filia quoque CATHERINA ei in matrimonium collocata sœdus cum eo facit, honestissimoque comitatu, magnam ab Hungaris Auri Vim recipiens (sexaginta millia numum aureum quidam decreta esse, alii quadraginta prodidere) ad Hungariæ usque fines deducit. Quos ubi MATHIAS attigit, sœdus cum GEORGIO factum, sponsaliaque cum ipsius Filia contracta novis super ea re confectis litteris confirmat: quas cum alibi legere non meminerim in Codice quodam MSto Rhedigeriano repertas, etsi mancas alicubi, heic adjicere visum:

MATHIAS
HUNNIADIS
ex Carcere ad
Regnum
HUNGARIÆ
vocatur:

qui sponsalia
cum GEOR-
GII REGIS
BOHEMIÆ
Filia contrahit

Nos MATHIAS: DEI GRACIA: electus Rex Hungarie Dalmacie Croacie &c. notum facimus universis presentes litteras inspecturis: Quod cum nos post illam Captivitatem in qua per Serenissimum Dnum LADISLAUM quondam Regem Hungarie usque ad ultimum diem vite sue tenti fuimus, demum ad manus Magnifici Dni Georgii de Cunstadt & Podiebrad Regni Bohemie Gubernatoris devenissemus, ipse Dnus Georgius Gubernator nobiscum amice & fraternaliter egit. Nosque in hujusmodi necessitate nra & Turbatione cum omni benevolentia tractavit & ex hujusmodi Captivitate liberavit & libertati restituit, imo etiam quantum in eo potuit fautor noster fuit & adiutor ut ad Dignitatem Regalem eligeremur. Nos volentes hujusmodi benevolentie vicem reddere & etiam de tali beneficio grati esse promiseramus eo Tempore cum adhuc ad Dignitatem Regalem electi non fuimus, cum eo Amicitiam & individuum fraternitatem ac affinitatem inire contrahere & firmare: Ut igitur ipse Dnus Georgius Gubernator & alii has litteras visuri cognoscant priorem Intentionem nostram & Voluntatem per hoc, quod post illam Promissionem nram ad Dignitatem Regalem electi sumus, mutata non fuisse nec esse, sicuti presentes - - - - promiseramus Unionem & Amicitiam ac fraternitatem cum predicto Dno Georgii Gubernatore inire & firmare ac cum egregia Virgine CATHERINA alio nomine Cunegunde appellata, secundum Ritum & Legem Sancte Romane & Christiane Ecclesie Sponsalia & matrimonium contrahere, ita nunc matura deliberatione prehabita & in libertate nra constituti, habenda respectum ad - - - - & beneficia que ab ipso Dno Georgio Gubernatore in nra necessitate percepimus cum eodem & filiis suis Tenore presentium perpetuam amicitiam & fraternitatem ac benevolentie Unionem nunc unimus & firmamus ita videlicet, quod nos a modo in posterum eidem fideliter consilio & auxilio adherebimus & contra omnes eum turbas, aut damnificare volentes ipsum adjuvabimus, illisque qui amici ejus sunt & erunt Amici erimus, his vero qui sunt vel esse volunt ejus Inimici, una cum eo erimus Inimici, In horum autem omnium Confirmationem & Obfirmationem solidiorem, ut eis ad hujus Amicitie & Benivolentie Unionem etiam Vinculum Affinitatis, quod ipsa nature lege firmius est concurrat, illa sponsalia que cum prefata Catherina filia ipsius Dni Gubernatoris contrahere promiseramus,

* Res Ejus gestas ab obitu LADISLAI REGIS ad annum usque 1490. quo ipse sublatuſ est MATHIAS: continua Diplomatum maximam Partem adhuc ineditorum & Annalium MSSorum fide, lingua vernacula libro singulari adhuc inedito confeci: dignum enim & operæ pretium viſum, diversissima Fata mirari, quæ LADISLAUM REGEM Juvenem a Thalami aditu in Tumulum: MATHIAM Juvenem ex Carcere quo Capitale Supplicium innocens expectabat, ad REGNUM HUNGARIÆ vocabant.

ramus, nunc sponte, omni Via & modo meliore quo possumus, per presentes prefesto Juramento contrahimus, ipsamque Puellam Catherinam, cujus formam faciem & Corporis Integritatem ipsi vidimus nobis in Sponsam & matrimonio More Christiano accipimus & suscipimus, promittimusque eam infra unius Anni Revolutionem vel quanto citius poterimus in nram Curiam & ad Manus nras traducere & precedenti Coronatione nra more Regni nri in Reginam coronari faciemus ac demum adveniente re nubili Tempore & completis duodecim Annis ipsius ipsam nobis recto & individuo matrimonio copulare tali obligatione - - - ut si nos Temporis in Processu quorumcunque Consilio ab hujusmodi Contractu & Intentione mutato Voto resiliremus seu ipsa sponsalia solvere vellemus & dictam Puellam traducere & in nobis in matrimonium copulare nollemus aut non curaremus, extunc pro Contemptu dicti Dni Georgii Gubernatoris & prelate Puellae Sponsae nre in poenam Centum millium florenorum Aureorum convincamur ipso facto & ad hujusmodi Poenam & Pecuniam reddendam seu solvendam sub fide nra Christiana sumus obligati nec in hoc nobis quodcunque Auxilium Juris Canonici vel Humani suffragari valeat, aut nos ab hujusmodi Poena & Pecunia absolvere. Ad que omnia premissa firmiter & inviolabiliter observanda sub Verbo Regio & sub fide nra Christiana nos obligamus & inscribimus Testimonio presentium mediante quas scripto Manus nre proprio & Sigillo nro annulari consignavimus, & in Majus Testimonium Sigilla Illustris Dne ELISABETH Genitricis nre: & Magnifici Dni Michaelis Zylagii: Regni Ungarie Gubernatoris: ac Reverendi in CHRISTO Patris Dni Johannis Episcopi Waradiensis: Vincentii Wacinenfis Episcopi: Johannis de Rozkan Waiwoda Transylvanie &c. sunt appensa. Datum in Castro Stroczenie fer. IV. proxima post festum Dorothee: Anno D MNI M. CCCC. LVIII. Electionis vero nre primo.

Cochlæi de dispare Fatorum Cursu egregia Sententia:

Hic profecto pius & cordatus Lector merito factorum secreta & Divini Judicii arcana admirabundus venerabitur potius quam perscrutabitur, ne Scrutator Majestatis supprimatur a Gloria. Quis enim hominum possit hic perscrutari causam, cur Duorum Adolescentum qui Ætate & moribus pene pares erant, tam dispar fuerit factorum Cursus. En Ladislaus Rex & Mathias Hunniades, ambo erant in XVIII. Ætatis anno constituti, ambo eximia Indolis, ambo Paternæ Virtutis Æmuli, gloriosis Parentum gestis clari. At longe diversissima fuit utriusque Fortuna. LADISLAUS enim e Regali Solio, dum novæ nuptæ Thalamum adornat, subito defertur ad Tumulum, Luctu publico. MATHIAS vero captivus dum Capitale Supplicium trepidus expectat, insperate e Carcere ducitur ad Regnum maximo cum Gaudio. Quam hic quæso Causam tantæ Diversitatis afferet Intellectus Humanus: Nunquis Consiliarius DEI unquam fuit? Quin potius dicat religiose ac venerabiliter cum Psalmista: Judicia DOMINI vera, justificata in semet ipsa. Item: Judicia Tua Abyssus multa. Item: Æquitas Judicia Tua. Certum est enim, apud DEUM nullam esse Iniquitatem. Hac Cochlaus Lib. XI.

Manlii eadem de re Epigramma:

Extat & de dissimili fato LADISLAI Austriaci Posthumi & MATHIÆ Hunniadis Corvini elegans Christ. Manlii Lusati Epigramma, quod & ipsum vel animi causa apponendum censui

Hunc favæ certum submittere Colla Securi
Ad Regnum e tristi Carcere fata levant:
Illum inter medios Thalami Tædæque Paratus
De Solio ad feretrum mors in opina rapit.
Merguntur qui summa tenent, hæc alea fati est
Quique latent imo Gurgite summa petunt.

Inter hæc Bohemiæ Regnum plures competeabant, suis quisque Titulis: Casimirus Rex Polonia & Guilielmus Dux Saxoniae ab Uxoribus: Vtrique enim LADISLAI Sorores nuptæ: Fridericus Imperator: Sigismundus & Albertus Austriaci ex veteri foedere & Conventione inter Bojemiae Reges & Austriæ Principes inita: quin imo Fridericus etiam propter non petitam a LADISLAO iusto Tempore Investituram, feudum Regni apertum, ob idque ordinatione Ejus suam

suum esse contendebat. Concurrebat Æmulus & Gallia Rex magnificis * Promissis Regnum ambiens.

In tam celebri & specioso ambitu, auditis omnium Sententiis Bojemi tandem nulla vel Sororum defuncti vel pacti illius hæreditarii inter Bojemiam Reges & Austria-
cos Principes Ratione habita, e sua nobilitate GEORGIUM Podiebradium Baronem
ex antiqua Cunstadiorum Gente, Comitem Glacensem, Regnique Bojemiae Guber-
natorem, magnæ apud suos Auctoritatis Virum & ob res sapienter fortiterque domi
bellique gestas ipsius etiam Æneæ Sylvii Testimonio, apprime clarum, Potentissimis
illis Candidatis omnibus posthabitis ad Sublimitatem Sceptri evehunt: BOIEMIAE-
que REGEM VI. Non. Martii hora circiter 17. in Prætorio Majoris Urbis Pragen-
sis (ubi ex veteri more publici Regni Conventus habere soliti) declarant & salutant. Ex-
citata ob id publica hominum gratulatio & lætitia actæque DEO per Tempia Gratia.
Agebat tam GEORGIUS annum Ætatis 38. Mira Rerum mutatio, inquit Sylvius, &
novus Siderum Influxus: Duo potentissima Regna eodem Tempore Rege orbata ex
nobilissimo Sanguine ad mediocris Generis homines pervenere. Sic DEO placuit:
ludere fortunam dixisset Antiquitas. Nos divinæ Providentiæ cuncta tribuimus. Utri-
usque Electionem nonnulli calumniantur, Vim adhibitam dicunt, neque Jure valere,
quod metus extorserit. Nobis persuasum est, Armis acquiri Regna non Legibus.
Hæc Æneas Sylvius Hist. Boiem. cap. LXXII.

GEORGIUS a
Podiebrad eli-
gitur REX
BOHEMIAE;

GEORGIUS porro REX BOIEMIAE electus cum a Romana Ecclesiæ Socie-
tate, si illa Capita quæ petita a Bojemis & ipsorum Opinione impetrata essent, non
convellerentur, minime abhorreret, ordinato a Romana Ecclesiæ modo & more Non.
Maji consecrari sese passus est, ac Iapæ obedientiam Reverentiamque promisit jureju-
rando obligans sese ad extirpandos Hæreticos. Quod deinde aliquando orta discepta-
tione, ipse ad alios & potissimum ad Fratres sive Picardos, ut vulgo vocant, qui a reli-
quis Hussitis sive Calixtinis circa hæc Tempora secesserunt, bellisque omissis duntaxat
Puritati Doctrinæ propagandæ & Disciplinæ Ecclesiasticæ arctioribus Vinculis astringen-
dæ & conservandæ intenti fuerunt, torlit, quibus se nequaquam propitium ac potius
admodum insensum exhibuit. Cum autem solemne Bojenuia habeat, idque Cæsaris
Diplomatibus confirmatum ut Rex Boëmiae ab Archiepiscopo Pragen-
si aut Episcopo Olomucensi, si Pragen-
sis absit, inungatur, tum vero Temporis Archiepiscopalis Sedes
vacaret & Olomucensis nondum esset a Pontifice confirmatus, Germani vero Episco-
pi Operam hac in re suam Georgio præstare recusarent, missi ab MATHIA Genero,
Augustinus Jaurinensis & Vincentius Wacinen-
sis Episcopi qui hoc munere fungeren-
tur, prouti ab iis Inauguratio die Dominica proxima ante festum Ascensionis DOMINI,
quæ Vocem Jucunditatis dicitur, peracta, sed cui tamen interfuit Protasius Olomucensis
Episcopus electus, ut Testimonium de Regis Jurejurando perhiberet: altera mox die
quæ erat feria Ilda rogationum.

Discedente
Non. Maji cingitur;

VIII. Eid. Maji JOHANNA Georgii Uxor secunda, Procerum ex familia Boje-
miæ Rozmitalensium, in Basilica Arcis Pragen-
sis ab iisdem a quibus Rex, Episcopis
solemni ceremonia inauguratur, inungitur, Coronaque Regni cingitur. Et hæc qui-
dem in Bojemia acta sunt: At Silesia pene universa hanc Georgii Electionem ægerri-
me tulit, tum quod Hussiticæ Sectæ addictum, atque adeo Hæreticum, uti existima-
bat Regem ferre non posset, tum quod ipsi ad Electionem minime fuerunt adhibiti.
Itaque fœdus contra ipsum a Principibus atque Ordinibus Silesiæ a. d. 20. Martii Le-
gnicii factum, quod postea Wratislaviæ a. d. 19. Aprilis renovatum, frustra Legatis Ge-
orgii, ut in Ejus Verba jurarent, postulantes. Inclinant autem Silesii ad Gui-
lielmum Saxoniarum Ducem, LADISLAI Sororium, sed qui ut Fabricius prodidit, Con-
ditionem oblatam repudiavit, adhortatus Silesios ad Obedientiam & Moderationem:
se Regni minime esse cupidum, nec ipsos sat Virium habere ad bellum perficiendum, cum
sine Armis Electio GEORGII impediri non possit, eum esse Virum industrium, & militarem,
prudentem ac gratiosum, caverent ne sibi malum ingens accerferent, usi improvidis consul-
toribus.

REGINA vero
JOHANNA
VIII. Eid. Maji
coronatur;

Silesia GEOR-
GIUM RE-
GEM deferit;

* Rifu sane excipiendis: omnia Regni Debita suo se ære persolaturum, omniaque a Re-
gno alienata suo Marte recuperaturum, & ad annum usque septimum nullum plane Tri-
butum a quoquam exacturum, promissit: sed Gubernator Regni, quanquam sui ipse com-
modi studiosissimus, a Comitibus Legatos hos & alios prohibuit, donec Rex futurus deli-
geretur, Teste Dubravio Lib. XXX. pr.

toribus. Idem mox ipse Societatem cum GEORGIO iniit, ejusque filio Henrico, Annam natu minorem Filiam despondit.

Calixto III.
P. . PIUS II.
succedit:

Successerat per id Tempus defuncto Calixto III. PIUS II. dictus antea Æneas Sylvius, qui cum Principum CHRISTIANORUM conventum Mantuæ celebrandum indiceret, ad institucendum nimirum bellum & expeditionem contra Turcos: ad GEORGIUM quoque Regem admodum benignas & honorificas litteras dedit: quibus acceptis Rex se in propria Persona ad ipsum venire non posse, rescripsit Pontifici propter Silesios sibi adhuc rebelles: missurum autem se Oratores suos. Tametsi vero & PIUS II. P. R. & Fridricus Imp. Georgio reconciliati Regem cum agnoscerent, Principes etiam Imperii, qui a Bojemib. Regno feuda recognoscunt, homagium quod vocant, sive hominium ipsi facerent, Lusatia insuper & Moravia pleraque etsi Initio repugnarent, eum reciperent ac Sacramentum dicerent: Jodocus denique Episcopus Wratislaviensis gliscens Incendium veritus, interque Initia restinguendum ratus, ut idem Silesia faceret, publicæ Tranquillitatis Causa suaderet, nec alieni essent a Studio Pacis præcipuorum Silesiorum Principum Animi: Wratislaviensis tamen Civitas una cum Sacerdotum Collegio quod Edicta Pontificia per fraudem exorta diceret, graviter GEORGIO adversata, pertinacia sua & inrempestiva Contumacia rem omnem infectam reddidit, bellumque sibi & Patriæ funestum, quam Imperium GEORGII pati maluit. Episcopus quod Hæretici Regis recipiendi Auctor fuisset publice in Concionibus a Monachis proscissus est: Quæ causa fuit, ut ipse Septembri Mense Romam se conferret, exploraturus Animum PII II. P. R. Æneæ Sylvii prius dicti, qui per id Tempus Calixto II. successerat.

Anno

CHRISTI 1459.

WRATISLAVIA omnes
GEORGIO
REGI Vires
opponit:

Menſe Martio Corbuſii Principes Saxoniæ: Henricus Freyſtadienſis: Collegium Sacerdotum Wratislaviæ: Civitas Wratislaviensis & alii complures ex Ordinibus Provinciæ de mutuo ſœdere in GEORGII REGIS perniciem faciendo collocuti ſunt, ſed altero menſe poſt tota Res fuit diſcuſſa, Principibus & Ordinibus plerisque, cum intelligerent GEORGIUM a Catate etiam Regem adpellatum, ad ejus Partes ſeſe applicantibus Wratislavia una cum Collegio quod præcipuo Odio GEORGIUM proſequeretur, & quotidianis Concionibus per ſuos Oratores Monachos, inſanientem ſua ſponte Populum, magis etiam concitabat, nulla ratione ſe ſecti paſſa eſt. Sacerdotibus, qui erant faces publici Incendii, bellum a Præfecto Glaceniſi & Principe Teſſinenſi indictum, qui multa eorum Prædia devaſtarunt & exuſerunt.

quam irrita
Obſidione
REX cingit:

Sub feſtum Converſionis Pauli GEORGIUS REX in Moraviam ad Brünnam & Olomucium tranſiit ac rebus compoſitis, Pragam inde revertitur poſt feſta Paſchalia. Inde vero Egram proſciſcens cum Fridrico Duce Saxoniæ Electore, atque cum nonnullis aliis Principibus Pacem iniit, atque inde Pragam ante Pentecoſtem reverſus eſt. Nec diu ibi moratus iterum in Moraviam tranſiit, ut ibi Fridricum Imperatorem conveniret. Inde autem Iter in Sileſiam ſectens Wratislaviam obſedit & devaſtatis Suburbiiis, grava Civibus damna intulit, Urbem tamen expugnare aut obtinere non potuit. Depopulatis igitur Agris & Vicis domum rediit ſubito poſt Feſtum S. Franciſci Cochl.

Legati Sileſio-
rum ad P. R.

Wratislavienses & alii Sileſii ſolemne miſerant Legationem Romam ad conſulendum PIUM Papam ſuper eorum Anguſtia: Zelus enim fidei non ſinebat eos præbere Obedientiam ei quem pro Hæretico habebant: & Timor de malis a bellicoſo Rege ſibi imminentibus merito anxios reddebat. Oratores igitur eorum ubi in Conſpectum Papæ admiſſi eſſent, multa commemorabant, tum de Gloria Majorum ſuorum, quod a Julio Cæſare Ortum habuerint, tum de Laudibus Patriæ ſuæ, quod in fide Catholica ſemper ab omni Schismate & Hæreſi immaculata permanſerit; quod in Ducibus & Principibus ſuis ſit illuſtris & generoſa, in Prælatiſ & Clero notabilis & copioſa, in Comitibus & Vaſalliſ ſpectabilis & animoſa, in Civitatibus oppidis & Caſtris amabilis & numeroſa, in populis & Plebibus pluralis & operoſa, in fundationibus, ſacris Ædibus & Monaſteriis DEO devota & ſtudioſa. De Bohemia vero peſſima referebant, propter Hæreſin & Crudelitatem Huſſitarum: nominatim vero plura contra Girzikonem & contra Ejus Electionem allegabant, petentes ut Papa Electionem irritam declararet, ut qui jam pridem a Joh. Capifirano Nuncio Apoſtolico fuerit tanquam Hæreticus publice proclamatus & ex communicatus. Cochl.

Papa

Papa vero quod omnem Curam convertebat ad inferendum Turcis bellum & Mantuz constitutus in Generali Principum Congregatione, Ore proprio crebris Orationibus animos Principum ad illud prosequendum inflammabat, metuens ne Rex vicinis bellum inferens Turcis obviare non posset, suavit utrique Parti ea quæ Pacis sunt: Probe enim cognoscebat Gyrzikonem in Consiliis & armis plurimum contra Turcas posse si Domi Pacem haberet.

Sub finem Augusti Wratislaviensium & Namslaviensium Legatio in Poloniam venit oppidorum suorum deditonem Casimiro Regi offerens: sed bello Prusico tunc implicatus, commendata eorum Pietate & Religione, aliter sibi eos prospicere iussit. Cromer.

Prid. Kal. Septembr. GEORGIUS REX Svidnieium venit non a civibus modo sed & universa nobilitate honorifice exceptus. Javoria deinde ab omnibus Principibus & Civitatibus Rex salutatus est, solis Wratislaviensibus & qui ab his pendebant Namslaviensibus neque nomen neque Jus Regium GEORGII agnoscentibus. De quibus magna Savicia in Ordinem redigendis cum rationem iniret, Præsidia variis locis constituit, ut ad importandos Wratislaviam Commeatus ac subsidia aditus omnes præcluderet, Præcipui Copiarum Duces erant Boleslaus Oppolienfis, Wladislaus Glogoviensis & Conradus Albus Olenicenfis. Occupant jam Bojemi Novorum & aliquot vicinas Arces: Principes vero isti Kal. Octobris contractis raptim suis militibus ex Ripa Viadri Aquilonari Cœnobium S. Vincentii in suburbiis Wratislaviensibus adorti sunt: quo si potiti fuissent, facile ad Urbem patuisset Aditus. Sed Virtute Civium & Prædialiurum militum acri Prælio cum illis dimicatum, cumque glande vulneratus esset Wladislaus Glogoviensis, Prælium diremptum & Principes Pedem referre haut paucis suorum desideratis coacti sunt: ita ut postmodum totus fere Exercitus dilaberetur. Eruptione dein facta Wratislavienses complures ex Nobilitate, qui ipsis erant iniqui, profligarunt. Castrum Boraro, die quo S. Hedwigis Memoria celebratur, expugnarunt Dominum Loci Joannem de Paichwiz Baronem, vivum sed vulneratum lethaliter ceperunt, ac Wratislaviam secum adduxerunt. Caterum Georgius Wratislaviam non adeo, ut rebatur, expugnari facilem, suumque adeo Conatum irritum videns, non diu ibi, moratus, ut aliquo operæ Pretio cladem pensaret, suburbanis Ædificiis ferro & flamma dein agris Populatione, haud exiguo Wratislaviensium Damno vastatis, Pragam rediit.

Facta quoque hoc anno mense Augusto Confœderatio Fridrici III. Imp. & Georgii Regis Bohemiarum: item Ejusdem Regis & Alberti Archiducis Austriae.

Inter Hæc Hieronymus Landus, Archi-Episcopus Cretenfis & Franciscus de Tolito, Archi-Diaconus Hispalensis a Pio II. P. R. pro Pace inter Regem & Hussitas facienda in Bojemiam missi, quibus & litteras Pontifex cum pleno mandato, res suo agendas nomine quæ ad Pacem facere videantur, impertivit: datas Mantuz VII. Kalend. Octobr. Ipsi nuncii Pragam venerunt circa festum Simonis & Judæ Apostolorum 25. die Octobr. & molito Regis animo ad Pacem, ulterius transierunt versus Wratislaviam, ibique peractis Negotiis & assumptis secum qui callida illa & exitiosa Consilia minime probabant vita & consilio, præcipuis aliquot Canonicis & Senatoribus redierunt Pragam in Vigilia Thomæ Apostoli. Rex vero interea profectus fuerat Egram, ubi Filiam suam illustrem Zedenam desponsavit Alberto, Electoris ac Ducis Saxoniarum Fridrici Filio, cum nondum esset plane nubilus ut pote novem tantum annos ætatis habens: Inde ex Sententia utriusque Partis trium Annorum Induciæ confectæ, eis quidem pactis conditionibus, ut Wratislavienses interim sui Juris essent, deinde vero si GEORGIUS in Religione Catholica perstaret, Pontificisque Romani Majestatem observaret solemnibus Ceremoniis in Ejus Verba jurarent, sed præfectum tamen ab eo inviti neminem acciperent. Rex hæc omnia admisit quin & Mensum unum ultra triennium de præstando Homagio adjecit. Totum vero Processum Concordiæ confirmaverunt Nuncii Apostolici, appenso alterius ex iis Sigillo videlicet Archi-Episcopi Cretenfis de utriusque tamen Consensu. Acta sunt hæc Pragæ 1460. d. 13. Januarii: His vero peractis uno eodemque die nempe d. 18. Januarii e Pragæ recefferunt, Rex quidem versus Moraviam, Nuncii vero Apostolici cum Wratislaviensibus versus Poloniam.

Anno

CHRISTI 1460.

FRIDRICO Imperatori cum paulo ante Hungaros recipiendæ Coronæ Causa in Austriam

MAXIMILIANUS I. IMP. Auftriam ingressos prælio vicisset 27. d. Martii qui hoc anno Cœnæ DOMINI facer erat, filius nascitur **MAXIMILIANUS I.** Patris postea in Imperio Successor.

Pax inter BOHEMIÆ & POLONIÆ Reges sancita: Conventus Polonorum cum Bojemis Bythomiæ, in quo Pax fœdus atque Amicitia inter **GEORGIUM** & **Casimirum** Reges constituta ea lege, ut neuter alterius hostes ope ulla adjuvaret: solo Pontifice Religionis Causa a **Casimiro** excepto. Adjectum inter alia ut uno anno exacto, Reges ipsi confirmandæ amicitia gratia **Glogoviæ** congregerentur.

Pestis atrox: Pestis atrox longe lateque grassata plurimos hoc anno mortales absumsit.

PIUS II. P. R. **Wratislavienſibus** calamitatum ipsorum ac Sumtuum misertus in quinquennium Jubilæi, ut vocant, Gratiâ largitur: Conflata est grandis pecunia, sed cujus bona Pars Belli Turcici ergo Romam translata: Fuerunt & in Silesia multæ ob monetæ mutationem dissensiones.

Discordia inter P. R. & SIGISMUNDUM ARCHID. AUSTRIÆ: **Pius II.** consensu Papali Cathedra **Sigismundum** Imperatoris Agnatum, Archiducem Austriæ, diris devovet execrationibus: cum enim **Sigismundus** **Nicolaum** Cusanum a Pontifice ad deglubendum Episcopatum **Brixienſem** in **Tyrolim** missum post longas concertationes, in velitatione captum Custodiæ mandasset, Pontifex ob læsam Majestatem suam in sua Creatura acriter commotus, Archiducem cum omni ditione sua Censuræ sacræ subjecit: ubi præcipue notandum, **Sigismundo** & Ejus Oratori **Gregorio Heimburgenſi**, nam & hunc eodem involvit Anathemate, id imprimis fraudi fuisse, quod Concilium, ut Papa superius appellasset, cum privatus adhuc acerrime Theſin hanc esse fidei Catholicæ, credere Concilium esse supra Papam, sicque quod **Sylvius**, non **Pius** probaverat.

Anno

CHRISTI 1461.

Conventus Egra: Mense Febr. in nobili Oppido **Egra** **GEORGI** REGIS & Electorum Septem Virum aliorumque Principum Imperii per aliquot Dies Conventus agitur celeberrimus. Causæ Ejus Synodi aliæ a **Dubravio**, aliæ item a **Cochleo**: aliæ quoque a quibusdam in MSSis annotantur.

Conradus **Albus** Dux **Wohlav.** & **Wartemberg.** litteras super transactione cum Episcopo **Jodoco** ratione Caſtri & oppidi **Canthenſis** confecit.

Item: **Nicolaus** Dux **Opol.** fatetur se concordare cum Episcopo **VVratislavienſi** super **Vyaſt** & cæteris bonis Clericorum.

Anno

CHRISTI 1462.

Compactata Bohemorum P. R. approbare regular: Mense Januario misit Rex celebrem Legationem è **Praga** Romam ad **PIUM P.** R. in qua erant & Barones nonnulli, & Comites **Procopius** de **Rabenſtein** Cancellarius Regni, Pio Pontifici olim familiarissimus: notus & summus Amicus. Volebat Rex per eam Legationem (ut circa fidem minus suspectus esset Catholicis maxime **VVratislavienſibus**, qui propter eam Suspicionem Obedientiam & Homagium ei præstare detrectabant) Sedi Apostolicæ Obedientiam præstare, verus ut Princeps Catholicus, & accedere Ecclesiæ, sed ea lege ut **Compactata Bohemorum** approbaret Papa. Quod ubi denegavit, Oratores re infecta domum reversi sunt sub festum Pentecostes.

Conventus REGUM BOHEMIÆ & POLONIÆ Glogoviæ: Mense Majo **Glogoviæ** convenerunt **GEORGIUS** Bojemix Rex habens in Comitatu Equites bis mille, **VVratislavienſem** & **Olomucenſem** Episcopum, ac quatuor Silesiæ Duces, **Conradum** **Album** & **Nigrum** **Olsnicenſes**, **Henricum** **Freistadienſem** & **Johannem** **Pribusienſem**: & **Casimirus** Rex **Poloniæ** trahens secum quinque millia Equitum ac præcipuos Regni sui Proceres. **GEORGIUS** qui prior advenerat, cum splendido Apparatu **Casimiro** ad unum milliare obviam proceſſit, Salutatione mutua ex Equis facta **Casimirus** in Arcem deductus est, **GEORGIUS** in Curiam Senatoriam divertit. Novem deinde Dies dati Colloquiis, quibus fœdus **Bythomiæ** inter Reges ictum confirmatum est, adjectumque ut id ad Mortem utriusque esset stabile. Decretum & inter alia, ut de Injuriis mutuis, deque Finium & aliis Controversiis, delecti utrimque Proceres alternis Mensibus in **Polonia** & **Silesia** certis locis congressi disceptarent: hinc ut proximus Regum Conventus in **Polonia** ageretur. Scriptores Rerum Polonicarum tradunt, **GEORGIUM** a **Casimiro** invitatum adeo magnifice dapiliterque exceptum ac habitum fuisse, ut cum se victum videret, nec Paupertatem suam prodere vellet, **Casimirum** ad Convivium vicissim invitare non fuerit ausus: Fides penes Autores esto.

Caterum GEORGIUS eo fœdere latus a Fridrico II. Marchione & Electore Brandenburgensi sine magno negotio obtinuit, ut inferiorem Lusatiam quam a Ladislao acceperat, restitueret, solo Cotsbuziensi excepto paucisque Opidulis.

Miserat idem Rex ad PIUM P. R. Legatum tam de iis quæ tractata actaque in Concilio Basileensi ad reconciliandam Gratiâ inter Bojemicam & Romanam Ecclesiam, quam de confirmando in Archi-Episcopi Munere Rokyzano Presbytero Hussitico. Sed ab ista legatione nihil rerum omnium expeditum profectumque est.

Mense Augusto GEORGIUS Rex generalem Conventionem omnibus Provinciis ad Regnum pertinentibus imperat Pragæ in festo S. Laurentii celebrandum: ad quem & a Papa Pio missus est Nuncius Apostolicus: Fantinus de Valle. Rex igitur in plena Procerum, Baronum, aliorumque Regni Congregatione constitutus, assidente Regina & Liberis circumstantibus mentem suam in Religionis Negotio plene planeque aperuit: graviter in Pontificem invehens, qui Bojemis Compactata a Basileensi Concilio concessa, unde omnem dignitatem existimationemque suam sperabat, non confirmaret, sed irrita potius facere conaretur. Cumque Fantinus Papali Auctoritate & Potentia fretus coram Rege insolentius sese gerere & verba facere audacius videretur, in Custodiam datus, ac post duram aliquanti Temporis in Arce Podiebradiana Captivitatem dimissus tandem est, & iussus ex Boemia discedere: Dubravius narrat, in Prageni Carcere Fantinum tres fuisse Menses: Ludovico tandem Bavarie Principe deprecante liberatum. Imo Procopium de Rabinstein, Cancellarium suum suspectum habens, eo quod ex antiqua familiaritate seorsim cum Papa Romæ confabulatus fuerat, cepit & captum duci iussit in arcem Podiebrad officio & Dignitate privatum: at Intercessionem Imperat. Fridrici & Ducis Bavarie Ludovici ambo e Carcere liberati in Vigilia Simonis & Judæ: Fantinus ex Boemia iussus discedere rediit Romam: Procopius Officio & Dignitati pristinae restitutus, missus est a Rege ad Imperatorem. Eo haut multo post in arce Viennensi a Civibus rebellibus obfesso non modo VICTORINUS: Georgii Bojemie Regis Filius superpetias tulit, sed & Rex ipse cum 8000. militum in auxilium venit, Casareque liberato inter hunc & Albertum Fratrem, qui de Austria certabant, Controversiam diremit, arte usus, ut neque adversæ factioni succumberet Casar, neque omnino absque Æmulo Rerum in Austria potiretur. Casar ut gratus esset GEORGIO, Dignitate * Ducali ornavit, Auctoritate Imperiali creatos Principes Filios ipsius VICTORINUM: HENRICUM & HINCONEM Monasterbergenses, in Silesia: quorum familiam a Paulo II. P. R. penitus sublatam turpi *divulgata* scripsit Platina: quippe etiamnum Dei Beneficio in Patria hac nostra superstitem.

Wratislaviæ obiit Caspar Weigelius: Doctor: Nicolai Frater: ad D. JOHANNIS Archi-Diaconus, Vir eruditus, ac pius, deque cognatis suis, quibus certum reliquit Stipendium bene meritis. Rector Acad. Lipsiensis fuit an. 1442. Monumentum commune cum fratre ei fecerunt ** Agnati in Cathedrali Templo S. JOHANNIS ante Sacristiam.

Anno

CHRISTI 1463.

PIUS II. P. R. Wratislavienses & Namslavienses quibus GEORGIUS erat infestissimus, assiduis illorum querelis instigatus, palam in suam Tutelam & Protectionem recipit, atque ab fidei Sacramento Regi præstando absolvit, prohibetque Edicto, neu quis dicto aut facto illis noceat, neve contra illos arma cum hæreticis ferat. Quia aliter fecerit, Pontificem & Senatum Cardinalium decernere, eum contra Rempublicam Christianam facturum, poenasque debitas luiturum. Hanc Pontificis Indignationem & has Censuras prævenire volens dictus Rex GEORGIUS, deprecatorias ad ipsum litteras scripsit, III. Martii, quarum tenor apud Goldast. in appendic. pag. 200. sed frustra. Illo ipso

* Vid. Dipl. CCI. & CLXXI. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

** Monumenti hæc Inscriptio:

CASPARI WEIGEL Hujus Sacratissimæ Ædis Archi-Diacono & NICOLAO: Canonico: Fratibus germanis iisdemque sacrae Theologiæ Professoribus: ex Pago quem HENRICI villam appellant oriundis, Viris summa virtute & Ingenio atque Doctrina singulari Agnati bene merentibus Eruditionis & Pietatis Monumentum posuerunt: Obierunt CASPAR minor natu Wratislaviæ M. CCCC. LXII. NICOLAUS Lipsiæ M. CCCC. XXXIII.

Vitam ejus de Silesiis Indigenis Eruditis Celeberr. Mart. Hanckius Cap. XXXI. exposuit.

ipſo quippe Menſe Diplomatis Publicatio Cretenſi & Gneſnenſi Archi-Epiſcopis per Litteras injuncta: quarum Exemplum verbotenus hic ſubjiciendum cenſeo:

Pius Epiſcopus: Servus Servorum DEI: Venerabilibus Fratribus, Cretenſi, ad Regnum Polonia, Terramque Sileſiæ ac Pruſſiæ Nuncio & Oratori Sedis Apoſtolicæ & Gneznenſi Archi-Epiſcopis S. & A. B.

Hodie motu proprio ex juſtis ac Fidem Catholicam concernentibus cauſis, dilectos filios, Clerum, Capitaneos, Conſules, communitatem Wratſlavienſem & Univerſitatem oppidi Namſlaviæ ab Homagio præſtando GEORGIO de Podiebrad, ad noſtrum & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum abſolutos fore declaramus, ac eos in noſtram & Apoſtolicæ Sedis Protectionem ſuſcepimus, mandantes ſingulis CHRISTI fidelibus, cujuſcunque Gradus ſeu Status exiſtant, ſub Pœnis & Cenſuris Eccleſiaſticis ne præſato GEORGIO contra Wratſlaviam & Namſlaviam Vigore dicti Homagii Auxilium, Favorem & Conſilium præſtent, quin imo eis tanquam Catholicis & Sanctæ Matri Romanæ Eccleſiæ obedientiſſimis omni Conſilio favore ac Potentia aſſiſtant, prout in noſtris litteris deſuper conſectis plenius continetur. Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum poſtquam præſentes Litteræ vobis præſentatæ fuerint, per vos vel alium ſeu alios ipſas litteras & omnia & ſingula in illis contenta, in dicti Regni ac aliarum Partium vicinarum Eccleſiis, Dominicis & feſtivis cæterisque diebus, quando & quotiens vobis videbitur, ſollemniter publicetis & exponatis aut exponi faciatis, ut melius & clarius intelligatur, etiam in vulgari. Et nihilominus quaſlibet Perſonas, quas Excommunicationis Sententiam occasione contraveniendi vobis incurriſſe conſtiterit, quoties vobis opportunum eſſe videbitur, tam diu Dominicis feſtivisque diebus in Eccleſiis, cum major inibi Populi multitudo convenerit ad divina, excommunicatus publice nuncietis faciatisque ab aliis nunciari, & ab omnibus arctius evitari, donec a contraveniendo deſtiterint, & litteris prædictis obedierint, ipſæque Perſonæ excommunicatæ ab hujusmodi Excommunicationis Sententia abſolutionis beneficium meruerint obtinere, non obſtantibus omnibus illis quæ in prædictis litteris voluimus non obſtare, aut ſi dictis Perſonis vel quibusvis aliis communiter vel diviſim a dicta ſede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſunt per Litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de Verbo ad Verbum de Indulto hujusmodi mentionem contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compellendo. Datum Romæ ad S. Petrum: Anno Incarnacionis Dominicæ M. CCCC. LXIII. IV. Kalend. April. Pontificatus noſtri V.

Menſe Majo Archi-Epiſcopus Cretenſis, Nuncius Apoſtolicus ex Polonia Wratſlaviam rediit, cumque interea Orator Cæſareus pro Rege Georgio interceſſiſſet litteris & nomine Imperatoris, Papa ei reſpondit: vid. Goldaſt. in app. p. III.

GEORGIUS
REX a P. R.
excommunicatus:

Deriſiſſe iſta Georgium Dubravius ait, cum fideret Viribus ſuis & Principum vicinorum ſcœderibus, ignarum interea quod Pontifex MATHIAM Hungariæ Regem ab ipſo averterat, diſturbatis omnibus Sponſionibus & veteribus Obligationibus, quæ per Affinitatem vel aliter interceſſerant: At Curæus noſter Georgium ſcribit, quod Pontificis Iram maximis Imperatoribus etiam gravem ſibi intolerabilem futuram prævideret, Wratſlaviensibus poſt finitas triennales Inducias, alias quatuor annorum obtuliſſe, ſed quas illi, Cretenſi ad Bellum inſtigante, repudiarint. Jodoco ſane Epiſcopo gravis tunc fuit cum Cretenſi Diſceptatio. Cum enim ille in Senatu Ordinum pernicioſum illud bellum caute ſedandum eſſe, pacem accipiendam, pro Rege Georgium recipiendum graviter diſſereret: acerbe in eum invectus eſt Cretenſis, cui Epiſcopus mâſcule reſpondit, veterem illum verſum etiam Paulo Apoſtolo laudatum, quod Cretenſibus quorum Hieronymus erat Præſul non modo mendacitatis, ſed & malitiæ, inertięque palma tribuitur, objiciens.

Anno

CHRISTI 1464.

VIII. Kal. Febr. VVratſlavia diſceſſit Hieronymus Landus, belli contra Georgium Incenſor longe maximus.

Fœdus inter
BOHEMIÆ &
GALLIÆ RE-
GEM:

Facta hoc anno Conſcœderatio inter Ludovicum Franciæ & Georgium Bojemix Regem: vid. Goldaſt. in Appendice.

Hungari S. A.
GRAM CO-

Hungari Sacram Regni Coronam, quam ante annos 24. una cum Ladislao Infante ab Eliſabetha Regina Cæſar acceperat, huc uſque ſecum aſſervaverat, numeratis LX. aureum numum millibus a Friderico Imp. redimunt, Pacisquæ & Concordiæ

Inter

inter hunc & MATHIAM capita Litteris consignata Neapoli: uti nimirum in posterum RONAM ab
FRIDRICUS, MATHIAM filii, hic illum Patris loco habeat: Germanus ac Hun- Imp. redi-
 garus nullo discrimine apud utrumque colantur: Cæsar Regi Hungariæ Regnum munt:
 concedat, ad ipsum hæredesque ipsius rediturum, si is absque legitimo hærede mascu-
 lo decedat: De Titulo item cautum, uti Cæsar ab Omnibus Regni Statibus Rex Hun-
 gariæ vocaretur: IV. Kal. Apr. **MATHIAS** ab Hungaris eadem illa Corona solemnif-
 sime insignitus fuit.

Anno

CHRISTI 1465.

Paulus II. P.R. Venetus: Pio II. anno superiore denato subrogatus, longe quam Paulus II. P.R.
 hic in Georgium acrior acerbiorque, hæreseos & Perfidia in Ecclesiam Romanam damna- Subditos GE-
 tum, & a Communione Christiana separatum, tanquam putridum aliquod mem- ORGII Regis
 brum, ab Unionem Ejus amputat, Regium honorem ac dignitatem illi abrogat: Sub- ab obsequio
 ditos Sacramento solvit: omnibus quin imo fidem ei & obsequium exhibentibus Ful- solvit:
 men Apostolicum denunciatur, eaque de re interdicta VVratislaviæ, Olomucii, Brunnæ ac
 aliis in locis promulgari jubet, MATHIA insuper Hungariæ Rege, cujus Legati per id
 Tempus Romæ erant, & quo nemo magis reperiebatur idoneus, ad bellum Socero infe-
 rendum ac Regnum sibi vindicandum instigato: atque ad eum **REGIS BOHEMIÆ**
 Titulo connivente ipso quoque Cæsare translato. Evulgata Pontificiæ Proscriptionis
 fama lectoque ejus VVratislaviæ a. d. 5. Augusti exemplo, ingens Populi extitisse latitia
 scribitur. Venit & eo Legatus a Pontif. novus, Rudolpus Episcopus Lavantinus, qui
 Pacis inter Monarchas Sequestrum se professus, classicum adversus solos Bojemos cane-
 bat. Magna hinc malorum panegyris consecuta, cum perpetuo velut tenore malum
 malo succederet, indiesque conditio & fortuna fortissimi alioquin & Rei militaris pe-
 ritissimi Viri deterior foret, non solum Episcopis VVratisl. ac Olomucensi eorumque Ca-
 pitulis, sed etiam magnis & multis Civitatibus Silesiæ, Moraviæque & Lusatiæ, ac Pro-
 ceribus, Ducibus ac Baronibus, qui **GEORGIO** prius adhæserant, ab eo deficientibus,
 atque ad Partes potissimum **MATHIÆ** sese applicantibus: cum interea ipse ea animi
 moderatione ac longanimitate esset, ut in Clerum Catholicum minime faviret, nec eos
 a Consiliis & Officiis removeret, quos noverat maxime Catholicos & Romanæ Ecclesiæ
 fautores & obedientes filios existere.

Sub finem Septembris **Casimirus Pol. Rex** Calisiam se recepit, ibique cum **Conrado** REGIS POLO-
Olsnicensium Duce & **Margarita Uxore** Ejus, **Jodoci VVratislaviensis Episcopi** & **Guiliel-** NIÆ cum Du-
mi Rosenbergii Junioris, **Bojemiæ Regis** Legatorum Arbitrio transegit, ea Conditione, ut ce Olsnensi de
 ille quatuor annorum spacio 20. mill. aureum numum (Curæ octo duntaxat millia me- Ducatu Maso-
 minit) a se acciperet, Successione omni in Masovia & Belsensi Dirione una cum Uxo- viz Transactio:
 ris suæ nomine sese abdicaret, dotemque post mortem **Annæ Uxoris Vladislai Masovi-**
orum Ducis defuncti ne repeteret.

Margarita Ciliensis Vladislai Teschinentis & Glogov. Vidua, novum extruxit Mo- Monasterium
 nasterium in suburbio Glogoviæ prope Arcem in Colle editiore: in quod collocavit Fra- in Suburbio
 tres observantes, quos ante annos duodecim aut circiter in Silesiam adduxerat **Johannes** Glogoviæ ex-
Capistranus. structum:

Anno

CHRISTI 1466.

Rudolphus Legatus Pontificius a Pacificatione Borussica inter **Casimirum Pol. Regem** Exercitus in Sile-
 & **Crucigeros** facta in Silesiam redux publicis Execrationibus Plebem in Bojemos magis lesia contra
 magisque inflammabat, Crucis etiam Commilitio prædicato, largaque Peccatorum Ve- GEORGIUM
 nia ac Spe Vitæ æternæ Arma in Regem Hæreticum sumentibus proposita: non secus REGEM colle-
 ac contra Turcas prius fuerat factum. Confluxit magna multitudo ex Plebe, **Dux Copia-** ctus:
rum delectus Balthasar Dux Saganensis, qui Exercitus in Borussia duxerat.

Anno

CHRISTI 1467.

Kal. Januarii nascitur **Sigismundus**: **Casimiri Regis Sarmatiæ**: ex **Elisabetha Conju-** SIGISMUN-
ge: **Alberti Imp. nata**: **Filius Quintus Vladislai II. Bojemiæ Regis** Frater, **Dux** ipse ali- DUS I. REX
 quamdiu in Silesia Glogoviensis & Oppavienfis, inde **Rex Poloniae**. POL. nascitur
 • **Ursula**: **Alberti**: **Achillis Germanici**: **Elect. Brandenb. Filia**, nubit hoc anno Hen- Ursula Bran-
rico Duci Montherbergensi. denburgica
HENRICO I.
Duci Monther-
bergensi nubis

Xx

VVratis-

Wratislavien-
ses Ducatum
Monsterber-
gensium occu-
pant:

Wratislavienſes facta e mercenario Milite & urbana multitudine manu, Majo Menſe Oppida & Caſtella ſibi vicina, quæ in fide Georgii Regis adhuc erant, infeſtantes, Moſterbergam, unde Titulum Principis, filii Regis deducebant, adoriuntur & capiunt, pauloque poſt Francoſteinum, cui Præſidio impoſito late Prædas per circumjacentem Regionem agant. Georgius Rex aliorum Germanorum ope deſtitutus erat, exceptis Guilielmo Saxoniae Duce & Alberto Marchione Brandenburgico, quos cum de Periculo ſuo ac Wratislavienſium Injuria feciſſet certiores, non contemnenda Equitum Auxilia ei continuo miſerunt: Nec mora: Francoſteinum Pedites Bejemi viciffim obſident: Equites autem Germanorum in Socios Wratislavienſium excursionem faciunt: Tale nihil metuerant, qui Arcem tenebant, tum inter ipſos & volonum colluviam nullus erat conſenſus: Dum quid faciendum ſit dubitant, & Sententiis inter ſe digladiantur, Saxones improviſo in oppidum Arci ſubjectum irrumpunt: Equites Wratislavienſium porta alia effugientes magna ex Parte evadunt, milites eadem Trepidatione Arcem deferunt, Volonum circa quatuor millia a Bojemis obruncantur: capti aliquot e nobilioribus pecunia mulſtantur, Machinæ bellicæ inſignes quas Wratislavienſes adduxerant in Hoſtium Potestatem veniunt.

Paſcovia ab
Henrico I. Du-
ce Monſterber-
genſi direpta:

Vertit hinc Agmen HENRICUS Georgii F. ad oppidum Episcopi Wratislavienſis Paſcoviam, quod totum, quantum eſt, diripuit, eaque præda ſtipendium militi perſolvit, abireque quo vellet permittit. Ipſe Opaviam deſlexit, quam non ita diu ante Pater a Vidua per quandam Transactionem adeptus fuerat.

MATHIAS
HUNGARIE
RE & BOHE-
MIÆ Regnum
ambit:

Clade iſta accepta Georgii hoſtes aliquantiſper quieſcunt, & Occaſionem expectant meliorem, Pontifice interim per Legatos ſuos omnem movere lapidem non ceſſante, quo Regno atque Solio quod velut quoddam *Ægides* Pomum inter Monarchas projiciebat, imprimisque MATHIÆ Hungarorum Regi offerebat, Georgius Rex hæreticus deturbaretur.

Bellum civile
inter Sileſiæ
Duces Saganenſes:

Paulo poſt Bellici motus in Inferiore Sileſia à Johanne Pribuſiano excitati, qui cum bona ſua decoxiſſet, Occaſionem ſibi dari cupiebat, qua Saganum, quod Balthaſar frater cum Sororibus tenebat, inverteret. Quod illi tunc fortuna obtulit. Cum enim Balthaſar GEORGII Partes, quas ipſe defendebat, oppugnaret, hanc belli Occaſionem arripiens milite coacto ac ſubito & inopino Impetu in Saganum facto, nulla re nulloque milite ad excipiendam hoſilem Vim parato, obrutum illico ac Vi captum in ſuam Potestatem redegit. Aberat tunc domo Balthaſar, Wratislavienſibus militans: a quibus cum quadringentos impetraſſet Milites, domum contendit, fratrem ex improviſo oppreſſurus. Verum ille præmonitus jam vigilabat atque in Armis erat. Balthaſar igitur ſuis diſſidens Copiis ex Itinere Freſtadium deſſectit, a Patruo Henrico Glogovienſi ac Freſtadienſi Principe Auxilia petiturus. At Johannes ſubito fratrem conſecutus, a. d. 12. Octobr. prope Freſtadium cum proſtigavit, Milites Armis & Impedimentis exuit atque ita ſpoliatos nudosque Wratislaviam remiſit. Episcopus Wratislavienſis, Johannis Injuſtitia offenſus Excommunicationis in ipſum Fulmen torſit, quod cum nihil moraretur, Henricus Freſtadienſis fulmen excogitavit atrocius, armavit ſuos, a. d. 18. Octobr. Saganum Corona cinxit, Johannem Urbe excedere, promittere Pacem, & fratri Saganum reſtituere coëgit: ipſe autem paucis Diebus ſuperſtes a. d. 11. Nov. mortalitatem exuit, Princeps ſane optimus & a Sapientia Virtute ac Clementia commendatiſſimus. Liberos ex Hedwige Conjuge ſuſcepit utriusque Sexus, Sigismundum, turbato Mortalitatis Ordine ante Patrem denatum, & Henricum ſuum in eo Principatu Succeſſorem, tum Eliſabetham, quæ Virgo obiit, nec non Annam, Joanni de Roſenberg, qui Sileſiæ, ut Auctor eſt Benjamin Urſinus Divinatione de Originibus Roſenbergiacis, Præſecturam geſſit, memoriarque ſuorum Majorum in Glogovienſi Ducatu Monumentum fixit, Pagum Witigonum, ad Sprottaviam Urbem, in Matrimonium collocatam.

HENRICUS
X. Dux Glogo-
vienſis mori-
tur:

Secutus hunc eſt a. d. 15. Decembr. Jodocus Wratislavienſis Episcopus, Niſſæ in Palatio a ſe extructo deſunctus: cujus Funeri, niſi prius e Vinculis dimitteretur, Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis: Johannes Deuſter, qui quod in cunctis fere rebus Episcopo adverſaretur, hujus Juſſu comprehenſus & in Arcem Kaldenſtein abductus fuerat, Tranſitum per Urbem Wratislavienſes initio denegarunt, ſed ob id a Baronibus Polonis ac Bojemis, qui ad Funus Episcopi cohonestandum venerant, reprehenſi, magno & honorifico Comitatu per Urbem in Cathedrale Templum paſſi ſunt.

Peſtis atrox:

Saviit & hoc Anno Peſilentia Contagium magis tamen Pagis quam Urbibus infeſtum.

Anno

CHRISTI 1468.

Fridricus Elector Brandenburgicus oblatam Coronam Bojemnicam recusat. Rudolphus Episcopus Lavantinus & Legatus Pontificius, ad exequendos potissimum Processus Exauctoractionis GEORGII Bojemie Regis, bellicque adeo adversus hunc Tubam annitentibus non solum Casimiri Polon. Regis, cui ob bellum Prutenicum iniquissimis Ordini Conditionibus sedatum Rudolphus gratus erat, Legatis Stanislao Ostrogio, Califfienfi Palatino, Jacobo de Dumbrio, Regis Vice-Thesaurario & Johanne Dlugosch, Canonico Cracoviensi, sed & Bojemie quibusdam Proceribus patrie & avite Religionis addictis, quorum Princeps erat Zdenko Sternbergius, consensienteque cum horum intercessionibus, tum Capituli Postulationi Pontif. WRATISLAVIENSIS EPISCOPUS creatur: cum frustra eam Dignitatem ambiisset, Primislaus Dux Opaviae, S. Crucis Cantor & Canonicus Wratislaviensis.

Ineunte Vere MATHIAS Hungariae Rex a Pontif. Romano, qui acerbius Boemos quam Turcas oderat, & intestinum hostem quam remotum magis formidabat, persuasus, nulla habita vel adfinitatis vel maximorum beneficiorum cum Salutis suae tum Regni Ungarici a Georgio in se collatorum ratione, Socerum hunc suum, tanquam haereticum, & Ecclesiae Romanae Hostem, cui fides data impune violari possit, bello aggreditur: omissa multo & honestiore & magis necessaria in Turcas Expeditione: quam in animo habebat: Scilicet istud fuit

ἀντ' ἐνεργείας ἀγαμέμνονα τίσαν Ἀχαιοί

notaque est illa in Caesaris funere decantata nania: Men' servasse, ut esset, qui me perderet? At Georgius ab iis etiam a quibus ante in fidem receptus fuerat, desertus, nihilominus tamen Auxilio filiorum strenuam fidamque Patri operam navantium fortiter Regnum suum, etsi in varia sorte propugnavit. Et MATHIAE quidem ex Moravia ad Austriae fines occurrens cum Victorino Filio, prope Laam Oppidum in Hostis Conspectu Castra metatus est, eaque Essedorum & Curruum objectu undique circumvallavit, utrumque Exercitum interfluente Maro Amne, qui Hungariam ab Austriae Finibus & vicina Moravia disterminat. Quatuor Septimanis illic cessatum est, multa attentante Georgio, quo vel per Internuncios Generum conciliaret, vel si in Sententia peristeret, dolo aliquo circumveniret. MATHIAS vero ad omnia Verborum Lencinia surdas praebebat aures, & si hostis in liberum Campum elici potuisset, Praelium desiderabat. Bojemus suos intra curruum munimenta continebat. Tandem vero quae Esui erant absumptis: Trebitium retro castra movit & Victorino illic relicto, ipse ad interiora Regni loca recedens, novum militem quaque alia bello Usui sciebat, comparans, arces & oppida hosti oportuna, Praesidiis munivit. MATHIAS Znoinam deinde pergens, cum Victorinum Trebitii relicto audivisset, eo advolat. Victorinus oppido egressus cum praecursoribus Hungaris manum conferens, Rege superveniente, fugam inire coactus est, & ne hostis fugientibus suis permistus Portam ingrederetur, domos aliquot in Suburbio incendit, non inutili ex Necessitate Consilio, nisi id fortuna destituisset. Nam Incendio ex Suburbio in Oppidum pervagato, dum ad restinguendum trepide discurritur, Hungari urgente Occasionem Rege, superatis muris Oppidum capiunt. Victorinus cum suis vicinum quoddam monasterium occupat, in quo ab Hoste obsidetur. Bonfinius Arcem eam non Monasterium fuisse dicit. Periculo filii audito GEORGIUS octo armatorum millia eo mittit, qui aperta Vi nihil attentare ausi, currorum Vallo se continebant. Interim Victorinus Eruptione de improvviso facta, astu & Viribus usus hostium Stationem ad suos evadit, cum iisque in Bojemiam abit. MATHIAS inde Brunnam pergit, & ab obviis Civibus excipitur, qui etsi Bojemo coacti parebant, exercitia tamen Religionis nec dum mutaverant. Dein Arcem Spilbergam Situ opere & Praesidio validam, Rex obsidione cingit. Interim Legatus Pontificius: qui Graciam Stiriae ad Caesarem venerat, largas passim Indulgentias iis omnibus promulgat, qui vel ipsi ad id bellum proficiscantur, vel aliis de suo aliquid in Stipendia contribuant. Venerunt eo MATHIAE etiam Legati, & de continuando bello convenitur: deinde cum Regis Legatis Pontificius Viennam atque inde Olomucium ad MATHIAM proficiscitur. Is relicto ad Spilbergam arcem Praefectis quibusdam in Hungariam hibernatum abiit.

Casimirus Polonus Georgii Necessitates ad suum Commodum trahens, auctor ei erat,

erat, ut filiorum alteri Bojemix Regnum resignaret, sed GEORGIUS intellecta Fraude id se facturum negavit.

Turbis SILE-
SIA pervasta-
ta:

Ceterum in Silesia Wratislavienses una cum vicinis aliquot Francosteinense castrum expugnarunt atque solo æquarunt: Eodemque propemodum Tempore ex utraque Lusatia, Plebem ubique Rudolpho Episcopo comitante, magna Cruce signatorum Manus in Silesiam se effudit, quibus suos quoque auxiliares Henricus Freistadiensis, qui Patri cognomini successerat, Glogovia & Freistadio misit. Sed rudes illi & in re militari minus exercitati homines, dum sibi parum cavent, magna edita strage repulsi, Henricique Subditi maximam Partem occisione deleti sunt.

Principes qui-
dam Silesii in-
terdicto Sacro-
rum notati:

Eadem Æstate Rudolphus, Episcopus, Principes quosdam Silesiæ, quos inter Conradus Niger, Conradus Albus Olsnicenses & Fridericus Lignicensis Sacrorum Interdicto notavit, quod Pacis & Quietis quam belli studiosiores opem cæteris in profligando Georgio ferre detrectarent. Censuræ nexibus innodati fuerunt a festo D. Sophiæ ad usque festum Assumptionis B. M. V.

FRIDRICUS
IV. IMP. Ro-
mam profici-
scitur:

Sub Initium Novembris Fridericus Cæsar, res in Austria satis quietas & MATHIÆ ob fœdus fidendum ratus, suscepto in Italiam Itinere, in ante Diem Natalis DOMINI NOSTRI Romam venit, ubi ea nocte sacra faciente Pontifice, Evangelium de Edicto Cæsaris Augusti decantasse dicitur, Exemplo Imperatoris Sigismundi. Sedecim illic Dies commoratus Domum rediit. Itineris hujus Causa Votum esse vulgo ferebatur. Erant tamen, qui Confirmationem Successionis in Hungariæ & Bojemix Regna petiisse dicerent, nec absimile vero putat Gerardus de Roo, prudentiss. Imperat. Consilia sua ex Autoritate Pontificia instituere voluisse. De Expeditione in Turcam & Bello Bojemico actum esse nonnulli meminere.

Anno
CHRISTI 1469.

Induciæ inter
MATHIAM
& GEOR-
GIUM REGES
ad annum fan-
cti:

MATHIAS REX constitutis domi rebus, initio Februarii cum Exercitu 16000. militum, in quibus X. Equitum millia, hostiliter iterum Moraviam & Bojemiam ingressus crudeliter Provincias illas devastat, cujus Adventu cognito ii quoque qui Spilbergam arcem strenue hætenus defenderant, detitionem fecere, GEORGIUS autem hunc MATHIÆ Impetum sustinere se posse diffusus, cum eodem egit, ut colloquendi secum daretur Facultas, eaque prope Leuchtenbergam Arcem impetrata, eamquam in se Socerum suum Armorum Causam haberet, amice exquisivit, non ita de ipso meritum esse, ut Vitæ suæ Insidias pararet, cujus Vitam non protexisset solum, sed & quam ornatissimam esse semper voluisset. At MATHIAS nihil aliud respondit, quam sui facti Pontificem atque Cæsarem Auctores se habere, qui tanquam Hæreticorum Fautorem indignum Regno pronunciaissent. Sunt qui Bojenium Hungaro singulare Certamen obtulisse dicunt, loco septris intercluso, quod propter Ventrem Abdomine gravem minus decurrere posset, neque id detrectasse MATHIAM, sed locum relinquere purum & apertum voluisse. Alii aliter Rem narrant. Curzus nullum Certamen ponit: alium Conventui dictum Diem Olomucii, quartum nimirum Aprilis scribit, quo GEORGIUS ob adversa Episcoporum Studia venire nolens, Sternbergam vicinum Oppidum divertit. Ibi duo Reges in Prædio Suburbano sæpe multumque colloqui, inducias tandem ad Anni Exitum pacti sunt: quo Tempore de Pace ageretur. Discedentem MATHIAM duo GEORGII Filii Olomucium usque profecuti, quam officiosissime comitabantur, ibi homo quidam impurus Regi suadere cœpit, ut si finem bello imponere, sibi quoque Bojemiam acquirere cuperet, Regios Juvenes Custodia inclusos teneret. Scelus hoc execratus MATHIAS, irato Vultu: Quid tu, inquit, Propudium Hominis tanti flagitii tamque non a Regio sed omni quoque liberali Animo alieni Auctor esse mihi non erubescis? Simul gravissime monuit, ne tale quid unquam sibi excidere pateretur. Juvenes vero comiter habitos donisque insuper cultos ad Patrem remisit.

MATHIAS
REX BOHE-
MIÆ vocatus:
* Olomucii
Diademate
cinctus:

GEORGIUS ita bona Spe plenus ad suos revertitur: Interea vero Episcoporum, qui nullam de Pace mentionem admittebant, instinctu MATHIAS a quibusdam Bojemix Ordinibus REX proclamatur, irritaque esse Pactio paulo ante inita jubetur. Is initio quidem conditionem nonnihil recusabat, sed sperans facile cum GEORGIO transigi posse, eam tandem accepit in Moraviæ Oppido Brunna (* Olomucii factum

Cu-

* Bonfinius quoque cœvus Decad. IV. Lib. II. id Olomucii accidisse refert.

Curzus scribit, quem sequitur Gerardus de Roo) Insigni Coronæ ornatus non Regiæ sed detractæ de Effigie forte præsentē S. MARIE VIRGINIS. Nihil tunc fuisse omissum, quod ad Ignominiam GEORGII pertineret, interque alia assimulatam fascem Stramenti GEORGIO cum nominis ipsius acclamatione per Plateas & Vicos Urbis raptari ac trahi conspectum Joach. Camerarius in historica narratione de Ecclesiis fratrum in Bojemia & Moravia annotavit. Cæterum quod Calicis Usū permittere Bojemis MATHIAS nollet, mox eo repudiato WLADISLAUS, Casimiri Poloni Major natu Filius: GEORGIO non usque adeo invito, sed ut hic ad Mortem usque Regnum retineret subrogatur. Tamen vero Regno Bojemix MATHIAS potius non est, Titulum tamen Ejus retinuit, nec Moravia solum sed Silesia, quoad vixit, Dominus fuit. Lusatiam neutram a Bojemia descivisse nec unquam MATHIAM Dominum agnovisse Auctor est Casp. Peucerus Chron. lib. V. cui vix est ut hac quidem in Re assentiri possim.

WLADISLAUS quoque PRINCEPS POLONIE ad Regnum BOHEMIE vocatur:

MATHIAS HUNNIANES CORVINUS:

REX HUNGARIE ET BOHEMIE: DUX SILESIE:

Post factam, eo quo dixi modo, Electionem, nulla interposita Mora iter in Silesiam MATHIAS suscepit, Gentis Metropolim Wratislaviam a. d. 26. Maji in medio duorum Sedis Apostolicæ Legatorum, Laurentii Ferrariensis & Rudolphi Wratislaviensis Episcoporum ingressus, cum Equitatu V. millium in quo magni Nominis Principes. Deductus est a Nobilitate & Populo ad Pontem usque Viadri, ubi ab Episcopo & Collegii Sodalibus salutatus est: cumque Equo descendisset, Reliquias Sanctorum a Sacerdote oblatas de more deosculatus tandem in D. JOHANNIS Templum intravit, peractisque illic Sacris Cantionibus, in Palatium inde Regium concessit. Fuisse tunc apud MATHIAM Principes Silesie XVIII. Annales testantur: Venit autem eo Albertus quoque Marchio Brandenburgensis, utrumque eo Seculo & Achillis Germanici & Vlyssis cognomentum promeritus, MATHIE Regi Nepotem suum Fridricum Lignicensem reconciliaturus, qui Ducatus illius Possessione recuperata egregiam deinde operam in Bellis Bojemis & Polonicis navavit. Impetravit enim Albertus Marchio, ut Rex Fridrico Ducatum Lignicensem integrum ea Potestate, qua Majores ipsius habuissent, possidendum traderet. Quamobrem Marchio cum Duce Fridrico Lignicium profectus Jussu Regis in Possessionem Ducatus Fridricum restituit, & Homagium (ut vocant) ei factum est: Haben dem Hertzoge Friedrich eine rechte Erb-Huldigung gethan, als ihrem natürlichen Erb-Herren. Fridricus deinde ad Marchionem rediit, atque cum eo in Hungariam profectus, biennium in Aula permansit, inde cum in suum Ducatum redisset, Marchie Lusaticæ Rex cum præfecit.

MATHIAS REX HUNGARIE & BOHEMIE in Silesiam profectus scitur:

FRIDRICUS Ducatum Lignicensem occupat:

Kalendis Junii Wratislaviensis Civitas omnium prima (quod meritis ipsius erga Regem & Constantiæ datum fuisse crediderim) in Verba MATHIE juravit, quam secuti postea Principes & alii Ordines Silesie, Conrado Nigro Olsnicensi & Johanne Pribusensi exceptis, qui etiam tunc Georgii Partes sectabantur. IV. Non. Junii pro ævi illius more Trebniciam MATHIAS excurrit ad visendum B. HEDVIGIS sepulchrum. Die 5. Julii Wratislavia digressus, cum Immunitates prius & Privilegia ab Alberto & Ladislao concessa Civitati confirmasset, Præfectumque Ditioni illi dedisset Sdenconem Baronem Sternbergium, Sub-Præfectum autem Joannem de Heyde, Senatu Urbis Præfecturam ultro cedente, in Moraviam remigravit, ac Victorinum GEORGII Filium, qui magnis Incommodis Moravian, quæ a Patre defecerat, affligebat, in Oppido Wessale obsedit. Qui loco non satis fidens, cum iterum fugam tentaret, (sunt qui factam scribant) cum e Trebicio Crumboviam ad Henricum a Lippa Sororium contenderet, a Prætoriana Cohorte captus est, Oppidulum quoque sine magno Negotio a Rege occupatum. His rebus ea ætate gestis MATHIAS abducto secum Victorino in Hungariam rediit, quam cum Casimirus Polonus omni ratione conaretur perturbare, unam post aliam ceu Hydram quandam enatam Seditionem, componere, suorumque Animos in Officio continere ægre poruit. Victorinus autem Budam missus ultra biennium in Custodia fuit; Bojemix quidem Historiæ Scriptor Olomucensis Episcopus Auctor est, omnibus miseris modis ab Hungaris habitum, in eam quippe projectum Turrim, quæ cum Tecto careret manca seu mutila dicta, ut die nocteque imbris complueretur ac cæteris Aëris Tempestatibus vexaretur. At contra Bonfinius & alii, non indigne tractatum fuisse Victorinum asserentes.

Homagium REGI præstant V Wratislavienses:

Victorinus Dux Monstergensis a Rege MATHIA captus:

Henrici Ducis
Monsterber-
genſis Virtus:

Inter hæc Henricus Monſterbergenſis, Patris & ipſe Injurias ulturus, exercitu collecto ſub Inirium Septembris variis Incurſionibus Sileſiam turbavit, & non paucis eam neque levibus detrimentis afflixit, Sittaviæ, Laubanæ, Boleslaviæ, Goldbergæ, Hano- viæ multam nummariam impoſuit, Eccleſiaſticæ ac Monachiæ Vitæ hominum bona ac Pagos complures diripuit & exuſit: cumque Henricum Glogoviensẽ & Freista- dienſem cum valida manu occurrere cognoviſſet, retro proſectus Wratiſlaviẽſem Agrum eundem in modum Præda ferro & flamma vaſtavit. In Moraviam inde pro- preſſus, Maſſuram cum tumultuaria ſuorum manu obvium fortiter repulit & pro- ſtigavit.

Ita miſer tunc Sileſiæ Status, quæ quantum GEORGIO Regi Negotii exhibuit, tantas ipſa viciffim Difficultates atque Incommoda perpeti coacta fuit. Wratiſlaviæ a Seditiõne parum Res abſuit, promiſcua Turba in Episcopum & Senatũ debachan- te, quorum Conſiliis accerſitum MATHIAM tantisque Patriam Calamitatibus invo- lutam vociferabatur.

MATHIAS
REX ferro non
Veneno pu-
gnans.

Reperio apud Scriptores, ardente hoc bello veniſſe ad MATHIAM percufforem quendam ex GEORGII familiaribus, qui ſe neci ipſius ſed ferro patrandæ, ſponte of- ferebat, ſi Præmium ſibi quinquies mille aureorum daretur: MATHIAM vero Scri- pto Chirographo Argentum, quod poſtulabat, pollicitum, Majoris Præmii ſpe facta, ſiquidem quod in ſe receperat, præſtituſſet. Cæterum haud ita multo poſt reverſo illo, & GEORGIUM nunquam non fidis ſtipatum Satellitibus gladio interimi haud poſſe dicente, ſed eundem Veneno, modo Rex juberet, certo ſeſe ſublaturum, MATHIAM id ſe velle negaſſe, cum adderet, ſe delectari voce heroica Fabricii, qui Romanos ferro non venenis pugnare conſueviſſe, ſive ut Tacitus exprimit, non fraude & occultis, ſed palam & armatum Populum Romanum hoſtes ſuos ulciſci, dixerat, illiusque Exemplo GEORGIUM ut a Venenis ſibi caveret, nec niſi præguſtatis Cibis uteretur, monuiſſe. Sed minime ſinceram, ac potius ſimulatam hanc MATHIÆ fuiſſe Integritatem non immerito quis ſuſpicetur. Cur enim ſi fraudes oderat, ſi Tiberium æmulari volebat, non Proditorem GEORGIO prodebat domeſticum?

Hyems aſper-
riſſima:

Meſſis hujus Anni ſat opima: ſed Amnes ac Rivuli eum in modum exſiccati, ut Aqua paſſim deficeret, & ipſe etiam Viader undique Curritus tranſiri poſſet. Sequa hyems aſperriſſima, glaciesquetanta, ut mole ſua & craſſitudine Piſces in Piſcinis & Sta- gnis, facultate hauriendi libere reddendique Spiritum adempta ſtrangularet: unde ma- xima illorum Caritas & Penuria. Conſtrictus ea glacie Viader a feſto S. Barbaræ ad uſque feſtum Translationis S. Wenceslai, hoc eſt, integros tres menſes conſtitit.

Anno

CHRISTI 1470.

Raphaël Les-
zinsky Legatus
IMP. FRIDRI-
CI IV. ad CA-
SIMIRUM IV.
Pol. Regem:

Glifcebat inter Mathiam & Cæſarem Simultas, qui ægre ferebat, ſe inconſulto Boje- miæ Regis Titulum illi eſſe tributum, & indignum Moraviæ Statum miſerabatur, quem acerbe nimis ab illo vexari dicebat: quare alienato jam a MATHIA animo, Lega- tum ad Caſimirum Poloniæ Regem miſit, Raphaëlem Leſcinium Equitem Polonum, ſed diu in Aula ſua verſatum. Is graves de MATHIA querelas expoſuit: Cultum cum multis a Cæſare officiis & Pontifici commendatum, ex Belli Bojemici Succeſſu ſu- perbius ſe gerere, & iniquam pro acceptis beneficiis Gratiã reponere, dumque ipſe in Italia Reipublicæ cauſa, abeſſet, novam in Styria & Auſtria ſeditionem excitafſe, Turbatores rerum Patrocinio ſuo ſovere, idque agere, uti occupato Motibus Dome- ſticis Cæſare, Regni ſui Pomœria proferat, & effrenem dominandi Libidinem cum vi- cinorum Injuria expleat. Quibus rebus motum, Fridericum diutius cum eo Amici- tiam nolle, & ad ſœdus Polonicum reſpicere, quod ſi Affinitate aliqua firmare placue- rit, non reprobatum.

ſœdus inter
IMP. & RE-
GEM POLO-
NIÆ ſancitum:

Caſimirus qui & ipſe Bojemici Regnum ad Filium ſuum natu majorem trahere nitebatur, hac Cæſaris Legatione exhilaratus, ſuos quoque Legatos Viennam mittit, fitque inter ipſos ſœdus, quod Polonis quibuſdam non ſatis probatum, qui ægre fere- bant, Hungariæ Regni Titulum a Friderico uſurpari, cujus Succeſſionem ſuis debere Regibus contendebant. Inter ſœderis Capita & illud erat: Uterque ad alterius Regna Ditionesque aditum ſibi ſtrueret: Fridericus quoque tertiam Dotis Partem quæ Eliſa- bethæ Ladislai Regis Sorori debebatur, certis penſionibus ſoluturum ſe pollicebatur.

GEORGIUS RE-
GIS Excurſio-
nes in Sileſiam:

GEORGIUS interim Bojemici Rex Exercitum habens haut contemnendum non modo Moraviam mediocri iterum Succeſſu iterum percurrit, ſed & Sileſiam Præſidiis vacuam,

vacuam, quippe quæ diuturno bello exhausta jam esset, per Henricum Filium longe lateque infestavit: ita ut Silesiorum Duces atque Civitates Vastationem Agrorum suorum magno redimere cogerentur, ac Mathiæ denunciarent, se rebus suis aliter prospicere oportere, ni ille sibi mature opem ferret.

Rei numariæ in Silesia mirum in modum fluctuanti remedium adferre satagens **MATHIAS** veterem monetam, quæ minus justa & sincera, solutionis vice fungi prohibuit, in ejusque locum melioris notæ novos numos fabrefieri curavit, qui ab ipsius Regis nomine nomen acceperunt. Jussit & Pecuniæ summam inter Plebem projici, ut bellis intestinis exhausta aliquo sese Pacto recolligeret.

Liberalitas REX de Successore sollicitus:

Anno

CHRISTI 1471.

XX. Januarii Georgius Rex agit Conventus Regni Bohemiæ, uti de suo post obitum Successore percunctatur: sed responsum a Regni Bohemiæ ordinibus accipit ambiguum.

GEORGIUS REX de Successore sollicitus:

MATHIAS cum **GEORGIO** de Pace statuit agere, Regnum ipsi quoad viveret, concessurus, tum Victorino filio Libertatem, & in Silesia vel Moravia Ditionem aliquam. Sed gratum Pacis Nomen **GEORGII** obitus conturbavit, qui cum neque Odiis aut Periculis ullis quo minus in fidei suæ professione perseveraret, terreri se passus esset, constantiæ ob id & excelsi Animi laudem ab ipsis etiam Hostibus consecutus, post varias Ærumnas & Adversitates quibus tota vita conflictatus est, Tranquillitatis tandem Portum in morte nactus XI. Kal. Aprilis: Ætatis anno LI. cum regnasset annos XIII. ultimum Vitæ Diem clausit. Rochezana Hussitico Presbytero, Bojemorumque Archi-Episcopo electo paucis ante eum hebdomadis IX. quippe Kal. Martii mortuo. De quo cum **GEORGIUS** cognovisset: Nos, inquit, brevi ipsum sequemur: fuitque ista Regis Vox vere ominosa. Quum Venter Ejus defuncti de more Magnatum per anatomen aperiretur, facta evisceratione in Vesicula fellis inventa est bilis torrefacta & indurata instar lapilli, quod nullo modo dissolvi potuit. Deprehensum quoque est mediam fere Epatis Partem fuisse consumptam, atque cœnosæ cuidam Putrilagini similem: Hæc Curæus noster: qui ejus Physicam adfert rationem. VII. Kal. April. Georgius magna Pompa funebri luctuque hominum elatus in Arcem Pragensem & Cathedrale D. Viti Templum, ibidem in Regum Bojemæ Mausoleo, renitentibus licet ac reclamantibus aliis, conditur: Extæ vero Ejus Vasculo inclusa in Templo Latæ Curia Busto Joh. Rokyczanæ illata humantur. Cochlaus lib. XII. Quem profecto **MATHIAS** bello superare nunquam potuisset (ut arbitror) nisi adjutus fuisset tum a Pontif. tum ab Imperatore. Uterque vero subsidia ei rei præstitit: Pontifex per Legatum, qui Copias in Turcas paraverat, quos Mathiæ adversus Regem Bohemiæ subministravit, & Cæsar unius Anni redditus Austriæ in eum Usus belli Mathiæ concessit. Neque tamen potuit Mathias Georgium e Regno pellere, sed post septennale bellum cum eo Pacem iniit, etiam invito tum Imperatore tum Pontifice, sensit enim quanto fuerit difficilius cum Bohemis sub Georgio quam cum Turcis bellum gerere.

pauloque post Diem suum obiit:

Post **GEORGII** excessum, ut Bojemæ Regnum plures ambierunt, ita in Rege subrogando variis Studiis Procerum ac reliquorum Ordinum, Pragæ primum, inde regalibus Comitibus novo Exemplo, ne quis in Urbe ob frequentiam hominum seditioni obnoxia & plerisque suspecta motus existeret, Cuthnam translatis, certatum fuit. Erant qui **MATHIAM** evocandum censebant, cui & Pontifex favebat: nonnulli Cæsarem, qui vetera cum Bojemorum Regibus pacta conventa allegabat, **GEORGIO** sufficiens suadebant: non nemo pro **GEORGII** Filio **HENRICO** laborabat, nec Albertus Misnensis Marchio sibi decrat: qui cum V. Equitum millibus, uti Bohemis opem ferret, si qua Vis fieret, advenerat: revera autem suum Negotium agere putabatur. Præter hos nonnulli Ludovicum Bavarum, quidam Gallia Regem, ad redimenda regni portoria aliaque Regis bona, idoneum nominabant. Sed re in Concilio diligentius perpenſa ad **WRADISLAUM** tandem Polonum, Casimiri Regis Filium, XV. annorum Adolescentem, omnia fere Voluntates inclinabant. Imprimis vero movebat eos gentis quædam cognatio, ac promissa debitorum persolutio, quæ CCC. aureum nummum millia excedere dicebantur. **WLADISLAO** igitur ad VII. Kal. Jun. Bojemæ Rege renunciatum, delecti mox Legati complures de primoribus, Nobilitate & Pragensi Civitate utraque, qui illum primo quoque Tempore e Polonia exirent. Disceptatum de hac Electione, an rata haberi deberet, necne in Comitibus Ratisbonensibus hoc eodem

cui **WLADISLAUS**: Princeps Poloniæ succedit:

dem anno habitis: Ac Pontifex quidem eam improbat, & ab Hæreticis factam ac irritam fieri debere per Legatum suum contendebat: MATHIÆ quoque Legati, ne ea ab Imperii Ordinibus approbaretur, intercedebant: quod ipse prior electus esset, ac Pontificis Confirmationem haberet, ob egregia in Remp. Christianam Merita, a cujus finibus Turcam toties submovisset: Principes vero plerique Imperatoris Fridrici Judicium secuti ad WLADISLAUM proniores erant: Eam rem Friderico succensuit Pontifex, ac in Litteris postea exprobravit, MATHIAS vero bello AUSTRIÆ illato, ultus est. Cæterum MATHIAS qui Iglaviæ substitit, & frustra quosdam e Proceribus ad Comitata Bojemix miserat, ut se præteritum vidit, in Hungariam rediit, Majores collecturus Copias WLADISLAI in Bojemiam Itineri Impedimento.

qui per Silesiam
in BOHE-
MIAM ad ca-
pellendum Re-
gnum profici-
scitur:

Inter hæc Fridricus Lignicensis & Johannes Pribusienfis, qui MATHIÆ merebant, cum iisque Franciscus ab Hacken belli apud Wratislavienses Dux, coactis quam maximis potuere raptim Copiis, in finitimam Bojemix Oram prædabundi progressi non exigua iis, qui MATHIÆ adversabantur, damna intulerunt. WLADISLAUS Protectionem suam maturare rogatus, acceptis a Patre VII. Equitum & duobus peditem millibus, Ductoreque Exercitus Paulo Jassenio d. 25. mensis Julii Cracovia egressus est, deductus a Patre bidui Itinere. Silesiæ Limen attingenti VI. Silesiorum Duces præsto fuere, qui a MATHIA alieniores WLADISLAO adhærescebant, quos inter præcipuus Olsnicensis. Properabat autem per Silesiam WLADISLAUS, MATHIAM veritus insequentem: qui quidem & ipse nihil sibi reliqui faciebat ad festinationem, sed vix extremum Agmen apud Glacium adipisci potuit. Atque ita WLADISLAUS a Bojemis Proceribus istuc eum expectantibus omniumque adeo Ordinum permagna multitudine receptus, cum in Leges prius Bojemorum jurasset & Æs alienum, quod GEORGIUS reliquerat, in se suscepisset, pacatam Regni Possessionem adiit inunctus Pragæ & coronatus ritu solemniori a. d. 16. Augusti a Nicolao Episcopo Camenecensi: Vincentio Ennensi: & Paulo Laodicensi qui eum ex Polonia comitati fuerant.

Pragæ 16. Au-
gusti Diade-
mate cinctus:

Wratislavienses denuo Ho-
magium REGI
MATHIÆ
præstant:

Turbæ in Hun-
garia exortæ:

WRATISLAVIENSES semel firmiterque statutum habentes a MATHIA nequaquam desciscere, sed in fide atque obsequio Ejus ad extremum perseverare, novum ipsi dixerunt Sacramentum. Revocabant autem MATHIAM in Hungariam domesticum incommoda & intestini Motus ab Archi-Episcopo Strigonienfi: Lunique ecclesiæ Episcopo & aliis nonnullis excitati: qui ubi MATHIAM quem clam oderant, in Comitibus Bojemis repulsam passum audirent, meditatam diu defectionem moliebantur. Horum opera & studiis CASIMIRUS Polonus: Casimiri Regis Filius, WLADISLAI frater, ad Regnum Hungariæ accessit, cum XX. millium exercitu (in quo quadringenti Silesii in Ducatu Glogovienfi conscripti sub Imperio Abrahami Burggravi a Dohna & Johannis Lestii stipendia faciebant) Hungariam ingressus est, sed Successu parum prospero: Hungaris quippe, quos MATHIAS partim metu, partim promissis sibi reconciliavit, jam nutantibus, neque Spei & Pollicitationi suæ respondentibus, tum Comæatu & Annona deficiente non sine Ignominia Exercitum reducere coactus, amissis in receptu fugæ simillimo Impedimentis & Equis quam plurimis.

Anno

CHRISTI 1472.

Cometæ appa-
ritio:

Annus a Cometæ sive Pogoniæ Apparitione sumit Exordium, qui parvus quidem in se, verum longum & illustrem post se caudam trahens vago & incerto cursu nunc ad Septentrionem, nunc ad Meridiem, nunc ad occidentem Solem, Caudam quoque nunc huc nunc illuc obvertens, totos duos Menses perduravit. Cometam hunc ejusque effectiones carmine & prosa luculenter descripsit J. Pontanus.

Victorinus
Dux Monst-
bergenfis ex
Carcere libera-
tus:

Kal. Februarii Sabbatho ante Purif. Victorinus Dux Monstberg. Pragam venit, liberatus e Custodia Pannonica, in qua MATHIÆ Regis Hungariæ Affinis sui mandato ultra biennium fuerat.

Pax inter IMP.
& MATHIAM
REGEM fan-
cita:

Pontificii Legati & aliorum quorundam Principum intercessu Pax quædam inter Fridericum & MATHIAM convenit, & pulcherrima bene gerendæ rei contra Turcas occasio, urgente præsertim eam rem non modo Pontif. Romano, sed & Uffuncassano Persarum Rege, qui per id Tempus Trapezunte & Sinopoli expugnatis, ac Asia minore omni fere armis sub Potestatem reducta, Turcam gravi bello vexabat, & ob id Christianos, uti Græciam militari robore exhaustam invaderent, adhortabatur, sese ostendebat,

tabat, si tam facile MATHIAS cum Polono pacificare voluisset. Agebat ingentis Spiritus Virum prærepta præter Spem a Polonis Bojemia & ab iisdem concitata Procerum in Hungariæ Regno Seditio: & res bello feliciter gestæ animum addebant. Præterea quod neque a Turca bellum timeret, & cum Cæsare Pacem haberet, Casimiri Inopiam, divitiis ipse ac Præda affluens, contemnebat, & res suas in Bojemia superiores fore, certam in spem adducebatur. Igitur vix aliquot mensium Inducias abs se impetrari passus est, tumque Casimirus Pacis Conditiones proponeret, non satis sibi gratas, non opus sibi esse ea Pace respondit, venturum se brevi, & calvo reliquos Crines evulsurum. Ita omnis tum Pacis Tractatio frustra fuit.

Johannes Pribusianus, Balthasari Saganensium Duci fratri suo bellum infestum infert, Exercitumque ex Oppidanis & rustica multitudine coactum ad expugnandum Saganiam ducit. Et sustinuit quidem Balthasar aliquamdiu Obsidionem, sed Johannes a. d. 7. Maji Ignem Tectis intulit, qui quam latissime pervagatus Civitatem pene totam una cum Templo & magna Parte Monasterii omni genere rerum a Civibus istuc compartatarum referti in Cineres vertit. Balthasar in Arce paucos adhuc Dies se defendit: desperatis tandem auxiliis d. 16. Maji qui incidebat in feriam secundam Pentecostes, se suæque in fidem atque Potestatem Fratris permisit, a quo contra datam fidem Custodiæ traditus, inque tetram Turrim Pribusii conjectus Vitam in ea Carceris Squallore & morbo paulo post finivit. Quam Johannis Perfidiam & Crudelitatem Poëta quidam minime tralatitius sequentibus Versibus exagitavit:

Quam sequitur, veteri dictum sic forte Colono
Pribusium, heic miranda ferunt, stat Turris aperto
In Tumulo, multum fraternis cognita Vinculis:
Perdiderat quondam heic infensi dextra Tyranni
Rectorem, auxilio prudentem armisque, Sagani,
Vivida monstrosis generosi Corpora fratris
Vermibus objiciens, Scelus, execrantiaque foedo
Omne facta suo crudelis Sanguine patris:
Digna igitur reddens DEUS illi Præmia factis,
Nomina, Progenies, una quoque nobile quicquid
Heic fuit, evertit, peregrino & subdita Regno
Esse jubet, tanta est excelsi Numinis Ira!

Cum autem ob perpetratum hoc Facinus summo apud omnes flagraret Odio & ob id maximopere sibi metueret, universum Ducatum Saganensem vendidit Principibus Saxonie Ernesto Electori & Alberto: 55. aureorum Hungaricorum millibus. Ex quibus Wenceslao Johannis Fratri, qui Wratislaviae honesto in Otio, ob Bonitatem & Virtutem cunctis carus, Vitæ quod supererat privatus exegit, bis mille centumque, (duodecim aureorum millia Petrus Albinus ait) tribus vero Sororibus, singulis mille aureos numerarunt: reliquum Johanni post triennium exsolvere polliciti, ubi prius MATHIÆ Regis in eam Venditionem Consensum impetrasset. Præfectus primus a Saxonie Regulis Saganensibus dictus Henricus a Miltiz Eques auratus.

Æstus hoc anno & ardor insolitus, ita ut Alvei Fluminum plerorumque exarescerent. Incendia quoque oppidorum & Villarum crebra extitere. Vini Proventus maximus circa Crosnam Gubenam & Grunbergam.

Anno

CHRISTI 1473.

Synodus Diocesana Wratislaviae a Rudolpho Episcopo celebratur.

Prid. Non. Januarii Rudolphus Episcopus Wratislaviensis Monasterium consecravat Bernhardinianorum a Margaritha Cilienfi Wladislai Teschenensis & Glogoviensis Ducis Vidua ante annos octo extructum: quod postea Johannes Saganensis an. 1488. in bello Glogoviensi, utpote quod propter Viciniam arci, non parum incommodare videretur, destruxit.

Ipso Vere Henrico Glogoviensi Valetudinis parum firmæ Sponsæ Marchica BARBARA: Alberti Marchionis Brandenburgici filia, Ætatis anno decimo haur dum completo, Crosnam adducta est, qui sequenti anno cum ea matrimonium iniit.

Synodus Diocesana Wratislaviae:
Monasterium Bernhardinianorum Glogoviae:

BARBARA Brandenburgica filia HENRICI XI. Ducis Glogoviensis nubit:

Yy

Boje-

de Pace Gene-
li Conventus:

Bojemorum Polonorum & Hungarorum Conventus Nissæ primum, deinde Op-
paviæ habiti, in quibus Marcus Barbus Venetus, Cardinalis: Legatus Pontificius de
componendis inter Reges Controversiis & Pace constituenda multum, sed frustra la-
boravit, tota re ad Caroli Belgarum Reguli aut Ludovici Galliarum Regis arbitrium re-
jecta.

Legati VVLA-
DIZLAI RE-
GIS BOHE-
MIÆ ad IM-
PERATO-
REM:

Petiit & per Legatos Casimirus Poloniæ Rex filio suo WLADISLAO a Fridrico
Imp. Regni Bojemorum, quod Jure feudi Imperio est obnoxium, Confirmationem:
Quæ Legatio grata quidem Cæsari fuit, sed res dilata ad Comitium Imperialia Augustæ
Vindelicorum ad Kalend. Septembr. indicta. Cum autem ad eum Diem neque Impe-
rator cui in Ubiis & reliqua Imperii ditione ad Rhenum negocia erant, quæ ipsius Præ-
sentiam flagitabant, neque Principes Imperii Augustam venissent, Oratores Poloni apud
Albertum interim Brandenburgicum sex pene menses egerunt. Hoc quoque anno
ingens Aeris Siccitas Segetibus, vernis præsertim perniciofa.

Anno

CHRISTI 1474.

Terra Fraust-
dienfis a Silefiis
pervastata:

Johannes Dux Pribusienfis natura amens & post Balthasaris Fratris necem furiis
exagitatus una cum Melchior Lœbelio, ex Mathiæ Regis, uti creditum est, mandato,
collectis sex millibus hominum, mense Martio, transmissio Viadro fluvio ad Frattsta-
dium, oppidum ditionis Poloniæ, duxit, bonæ spei plenus, quod & bombardas a
Wratislaviensibus jussu Mathiæ commodatas habebat, & Proditionem in oppido instru-
xerat. Ac incensum quidem est sub ejus adventum duodecim in locis oppidum, sed
Civium Virtute ac Diligentia strenue defensum, restinctaque Incendia. Quo facto
Johannes omisso Oppido totum Territorium percursans obvia quæque Igne & ferro
vastavit, & vicos pagosque supra sexcentos exussit. Contraxerant Palatini Regionis
Exercitum duodecim millium hominum: sed qui apud Costenum & Fraustadium de-
sidentes & fumantes Pagos quoquo versus inspectantes, cum Hoste animoso & machi-
nis bellicis optime instructo congregari non fuerunt ausi, contumeliose postea ob id tra-
ducti. Parcebat Johannes possessionibus Palatinorum, unde orta apud Polonos Su-
spicio, aliquid eos commune cum ipso clam habuisse. Nullus porro fuisset illarum
Excursionum neque modus neque finis, nisi Johannes in Oppugnatione Oppidi Kife-
lii five Copanicæ, uti Cromerus adpellat, dum temere sese Incendio Munitionis miscet,
misere ustulatus, & semianimis sublatum esset, unde postea Stinaviam ad Socrum du-
ctus, neque Valetudinem pristinam, neque Vigorem Animi recuperare potuit: Eo de-
mum Ducis sui Casu Exercitus ille consternatus dilapsus est: Populus in Johannem
hujusmodi Rhythmis lusit: Hertzog Hanns ohne Land hat vor Kiefel das Maul ver-
brandt.

VVLADIZ-
LAUS REX
BOHEMIÆ ab
IMP. confir-
matus:

Fridrico Imperatore sub finem Aprilis Augustam reverso, Bojemorum quoque &
Polonorum Legati advenerunt, quibus Cæsar promisit, WLADISLAI sese Electio-
nem confirmaturum. Quod vero de Caroli Burgundi aut Francorum Regis Arbitrio
in Oppavienfi Conventu decretum erat, irritum esse voluit.

VVratislavia
REGI MA-
THIÆ obse-
quens a CASI-
MIRO POLO-
NIÆ & VVLA-
DIZLAI BO-
HEMIÆ RE-
GE magno sed
irrito Conatu
obfessa:

Secundum inde bellum Silesiacum inter MATHIAM Hungariæ & Casimirum
Poloniæ WLADISLAUMque Boemiæ Reges: & MATHIAS quidem cele-
ritate reliquos duos antevergens, cum sex millium lectissimorum militum Legione,
quam nigram vocabant, Silesiam ingressus a. d. 13. Sept. Wratislaviam pervenit, ad
quam etiam Urbem Ernestus Saxoniarum Elector cum Joanne Electore Brandenburgico
de Pace inter Reges acturus accessit, ibidemque prid. Kal. Octobr. MATHIÆ Regi
propter Ducatum Saganensem, quem a Johanne emerat, Clientelæ Jure se devinxit.
Casimirus ingentem adducens Exercitum & in quo vel uno ad frangendas Turcarum Vi-
res satis esset, ad LX. quippe millia armatorum in quibus Lithuani quoque & Tartari
erant, sub Initium Octobris in Ducatum Opoliensem processit, Cruciburgum & Bici-
num Oppida, nullis pene Munitionibus firmata primo Incursu ac Labore cœpit: Agros
Populationibus quoquo versus permixtis vastavit: Viadrum inde propter Siccita-
tem tunc vadabilem prope Crapicium transmisit, missaque Opoliæ Oppugnatione
Wratislaviam, ubi a MATHIA expectari se acceperat, contendit, ac pro-
pe Olaviam Castra fixit. Occurrerunt autem ei præter Hungaros & Boemos de
Induciis sollicitantes, Ernesti quoque Electoris Legati de Pacis Compositione
inter

inter Reges tractantes, quam quidem Polonus minime videbatur adversari. Dum autem causa adhuc dubia hinc inde commeant Legati: MATHIAS improvise aggredi Castra Polonica, quæ a suis quatuor tantum milliariis aberant, statuit: nam & Regem improvidum lentumque esse noverat, & Disciplinam in ejus Exercitu licentia corruptam sciebat: Itinere illo noctu properanter confecto, Stationes Polonicas invadit, Gabulatores excipit & in Fugam vertit. Quibus cum opitulatum Tartari & Lithuani una cum aulico Casimiri Comitatu, cui præerat Paulus Jassenius Thesaurarius occurrerent, ut numero ita Vi superiores, tumultuaria Pugna Hungaros Persecutores in Fugam vicissim agunt, & cum Clade in Urbem repellunt; Ad mille omnino desiderati feruntur: capti præter gregarios Milites sexaginta nobiliores, in quibus Tribuni Regii Guilielmus Bersteinius, Bojemus & Petrus Haugwicius, Silesius: quos tamen tunc interfectos Fabricius memoriæ prodidit. Post hoc Prælium d. 12. Octobris commissum, Oratores Electoris non diu in Castris Polonicis commorati, cum turbatas viderent Actiones pacificas, rebus infectis, & hoc uno a Casimiro impetrato, ne Saganensæ Territorium a suis infestari permetteret, Wratislaviam redeunt, Saxone interim & Brandenburgico non cessantibus, ut Pax utrimque conciliaretur. D. 14. demum Octobris VLADISLAUS Boemiæ Rex, XX. circiter millia pugnatorum, maxima ex Parte Peditum in Exercitu habens advenit, cum prius in Itinere Francosteinium ob damna non exigua a Mathiæ Militibus ad Monsterbergam sibi illata exuffisset. Salutatione & Gratulatione mutua peracta, utraque Castra ab Olavia sunt VVratislaviam versus permota, non tamen mœnibus conjuncta, quoniam MATHIAS Tormentis & Machinis longe superabat, qui & ipse Castra sua ad Urbem communierat apud Monasterium D. Vincentii ut e re nata posset Consilium capere. Inde tacitus, quid Reges inceptarent, speculabatur, Polonorum & Boëmorum Agmine conspecto cum * Suspiriis & Vulsione Capillorum dictitans: Facile se totum Orbem Terrarum Imperio suo subjugaturum esse, si tantas talesque haberet Copias. Caterum ii desides & inertes Tempus terere, nihil in medium consulere, castra non fossa, non Vallo, nec diligentibus Vigiliis munire, Imperia Ducum contemnere, licenterque ab Ordinibus & Signis per Agros quoquo versus discursare, nec nisi Pagos vastare ac deprædari: Unde quidem factum, ut nullus dies intercederet, quin complures ex illis interciperentur, plenæque adeo captivorum essent Turres & Ergastula Wratislaviensium: Suadebatur a nonnullis, ut Alveus Polonorum Viadri aqua paucorum dierum labore alio derivata, ficcicaretur, traductaque Copiarum Clades: Parte Urbs undique obsideretur: Sed nec huic nec aliis salutaribus Consiliis attendebatur. Accedebat ex Villis & Moletrinis improbe exustis duplex aliud in Castris malum, Pestis & frumenti Penuria. Subvehebantur quidem e Boemia Panis & Cerevisia: sed non sine Difficultate, & permagno veniebant. Polonica autem itinera ab ipsis etiam Polonis qui MATHIÆ contra Regem & Populares suos crebabant, infesta erant. Incendium præterea fortuito exortum non exiguam Castrorum Partem absumsit, nequicquam opem ferente tanto Exercitu, quo quidem Incendio plurimi Homines & Equi, nec non quingenti Currus, Victu & Armis onusti, cremati fuerunt:

* Miror Henelium Dlugossium sequi, qui Oratoris magis quam Historici Officio functus, „MATHIAM cum exercitum Polonicum & Bohemicum vidisset Viris, Armis & Equis „ac Quantitate conspicuum, capillos e Capite decerpisse, clamasse denique & vociferasse tradit: se infelicem & miserum ad quem exterminandum tot Gentes & tam exercitata convenissent: quarum Brachio si illas sibi habere contigisset, facile se totum „Orbem sub suum Jugum missurum., Lib. XIII. Verbis equidem his non opus esse reor, cum rerum Testimonia ipso quoque Dlugosso paulo post confitente adfuerint, exercitum hunc Polonorum omni Disciplina carentem „neque ad consilium potuisse „cogi: & si quid statutum fuisset, neminem inventum, qui vellet exequi obedienter „mandata., O pulcerrime exercitatus Cohortes! quibus idem Dlugossus pag. m. 523. rerum gestarum famam addit: „Fœdus a Casimiro Poloniæ & Wladizlao Bohemiæ „Regibus acceptum est, verentibus Regibus, ne nivibus & frigoribus supervenientibus bello non suspenso, recedere ex hostili Terra premente Necessitate cogerentur, „fœdere itaque concluso & Silesia ferme universa (per ὑπερβολὴν) exusta & depopulata, Poloniæ & Bohemiæ Reges datis inter se dextris & muneribus ad propria NUL- „LA RE MEMORABILI GESTA discedunt.

Arx Mefericia
a Silefiis inter-
cepta:

Pax inter Reges
belligerantes
fancita:

VVLADIZ-
LAUS REX in
Bohemiam vi-
cti instar redit:

Elogium JO-
HANNIS
Elect. Bran-
denburgici:

fuere: MATHIAS ubi vidit tantum illum Polonorum & Bojemorum Torporem pariter & Inscitiam, despiciere quos ante formitaverat, coepit: missoque in Poloniam Majorem Stephano de Zapolya, cui se Fridricus Lignicenfium Dux, qui paulo ante Uxorem duxerat Ludomillam GEORGII Bojemix Regis relictam filiam, Glogovix associavit, suæque Nobilitatis Equitatum sub Imperio Casparis Nosticii conjunxit Henricus Freistadienfis, omnem eam Oram Spoliis ac Incendiis vehementer afflixit, arcemque iis in Locis magni nominis Mefericiam sive Medireciam dedente eam Sendivoio Burggravio, qui post finitum Bellum Patrimonio mulctatus ob id a Rege fuit, in sui Potestatem redegit, non minus interim in altera Orientali Ora Nicolao Oppolienfium Duce diris in Poloniam Populationibus grassante. Hæc cum ita fierent, & Pestis Famæque in Castris Polonorum & Bojemorum ingravesceret, de Pace inter Reges serio agi coeptum est. Congressi bis in patenti Campo Reges, primum quidem a. d. 19. Novembr. prope Villam Mochbar Mathias & Casimirus soli, ubi ridicula quadam Ambitione inter Reges certatum, cum Mathias nudo Capite, rutaceo Serto tantum coronatus, obviam Casimiro proderet, ne Capite illum detecto salutare cogeretur. Casimirus autem multis Pellibus tectus eas de Industria Collo sic obvinxisset, ut honorem Mathix habere non posse videretur, eaque re fieret, ut præter omnem Opinionem Voluntatemque suam Hungarus nudus Capite salutaret tectum capite Polonum, & sic Ars Arte eluderetur: Annales nostri tradunt: a quibus tamen dissentit Dubravius, Olomucii id posterius factum scribens & WLADISLAO Bojemo, quod nostri Polono tribuens. Deinde vero a. d. 21. Novembr. una cum Wladislao: neque quidquam tamen inter Reges constitutum, quam ut designarentur a singulis Consiliarii quaterni ad tractandum Wratislavix Negotium: Quod cum factum esset, re inter Delegatos agitata, Pax quidem solita & perpetua non convenit, impedita Elisabethæ Reginae Fastu & Odio pertinace: quæ Mathix Affinitatem qua una Pax confici posse videbatur, quod neque Regio neque Ducali Genere natus esset, recusabat, & quod Patruï sui fratrisque inimicus fuisset, aversabatur. Indulgebat autem ei plusculum, quin ad nutum Ejus faciebat omnia Maritus *γυναικεκατέμνητος*. Cæterum induciæ XXX. mensium constitutæ: captivi & munitiones interceptæ utrinque redditæ. Prutenos quoque in eo Fœdere MATHIAS cum sua concessio conjuxit. Saxonis nomine consultando adfuisse Guilielmum Comitem Hennebergium, Hugoldum Sleinicium, Ditericum Schonbergium, Johannem Scheibam Lipsiensem. Ictum, Fabricius testatur. Hunc in modum bello finito Casimirus in Poloniam Wladislaus in Bojemiam haut sine Clade & Dede-core, septem millibus e suorum numero desideratis & plerisque Impedimentis amissis remigrarunt, a Gabriele Episcopo Agriensi, qui & Cardinalis postea factus, hujusmodi Disticho notabili:

Bruma venit, nix alta ruit, migrate Poloni
O fugite ad proprios algida Turba Lares.

Historiarum monumentis proditum, Ernestum Saxonem & Johannem Brandenburgicum aliquot Equitum millia Wratislaviam adduxisse Regesque illos potentissimos non quidem Armis sed metu tamen & Cohortatione gravissima, quippe cum affirmarent se adjuncturos esse suas Copias illi, qui Conditionibus propositis assentiretur, hostes autem futuros Ejus qui foret in accipienda Pace durior, eo redegissem ut Pace facta quisque ad suos discesserit. Causæ Orator in Confessu Regum & Principum Johannes Brandenburgicus fuisse dicitur, maxima cum Dignitate Gravitate & Vehementia, ut præ admiratione adstantes obstupuerint, & judicatum sit, quanquam multi adessent Ingeniis Usu & Eloquentia excellentes, neminem tamen in eo Cœtu tam splendide peroraturum fuisse. Cujus quidem rei mirum est, neque a Polonicis Scriptoribus neque in nostræ Gentis Annalibus vel minimam Mentionem fieri. Cæterum quod nullæ in hoc bello Friderici Imperatoris Partes fuisse leguntur, in Causa fuit bellum Colonienfè, quo tunc occupatus erat. Finitum id Anno sequenti facta inter Fridericum & Carolum Burgundum in hanc (præter alias Conditiones) Sententiam, ut Maria, Caroli Filia unica, Maximiliano Imperatoris filio desponderetur, cum omnibus Provinciis hæreditariis, si nulla alia Prole auctus Carolus moreretur.

Oppidum
Czuckmantel
Episc. Wratislav.
concessum:

Concessit hoc anno Mathias Episcopo Wratislav. Privilegium super oppido Czuckmantel & Edelstein.

Item:

Item: Conradus Sapiens Dux Olsnensis: Wohlaviz & Wartenbergæ donat Rudolpho Episcopo & Capitulo ac Ecclesiæ omne Jus, Proprietatem & Dominium super Canth, addita conditione, ut Conrado Episcopo Pro-Patruo suo singulis Annis solemniter parentetur: item oppidum Canth.

Item: Mathias Rex Hung. & Boh. confirmat Ecclesiæ Wratislaviensi Dominium super Civitatem & Ducatum Canthii.

Digressis uti dictum e Silesia Bojemis atque Polonis, MATHIAS Rex convocatis Wratislaviæ Ordinibus, quos inter adfuere Episcopus Wratislaviensis Rudolphus, Nicolaus Oppolienfis, Conradus Albus Olsnensis & Wohlaviensis: Primislaus Teschenensis, Henricus Glogovienfis ac Fridericus Saganensis Duces: cum ab iis ad Pacem colendam maximopere rogatus fuisset, a. d. 21. Decembr. Edictum Pacificatorium (einen Landfrieden) aliquot Capitibus comprehensum condidit, cumque antea in Silesia pleraque libidine mala agerentur: Auctor fuit Ejus officii quod Silesiæ Præfecturam vocant: de Monetæ denique Correctione nonnulla sanxit, quæ multas iterum Confusiones pepererat.

Comitia
WRATISLAVIÆ habitant

Anno

CHRISTI 1475.

Sub anni Primordium MATHIAS REX Suidnicium profectus, cum Bulconis Fanum & Neuhausium redemisset, Furstensteinium Arcem, quod Bojemorum Larrunculorum receptus esset, expugnavit. Deinde nonnullos Silesiorum Principes, qui nupero Bello Polonis favisse dicebantur, graviter afflixit, e quibus Glivicensem captum in Custodia habuit, ac Ditionis Parte multavit, itemque Wenceslaum Ribnicensem. Invasit & Olsnicensem Ducatum, eumque Conrado Albo, Saxoniz Ducibus vendituro, ereptum ad se traduxit.

MATHIAS
REX Silesiæ
Ducibus gravis:

Februario Mense Wratislaviæ ex Italia venit Legatio longe pulcherrima: in qua visabantur ex omni Nobilitate delecti Proceres Itali complures, nec non Veneti aliquot Senatores. Ii vero a Mathia & honeste excepti & magna Liberalitate tractati, cum ad d. 5. Februarii dicere jussi essent, Ferdinandi Neapolitanorum Regis nomine Salutem MATHIÆ apprecati, sese missos retulerunt: ut petitam in Matrimonium Ferdinandi Filiam Beatricem Mathiæ responderent. Quo quidem Legatorum nuncio, ut magnopere ille exhilaratus fuit, ita post perfecta rite Sponsalia, promissamque sibi Dotem non contemnendam, centum quippe millium aureorum, variis donis Legatos profectus est.

BEATRIX:
FERDINANDI I. Regis
Neapolitani F.
MATHIÆ
REGI desponsata:

Tertia die Martii Wratislavia digressus fidem in Transitu ab Olsnicensibus accepit, relicta tamen Conrado Ducatus illius Gubernatione.

Olsnenses Homagium REGI MATHIÆ præstant:

Cæterum dici non potest quam gravis istis sex mensibus Silesiæ Hospes MATHIAS fuerit, quippe quam non solum grandibus Exactionibus exhaustit, sed & militum libidini nimium quantum indulgit, qui pene minus quam Hostes tolerabiles, non modo ex Agris Sociorum late Prædas egerunt, verum etiam in Wratislaviensium Facultates grassati, Uxores insuper ac liberos quorundam secum abduxerunt.

Obit hoc anno Wenceslaus Dux Stinaviensis.

Item: Mathias Rex Privilegium dedit Rudolpho Episcopo & Clero suæ dioeceseos contra Impugnatores & oppressores Libertatis Ecclesiasticæ eorumque bonorum. Paulus III. P. R. Jubilæum quem Bonifacius VIII. Secularis instar Centesimo quoque anno celebrandum (quamvis annus Judæorum Sabbathicus hujus Imitatione iste renovatus est, septies septem hebdomadis absolveretur, ut habetur in Levitico) instituerat, postea autem cum longius istud Tempus videretur, L. annorum spatiis Clemens VI. concluderat, ad annum 25. contraxit & reduxit, celebravitque hoc anno Jubilæum Pontificium quintum: cujus Gratia Fridricus Dux Lignicensis Romam profectus, nec tam præclaram exonerandi Conscientiam Occasionem præmitteret, B. B. Petri & Pauli Limina accessit, particepsque factus Indulgentiarum paulo ante festum Ascensionis CHRISTI Domum revenit.

Annus Jubilæus:

Ingens Locustarum non Segetes modo sed & arborum fraudes depascentium Agmen Hungariam, Moraviam, Poloniam, Silesiam pervagatum est, adeo ut densitate sua Conspectum Solis adimerent, continuatis usque ad sesquimilliarium in Longitudinem & Latitudinem Examinibus.

Locustarum Agmen:

Rudolphus Episcopus Synodum Dioecesanam secundam Wratislaviæ celebravit, facto ejus Initio fer. II. post Dominicam: Jubilate: in qua præter varia Statuta Synodalia, MATHIÆ quoque Regis Constitutio publicata fuit his Verbis:

Synodus Dioecæsanæ V Wratislaviæ:

MATHIÆ
REGIS Confi-
rurio pro Epi-
scopatu WRA-
TISLAVI-
ENSIS:

Mathias DEI Gracia Hungarie Bohemie &c. Rex: Marchio Moravie: Lucemburgensis & Slesie Dux: ac Marchio Lufacie: Universis & singulis Illustribus Magnificis Nobilibus & Egregiis Principibus Baronibus & cujuscunque Status hominibus in Dioecesi Wratislaviensi constitutis & præsertim spectabilibus Capitaneis nris tam in inferiore quam superiore Silesia: Salutem nram Regiam & Graciam. Non sine Displacencia Querelam Reverendi in CHRISTO Patris Dni Rudolphi Episcopi Wratislaviensis Principis nri & Apostolice Sedis Legati accepimus, multos esse in ipsa Dioecesi sua qui DEI Timore posthabito nec Homines reverentes multa in Injuriam Ecclesiastici Status moliantur, juraque Spiritualia multifarie defraudare nituntur, contra Sacros Canones & Decreta Ecclesiastica in Prejudicium animarum suarum & ipsius Episcopi ac Cleri sui damnum multum grave: & præsertim quod sint nonnulli, qui Villas, Allodia, Decimas, Censūs & alia bona, tam mobilia quam immobilia ipsorum tenent & violenter spoliunt, occupant & detinent: Alii qui Decimas Maldratas Fertones Episcopales minime solvant: alii qui sacrilegas manus in bona Sacerdotum, qui ab intestato vel etiam facto Testamento decedunt, immittant: alii qui sub Pallio Juris Patronatus Presbyteros de Ecclesiis jam adeptis & possessis simpliciter ejiciunt, vel ad commutandum cum voluerint inducunt & cogunt, alii qui de Testamentis Sacerdotum ipsorum & Legatis ad pias Causas se ingerunt, & ea in proprios Usus convertunt, sive sint de bonis eorum mobilibus, sive de Censibus, sub Titulo redemptionis emptis, qui inter mobilia computantur, quamvis alias coram Notario & Testibus rite & legitime facta fuerint: Alii qui Censūs subditorum suorum quos Viris Ecclesiasticis dare tenentur & deberent, quosve libenter traderent, recipiunt, & Subditos ipsos dare, ubi tenentur prohibent, nullam Ecclesiasticam Censuram propterea curantes, modo ipsos qui talibus Censuris involvuntur potius sustinendo quam ut de ipsis se exuant admonendo: contra Statuta Provincialia & Ecclesiasticam Libertatem. Alii denique etiam Cives in Civitatibus, qui Censūs debitos Personis Ecclesiasticis denegant, vel magna in Parte diminuunt: non admittentes quod aliquis Ecclesiasticus domum aut alia bona emat: quod si emit, porrigere nolunt: Pluraque alia oppressorum, abusorum, & Injuriarum contra ipsos Spirituales, Genera exercendo. Unde præfatus Reverendissimus Pater Dnus Rudolphus Episcopus nobis humiliter supplicavit, ut de Remedio opportuno, ex Nostra Regia Clementia providere dignaremur: Nos igitur, qui nullum Subditorum nostrorum injuste opprimi volumus, & præsertim Ecclesiasticorum, quibus ex data nobis Divino Munere Gracia singulariter afficimur, & quos ante omnia protegere debemus, & tenemur, talibus supplicationibus Inclinati, Vobis & cuilibet Vestrum harum Serie firmiter precipimus & mandamus, quatenus dum & quotiescunque presentibus fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, hujusmodi Injuriatores cujuscunque Status aut Conditionis existant, a desistendum a talibus Injuriis & oppressiōibus & ad satisfaciendum pro ablatis & retardatis atque ad observandam Immunitatem Ecclesiasticam cogatis, dictumque Dnum Rudolphum Episcopum & suum Clerum in Immunitate Ecclesiastica & suis Privilegiis manuteneatis, & quilibet vestrum manuteneat: contra facientes etiam Brachio Seculari acriter percellendo, Gracie nre sub Obtentu. Datum in Castro Ratiboriensi XII. d. mens. Martii Anno DMNI M. CCCC. LXX. V. Regnorum nrorum Anno Hungarie XVIII. Bohemie vero VI.

Anno

CHRISTI 1476.

Monasterium
Fratrum de Ob-
servantia Telli-
ni fundatum:

Boleslaus Dux Teschinenfis Monasterium Fratrum de Observantia ante Portam Teschinensem Septemtrionalem fundavit.

HENRICUS
XI. Dux Glo-
govienfis mori-
tur:

Henricus XI. Dux Glogoviensis & Freistadiensis, Princeps bonus & laudabilis, a. d. 21. Febr. diem suum Freistadii obiit nulla relicta Sobole ex Coniuge Barbara Brandenburgica, Alberti Electoris Filia, vix dum Ætatis Annum duodecimum egressa: cui feritatem Johannis agnati prorsus universam Ditionem suam Testamento legavit. Hinc bellum, quod vocant Marchicum, inter Johannem Ducem, cui MATHIAS Rex, quamvis Ducatum morte Henrici absque Prole defuncti ad se rediisse contenderet, favebat, & Marchiones Brandenburgicos, nec non WLADISLAUM Bojemix Regem, cui Barbara Henrici vidua desponsata, & ob id tali Titulo usa: Barbara von GOTTES Gnaden des Durchlauchtigsten Fürsten Herrn Wladislauen Königs zu Beheimb vermehlte Gemahl: sed postea tamen minime ducta fuit, quod ad aliquot Annos duravit. Fusior Ejus belli Narratio ex Curxi Annalibus petenda: Series Ducum Glogovix hujusmodi:

Origo Belli
Marchici:

Con-

(a) Conradus, Stirps Ducum Glogoviæ,
Henrici II. Pii a Tartaris occiſi F. Moritur A. C. 1298.
uxor: Salome: Wladislai Spuratoris Ducis Maj. Pol. F.

Primislaus, Dux Sprottaviæ & Sagani, occubuit in Bello Polonico 1290.	Conradus Gibboſus, Dux Stinaviensis & Guhrenſis, Præpoſitus Wratiſlaviensis, & electus Archi - Episc. Salisburgensis, moritur Stinaviæ 1304.	HENRICUS III. primum Glogoviensis & poſt Fratres, totius Ditionis Paternæ Princeps, & Dux etiam Maj. Pol. & electus contra Loſticum ſupremus Princeps Poloniæ, Moritur 1309. V. Eid. Decembr. MECHTILDIS, F. Alberti Brunſvicenſium Ducis, Vidua Erici VIII Daniæ Regis.	Anna, uxor ſecunda Ludovici II. Ottonis F. ſup. Bav. Ducis, Com. Pal. Rheni, quæ obiit V. Kal. Jun. A. C. 1275.
---	--	---	--

HENRICUS IV. Dux Saganenſis, mortuoque Primislao fratre, dimidiæ Glogoviæ, Obiit A. C. 1332. MECHTILDIS, Hermanni March. Brand. F.	Primislaus, Dux Glogoviensis, Moritur <i>ἀπαις</i> A. C. 1331.	Joannes, Dux Stinaviæ & Guræ, mediam Glogov. Partem Joanni Bojemæ Regi vendidit, † 1360.	Conradus, Dux Olsnicenſis & poſt Joannem fra- trem Stinaviensis, Auſtor omnium Olsni- cenſium Principum, qui uſque ad an. 1495. vixerunt,	BEATRIX uxor LUDOVICI BAVARI IMP. quæ obiit 1320.
---	---	---	--	--

HENRICUS V. Ferreus,
tumultuariis ſubinde excuſionibus
Glogoviam Patri creptam repetens,
alteram tandem ejus Partem
a CAROLO IV. Imp. recepit,
amiſſo interim & a Polonis recepto
Frauſtadienſi Tractu,
Moritur 1369.
(b) Catherina,
Leopoldi Auſtriaci Principis Bellicoſi,
qui Gloria Militum cognominatus,
Filiæ,
in Campo Regio Cœnobio ſepulta 1349.

Elſabeth,
uxor
Erneſti Ducis Brunſvi-
centis
&
Luneburg.
in Grubenhagen.

Hedwigis,
nupta
Ludovico
Duci
Lygio-Bregenſi.

Catherina,
nupta 1. Joanni,
March. Brandenb.
Electori,
2. Joanni Comiti
Holfatiæ.

HENRICUS VI. cogn. Senior, Dux Saganenſis & Croſnenſis, † ſine hæredibus maſculis.	HENRICUS VII. Rapoldus, Dux Glogoviensis, Moritur inproliſ.	HENRICUS VIII. cogn. Paſſer, Dux primum Freiftadenſis & Sprottanus, tandem poſt fratres totius paterni Ducatus Princeps, † 1395. Catherina, Berthardi Ducis Opolienſis F.	Hedwigis, uxor 1. Calimiri Regis Pol. 2. Ruperti Ducis Lignicenſis.
---	--	--	---

JOHANNES SAGANENSIS, Vir malus, † 1439. Scholaſtica, Landgravii Thuringiæ F.	Wenceslaus, Croſnenſis Dux, diſcerptus a rupta machina bellica.	Henricus IX. Rapoldus, Dux Glogoviensis, † in aula Danica 1423.	HENRICUS X. Dux dimidiæ Glogoviæ, & Freiftadii, unde Dux Freiftadenſis dici conſuevit, † 11. Novembr. 1467.	Margaritha, nupta Georgio Mansfeldio.	Hedwigis, nupta Bernhardo VI. Comiti Alſcanio & ultimo ſtirpis Bernburgicæ.
---	--	--	---	--	---

WENCESLAUS, Dux Wratiſlaviæ ſepultus.	RUDOLPHUS, Dux Saganenſis, † in Bello Pru- tenico 1462. 17. Sept.	BALTHASAR, egregius Miles, in vinculis expiravit Pribuſii menſe Julio 1472.	JOHANNES, Dux Pribuſienſis, impius in Fratrem & dehinc quoque in Senatores Glo- govienſes, Periit in ſumma Inopia 1504. Wolaviæ.	Sigismun- dus, † 1458. 24. Dec. æt. 28.	HENRICUS IX. Dux dimidiæ Glogoviæ & Freiftadii, cui nupta BARBARA, Alberti Elect. Brandenb. F. † <i>ἀπαις</i> 1476.	Elſabetha, virgo obiit.	Anna, uxor Joannis de Roſenberg, Baronis Bojemi.
--	--	---	---	---	---	-------------------------------	--

SALOME, nupta Alberti Ducis Monſterberg.	HEDWIGIS, conjux 1. Georgii Monſterberg. 2. Sigismundi Teſchin. Ducis.	ANNA, uxor Caroli Monſterberg.	MARGARITA, deſponſa Nicolao Bamfi, Baroni Hungariæ.	BARBARA, Abbatiffa Strehlenſis.
---	---	---	--	------------------------------------

Sub

(a) Confer Tab. noſtram II. Genealogicam Tom. I.

(b) Annam, Wankonis Ducis Maſoviæ, Dni Plocenſis F. habuiſſe Conjugem in Supplemento Hiſtoriæ Ge-
nealogicæ Ducum Sileſiæ huic Tom. II. addico probamus.

Bellum Glogovianse:

Sub finem Anni Johannes Pribusienſis collectis ducentis Equitibus ex Regis MATHIÆ Litteris & mandato adortus Glogoviam Sprottam Freyſtadium Grunbergam Zulichium & Svibufium, armis in poteſtatem ſuam traduxit: a Croſna Præſidio Marchionis munita re infecta reſceſſit.

BEATRIX Regina Hungariz Diademate cincta:

Beatrice: Ferdinandi Regis Neapolitan. Filia, MATHIÆ Regis Sponſa, Latina Lingua gnara & erudita, per Rudolphum Wratiſlavienſem & Johannem Varadienſem Episcopos, Legationis Regiæ Principes, quibus adjuncti fuere Henricus Podiebradius, Dux Monſterbergenſis: Nicolaus Dux Ratiborienſis: Petrus & Johannes Comites Poſingici, Joannes de Sternberg, Johannes de Neuhaus: Dapuſtrius de Tſchernafora, Barones, nec non Henricus Tſcheller Eques, in Hungariam ſplendido Comitatu deducitur, & Alba, die qui D. Luca ſacer, coronatur, peractaque Inauguratione nuptiarum incredibili Pompa Budæ celebrantur.

Turcarum in Provincias AUSTRIACAS Excurſio:

Eodem hoc anno ad medium Octobris Turcæ per Bosniam irruentes, Carniolam, Carinthiam, & Stiriam depopulati, multas abegerunt Prædas, magnamque Hominum Multitudinem in barbaricam Servitutem, nemine reſiſtente abduxerunt, Hanc Cladem Cæſar MATHIÆ acceptam ferebat, Turcasque vel ab eo in Ditiones ſuas immiſſos, vel impune eo uſque penetrare permiſſos ratus, Polonorum ac Bojemorum Auxilia contra eum invocabat.

Anno

CHRISTI 1477.

Progreſſus Belli Marchici:

Sub Initium hujus Anni cum Ordines Ducatus Glogoviensis Inducias uſque ad Feſtias D. Georgii cum MATHIA pacti eſſent, Johannes interea Domicilium ſuum Sprottam collocavit, & occulte Nobilitatem in Luſatia inferiore quæ parebat Marchioni, ad Corbuſium & Sprembergam conatus eſt ſibi conciliare, ſed fruſtra: ſub Initium Maji WLADISLAUS Bojemus duplex Agmen a Boemia emiſit, qui Glogoviam proficiſcerentur, ut Brandenburgicæ viduæ contra Pribuſienſem auxiliarentur, Sed utrumque infeliciter Rem geſſit, prius in Ducatu Svidnicenſi exterritum Armis Incolarum domum rediit, alterum cum in Luſatia ſuperiore fruſtra Civitates aliquas tentaret etiam dilapſum eſt. Quarto Julii prope Francofurtum interceptus eſt ab Equitibus Johannis Pribuſienſis Præſul Havelburgenſis; eodem Tempore, contra Pribuſienſem duxit copias Johannes Brandenburgicus a Patre Achille miſſus, ut Sorori viduæ tutaret Ditionem, quam ei Maritus univerſam adſignaverat. Verum cum Obſidionem Arcis Freyſtadenſis in qua erat Præſidium Marchicum fruſtra conatus eſſet ſolvere, accepta Clade factis ruriſus Induciis ad ſuos rediit, Quinta Octobr. quæ erat Dominica poſt feſtum Michaëlis proxima Pribuſienſis ipſe cum Exercitu ad Francofurtum venit, quam Urbem cum Præſidio tenebat Marchio Filius, ubi quid rerum geſſerit huc repetere nil atinet. Sprottam rediit d. 17. Octobr. Prope Cobenium Opidulum in Ducatu Glogoviſi d. 18. Octobr. capti ſunt a Prædonibus Legati Regii Doctor Fabianus & Scriba Reip. Wratiſl. Omnes Principes Sileſiæ, qui metuebant Iram Mathiæ Regis fecerunt diligentiffimam Inquiſitionem, neque tamen Conſtabat, quo ducti eſſent. Vere Anni ſequentis emiſſi ſunt ex Carcere Arcis prope Sittaviam, cum Wratiſlav. Scriba ſolviſſet aureos CCC. Conſiliarius Regius MD. Exiit hoc anno Concordia ſuper oppido Czuckmantel & caſtro Edelſtein inter Ducem Henricum Monſterbergenſem & Episcopum Rudolphum.

Baronatus BEUTHEN-SIS Joanni de Zierotin conſeſſus:

MATHIAS Hungariæ Rex Joanni de Zierotin & Orzowoftnozich (al. de Filneck) caſtrum Schwerlenicenſe ac Civitatem Beuthenſem cum univerſo Territorio, cumque omnibus Dominiis & Pertinentiis, bonis ac Fructibus, quocunque nomine dici poſſint, cum utraque Jurisdictione, & Juribus adeo omnibus, quibus Rex ipſe tenuerat, nullo penitus reſervato aut excepto, niſi ut Tempore Belli liber ad ea Loca aditus patere Regi debeat, tanquam Baronatum, Octies mille aureum numum nomine oppignerat. Actum id Budæ Menſe Januario. Confirmavit hunc Contractum poſtea Wladizlaus ubi rerum in Sileſia potiri cœpit anno 1493. circa feſtum D. Stanislai.

WLADIZLAUS BOHEMIÆ Inveſtituram ab IMP. accipit:

Wladizlaus Boemiæ Rex cum octo Hominum millibus in Auſtriam ad Cæſarem venit ei de Polonicis Auxiliis ſpem fecit, & uri habent Annales noſtri, ab Ejus Manu Vexilla Regni Boemiæ Provinciarumque ad Regnum pertinentium ſolemni Cæremonia accepit, ſeque Clientem Imperatoris Romani profeſſus eſt, id quod Dubravius non

hoc

hoc anno sed statim ab Initio suscepti Regni factum asserit. Dissuaserat eam Rem Pontifex, quod funestum exinde bellum exoriturum provideret. Viadizlaus postea, Viennæ Regali Magnificentiâ & Luxu Convivia frequenter exhibens, Pecunia deficitur, & Bojemi non expectata Eius missione dilabuntur.

MATHIAS vero collecto validissimo Exercitu, rapidi Torrentis instar, Austriam ^{MATHIAS} irruit, Trautensdorfium, Petersdorfium & alia quadam oppida capit: agros inter Viennam & Neapolim late depopulatur: Viennam ipsam obsidet: tum Claustro Neoburgum, Tulnam & Corneoburgum deditione in Potestatem accipit, Cremsium etiam & Steirnam per Legatos sollicitat: Cæsar promissis Polonorum & Bojemorum Auxiliis <sup>REX AU-
STRIAM
cum exercitu
agreditur:</sup> fîsus nulla ab Imperii Ordinibus postulabat: at Cæsar bellum Borussiae, cui implicatus erat, excusabat, missis in belli sumptus decem aureum numum millibus, quæ Fridericus, vel quod ei succenseret, vel quod Pacem jam speraret, accipere noluit. Jamque Viennenses deditiorem sese facturos interminabantur, nisi Commutatis ac novo Milite sublevarentur: Beatrix vero Mathiæ Uxor per frequentes internuncios ac Litteras & Maritum Regem, uti inius ageret, & Cæsarem cognatum, uti ad æquas Pacis Conditiones inclinaret, exhortatur. Pontifex item & Veneri Pacem summis Studiis procurabant, uti conjunctis Christianorum Viribus Turcarum Violentiæ obviam iretur, qui per id Tempus Maris Adriatici Littus infestabant: Sed & Hungari Proceres ab hoc bello alieni, arma in Turcas convertere malebant. Cæsar igitur Pontificis Authoritatis obsecutus Oratores prior ad Mathiam de Pace legat; Conditiones Paci dictæ, uti Imperator captâ abs Rege Loca reciperet, cum primum ipsi CL. Aureum numum millia numerasset: usque obsidiones omnes ab eo Die solverentur: Fridericus item Juri suo in Regno Hungariæ, cuius Titulum hætenus usurpaverat, renunciaret & Mathiæ Bojemici Regis Titulum tribueret. Hæc Pacis Capita quantumvis gravia Fridericus Armis Pacem præferens accepit, & inde ad consummandum Filii cum MARIA Burgundica, cujus Pater sub Initium hujus Anni ad Nancejum Lotharingiæ Metropolim pridie Epiphan. Domini ab Helvetiis circumventus & trucidatus interierat, matrimonium, Animum adjecit.

Obiit & hoc anno Primislaus Dux Tescinensis.

Anno

CHRISTI 1478.

Balthasar de Pifcia Legatus Pontificius Vratislaviæ degens VVLADISLAO Bojemix Regi ut Hæretico, neque enim ad Sævitiam in Ecclesias Hussiticas se arcendi patiebatur, Calimiro autem ut Fautori Hæreticorum Sacris interdicit: Idem nonnullis Silesiæ Civitatibus factum propter mutua cum Bojemis Commerciorum.

MATHIAS & VVLADISLAUS Reges Conventionem Olomucium indicto de Pace inter se redintegranda agunt, quæ tandem certis, sed Wladislao durioribus Conditionibus convenit, uterque nimirum ut Rex Bojemix adpellaretur, sed Wladislaus sola Bojemix contentus esset, Mathias Moraviam, Silesiam & Lusatiam obtineret, quoad viveret. Post mortem autem Eius, si Bojemus Provincias illas a se abalienatas recuperare vellet, Regi & Regno Hungariæ CCCC. aureum numum millia, ac si quid præterea pro lutione bonorum jam ante oppigneratorum impensum esset, persolveret, quousque vero ea Pecunia non numeraretur, Provinciæ istæ a Regibus Hungariæ tenerentur, sed ea Lege, ut Domini duntaxat illarum, non etiam Boemix Reges adpellarentur. Quod si tamen Bojemix eundem sibi cum Hungaris Regem crearent, tum nulla etiam Pecunia numerata ad Bojemix Regnum Provinciæ illæ * redirent. Adjectum inter alias Conditiones hoc quoque: ut Olomucensis Præsul ac Mareschalcus Moraviæ ea Bojemix Regi præstarent officia, quæ antiquitus de Jure aut Consuetudine ipsis sunt assignata, salva tamen Obedientia quæ Mathiæ obstricti. Aliæ aliorum sunt Narrationes. Et Peucerus quidem VVLadislao eam tum Silesiæ Partem, quæ Montibus Sudetis adjacet, & utramque Lusatiam accessisse scribit, sed cum Cromero facit Diploma Pactorum conventorum, cujus Exemplum primo mihi visum beneficio Nicolai Pohlî: Theologi & Historici VVratislaviensis: ac repertum quoque postea in Archivis Curix VVratislaviensis, libro cui Titulus: Farrago Rerum utilium. Sensit autem exinde VVLadislao magnum Incommodum, magnamque regnandi (ut Auctor est Dubravius) pro Majestate Regia difficultatem: quippe tanta per illam Moraviæ Silesiæ & Lusatiæ alienationem de Vectigalibus Censibusque & Tribu-

Przemislaus
Dux Tescinensis
moritur:

Legatus P. R.
Vratislaviæ
adpulsus:

Pax firmior inter
MATHIAS
& VVLADISLAUM
REGES sancita:

* Id quod sub D. FERDINANDO I. IMP. BOHEMIÆ ac HUNGARIÆ REGE factum feliciter.

Tributis Deductio facta fuit, ut ne numerum quidem Equitatus solidum Rex suo sumptu alere posset.

Extat de hoc anno Confirmatio Sententiæ Nuncii Apostolici per Bullam Sixti R. P. IV. lata contra Petrum Höppner Præpositum VVratislaviensem itemque fautorem Hæreticorum, cui Præpositura & omnibus officiis privato imponitur perpetuum Silentium.

Sub Exitum Septembr. denuo inchoatum bellum Pribusienfis armavit suos Subditos & stipendiarios, accessit ad Croſnam & per Dies septem Territorium Cotbusiense populatus est. Proximo Mense Exereitus ejus in Castris ad Croſnam a Marchione magna Strage profligatus est.

Przemislaus
Dux Oppaviæ
moritur:

Obiit quoque hoc anno Primislaus Dux Oppaviæ: Cantor S. Crucis & Canonicus Wratislaviensis.

Georgii Stenii
Austriaci Enco-
mium:

Sub hæc Tempora MATHIAS Rex grandem Ordinibus Silesiæ imperavit Pecuniam ejusque rei exequendæ negocium mandavit Johanni Waradiensi & Olomucensi Episcopo ac Georgio Stenio Austriaco, (sic enim notant Annales MSti, etsi Fabricius Marchicum fuisse innuit) qui Austria excedere coactus, & Wratislaviæ in Bernhardinianorum Sodalitio professus, postea abjecto Cucullo Consiliarius Regis intimus factus, primum apud illum Gratia Locum tenuit, ut Silesiæ etiam cum Imperio tandem præficeretur: Ordinibus Provinciæ qui Hominem externum neque in Patriam ullo modo propensum, Pecuniæ adhuc a Subditis emulgendæ Artificem solertem, Præfectum ac Moderatorem sibi dari graviter ferebant, ægritudinem dissimulare coactis.

Anno

CHRISTI 1479.

Bergmannus:
Consiliarius
Ducis Pribusi-
ensis Capite
plexus:

Johannes Dux Saganensis a. d. 13. Junii in Turrim Sprottaviæ conjecit Consiliarium suum Theophilum Bergmannum, invidia nobilium oppressum, detentumque ibi sine Cibo ac Potu usque ad noctem quæ secuta est D. Viti duobus comitantibus educi jussit extra oppidum & nocte intempesta truncari Capite. Videantur Elogia nostra.

Anno

CHRISTI 1480.

Fridericus III.
Dux Lignicen-
sis nascitur:

Natus hoc anno Fridericus II. Dux Lignicensis.

Bellum inter
CASAREM &
MATHIAM:

Hoc anno bellum inter Cæsarem & Mathiam iterum recrudit, Pacem frustra suadente Prospero Asculano, Pontificis Legato, Mariæburgum ab Hungaris obsessum a Cæsarianis liberatur. In Stiria vero Patoviam & Racolsburgum Mathias capit: sed quod eo Tempore Turcæ Transylvaniam vastabant, Inducias cum Cæsare facit.

Margaretha Ci-
liensis moritur:

Johannes Saganensis Margaritam Ciliensem Wladizlai Teschinenſium & Glogoviensium Ducis Viduam in Arce Glogoviensi graviter obsidet, seque tandem omnibus Auxiliis desperatis dedere coactam ea Glogoviæ Parte, quam ab Obitu Mariti quiete huc usque possederat, per Vim atque Injuriam exiit. Secessit ipsa Guram ubi mœrore Animi isto ipso anno extincta est, a. d. 22. Julii, Glogoviæ in Templo Cathedrali Sepulchro illata, quod ipsa viva sibi, Fragilitatis humanæ memor fieri curarat.

Anno

CHRISTI 1480.

Johannes Dux
Saganensis Du-
catum Glogo-
vieniſem feudi
nomine acci-
pit:

Georgius Stenius cum Mandatis Regiis Glogoviam veniens Johannem Saganensem a Mathia Rege in Grariam receptum, publice renunciat Dominum Ducatus Glogoviensis, Urbium nempe Glogoviæ: Freystadii: Sprottæ: Grünbergæ: Svibusii & Zulichii: ita tamen, ut Johannes Ordinesque Juramento se Regi obstringerent, si Johannem sine Sobole mascula decedere contingeret, omnem Ditionem sub Regis Imperio immediate futuram.

Crosnensis Du-
catus ad Bran-
denburgenses
transit:

Ita Glogovia post annos ferme CXX. sub unius iterum Principis Jura concessit. Eodem deinde Georgio sese interponente Marchicum bellum cujus supra illata mentio: cum varia fortuna aliquamdiu certatum fuisset, datis acceptisque nonnullis utrinque Cladibus, hoc modo compositum, ut Crosna cum Zulichio, Sommersfeldio & Bobersperga pro Dotalitio Barbaræ quod esset quinquaginta millium aureum nummum hypothecæ nomine ac Jure penes Brandenburgensem Familiam maneret.

Anno

Anno

CHRISTI 1481.

Fatalis hic Annus Martino Curcio : Artium & Medicinæ Doctori Wratislaviensi Mart. Curtius
celeberrimo: Epitaphium Ejus vultur in arde D. MARLÆ Med. D. moritur:

Anno

CHRISTI 1482.

Rudolphus Episcopus Wratislaviensis V. Eid. Januarii Wratislavia Nissam professus in Apoplexiam incidit, cumque medelam ferre nemo posset, ad Lethi portas ap- Rudolphus Episc. VVratislav. moritur:
pultit, Episcopatus anno quarto & decimo: Canonicorum Humeris ad præcipuam Ecclesie Cathedralis Oram elatus & honorifice sepultus. Ejus in Cathedra Wratislaviensi, succedit Johannes Roth: Svecus:
ut ante in Laventina, locum excepit JOHANNES ROTH: humili is quidem loco Wembdingæ in Svevia ortus, sed Sapientiæ, Virtutis & Doctrinæ, Facundiæ & Industriæ commendatione potissimum ad sublimem hunc Dignitatis Gradum evectus. Cum enim Adolefcentis Juri Pontificio Patavii, humanioribus autem Litteris & Eloquentiæ Romæ sub Laurentio Valla operam dedisset, & Aenæ Sylvio, Philelpho, Guarino & cæteris illius Ætatis Viris doctis notus & carus esset, Aenæ Commendatione Fridricus Imp. (cujus nomine postea tam ad Venetos quam ad alios Christiani Orbis Principes Legationes frequentes feliciter obivit) eum in Aulam adscitum Laventini Ecclesiæ Episcopum fecit: inde in Mathiæ Regis Hungariæ familiaritatem pervenit: qui ad VVratislaviensem Episcopatum provexit.

Bellum Marchicum hoc anno compositum: annitente Georgio Stenio d. 16. Sept. Bellum Marchicum compositum:
Camenci, ubi fuerunt una Principum Saxoniæ fratrum & Electoris Br. Consilarii, Johannes Glogovientis & Georgius Stenius. Tractatum est hoc modo: Johannes resignavit in manus Regis Oppida Ducatus Glogovientis, Zulichium, Crosnam, Sommerfeldum Lus. Infer. & Boberspergam. Illa Georgius nomine Regis pro Dotulio Barbaræ Viduæ, quod fuit 50000. aureorum hypothecarie tradidit Marchioni: Et nunc adeo eas una cum Corbusio & Pyza possidet Johannis Marchionis nuper defuncti Vidua.

Præpositus S. Spiritus Wratislav. Vigore Bullarum Pauli P. II. & Nicolai P. V. constitutus Conservator Libertatum Capituli contra Invasores, subdelegat Præpositum Ecclesiæ S. Ægidii & Magistrum S. Mathiæ.

Reipublicæ Wratislaviensis reformandæ Negotium Georgio Stenio a Rege datum, Georgii Stenii
uti apparet ex Regis ipsius ad Stenium Litteris, quarum Particulam hic exscribere visum: Pro reformatione Civitatis Wratislaviensis Litteras prout optatis, vobis cum præ- Odium inanè in VVratislavienses:
sentibus mittimus: Rogamus tamen, quod in hoc cum eis majori quam poteritis Humanitate & calliditate agatis, & procedatis, ita quod non exasperentur, ne in illo Populo aliquis Rumor & Tumultus oriatur. Scitis enim quales sunt, qui etiam alioquin suapte natura ad seditionem & in factionem concitandam parati sunt & inclinant. Similiter de revocatione Cussionis Monetarum mittimus vobis Litteras necessarias, quas illis præsentare poteritis. De Duce Kascone sciatis, quod Grelick apud nos fuit, & de ea re cum illo latius tractavimus, & bono modo illam disposuimus, prout ab illo intelligere poteritis. Rogamus idcirco vos, ut in re ipsa omnem & exactam Diligentiam faciatis, quo citissime concludatur. Mittimus præterea vobis litteras sub Sigillo Bohemico, in quo profecto boni illi Viri non debuissent tantam facere Difficultatem. Utrumque enim Sigillum tam Bohemicum quam Hungaricum nostrum est: & si unum illorum non servamus, neque alterum servamus. Nihilominus ut Desiderio eorum satis fiat, & in hac re ipsa difficultate non possint, prout diximus, litteras ipsas sub Bohemiæ Sigillo cum præsentibus mittimus. Dat. Posonii feria proxima post festum S. & Individuæ TRINITATIS. Anno DMNI M. CCCC. LXXXII.

Crosna Silesiæ oppidum universum conflagravit, ita ut ne unica quidem relinquere- Crosna Incensio! periit:
tur domus, Conciderunt Cellæ subterraneæ: plurimique Homines omnis Ætatis interierunt: Templum etiam oppidi corruit: sed Conclave Supellectilis sacre fuit servatum, restincto Igne Sanguine Vituli subito jugulati.

Anno

CHRISTI 1483.

Pestis Contagio hoc anno tota fere Regione magnam Stragem dedit: Glogovientis Pestis Silesiæ infesta:
imprimis Ducatus infesta.

Controverſia
inter Ducem
Olsnicenſem &
Abbatiffam
Trebniceuſem :

Controverſia inter Conradum Album Olsnicenſem & Annam, Duciffam Oppavi-
enſem, Stephano Zapolio, Regio Vicario, jam ante ſed fruſtra agitata, a Johanne E-
piſcopo Varadienſi, Regio itidem in Sileſia & Luſatia Locum tenente componitur, pro-
que Abbatiffa Sententia fertur. Cui parens Conradus oppidum Trebnicium ab An-
teceſſoribus ſuis occupatum Abbatiffæ reſtituit, litteris deſuper conſectis Wratſla-
via Dominica quæ ſequitur Feſtum Epiphaniarum. Teſtes ejus rei: Georgius a
Stein: Henricus Burggravius Dohnenſis: Stephanus Latovsky & Nicolaus Schol-
tovsky.

MATHIAS
REGIS Expe-
ditio in Auſtri-
am denuo ſu-
ſcepta:

Mathias Hungariæ Rex retentam diu coronam ac ingenti Pecunia redemptam
aliasque veteres offenſas nondum ex animo deponens, quoties a Turca quietem ha-
bere poterat, arma in Auſtriam movere non deſiſtebat. Tenebantur adhuc ab eo Op-
pida nonnulla, nondum numerata ea Pecunia, quæ ei pro Belli Sumtibus promiſſa erat.
Illis ſuperiore Anno Homburgum, munitam ad primum in Auſtriam ex Hungaria in-
greſſum Civitatem, adjecerat, & vicinum late Agrum perpopulatus multa cum præ-
da domum redierat. Hoc vero anno ex hibernis movens, Pontes ad Leitham Annem,
longa ac difficili obſidione cinctam, expugnaxit, multosque mortales occidit. Cæſa-
riani in Arcem confugere, quam poſt menſem tradere coacti ſunt, inedia magis quam
Armis impulſi. Ger. de Roo.

Turbæ in Boje-
mia exorta:

In Bojemia nova fuit Plebis Pragenſis contra Senatam & Religioſos Seditio, ma-
gna Regis Indignatione. Demulcetur Rex a filiis Georgii Ducibus Monſterbergenſibus,
quibus non multo ante de debito Paterno, quod ex æquavit aureorum trecenta millia,
ſatis factum.

Anno

CHRISTI 1484.

Corneobur-
gum Auſtriæ a
Rege MA-
THIA expu-
gnatum:

Mathias Hungariæ Rex Auſtriam iterum ingreſſus, fuſis Cæſarianis Copiis Cor-
neoburgum capit, non tam Vi expugnatum, quam fame domitum, quæ tanta fuit, ut
Equis ſelibusque veſci, qui in Oppido erant, cogerentur.

Anno

CHRISTI 1485.

inde Viennæ
capta:

Idem Mathias ſuum in Auſtriam prolaturus Imperium, Viennam ipſam arcta ob-
ſidione cingit, eamque Inedia coactam, quippe cum tanta eſſet in Urbe Commeatum
Inopia, ut nec ab equina nec a ſcedorum Animalium Carne abſtineretur, una cum
potiore Auſtriæ Parte ſui Juris facit: tandemque & Neapolim poſt 7. menſium obſidio-
nem ad deditionem compellit. Fridricus vero cum octingentis Equitibus Auſtria ex-
ceſſerat, Germaniæ Principum Auxilia operiens, & Fortunam ſuam animo non nimis
iniquo ferens. Unde Symboli loco paſſim uſurpaſſe, ac ſi quo diverteret, cubiculo-
rum Parietibus indignum hoc tanto Principe Solatium inſcripſiſſe: Rerum irrecupe-
rabilium Summa Felicitas Oblivio.

Anno

CHRISTI 1486.

MAXIMILIA-
NUS I. eligi-
tus REX RO-
MANORUM:

MAXIMILIANUS: Fridrici Imp. F. Francofurti ab omnibus ſimul Electoribus
conſors Imperii declaratus, in Æde ſumma D. Bartholomæi accepto Titulo V. Kal. A-
prilis ROMANORUM REX proclamatur: Sunt qui Fridericum renūciata Filii Ele-
ctione largiter illachrymaſſe affirmant. Id varie pro ſuo quiſque Judicio interpretati.
Verofiſimile ex Gaudio illud factum: ut ſæpiuscule pro Lætitiæ Lacrymæ præſiliunt, ſic
naturaliter quidam Affectus in contrarium proveniunt: Niſi quis Imperii molem, mul-
taque in eo adverſa illum conſideraſſe putet: & ſunt plerumque Viri boni ad ſtetum
procliviores. Coronatio peracta Aquisgrani III. Id. Aprilis. Nonnulli Diem Deſi-
gnationis habent XVI. Februarii: quod & hoc eteoſticho eſt expreſſum a Bernh.
Sturmio:

Æmylius Patri ſociatur honore, colorat
Octavo bis ubi Februus orbe Polos.

Saganum In-
cendio periit:
Elect. Bran-
denb. moritur:

Saganum Sileſiæ Civitas a. d. 18. Maji univerſa Incendio periit, una cum Templis ac
Monafteriis.

Albertus Elector Brandenburgicus hoc anno mortuus.

Anno

Anno

CHRISTI 1481.

Henricus Dux Monſterbergenſis incunte Anno Glogoviam venit ad Nuptias filiorum: Et Alberto quidem juncta eſt Salome: Georgio Hedwigis: Carolo Anna, Johannis Saganenſis Filia: unde & materna Stirps Ducum Olsnicenſium. Adſuit & Henricus Roſenbergius: Filius Johannis ex Anna, Henrici X. Ducis Freifladienſis procreatus.

Ducum Monſterbergenſium
Nuptiæ cum
tribus Sorori-
bus, Filiabus
Johannis Ducis
Saganenſis
contractæ:

Secutum paulo poſt bellum Glogoviense: quo capta poſt ſextum Obſidionis Menſem Glogovia Johannes qui Provinciam illam ad filias earumque Maritos tranſſerre cupiebat, univerſo Ducatu exutus, & expulſus, cumque hinc inde vagatus eſſet, Glogium tandem proſectus, quo Uxor cum Filiabus ſecuta, in vulgari domo habitans, fortunam quam ſibi finxit, paſſus eſt.

Glogovia ex-
pugnata pulſo
Duce Johanne:

Sub Initium hujus Belli Johannes atrociter in Senatum & Magiſtratum Glogovienſem, quod contra Pacta cum Rege Mathia inita, Juramentum præſtare Generis ipſius nollet, ſeviit. Claves Civitatis Senatui eripuit, Curiam ſpoliavit, ademit Civitati Litteras continentes antiqua Jura & Immunitates, Aerarium expilavit, Pagos & bona Civitatis ſiſco ſuo adjudicavit, Senatores fide erga Regem & Virtute præſtantes in quibus Johannes Keppelius, Mathias Kelnerus, Caſpar Torſor, Johannes Pruſerus, Antonius Knapius, Bernhardus Dreiffimarchius, & Nicolaus Krenzeliuſ, quaſi Seditioſis excitatæ & Conſpirationis contra ſe pro Mathia initæ reos, cauſa non cognita in Turrim Arcis tetram conjici-juffit: ubi omnes fere, miſerrimo atque adeo deteſtabili mortis Genere, fame ſunt enecti. Tum novum ex Plebe Senatum legit, Homines hebetes, & improbos, ac Cerdonem quendam renunciavit Conſulem, Staturæ excellioris: qui cum diceret, minime ſe ei officio idoneum, ſubjecit: Imo, tales quaro: Priores enim Nebulones aſtutiores erant, quam volebam. Architecti Conſiliorum & Adminiſtri Tyrannidis Principis fuerunt, præcipue duo, Opiciuſ Colo, Cancellariuſ, Sacerdoſ vaſer, ac Seelere & immanitate celebris, & Buſcuſ quidam, quem Princeps vocabat Patrem, quibus tamen Improbitas non fuit impunita. Opiciuſ enim tota Sileſia execrata, tanquam *ráðaqwa* & commune Piaculum: alter autem quod Claves Turris Glogovia abſtuliffet, Freifladii finito bello capitali Supplicio affectuſ eſt. In caſtris Mathiæ fuerunt Equites Raſcii & Triballi: ex Legione nigra Pannonica collecti, quorum Dux Wilhelmuſ Tettauer, bellator egregiuſ; illud agmen ſubinde acceſſione novorum Militum augebatur. Ideo hoc bellum a ruſtica Plebe nominatum fuit Raſcianum.

Horrenda Du-
cis Johannis
Facinora:

Legio nigra
Pannonica:

Glogoviienſes in Verba Mathiæ Regis & Johannis Corvini Filii jurarunt, Præſecto Ducatuſ conſtituto Urbano Nimcio: Viro Perito Rei Militariſ.

Urbaniſ a
Nimptſch:
Capitaneuſ
Glogoviienſis:
FRIDRICUſ
I. Dux Ligni-
cenſis moritur:

Fridericuſ I. Dux Sileſiæ Lignicenſis & Bregenſis: Princepſ piuſ & bellicoſuſ, Sileſiæ tunc, Mathiæ nomine, quod fidem ejus ac Induſtriam in multis rebus perſpexerat, Gubernator & Præſectuſ Luſatiæ ſuperioriſ, initio belli Glogoviienſis, cumque prope Ligniciuſ in Glogoviienſi nemore, (im Glogiſchen Jag) equitum delectuſ, quos ad id bellum mittebat, haberetur, cum multorum non levi dolore, nam in co magna Spes erat, ipſum ſua Sapientia & Solertia motuſ Glogoviienſeſ facillime ſedaturuſ, Vitam cum morte hoc anno commutavit, a. d. 9. Maji qui fuit feria ſexta poſt Domin. Cantate, Ætatiſ anno XLIII. tribuſ relictis filiis: Fridrico II. Georgio & Johanne, qui cum e Gallia rediiſſet, ubi aliquamdiu in Aula fuerat, anno Ætatiſ duodevigefimo mortuueſt Bregæ 1495. die ſexta ante Dominicam: Invocavit: in Templo Cathedrali ſepultuſ: quorum Mater Ludomilla Georgii Regiſ Boëmiæ Filia tutorio nomine XV. annis gubernavit. Arcem Lignicenſem: quæ magna ex Parte collapſa fuerat, Fridricuſ inſtauravit: Arcem Grecejam magnis impenſis extruxit: Oppiduſ Nimptſch munire cepit: Piſcinaſ amplas fieri curavit: Bregam quæ Ducibuſ Oppoli-enſibuſ oppignorata fuerat 20000. floren. redemit, item oppida Kreutzberg & Piſſchen.

Fataliſ & hic Annuſ Wratſlaviæ Wencelao: Duci Saganenſi, qui ad D. Barbaræ honorificentiffime ſepultuſ eſt, Exequiaſ quippe ei celebrante Epifcopo Wratſlavienſi cum univerſo Clero.

item Wencelao:
Dux Saganenſiſ:

Anno

CHRISTI 1489.

Occupato Ducatu Glogoviienſi, Mathiæ Regiſ Ductoreſ Legatique cum in Sileſia tum ad fineſ Provinciaruſ Johanniſ Marchioniſ & Ducuſ Saxonie, quos Mathias

Stenii Insolentia:

thias judicabat alieno esse a se animo, favisse Johanni Principi & nunc Auxilia missuros esse Cæsari, circumtulere hinc inde Arma, & Vastitatem in multis Locis faciebant Hungari & Milites Legionis Nigræ. In Silesia sane Henrico Monstherbergenfi Francosteinum & Monstherbergam ademerunt: Conradum autem Olsnicensem quod defuncta * Salome, Vidua Ducis Wenceslai Stinaviensis, ipse tanquam verus hæres Stinaviam ad se inconsulto Rege traduxisset, e Ducatu suo ejecerunt, una ipsi Arce Aurienfi relicta & annuis aureis 1600. in Alimenta promissis. Paulo post Stinaviensis & Rudensis Ditio juravit in Verba Regis & Georgii Stenii, qui promisit, duas Filias mortuæ Ducissæ Abbatissam Trebnicensensem & Catherinam Uxorem Johannis Saganiensis, placaturum data Pecunia. Baronibus etiam Donaviensibus ex mandato Regis ademta Herrnstadiensis Ditio. Afflicti deinde Principes Oppolienfès, ac grandi Pecunia mulctati. Stenius adhuc præcipuis Ordinibus, tanquam pratum esset quod metueret, quotiescunque vellet, Pecuniam imperavit, non prætermittis Ecclesiastici ac Monastici Ordinis hominibus, nec ullam admittebat excusationem, suam importune opportuneque agens Postulationem. Militares denique Copiæ Urbibus atque Oppidis impositæ, ut promptas paratasque haberet Rex ad Bellum, quod meditabatur Polonicum, quibus Licentia & Impunitas grassandi ac pro Libidine omnia agendi permittebatur. Quæ quidem res non solum magnam apud omnes Ministris Regiis Invidiam conflavit, sed & multorum Animos ab ipso Rege indies magis magisque abalienavit.

Maxima Pars Glogoviæ Incendio absumta:

Nocte quæ præcessit Diem 28. Maji, quo hoc anno celebrata fuit Memoria Triumphii Filii DEI ascendentis in Cælum, maxima Pars Glogoviæ Incendio absumitur, negligentia Mulieris, quæ cum ad Lucernam florem Siliginis excuteret, facem ardentem in Conclavi reliquerat. Adeo verum est nullam Calamitatem venire solam.

Anno

CHRISTI 1490.

MATHIAS REX HUNGARIÆ & BOHEMIÆ moritur:

MATHIAS Rex Polonum adoriri cupiens Iter in Silesiam parat, jamque præmissio Johanne Varadiensi Episcopo, ut Diætam Provincialibus indiceret, Senatui Wratislaviensi, ne Magistratum pro More mutarent, donec ipse veniret, denunciaverat. Et erat sane tunc Mathias, Stenii ut credibile est, & aliorum Criminationibus sinistre persuasus, Wratislaviensibus infensor, quos ubi advenisset, male mulctaturus credebatur: quæ res non immerito multum illos sollicitus habuit. Sed secuta paulo post MATHIÆ mors & metu & Periculo Wratislaviensès liberavit, motusque alios omnes qui procul dubio evertissent Silesiam & alias Provincias, abrupit. Laborabat Rex multis annis crebro Arthritide, & gravi imprimis Podagra, quam multum augebant in eo & ignei motus & sponsa Juvencula & præcalida Vina. Extremo autem Anno, natura morbis debilitata, Paralysis quoque accessit, quæ omnem ei Pedum Usus ademitt. Viennæ tum erat, quam Bello in Austria resuscitato, sui Juris fecerat, ibique peractis in Celebratione Palmarum Sacris, Francorum Legatos audiebat. Inde cum mensæ affedissent, ficus recentes, quæ ex Italia allatæ fuerant, apponi sibi jubet. Eæ cum nusquam adparerent, ab nescio quo Ligurione Aulicò devorata, tanta ob id in familiares suos exastuavit Ira, ut toto Corpore contremisceret, quo motu humores colliquefacti in Cerebri Cellulas defluerunt. Hinc statim secuta est Apoplexia & Stupor, cumque loquendi etiam facultatem amisisset, tandem inter maximos Cruciatu & Rugitus, Leonis More editos, Animam profudit. Sunt tamen, qui a Conjuge Beatrice ficus ei Veneno tinctas datas: alii, qui immisso per anum dormientis Veru a suis necatum tradunt, ne Indicia Sceleris adparerent. Mathiæ hic finis factorum, hic exitus illum Sorte tulit: Suæ quidem Ætatis Regum Potentissimum ac fortissimum, qui Clarissimo Militari Patre natus, nec in eo Studio degener, Doctrinæ insuper laudem adjunxit. Ferox ad id Ævi Pannonica Natio, & tota Martis, Cultum Ingeniorum morumque a Mathia accepit, & quis nescit Regum Exempla Subditos æmulari? Itaque Italos Germanosque, si qui Litterarum Gloria clarerent, evocavit: Bibliothecam adhuc instruit in ipsa Regia Budæ, rarum Thesaurum, & quem cum Dolore legimus Barbaris cum ipsa Pannonia obvenisse. Corpus Regis Albam Regalem delatum, inque Regum Conclitorio magnis Exequiis honorifice sepultum est. Leones qui Budæ detinebantur, omnes eodem quo Rex obiit, die interiisse Bonfinius Auctor: qui & alia Signa quæ mor-

* Vid. de Salome Stinaviensi, ejusque Filiabus, quæ curatius ad Tab. VII, Genealog. no. 47. seqq. Tom. I. dixi.

mortem ipsius portenderint, commemorat. Fuit is Bonfinius Homo Italus, a Mathia in Hungariam accersitus, & ad scribendam Historiam invitatus, sed ut nemo alius in Pannonia natus, in sceleratissimam Adfentationem effusus: usque adeo ut Mathiæ Originem in Gentem Valeriam Romanam referret, cujus Nobilitatis Patrem Auctorem ignobilis extulit Walachorum Pagus, prout testatur, Joannes Michael Berntus in Commentatiuncula de Historiæ Laudibus.

Boh. Hassinfeinius sic inter cætera de Mathia:

Dicite Mathias toto notissimus Orbe

Heic jacet undecima raptus Olympiade.

Christoph. Manlius Gorlic.

Cæsare magna mihi victo, Thracumque Tyrannis

Major Apollinea Gloria parva Tuba est.

Imp. Maximilianus I. cum Albam Regalem occupasset, triumphantis Specie Urbem ingressus, statim DEIPARÆ VIRGINIS Ædem, D. Stephani Regis Sepulcrum visurus petit: ubi forte conspectis Mathiæ Corvini Insignibus ad Tumulum Ejus de more Parieti Arcus affixis, una cum hac Inscriptione: Marmore hoc Mathias Corvinus situs est: quem facta DEUM ostendunt, fata fuisse hominem, dixisse fertur: Tanti æstimabat Maximilianus Mathiam.

Encomium
REGIS MAT-
THIÆ:

Epitaphium Mathia per Titum Vespasianum Strozam:

Quas Tua non adiit, Rex Invictissime, Gentes

Gloria: Mathiam quæ tacitura Dies?

Lata novum Mundo natura faventibus Astris

Addidit in lucem te veniente Decus:

Nec Fors, nec ratio, nec Mentis vividus Ardor,

Nec Pars Virtutis defuit ulla Tibi:

Protulit antiquos Regni TE Principe fines

Pannonis, Arctoïs Gens dominata Plagis:

Te Geta, Te Dacus tremuere, acerque Bohemus

Horruit & Vires Ora Liburna Tuas:

Effera, quid bello possis Germania sensit,

Nec Vis Conatus uila morata Tuos.

Ut Cælum amarent animo majora parantem,

Fatales Terris Te rapuere Deæ.

Aliud Thybaldæ:

Heic jacet Insignis Mathias quem docuerunt,

Facta fuisse Deum: Fata fuisse Hominem.

WLADISLAUS: REX HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ:
DUX SILESIÆ.

Defuncto, ut dictum, MATHIA, FRIDRICUS CÆSAR Austriam & ipsam Vienne facile recepit: at in Hungariæ Rege subligendo variis certatum fuit Studiis. Imperatoris Legati ex Pacto, quod cum Hungariæ Regibus habebant, aut ipsum eligendum esse contendebant, aut Filium ejus MAXIMILIANUM Romanorum REGEM multis magnisque animi & Corporis Dotibus insignem, Germanis charum, & qui Regno cum Dignitate præesse possit. Et is quidem in Hungariam progressus Albam Regalem, Urbem in qua Reges & inaugurari Regno & sepeliri soliti sunt, occupavit: Erant contra, qui Johannem Hunniadem, Mathiæ Filium ex Concubina genitum, quem blande Hanselicum vocabant, Patri sufficiendum suadebant. Polonus autem pro JOHANNE ALBERTO filio, qui & ipse sub Signis Hungariam intravit, ac primas Urbes in aditu Regni, sui Juris fecit, laborabat & non nemo ex Proceribus. Horum omnium Diligentiam atque Industriam unius vicit Fœminæ, Viduæ Beatricis, Ambitus, quæ secum reputans, quam grave esset e tam alto fastigio ad privatam recedere Fortunam, rationes iniit, quibus Regiam Dignitatem retinere posset. Jam dudum illa in Olomucensi Conventu WLADISLAI Amorem hauserat, formaque ejus capta Maritum sibi exoptabat; Ad eum ergo mittit, qui si matrimonium promitteret, Spem Regni ostentarent: Nam & Budam Regiam Sedem tenebat, & Magnatum Hungariorum plerosque Precibus & Largitionibus suas ad Partes traduxerat: tum Copias illas Ni-gras, præcipuum Regni Robur sibi obnoxias habebat. Placuit WLADISLAO conditio: & ad Reginam profectus, Ejus opera Hungariam obtinuit, Ejus Rex renunciatus a. d. 15. Julii, coronatus autem d. 14. Septembris.

De HUNGAR-
IÆ Regno
certatum:

quod WLA-
DISLAUS
REX HUN-
GARIÆ obti-
net:

Ereli-

quem & SILE-
SIA Ducem
agnovit:

Casimirus Dux
Tessine isis
constitutus
Præfectus SI-
LESIAE:

Stenius mori-
tur:

E reliquis Provinciis Lusatia prior in WLADISLAI Verba, cui ex Pactis debebatur Successio juravit: Deinde Silesia quoque eundem pro Rege agnovit. Vagabantur tunc in Silesia multa Turmæ Militum Mathiæ, viventes ex rapto: quarum pleraque concisæ sunt ab oppidanis & Rusticis. Coacti sunt etiam Præfides quidam & Capitanei, qui Bellorum & Exactionum Auctores fuisse credebantur, non sine Dedecore Provinciæ finibus excedere. Wratislaviæ insignæ Exemplum Severitatis editum, Henrico Donnigk magnæ Dignitatis Viro & urbis & Ducatus Wratislaviensis Præfecto, cum ob alia tum quod ad opprimendam Patriæ Libertatem, collusisse cum Stenio, Urbemque apud Mathiam Proditionis suspectam reddere conatus esse diceretur, Senatus Jussu comprehenso & in Vincula coniecto: ex quibus causam dicere jussus, cum de objectis Criminibus se purgare usquequaque non posset, pro Capite Ejus apud Senatum frustra multis deprecantibus, gladio in foro percussus est. Hanselico a Wladislai Ducibus prostrigato Conradus Olsnicensis & Henricus Monsterbergensis, Ditiones quas nupero bello amiserant, recuperarunt. Ducatus Glogoviensis, quem Hanselicus per Præfectum gubernabat, in VVladislai Potestatem concessit Mense Septembri. Joannes IV. Episc. VVratislav. cum Nisiæ Principes & Status Silesiæ Conventum agerent, eodem die Exaltationis S. Crucis Supremus utriusque Silesiæ Præfectus designatus: sed qui diu eo munere persunctus haud fuit, quippe cum hoc ipso anno, Die qui D. Martino sacer, in Principum atque Ordinum Comitibus VVratislaviæ habitis, Casimiro Tessinenfi Duci, Episcopo incertum an abdicante an Ordinibus illi Magistratum abrogantibus, Provincia ista demandaretur.

III. Non. Decembr. Berolini in Marchia obiit Georgius a Stein.

Anno

CHRISTI 1491.

Cometa:

Incunte anno cometæ flamma arsit: Insecuta passim Penuria Frugum, Vinique Proventus admodum tenuis.

Pax inter
WLADIZ-
LAUM RE-
GEM & IO-
HANNEM
ALBERTUM
Fratres de Re-
gno Hungariæ
certantes:

Pax inter * VVLADISLAUM Regem & Johannem Albertum fratres his Legibus inita, ut Johannes Albertus Ungariam deinceps missam faceret, Ungaris qui in Verba ipsius jurassent, Jusjurandum remitteret, acciperet autem in Silesia Glogoviensem & Oppaviensem Ducatus, (in quibus Glogoviam Majorem, Cozuchoviam, Sprottaviam, Zelanogoram, Svebodinum, Goram, Crosnam, Stenaviam, Oppaviam, Carnoviam, Tostum, Bythomiam, Svirehleneciam & Kozle nominatim Cromerus exprimit) eosque teneret una cum liberis suis Maribus, si quos habiturus esset, tantisper quoad Rex esset factus. Verum ut ferrent tamen homines eorum Locorum Onera publica ex aquo cum ceteris Provincialibus: Dux autem ipse Joannes Albertus liber & immunis prorsus ab iis esset. Quodsi VVLADISLAUS nullis relictis Liberis decederet, Johannes Albertus post Eum apud Ungaros regnaret. Nemini autem fraudi esset, cum eo contra VVLADISLAUM sensisse. Adhæc ut iis, qui Mathiæ Regis Tempore extorres facti, liber ad suos pateret Reditus. Denique captivi utrimque ut redderentur, itemque munitiones captæ. His ita inter Fratres conventis, post ferias Paschatis Johannes Albertus per Legatum Johannem Polacum, Cervicovensem, sævi Animi Virum, Ducatus Glogoviensis Possessionem tradente eam Casimiro Tessinenfi, Silesiæ Præfecto adiit: Titulo deinceps Usus Supremi Ducis Silesiæ & Domini hæreditarii Majoris Glogoviæ: Obrister Hertzog in Schlesien und Erbherr zu Grossen Glogau. Eadem Æstate VVLADISLAUS pecunia Beatricis Albam Regalem recepit: Cedebat autem eo facilius MAXIMILIANUS, quod vocaretur ad Bellum Gallicum, & intervenerunt certæ Sponsiones consignatæ Monumentis. Ac de Successione quidem MAXIMILIANI aut liberorum Ejus in Regno Hungariæ pactum sancitum Budæ legitur hunc in modum.

Pacta inter
MAXIMI-
LIANUM I.
ROMANO-
RUM &
WLADIZ-
LAUM
HUNG ac
BOH. RE-
GEM de Suc-
cessionem in Re-
gnum HUNGARIE:

Primo convenimus: quod Serenissimus Dnus VVLadislaus Rex, deinceps pro vero & indubitato Rege Ungariæ habeatur, Regnumque ipsum in hæredes suos masculos legitimos, ex Lumbis suis procreatos, transmittatur & devolvatur: Romanorum Rex vero (aut sui Hæredes) casu, quo ipse VVLadislaus Rex sine legitima Prole masculina superflite mortem obiret, in Ungariæ Regem acceptetur.

Confer-

*Diploma Transactionis, cujus authenticum Cracoviæ in Arce Regia exstat Tom. I. no. CLXXVII. Diplomatarii Bohemo Silesiaci exhibui.

Conservatores Sacræ Coronæ jurabunt Romanorum Regi, eam Coronam si acciderat Dmnuu VVladizlaum Regem sine legitima prole decedere, nulla post eum masculina relicta, modo quo supra dictum est, ad nullius manus dare, sed pro Coronatione ipsius Romanorum Regis, aut Sui Sanguinis ex se per Lineam rectam descendens, fideliter conservare:

Item: si Dnus VVladizlaus Rex excederet ex humanis, hærede masculino annis minore relicto, conventum est, quod hi, qui hæredem talem juxta Regni Ordinationes & Consuetudines sub Tutela sua tenebunt, pari modo & de novo jurabunt, cum Tutelam hujusmodi in se suscipient, præsentem Tractatum, quantum ad Successionem, manutenere, & secundum illius Tenorem vivere:

Hæres insuper iste cum ad legitimam Ætatem pervenerit, tenebitur omnia hic in præsentem Tractatu conclusa, litteris & sigillis pro se & hæredibus suis antequam Regni Gubernacula adsumet, roborare & confirmare. Et is modus servandus erit de Hærede in Hæredem & Tutoribus eorundem continuando, quousque Successio ipsa in Sanguinem Romanorum Regis, si superextat, devolvatur:

Item conclusum est: si Dnus VVladizlaus Rex sic ut præmittitur sine hæredibus masculis decedens, filiam unam vel plures reliquerit, tenebitur Rex Romanorum vel Hæredes Ejus qui tunc Regno præficientur, eodem pro Consuetudine Regni honeste dotare & maritare:

Item: si Dnus Wladizlaus Rex sic ut præmittitur, sine hæredibus masculis decederet, Uxore sua Vidua relicta, tenebitur Romanorum Rex dotem ipsi Viduæ juxta Regni Consuetudinem debitam, solvere: Ex integro item conclusum intelligatur de Hæredibus succedentibus Hæredibus Romanorum Regis, quotiescunque Viduas Uxores post se superstites reliquerint:

Item conventum est: si Regni Ungariæ Hæreditas modo prædicto in sanguinem Cæsareum devolvetur, quod is qui juxta Capitula præfata, a Regnicolis Rex acceptabitur, vel eligitur, pro Regni Defensione & Consolatione quam primum venire & accelerare debeat &c.

Pacata hoc modo Hungaria Beatrix Regina Vidua Spe vana lactata, Votoque suo frustrata, quod jam natu grandior esset, ac sterilis diceretur, a Wladislao repudiatur: quæ ubi Matrimonii Stipulationem a Pontifice quoque irritam pronunciatam accepit, Neapolim pudore & Indignatione plena concessit, ibique vitam pene solitariam egit.

Beatrix Regina
Hungariæ Nea-
polim redit:

Eodem hoc anno ccepit gliscere odium inter Episcopum Wratislaviensem, in facienda disciplina severiorem, & Collegia Sacerdotum, quod deinde in Litem ignominiosam, quin imo Capitales Inimicitias erupit.

Sub Autumni Tempus Casimirus Teschinentium Dux Supremus Silesiarum Præfectus: Copiis Regiis Bulconis Fanum, Fürstensteinum & alias Arces expugnavit, quæ fuerunt munitæ Præfidiis Georgii Stenii, ac latrociniis erant receptacula.

Arces Silesiæ
montanæ di-
ructæ:

Wladislaus Rex VVratislaviensibus Potestatem concedit, emendi sex Villas feudales & possidendi illas Jure hæreditario: ita tamen, ut si quam ex illis nobili alicui in Urbe non habitanti, aut etiam alterius alicujus urbis Civi vendant, pristinam feudi Naturam & Conditionem recipiant.

Gratia WLA-
DIZLAI RE-
GIS V Vratista-
vix concessa:

Idem Edicto severo prohibet: ne VVratislaviæ Monachis aut Ecclesiasticis aliis quidquam præter Pecuniam numeratam (in qua nempe Liberalitas potest sat magna consistere) ex Civium Testamentis capere ullatenus permittatur.

Anno

CHRISTI 1492.

Januario Mense ingens fuit Æstus: ut in Polonia gemmæ Arborum' turgerent

Aaa

undi-

JOHANNES
ALBERTUS
Dux Silesiæ
Glogoviensis
eligitur REX
POLONIÆ:

undique. Post Casimiri Pol. Regis Excessum JOHANNES ALBERTUS Filius: Dux Silesiæ Glogoviensis & Oppaviensis post longam Altercationem inter Ordines d. 27. mensis Augusti Rex renunciatus est, non magis Procerum Suffragiis, quam Populi foris circum Comitium stantis Clamore adjutus.

Laudes Johana-
nis Episcopi
Varadiensis:

Johannes Episcopus Varadiensis, ex obscuro alioquin Moraviæ Oppido Proftanno oriundus, sed Ingenio & Industria sua ad id Culminis evectus, ut Principem Gratia Locum apud Mathiam Regem, omnium Ejus Consiliorum gnarus, teneret, neque minus Wladislao charus fuisset, atque adeo neminem per ea Tempora inter sui Ordinis Homines parem haberet, cum Olomucensem quoque Ecclesiam aliquamdiu administrasset, nec non summam Silesiarum Præfecturam gessisset, accitis e Silesia D. Francisci Sodalibus Tiaram posuit: ac Wratislaviam cum iis profectus in Bernhardinianorum Cœnobio, monachali veste (quod Theodomaro Abbate Cassinensi Teste Gallicani Monachi Cutullam: Itali Cappam: nonnulli Melotem appellabant) summa Vitam deinceps secundum Disciplinam & Præscriptum Regulæ quam vocant, egit rigidam & severam: defunctus postea in eodem Monasterio an. 1510. Ordinis sui Monasterium Jancaviæ construxit, & isto ipso anno Templum Bernhardinianorum Glogoviæ ritu moreque Pontificio consecravit. Sunt qui ferant familia Baronum de Kunowitz. Virtutes Ejus toti Orbi notissimas Bonfinius passim, tum Decad. IV. lib. X. sub finem copiose describit: Curæus autem noster eum cum Jano Pannonio: Episcopo Quinqueecclesiensi, qui egregiis Monumentis clarus tantum Laudis in carmine meruit, ut Italia ultro illi herbam porrigeret, confundit, quod Lectoris monendi non Curæi carpendi causa dico.

V. Eid. Quint. obiit Hincó: junior Georgii Regis Boëmiae Filius.

Anno

CHRISTI 1493.

FRIDRICUS
IV. IMP. obiit:
succedit MA-
XIMILIA-
NUS I.

Fridricus Imp. cum ex phagædena pedis incommodius valeret, Lincii tandem melonum intemperantiore Usu, & aquæ frigida hæstu prostratis, languidi & imbecillis Stomachi Viribus in diarrhœam incidit, qua * absumptus exspiravit ad 14. Kal. Sept. cum imperasset annos LIII. menses IV. dies IV. superatus triennii Imperio ab Augusto Imp. quem triennii Ætate antecessit. Sepultus Viennæ in insigni a Pro-Nepote FERDINANDO I. Imp. excitato Mausoleo ad S. Stephanum an. 1513. 7. Novembr. Ab Infantia prima in nonum Ætatis Annum elinguis fuit, sed ea Ætate perfecta facundia omnibus admirabilis. MAXIMILIANUS I post functum & Imperio & vita Patrem, cui etiamnum viventi consortem & Successorem ipsum Electores designaverant, Reipublicæ Clavum capeffit.

Fata Ducatus
Glogoviensis:

Hoc & sequenti anno in Ducatu Glogoviensi horribilis est edita Tyrannis, Civitatibusque ea inflicta Vulnera, quæ Posteritas longo Tempore sensit. Auctor horum maiorum fuit Johannes Polacus, Præfectus Regius, similior Phalaridi aut Busridi, quam justo Governatori. Historia descripta est a Curæo Annal. Siles. lib. posteriore.

Anno

CHRISTI 1494.

Lues Venerea
innotuit:

Allata ex Indiis Lues Venerea hoc anno innotescere cœpit bello Neapolitano, quæ diversa Nomina initio sortita fuit. Itali existimantes a Gallis contagium venisse, morbum Gallicum nuncuparunt: Galli contra Neapoli se consecutos esse, Neapolitanum

* Chronicon Monasterii Mellicensis Tom. I. Script. Rer. Austriacarum R. P. D. Hier. Pezii „ad an. 1493. „Fridericus Tertius, Romanorum Imperator Maximus, dum Catholicam „plebem multa gubernasset benignitate annis fere 53. infirmatus tandem pedibus ac senio, „per Medicos semel & iterum Crure refecto vita functus est in Lincz, in octava assumptionis MARIÆ: ab inde Viennam magna ductus cum Solemnitate est, ac sepultus in „Templo S. Stephani superposito Saxo mirifico. Fundator extitit duorum Monasteriorum, ac Episcopatus Novæ Civitatis ac aliorum Beneficiorum.

Anonymi Tegernseensis Breve Chronicon AUSTRIÆ: „an. 1416. natus est FRIDRICVS: F. „Ernesti, post hoc anno DMNI 1440. electus est in Regem Romanorum, & obiit 1493. Tom. II. Script. Rer. Austr. R. P. D. Hieronymi Pezii.

num vocarunt: Germani ex Hispanorum qui ex Indiis tam preciosam mercem con-
vexerunt, contubernio ad se manasse videntes, Scabiem Hispanicam appellarunt: alii
denique Serpiginem Indicam, eamque verissimo nomine, cum inde prima sit hujus ma-
li Origo, quod quidem tantopere serpsisse scribit Curæus ut anno 1495. Cracoviæ, ac
frequentiori post in Silesia jam apparuerit: Singulare DEI Vindicis flagellum, ob impura
turpiaque hominum flagitia, & Vitæ in libidinem solutæ Lasciviam.

Anno

CHRISTI 1495.

HENRICUS Münsterbergensium Dux & Comes Glacensis, Georgii Regis Fi-
lius a Wladislao Rege, apud quem Gratia & Auctoritate plurimum valuit, Ducatum
Olsnicensem, Conrado Albo sine hæredibus defuncto Jure feudi ad Regem devolutum,
permutata cum eo Ditione Podiebradia, accepit. Erat autem tunc Ducatus ille longe,
quam hodie, amplior: Territoria quippe complexus anno adhuc 1505. non modo
Olsnicense, Bernstadiense, Cunstadiense ac Trebnicense, verum etiam Wolavien-
se, Wintzingense, Herrnstadiense ac Ricinense, quæ in Potestatem postea venerunt Ducum
Lygio-Bregensium. Fuerunt & Ducatus istius quondam Portiones, Wartembergen-
sis, Milicensis ac Trachembergensis Ditiones: quæ circa hæc Tempora inde avulsæ
pro liberis Baronatibus sive Dynastiis haberi cœperunt.

Ducatus OLS-
NENSIS ad
MONSTER-
BERGENSES
Duces delatus:

quæ Ejus tum
amplitudo:

Anno

CHRISTI 1496.

Johannes IV. Episc. Wratisl. Synodum Diocesanam celebrat Wratislaviæ, post
octav. Corp. CHRISTI: ubi querelæ Ecclesiasticorum tunc auditæ & defectus exami-
natæ sunt.

Synodus Dice-
cesana Wratis-
laviæ:

Johanna: Du-
cissa Teflinen-
sis moritur:

Obiit hoc anno Johanna: Casimiri Ducis Teflinensis Uxor.

Reliquiæ Exercitus Mathiæ, quam nigram Legionem vocabant, in diversas Hun-
gariæ Partes excurrunt: Austriæ & Moraviæ fines Cædibus & Latrociniiis turbant. Sed
magno tandem numero comprehensi ad Supplicia passim rapiuntur.

Fata Nigræ Le-
gionis Panno-
niæ:

Viadri & cæterorum Annium insolitæ & prodigiosæ hoc anno extiterunt Inunda-
tiones, magno cum Agrorum Damno. Secuta est Pestilentia insignis, quæ Silesiam
pervagata ac depopulata cum ingentem hominum multitudinem immitti Violentia &
festinato Interitu absumpsisset, tandem etiam in Poloniam proserpsit.

Fluviorum In-
undationes.

Anno

CHRISTI 1497.

Altera Synodus a Johanne IV. Episc. d. 25. Aprilis & diebus seqq. celebrata, &
Constitutiones Synodales conditæ, quas vide in Cath. Eccl. Wratisl. Statutis Synodal.

Altera Synodus
Diocesana a
Johanne IV.
Ep. Wratisl. ce-
lebrata:

Mense Junio Principum atque Ordinum Silesiæ Comitibus Nissæ Urbe Episcopali
habita: in quibus cum Casimirus supremus Provinciæ Præfectus allatas sibi Litteras Re-
gias JOHANNI Præsuli legendas tradidisset, Nicolaus Opoliensium Dux, is qui a MA-
THIA quondam Rege una cum fratre JOHANNES captus ac graviter mulctatus fuerat,
intemperiiis actus, quod arbitraretur eos aliquid contra ipsum molituros ex Imperio
Regis, stricto Pugione & Præfectum & Episcopum petit, eosque confodere conatus
fuit, præsentiore Temeritate quam feliciore facinoris successu, utroque quippe non
nisi leviter percusso, Casimiro quidem supra Oculum, Episcopo autem ad Ventrem,
qui ne transadigeretur, lata quam gestabat Zona, Ictum elusit. Exorto ob id Tumul-
tu, Princeps furiosus in Basilicam D. Jacobi ad Divales Aras & Adyta, quasi illa Ne-
quitia sint Præsidia, ut de suo Asylo voluit Romulus, profugit: at nulla Asyli habita-
ratione, ipsius Episcopi Mandato, frustra, qui cum ipso venerant pro Domino suo
pugnantibus, extractus inde ac Custodiæ in fratrum, quam vocant, Turri mancipa-
tus fuit: cumque Principibus & Ordinibus ita videretur, ut vel Conatus tam nefarii
Facinoris Poenæ Terror exstaret, Judicibus Urbanis Sententiæ Pronunciatio ad Diem

Comitia Silesiæ
Nissæ habita:

in quibus NI-
COLAUS Dux
Opoliensis Ca-
pitæ plexus:

sequentem qui erat 27. Junii indicta. Il vero nihil morati & gravitate noxæ Jus dicentes feralibus Calculis unanimiter Capitis Principem damnarunt. Audiit ille Decretum Capitale Mortis Nuncium, cumque non Delictorum modo Veniam ab Henrico Fullenstein Suffraganeo, sed & Benedictionem impetrasset Episcopalem, Portis Urbis omnibus clausis ac Ministris & Domesticis Ejus in Carcere interim detentis, vulpino indutus pelliceo, moreque Polonico ocreatus, ad Locum Supplicii in Area Fori, Gramine ac Panno desuper lateritii Coloris instratum, sub Custodia adducitur. Eo ubi ventum, in modum Crucis aliquantis per prostratus, Precatiuncula Exitum Animæ munit, Inde surgens Vestem sub qua longum gestabat Indusium exuit, ac ne luxurians Capillis Impedimentum aliquod Spiculatori adferret, Pileum Ejus sibi imponi passus, genua ponit, Cervicem inflectit, Capiteque minuitur, inspectantibus e Curia Senatoria Principibus & Legatis ordinum, quotquot Comitibus tunc intererant. Scriptum est cum pro more Ætatis illius Caligis non uteretur, Cadaver supino Casu in Tergum procidisse, nudatis genitalibus, quæ mortuo erigebantur, qui dum vixit Adulteriis Matronarum Virginumque indulserat. Itaque Iræ DEI probatus est fuisse Exemplum. Cæterum Vladislaus moleste tulisse scribitur, quod se inconsulto de Capite Principis qui secundum Leges Saxonicas, non nisi a Rege judicandus, Ordines Provinciæ curassent. Nec desunt, qui Conventus Ordinum Silesiæ ab eo, Tempore perraro Nissæ haberi, tanquam abominabili in Urbe, tradiderunt, quam rem ipse in medio relinquo. WLADISLAUM quidem ut miti erat Princeps Ingenio, facile placatum fuisse, vel Privilegium Anno sequenti Ordinibus concessum Argumento esse potest. Corpus Principis Oppoliam devectum, & in Cænobio Franciscanorum funeratum fuit.

Res Silesiæ turbata:

Itinera hoc anno fere omnia Latrociniis infesta, ita ut nec ad pauca milliaria tutus pateret Transitus. Dux Latrunculorum præcipuus Suevus quidam, Prædo Nobilis, cui non pauci de Nobilitate, qui cum sua prodegissent, rapto vivere, Mercatores passim detinere ac manus in bona eorundem ac mercimonia injicere nequitiam turpe aut ignominiosum ducebant, sese adsociarunt: Proceribus nonnullis si non faventibus, certe conniventibus & in puniendo castigandoque nimis remissis. Regis ipsius exigua tum erat Auctoritas: & is procul aberat, parum ut Res Silesiacas curare videretur.

Edictum
VLADIZ-
LAI REGIS:

Reperio Edictum hoc anno editum a Wladislao aut renovatum potius, quo Ædium Prædiorum aliorumque Latifundiorum intra Urbis ac Ducatus Wratislaviensis Jurisdictionem fitorum in Ecclesiasticos Translationes inhibentur: hoc præterea addito: ne Tutelas gerere ullatenus ipsis permittatur.

Anno

CHRISTI 1498.

Ejusdem Privilegium commune SILE-SIÆ concessum:

Privilegium, quod commune adpellant, das gemeine Lands-Privilegium, Principibus atque Ordinibus Silesiæ per Legatos suos: Casimirum Teschinentium Ducem: Supremum Præfectum: ac Sigismundum Kurzbachium: Baronem Trachenbergensem id obnixè qua prece qua Precio efflagitantibus, a Wladizlao Rege concessum: quo non modo de Silesiæ suprema Præfectura nemini externo nisi Principi Indigenæ concedenda cavetur: verum etiam de supremo hujus Provinciæ Tribunali, dem Oberoder Fürsten-Recht, cujus tanta Auctoritas, ut non solum Provocationis sit nescium, sed & ipse Rex Bohemiæ coram illo & convenire alios & vicissim ab aliis conveniri debeat, pluscula fanciuntur: hoc præterea addito: ut Principes atque Ordines Silesiæ intra Provinciam quidem suis Sumptibus Bojemæ Regi servire teneantur, sed si ultra fines Terminosque Silesiæ iis serviendum, tunc verò Stipendia illis a Rege numerentur. Statuitur denique, ne Regi Bojemæ nova imponere Tributa, aut Vectigalia instituere nova sine Principum atque Ordinum Consensu liceat: Datum Budæ: die Mercurii præcedente festum S. Andree. Tenorem Privilegii exhibet Appendix nostra Silesiographiæ.

HENRICUS
Senior, Dux

Mortalitatem hoc anno explevit: HENRICUS Dux Silesiæ Monsterbergensis, ac Comes Glacensis: Georgii Boëmæ Regis Filius: Princeps sapiens & bonus
a. d.

a. d. 24. Junii qui D. JOHANNI BAPTISTÆ sacer Glacii in Æde Bernhardinianorum sepultus. Uxores is habuit duas: * ANNAM, Guilielmi Saxoniz Ducis F. ductam A. S. 1458. e qua nil liberorum tulit: tum URSULAM: Alberti, Achillis Germanici, Electoris Brandenburgensis Filiam, Friderici I. Neptim, defunctam A. C. 1508. Wratislavia in Cœnobio ** D. Catherinæ: cum qua Conjugium habuit satis fœcundum: natis inde utriusque Sexus liberis, e quibus Patri in Regimine successerunt: ALBERTUS: GEORGIUS & CAROLUS fratres germani, Trium Germanarum Sororum: Salomes, Hedwigis & Annæ Saganensium, raro quidem sed licito & honesto Adfinitatis Exemplo, Conjuges longe conjunctissimi.

Monsterbergensis moritur:

Johannes de Zierotin & Filneck Senior, castrum Schvverlenicense Univer-
sumque adeo Baronatum Beuthensem a Mathia quondam Rege sibi oppignera-
tum, Johanni Oppolensium Duci ac Superioris Glogoviz iisdem conditionibus, qui-
bus ipse tenuerat, cedit.

Baronatus Beuthensis ad JOHANNEM Ducem Oppolensium transit:

Anno
CHRISTI 1499.

Wladislaus Rex, Johanne Alberto Pol. Rege ex Pacto cedente Glogoviensem &
Oppaviensem Ducatus, Sigismundo quarto Fratri concedit, iisdem pariter condi-
tionibus, quibus Johanni Alberto concesserat.

SIGISMUNDUS Frater Regis VVLADISLAU Ducatu Glogoviensi & Oppaviensi donatus:

Anno
CHRISTI 1500.

Johannes Magnus Dux Moscorum, quamvis Helenam Filiam, Alexandro, Magno
Duci Lithuanorum, Polonia & Bojemiz Regum Fratri in Matrimonium collocasset, im-
perii cupidus Russia totius Dominatum, Berezina flumine tenus, avito & proavito quo-
dam ut videri volebat, Jure a Genere repetebat. Coadunato igitur Exercitu cum alia quæ-
dam Territoria in Potestatem redegit, tum Smolenscensem Oram vastavit. Alexan-
der diffusus Viribus suis ex Silesia & vicinis Locis Copias collegit mercenarias, quas
ductavit Johannes Polacus, qui jam succedente Sigismundo, Tyrannidem amplius in
Ducatu Glogoviensi exercere non potuit. At qualis Dux Exercitus, talis etiam Expe-
ditionis fuit Fortuna: Nam cum hostis jam retrocessisset, ipsi in amicos grassati, non
multo minore quam hostes Damno & Incommodo Lithuaniam affecerunt.

Moschi Rus-
siam occupant:

Anno
CHRISTI 1501.

Extat de hoc anno Privil. Ordinis Prædicatorum Patris Generalis, quo Fratres S.
Adalberti & Moniales S. Catherinæ absolvit ab obedientia Provincialis Polonia, eisque
Vicarium constituit ad aliquot annos.

Johanne Alberto Pol. Rege in ipso Ætatis Flore Torunia defuncto, Ordines Fra-
tri Ejus Wladislao Bojemiz Regi Imperium detulerunt, sed mox Voluntate mutata
ALEXANDRUM Regem renunciatum e Lithuania accersiverunt, quod factum mo-
derate ferens Wladizlaus Alexandro Fratri facile cessit.

Johannes Al-
bertus Rex Pol.
moritur: suc-
cedit Frater
ALEXAN-
DER:

In Silesia pugnarunt inter se Odiis & Contumeliis acerbissimis Episcopus & Sa-
cer-

* Vide Tabulam Genealogicam: Chronico Henelii Monsterbergensi, Tom. I. præmissam, quæ
ANNAM hanc, five Diplomatum fide CATHERINAM dictam, Guilielmi Saxoniz Ducis
F. Henrici junioris: Ducis Monsterbergensis uxorem, priorem vero Henrici Senioris:
Ducis Monsterbergensis Conjugem Hieronymi: Nicolai Comitis Zylagii F. fuisse te-
statur.

** In die S. Catherinæ defunctam, inque Monasterio S. Claræ primum sepultam fuisse, sed
Glocium postea translata Interipio sepulchralis affirmat, p. 216. Tom. I. quare erratum
Typographicum obiter notamus p. 116. Tom. I. liegt begraben im S. Catharinen-Kloster
pro: ward begraben im S. Claren Kloster.

Controversia
de Coadjutore
Episcopi VVra-
tislaviensis:

cerdotes. Et Episcopo quidem, qui ut molesta & plena contentionis declinaret negotia, omne suum Consilium dirigebat ad Coadjutorem, quem adoptaret fidum, Principes ac Civitates Initio favebant: at Sacerdotes idoneum nacti Ducem: Opicium, qui Glogoviam olim everterat, omnia Consilia Ordinum impedierunt: Wladislaus animi anceps modo huc modo illuc se convertebat, interea vero Collegiis Sacerdotum apud Populum maculæ ejusmodi adpersæ sunt, quas deinde nullum flumen Verborum aut Potentiæ potuit eluere. Auctor Math. Michovius, Johannem Episcopum Friderico Casimiri Ducis Teschinenfis Filio majori natu, minorenni tamen (quem in Celeberrimo Archi-Gymnasio Viennensi optimis Litteris operam aliquandiu dedisse, ejusdemque Magistratum anno 1502. gessisse, Georgio Edero, Jcto in Catalogo Rectorum Viennensium, nec non Danieli Rappoldo in Historia de Silesiæ Ducatu notatum invenio) Episcopatum resignasse. At a Wladislao Rege hanc Resignationem non admissam imo prohibitam fuisse Kal. Septembr. hujus Anni.

Johannes Cor-
vinus: Dux
Oppavienfis
MATHIÆ
REGIS F. na-
turalis mori-
tur:

Johannem Corvinum, Ducem Oppaviensem, MATHIÆ ex nobilissima Silesiaca sed ignota fecmina filium, Intemperies hujus Autumni malignæque febres in ipso Ætatis Flore, rebus humanis exemerunt: cum 35. Ætatis Annum haud dum explevisset. Reliquit quidem Liberos ex Beatrice Frangepani: Christophorum & Elisabetham, sed qui in tenera Ætate fato functi: nam & Familiam Ejus propagare non potuerunt. Viduam Ejus integra Ætate, forma præcellenti, opibusque & Fortunæ Donis affluentem, postquam Mariti Funus eluxisset, Wladislaus, Georgio Marchioni Brandenburgensi, sororis suæ filio Connubio junxit, hæredemque omnium ex asse constituit. Eum vero prodigientia & luxu intolerabili effuse largiendo, infanoque sumtus & immoderatos faciendo, omnem Substantiam quæ opulentissima & plane Regia fuerat, paucorum Annorum curriculo profligato decoxisse ac dissipasse, postremoque nullis susceptis Liberis vitam finivisse auctor est Nicol. Isthuanus Hist. Hungar. lib. III. Qui ut Georgio iniquior, ita in hoc quoque fallit & fallitur: quod illum hæc decoxisse scribit. Imo a Morte Beatricis binas ordine Uxores duxit, Hedvigen: Caroli Ducis Monstergensis Filiam, e qua nata Anna Maria: & Sabina: quarum illa Christophoro Duci Wurtembergensi, hæc Johanni Georgio Electori Brandenburgico nupsit: tum Æmiliam, Henrici Ducis Saxonix F. qua geniti Georgius Fridricus ejus Successor: Sophia: Henrico Duci Legnicensi denupta: Barbara & Catherina Dorothea, Uxor Henrici Burggravii Misnensis.

Anno

CHRISTI 1502.

WLADISLAI
REGIS nuptiæ
cum Anna Can-
dalenfi:

Sigismundus Wladizlai Regis Frater, Dux Glogovienfis & Oppavienfis hoc anno demum Silesiam ingressus est: quo & ipso Wladizlaus, nexu Matrimonii quo se cum Beatrice Regina constrinxisset dicebatur, P. R. auctoritate solutus, cum Anna Candalenfi, quæ illustris est in Galliis apud Vascones familia, solemnī pompa Nuptias celebravit. Stemma Sponsæ Regiæ hujusmodi:

* Gasto Foxius, ex familia Regibus Galliæ & Navarræ propinqua.
Leonora, Henrici IV. Hispan. Regis F.

Johannes, Comes Narbonensis.
Maria, Soror Ludovici XI. Regis Galliæ.

GASTO FOXIUS,
qui magnis Rebus ubique gestis,
fortissimus Dux & Imperator,
quoque miles in Prælio Ravennatenfi
ab Hispanis fugientibus
occisus est.

GERMANA,
FERDINANDO
HISP. REGI Maurorum
Domitori collocata.

CATHERINA,
Guiljelmo Comiti Candellano
in Vasconibus & Aquitanis
nuptui tradita.

JOHANNES
Candellanus,
posterior.

ANNA,
WLADISLAI HUNG.
& BOH. REGIS
Conjux,
In Aula Ludovici Aureliani
Reg. Gall. a teneris educata.


In Con-

* Duos hic Familie Foxiæ Ramos, Autorem in unum contraxisse docent quæ ad Manus sunt MSta: Chronique abrégée des Comtes Foix: & Stemma Illustrissimæ Foxiorum Familie MStrum: hac igitur ratione erunt disjungendi:

In Conventu Principum & ordinum Silesiæ, Wratislaviæ Dominica in qua Ecclesia canit ex Psalmo: Jubilate: decretum fuit, ut ipsorum nomine cum Collegio Canoniorum tractaretur, ne quis exterorum in coadjutorem reciperetur, atque sic Dignitas ista Indigenis eriperetur. Cui Petitioni dum Collegium Aures præcluderet, Principes ea Consilia inire cœperunt, quæ Canonicis quidem offensæ Materiam præbuerunt, ipsis vero Principibus meliorem mentem dederunt. Postquam enim Canonici aperte responderent, de tanto negotio decerni nihil posse absque adfensu omnium, quorum Præsentia desideraretur, & nihilominus clam Joh. Thurzoni Seniori litteras mitterent, in quibus (repudiato non solum Petro Cardinali, & Legato Pontificio in Hungariam, quem Alexander VI. nominarat, sed & Friderico Teschinensi, quem Principes promotum cupiebant) votis fere omnium ejus filius cognominis in Coadjutorem Episcopi renunciabatur, qui &, ut dicitur, hac Vice obtinuit: Principes sollicitos habuit Cura præcavendi in posterum tam iniqua Exempla, aperte igitur in Causam descenderunt, & Wladislao Regi supplicem Libellum porrexerunt, in quo contra Capitulum & Clericos hoc in Crimen ducebant, & pro patriæ libertate pugnabant, eo nominatim addito, ne Beneficia Ecclesiastica hominibus exteris tribuerentur: Rex animadvertens tandem, tam justam Rem a Justis peti, assensum libenter præbuit, ac Commissarios suos plenissimis mandatis instructos ad Conventum Principum & Ordinum Silesiæ sub Initium Februarii A. C. 1504. congregatorum misit. Qui Partibus discordantibus ac defensiones suas utrimque adferentibus, nec multum de Jure suo cedere volentibus, Auctoritatem suam interposuerunt, ac simul Partes ad Transactionem adegerunt. Sed hæc ad annos pertinent sequentes.

Concessum hoc anno Privilegium investituralis a Wladislao Rege, Ducibus Li-gnicenf. & Bregensibus.

Anno



Anno

CHRISTI 1503.

Nox Natalis DOMINICI incipientis hunc annum memorabilis fuit propter Claiem multam & glabram, in qua homines multi lapsi sunt, & detrimenta Valetudinis passî Cruribus & Brachiis fractis.

Ludomilla:
Ducissa Ligni-
censis moritur:

D. 20. Januarii in die Fabiani & Sebastiani, obiit LUDOMILLA: Ducissa Lignicensis, postquam defuncto marito annos XV. præfuit Ducatui: Interea filius Fridericus II. in aula Wladislai Hungariæ Regis vixit, ante Matris tamen mortem domum rediit; Ea mortua duo filii: Fridericus II. & Georgius ita Hæreditatem diviserunt, ut Fridericus Legnicium, Goldbergam, Hainoviam & Arcem Graciam possideret: Georgius vero Bregam: Lubociam: Olaviam: Oppidum Nimptsch: Strelam: Creutzberg & Pittchen. Ipsa sepulta ad Maritum laudatur quod optima multisque virtutibus prædita fuerit Domina.

Encomium Fa-
milie THUR-
ZONUM de
Bethlemfalva:

Episcopo VVRATISLAVIENSI post multas altercationes Adjutor sive Collega datus, ac simul futurus Successor designatus: JOHANNES THURZO: Ecclesiæ Wratislav. Decanus: ex nobilissima oriundus * familia: quippe qui Patrem habuit, Johannem Thurzonem, Hungarum, qui ex fodinis metallicis in Hungaria immensas opes collegit: posteaque Cracoviæ Domicilium collocavit & Comitis Dignitatem adeptus est: fratres vero: Stanislaum, Episcopum Olomucensem, Magni illius Desid. Erasini Roterodami Amicum, Georgium Comitem: Camerarium Montium Hungariæ: Alexium denique Thurzonem de Bethlemfalva; Hungariæ Pro-Regem sive Palatinum.

Controversia
inter Colle-
gium Canoni-
corum & V Vra-
tislavienfes:

Collegium Canonicorum cum Urbe Wratislav. litigavit, camque Fulmine Anathematis percussit, sed nullo cum successu, Urbs enim non modo illa fulmina resistit, verum etiam Sacerdotes venerunt in Odium gravius apud omnes passum, & multi ex Latrunculis denunciato bello grandem ab illis extorserunt Pecuniam.

ANNA RE-
GINA BOH.
& HUNG.
nascitur:

D. 23. Julii VVLADISLAI REGIS Domum nativitate auxit Filia, cui Avia Elisabethæ nomen in Baptismo tributum est. Sed cum quadriennio post Mater Filium enixa Partus Doloribus extincta esset, Pater ut Desiderium Conjugis leniret, ANNAM nominari Filiam voluit: consortem postea factam FERDINANDI IMPERATORIS: quem Joanna Mater Ferdinandi, Hispaniarum Regis Filia ex Belgio ut Hispania Regnis cum Marito PHILIPPO AUSTRIACO inauguraretur profecta, hujus ipsius anni, mensè Martio d. 10. Compluti enixa est, Die lustrico Najarensi & Ascalonio Principibus Susceptoribus, magna solemnitate baptizatum a Francisco Ximeno: Archiepiscopo Tolerano, excellentis Ingenii & Industriæ Cardinali, qui in Urbe Compluto Academiam tum erigebat, & Bibliorum Editionem Complutensem adornabat, ob tanti vero Principis Ortum Vectigalium Immunitatem a Regina Matre Complutensibus impetravit.

Biblia Com-
plutensia:

Anno

CHRISTI 1504.

Johannes II.
Dux Saganen-
sis moritur:

Johannes Dux Saganensis, ille qui Fratrem Germanum, qui Glogovienfes Senatores immani Scelere de medio sustulit, multaque alia crudeliter, plura imprudenter pravis Consultoribus usus patravit, cunctis despicabilis Wolaviæ vitam finit: egregio Principibus Documento, ut si recte ac feliciter imperare velint, potentia sibi commissa proprio vel alieno Ingerio instigati ne abutantur, & Ultorem DEUM qui impunita Scelera non finit, & vel maxime superbos de Solio deturbare amat, reveantur. De Ætatis actæ deliciis adeo Johannem indoluissè Curæus scribit, ut post mortem sparsus sit rumor, dignum esse qui pro Exemplo Peccatoribus statueretur, & Sanctorum Cœtui adscriberetur.

Transactionis
Kolowratensis
Capita præci-
pua:

Transactio Kolowratensis ab Alberto de Kolowrat: Supremo Regni Bohemiæ Cancellario & Regio ad eam rem Legato, vulgariter sic dicta, Wratislaviæ inter Ecclesiastici ordinis Homines & Principes ac Status cæteros Silesiæ mensè Februario facta: Ejus Capita præcipua:

1. Ne

* Hanc Comitem THURZONVM de Bethlemfalva Tabulam Genealogicam, quam fieri potuit curatissime laboravi, & in Hungariæ Antiquæ & Novæ Prodromo pag. 89. olim promissam, prolixi in nos Animi Testimonium benevole transmisit amicissimus noster MATHIAS BELIUS: Pannoniensis: cui ut A. L. acceptam reddat, gratus monere volui:

GEORGIUS I. anno 1446.

JOHANNES I.
Cracoviensis,
Thurzo de Bethlehemfalva, † 1508.

THEOPHILUS,
Thurzo de Bethlehem-
falva, †.

ALEXIUS I.
Comes Thurzo de Bethlehemfalva,
Judez Curia Regia sub RR. LUDOVICO II.
& FERDINANDO I.
Acquilitor Ditionum & Arcium:
Semptre, Galgócz, Temervén,
Trenchin, Baimótz, Szepes &
Rychno, item Ozcia in Comitatu Tolnenti,
† 1543.
Divisa inter filias & Patruelos opulentissima
Hereditate.
Uxores habuit duas, quarum prior ignoratur,
Posterior autem fuit
MAGDALENA SZEKELY DE ORMOSD, †.

JOHANNES II.
Thurzo de
Bethlehemfalva,
EPISCOPUS
WRATISLAVIENSIS
XXXV.
natus 1464.
† 1520. d. 11. Aug.

CATHERINA,
nupta
Raimundo
Fugger 1512.
† 1535.

GEORGIUS II.
Comes Thurzo
de
Bethlehemfalva,
Præfectus Universe
Rei per
Hungariam Metallice, †.
ANNA FUGGERIA, †.

STANISLAUS I.
Thurzo de
Bethlehemfalva,
EPISC.
MUCENSIS,
†.

JOHANNES III.
Comes Thurzo
de Bethlehemfalva,
&
Comes Comitatus
Scepusiensis,
Cremnitzii Camerae
Præfectus
&
Plesnae Dominus,
† 1558.
Ætat. anno LXVI.

JOHANNES IV.
Clausus,
Comes Thurzo
de Bethlehemfalva, †.

SIGISMUNDUS
Thurzo de Bethlehemfalva,
EPISCOPUS WARADIENSIS 1506.
NITRIENSIS 1514. † 1517.

Anna
Confōrs
Melichioris
Balassa, †.

GEORGIUS III.
Comes
Thurzo
de
Bethlehemfalva, †.

FRANCISCUS I.
Comes Thurzo de Bethlehemfalva,
Episcopus Transylvanienſis
postea Nitrienſis,
atque eo abdicato Lib. B. supremus Comes
Comitatus Arvenſis
&
Præfectus Camerae Hungariae,
Inde multarum Ditionum Acquilitor,
adecit enim avitis Opibus Arces: Arva, Lictava
& Bistche.
Confortes habuit duas:
I. BARBARAM,
Nicolai Koszka de Zedlec F. †.
II. CATHERINAM ZRINT,
NICOLAI COM. ZRINT F.
ex qua posteriore nati sunt:

ANNA
Confōrs Comitiss
a Lichtenstein,
†.

ELIZABETH
Confōrs
COMITIS ANDREÆ
BATHORY, †.

BARBARA,
Confōrs
JOHANNIS
a
Fünffkirchen,
†.

JOHANNES V.
Comes Thurzo
de
Bethlehemfalva
&
Graffenek, †.
BENIGNA,
Conf. MARTINI
COMITIS
a
STAHREMBERG, †.

MARIA
Confōrs
Hortensii a
Tyriachich,
Equ. Aur. Ord.
S. Steph. †.

CHRISTOPH
Comes Thurzo
de
Bethlehemfalva,
perpetuus Terræ
ejusdem modo Comitatus
L. B. L.

SACRÆ CORONÆ
MAJESTATIS
† 1600.
Conf. THOMÆ
DE MONOREKEREK, †.

ALEXIUS II.
Comes Thurzo
de
Bethlehemfalva
&
Comes Terræ Scepusie
† 1594. 5. Martii.
Confōrs BARBARÆ
NICOLAI COMITIS

STANISLAUS II.
Comes Thurzo
de
Bethlehemfalva,
†.

MAGDALENA
Confōrs
Erasmii de
Geza, †.

Franciscus
II. †.

GEORGIUS IV.
Comes Thurzo
de Bethlehemfalva,
nat. A. C. 1567. Pincernat. Reg.
Magister A. 1599.

Generalis Partium Cis-Danubian.
&
Præfectus Arcis Ujvar, Ao. 1602.
postea REGNI HUNGARIÆ PALATINUS,
Ao. 1609. d. 7. Dec.
† 1616. d. 24. Dec. A. Ætat. 49.
Uxores fuere duæ,
I. SOPHIA FORGACZ.
II. ELISABETH ZOBOR, †.
Utrumque Conjugium fecundum,
sed unico tantum hærede
Matculo beatum.

BARBARA
confōrs
Georgii
Perényi, †.

CATHERINA
confōrs
Gabrielis
Revai, †.

URSULA
fuit Confōrs,
1. Stephani
Gyalafy de
Barthoth,
2. Francisci
Gitzy
de
Ablantz Kürthö,
cui
enixa est.
SUSANNAM,
confortem Johannis
Leagyel, †.

MAGDALENA
confōrs
Francisci Dersfy, †.

STANISLAUS
Comes Thurzo de Bethlehemfalva,
REGNI HUNGARIÆ
Cumanorum Judez, Terræ
Ejusdem Perpetuus
D. FERDINANDI II. Hungariae,
HUNGARIÆ, Bellegis
Intimus Consiliarius & per Hungaria Locum tenens,
nat. 1576. †.
I. N. N.
II. N. N.
III. ANNA

NICOLAUS
Comes Thurzo
de
Bethlehemfalva,
†.

I. STANISLAUS IV.
Comes Thurzo
de Bethlehemfalva,
Perpetuus Terræ
Scepusiensis
ac
Comitatus Ejusdem
Comes, †.

ADAMUS
Comes Thurzo
de Bethlehemfalva,
Perpetuus Terræ
Scepusiensis
ac
Comitatus Ejusdem
Comes, †.

EVA
†.

MICHAEL
Comes Thurzo
de Bethlehemfalva,
Perpetuus Terræ
Scepusiensis
ac Comitatus Ejusdem
Comes, †.
Ultimus Sux Gentis

II. MARIA
confōrs
JOHANNIS
a
Rothal, †.
Johannes
a Rothal, †.

III. SUSANNA,
SIGISMUNDI FORGACZT, †.
EVA FORGATSCHT,
STEPHANI COM. CSAKT, †.

I. SUSANNA
confōrs
1. Stephani Priny,
2. Michaëlis Czobor,
3. Stephani Amade de Varkony,
4. Fridrici Voysko, †.

JUDITH
confōrs Andreæ
Jakusith
de
Orbova,
†.

BARBARA
confōrs CHRISTOPHORI COMITIS ERDOEDT,
(Votis secundis Johannis, Com Draskowitzii.)
GABRIEL, COMES ERDOEDT DE MONOREKEREK, †.
JUDITH AMADE, †.

GEORGIUS
COMES ERDOEDT DE MONOREKEREK, †.
Judez Curia Regia.

HELENA
confōrs
CASPAR
COMITIS
ILLTESH
†.

COMES ERDOEDT DE MONOREKEREK, †.
COMES PALEY, †.

ADAMUS LADISLAUS
Comes Erdödy de Monorekerek,
EPISCOPUS NITRIENSIS,
SACRÆ CÆSARÆ ET REGIÆ MAJESTATIS
CONSILIARIUS INTIMUS
AC AULÆ HUNGARIÆ CANCELLAR. 1723.

GEORGIUS
Comes Erdödy de Monorekerek,
REGIÆ CAMERÆ HUNGARIÆ
PRÆSES, 1720.
Confōrs
THERESIA Comes Esterházy.

GABRIEL
Comes Erdödy de Monorekerek,
EPISCOPUS AGR.
SACRÆ CÆSARÆ ET
REGIÆ MAJESTATIS CONSILIARIUS
INTIMUS.

ANTONIUS
Comes Erdödy de Monorekerek

JOHANNES
Comes Erdödy de Monorekerek

CHRISTOPHORUS
Comes Erdödy de Monorekerek

MARIA
confōrs Michaëlis
Czobor de
Varkony, †.

CATHERINA,
confōrs Stephani
Comitis Tökölly
de Keszmarck,
Nuptiæ A. C. 1620.
d. 1. Mart. †.

ANNA,
confōrs Johannis
Szuvyogh,
nuptiæ A. 1622.
d. 23. Oct. †.
Anna Elisabeth, †.

EMERICUS,
Comes Thurzo de Bethlehemfalva,
nat. 1598. d. 11. Sept. Wittebergam an. 1615.
d. 7. Julii studiorum gratia profectus,
eod. Anno d. 18. Oct. fit Rector Magnificus
ibidem. Redit An. sequent. d. 2. Junii,
Celebrat Nuptias A. 1618. d. 25. Nov. cum
CHRISTINA, Pauli Nyari de Bredegh F.
Postea Nicolai Com. Esterhazy Uxore,
† Niclasburgi in Moravia, cum illic Pacis constituendæ Causa,
a GABRIELE BETHLEN missus in commune consulere,
haud sine Veneni suspitione,
Ao. 1621. d. 19. Oct. hor. mat. 5. annum ingressus XXIII.
Arvenſi in Arce Ao. 1622. 19. Jan. sepultus.

ANNA,
confōrs Francisci
Priny, †.
Georgius
Priny, †.
Gabriel
Priny, †.

ELISABETH
nat. 1621. d. 14. Febr.
noct. hor. 12. †.

CHRISTINA
posthuma,
nat. Ao. 1622. d. 26. Mart. †

Bbb

1. Ne quis in posterum Episcopus creetur, nisi vel Bojemus Gente, vel Moravus, vel Silesius vel Lusatus, vel ex aliis atque ut vulgo loquitur, incorporatis Regno Bojemae Provinciis oriundus: JOANNI tamen TURZONI, qui Episcopo jam tum Coadjutor datus, quamvis extero, jus suum saluum atque integrum sit, & Episcopo, siquidem ipsi supervixerit, succedat.

2. Ne Beneficia Ecclesiastica, quorum Collatio ad Episcopum, Principes, Collegium Canonorum, vel quoscunque alios pertineat, aliis-quam Indigenis conferatur: Consensus praeterea Boemiae Regis super Electione Episcopi & beneficiorum Collatione requiratur.

3. Ecclesiastica Administratio Episcopis permittatur.

4. De Decimis Censibusque Clero debitis, de quibus varia fanciuntur. Ut decimae persolvantur Clericis sine Imminutione aut defalcatione pretextu sterilitatis. Ut intra triduum Ecclesiastici decimas ex Agris auferant: ni fecerint, eligantur jurati quidam, qui Decimas Ecclesiasticis debitas a reliquis Frugibus separent & designent, rusticis suum auferre permittant: De modo coercendi Rusticos, qui moram faciunt in solvendis Decimis. De Praediorum desertorum Decimis. Ut Ecclesiasticis Decima persolvatur secundum Consuetudinem antiquam vere in Pecunia vel in Frumento: ut si solita sit ab aliqua Communitate solvi in Pecunia, deinceps etiam eodem modo persolvatur & e converso. Ut Census sibi debitos ipsi exigant, diemque solutionis consuetum debitoribus praestituant. Ferto Episcopalis sive maldrata, sicubi debeantur, juxta veterem Consuetudinem pariter solvantur: ita tamen ut ratio habeatur egentium & ad Paupertatem redactorum.

5. Ne quis Clericus sive Laicus Tabernas Cerevisiarias aut Artificum in alterius Prajudicium erigat.

6. Ecclesiastici ut ad Patriae defensionem contribuant requirentibus Principibus, in quorum Ditione bona Ecclesiasticorum sita sunt.

7. De modo procedendi adversus eos, qui redditus annuos sive redimibiles sive perpetuos non solvunt: Ne fidejussores Excommunicationis Poena notentur, sed Principales tantum:

8. Si Vi aliqua majore praedium exustum vel maximo detrimento adfectum sit, ut tam Ecclesiastici quam Laici Immunitatem certi Temporis incolis concedant, Bona item deserta, ut locentur, tolerabili Pensione, aliaque de bonis desertis & vacantibus.

9. Ut debita Originalibus Chirographis probentur, non Exemplis, aut ut vulgo appellant, vidimus. Ut petitio debiti Trium Annorum Spatio & octodecim hebdomadarum praescribatur.

10. Si Parochus quis intestatus decedat, ut Bona Ejus non ad Episcopum, aut Dominum Loci sed Ecclesiam deferantur.

Atque hoc celebri illa Transactione Kolowratensi, quam eo ipso mense & anno Wladislaus Rex confirmavit, Pontifex autem Romanus Decreto irritativo, ut loquuntur, funditus delere, sed frustra, conatus est, acta sunt. Libet autem heic adscribere nomina & Ordinem eorum quibus praesentibus haec confecta sunt, ac Diploma Sabbatho sequente festum Purificationis MARIAE consignatum: Sigismundus Glogoviae & Oppaviae Dux, Wladislai Regis Frater, Casimirus Dux Teschinensis, Silesiae supremus Capitaneus: & Albertus de Kolowrat, Regiae Majestatis Commissarii: Johannes, Episcopus Wratislaviensis: Johannes Saganensis: Johannes Opoliensis: Fridericus Lignicensis: Nicolaus: Ratiboriensis & Oppaviensis: Carolus: Monsterbergensis, Duces: Johannes Thurzo: Episcopi Coadjutor, Nobilitas denique & Civitates Wratislaviensis, Svidnicensis ac Javoriensis Ducatum. Confirmationis & Ratificationis Regiae Tabulas Transactionis ipsius Tenori in Appendice Silesiographiae subjunxi: ut Lectores intelligerent, quo Jure a nonnullis in Controversiam vocetur.

Eodem anno Sigismundus, quem dixi, Oppaviae & Glogoviae Dux, summam utriusque Silesiae Praefecturam a fratre Wladislao obtinuit, Casimiro Teschinensi abdicare jussit.

III. Kal. Aprilis mortalitatem exiit Sebaldus Huberus: Med. D. Poliater Wratislav. de quo Cunradus noster:

Hippocratem me Bresla suum populosa professa est,

Experta Ingenii dona secunda mei.

Goldbergensis Scholae prima Semina miro quodam fato sparsit ex Colmensi Borussorum Collegio eo traducta Colonia, Hieronymus Wildenbergius, qui se in scriptis suis

SIGISMUNDUS Regis
Frater supremus Silesiae
Capitaneus:

Sebaldus Huberus: Med. D.
moritur:

Scholae Goldbergensis Initia:

Philosophicis satis ad Posteritatem commendavit. Collegas habuisse legitur duos Viros Clarissimos M. Franciscum Sylvium & M. Edelerum: Leobergensem: qui VVildenbergio A. S. 1512. a Senatu Torunienſi ad faciendam medicinam evocati, Scholam novam Goldbergensem Senatus Leorini Auspiciis in Patriam suam transferre, sed frustra conatus fuit.

Anno

CHRISTI 1505.

Acta Ducatus
Saganensis:

Ad VIII. Kal. Febr. Fridericus Elector & Georgius Duces Saxoniae Provinciam Saganensem inter se partiuntur: Rationibus exactis Electori Fridrico Sora & Betscha: Georgio Saganum & Prebuium Sorte obvenerunt.

Senatus VVratislaviensis de
condenda Aca-
demia Confi-
rum;

Senatus VVratislaviensis Scholam publicam sive Academiam instituere decrevit, instinctu Johannis Haunoldi, Capitanei, Viri sapientis & magnanimi, nec non Georgii Morenbergeri Secretarii, Consensu autem Wladislai Regis ac Julii II. P. R. cui tria aureorum millia Romam pro expediendis Bullis & Confirmatione destinarunt, ut & Wladislaus relictus quosdam Ecclesiae S. Crucis ad Stipendia docentium. Sed Academia Cracoviensis ut Majestatem & Gloriam suam tueretur, eas Rationes protulit, ut Julius II. eis adquiesceret. Et Wratlavienses quidem apud Pontificem post biennium iterum enixius institere, sed & tunc repulsam passi sunt.

Privilegium hoc anno Ducibus Lignicensibus & Brigenſibus concessum.

Anno

CHRISTI 1506.

Comitia Silesiae
Profectus ha-

Mense Januario Sigismundus Glogoviae & Oppaviae Dux, supremus Silesiae & Lusatiae Praefectus, Principum atque Ordinum Silesiae Conventum Neostadii in Patria mea egit: in quo de Provincia Latrociniiis (quae Vias omnes infestabant, nobilitate quoque maleficiis obnoxia) purganda consultatum fuit. Conscripti in eam rem ducenti Equites, quorum opera conquisiti Latrocinii Suppliciis, prout quisque deliquisset, adficerentur. Sane quam praecelaram in extirpandis Latrociniiis Operam Sigismundus Silesiae navavit, cum in noxios nulla generis habita ratione animadverteret, Franciscus Faber in Sabotho suo sequentibus Versibus auro contra non caris expressit:

Quodque omnis posthac pacatior Ora quievit,
Tutus & in quavis mercator valle diurnum
Carpſit Iter, Tibi praestantissime Jagellonum
Jure TUO meritisque TUIS, SIGSMUNDE, fatemur
Deberi: Te magna sequi non Herculis acta
Invicto puduit nostris grassantia Terris
Monstra domare animo: Sontum nec Sanguinis Ortus
Aut Equitum Splendor movit, nec honestior Ensis
Divisit Poenam, sed equiſo pependit eadem
Cannabè cum Domino, cupidam & vocitantibus Escam
Effractaque olim afflictis Solatia cistae
Praebuit: heic primum nostri videre trementes
Et quamvis magnos furca paleescere fures.

Johannes IV.
Ep. VVratislav.
moritur: suc-
cedit JOHAN-
NES V. Comes
Thurzo de
Bethlehem-
salva;

Eodem mense Johannes IV. Episc. Wratlavi. cum Ischiaco laborasset morbo, in vivis esse desiit, Vir cum singulari Doctrina ac facundia, tum maximarum Rerum Usu praestantissimus, deque Ecclesia sua cui totos XXIV. annos praefuit, optime meritus. Cum primum enim ad eam translatus fuit, deformes quasdam Cleri ac Populi Consuetudines sustulit, cantu figurato ut indecoro atque profano ex Ecclesiis proscripto Gregorianum revocavit, Villas Episcopales non paucas jam olim oppigneratas & alienatas proprio Aere redemit: Piscinas admodum uberes & hospitales Commoditates alias in eis instituit: Arcem Ottmuchoviensem egregie munivit: Wratlaviensem Curiam magnis Sumptibus instauravit, splendideque reparavit, multo etiam plura conferre in Ecclesiam paratus nisi Capitularium quorundam factione, ut fieri solet, vexatus Animum revocasset. Quo factum est, ut jam decrepita Aetate Coadjutorem, novo in his Terris exemplo, sibi adsciverit Joannem Turzovem: cui vacuum morte sedem, cunctis autem sui Desiderium reliquit. Wratlaviae in Choro Mansionariorum Templi Cathedralis juxta Precislai, cujus Virtutum Aemulus fuerat, Cineres reconditus: ubi & Imago Ejus conspicitur in Tabula cum hoc Elogio:

Fulva hæc Imago quam vides Lector **QUARTI**

JOHANNIS est Antistitis:

Saxo abditum corpus jacet latissimo

Inter Chori Subscellia:

Annalibus Vitam lege: hoc dicam tamen

Quod nec negarint invidi,

Vir optimus, doctissimus, prudens, gravis

Magno omnium Luctu perit, M. D. VI.

In alia Tabula cum Ejusdem Inscriptione:

QUARTUS JOHANNES jacet hic: quis cætera dicam?

Non alium vellet Slesia Pontificem.

Ejus Successor **JOANNES** quem dixi **THURZO** per Opicium Colo: Canonicum inthronisatus ac deinde per Stanislaum fratrem germanum Antistitem Olomucensem, Johannem fratrem Bernhardinianum: Episcopum quondam Varadiensem, atque Henricum de Fullenstein, Suffraganeum, Dominica quæ Lataredicitur, usitato more consecratus & in Possessionem Dignitatis immissus, die Annunciationis sive Conceptionis **CHRISTI** primitias celebravit, maxima Principum Silesiæ ac Nobilium Frequentia.

Stephanus Scepusiensis Comes ac Transylvaniæ Regulus (Palatinum passim Autores, Vayvodan Indigenæ appellant) magna Potentia multisque Clientelis subnixus Johanni Filio Annam, Wladislai Regis Filiam Infantem desponderi postulat: idque Wladislaus gravissimo Morbo tum decumbens & importunis cæterorum quoque Procerum Intercessionibus prope coactus contra vetera Pacta concessurus esse videbatur: Clamabant enim illi, nullum se ex Germanis Regem accepturos. Quo cognito **MAXIMILIANUS** metuens ne Jure Successionis defraudaretur, Posonium cum Exercitu accessit, magnumque Hungaris a bello imparatis, imprimis Regi Pacis quam belli Artibus magis idoneo Terrorem fecit. Postquam vero Uterum gestare Reginam ac Menses prope exactos esse rescivit, consulto se facturum ratus, si Partum expectet, Inducias aliquot Dierum impetrari facile passus est. Interim ad VIII. Kal. Julii Regina Puerum enixa est, sed nullam Partem Corporis Cute integente in Lucem editum, quam nato jam Unguentis & Emplastris Medici Arte Naturam juvantes induxerunt. Ac volebat quidem Wladislaus Pater nomen Filio indere Julii: sed mater obtinuit, ut suæ Gentis (erat enim Gallica) nomine potius adpellaretur. Id quod utrumque animadvertentibus quibusdam malæ scævæ loco habitum fuit. Nam & nudum pelle Corpus nudationem, & omisum nomen Fundatoris maximi Imperii Diminutionem Regni portendere credebant. Cæterum nato Puero **MAXIMILIANUS** veterem Successionis Compositionem redintegrare contentus in Austriam rediit: At Regina Partus Doloribus confecta Ejusdem Mensis d. 26. in humanis agere desuit, ac ingens sui Desiderium Marito Regi reliquit.

LUDOVICUS
Rex HUNGARIE &
BOHEMIÆ
nascitur:

Anna Regina
Hungar. & Bohem.
obiit
Puerpera:

Annum Nativitatis **LUDOVICI** huic hemistichio M. Lutherus inclusit: Ante **DIEM** nat Vs.

Poloniæ Rex **ALEXANDER**, bonus & beneficus Princeps, & in bellis aliquanto **JOHANNES ALBERTO** fratre fortunatior, paralyticus Vilmæ hoc eodem anno decessit: cum paucis ante mortem horis Nuncium de Victoria insigni adversus Tartaros in Lithuaniam irruentes, ductu Michaëlis Glinskii Principis parta accepisset. Defuncto **SIGISMUNDUS** frater, Supremus Utriusque Silesiæ Præfectus, a. d. 8. Decembr. a Polonis sufficitur, relictaque Slesia cui tam carus & venerandus fuit, ut Imperii ejus grata jucundaque memoria longo Tempore duravit, sequentis anni mense Januario, d. 24. Majore natu majore fratre Wladislao: Hung. & Boh. Rege consentiente, coronatur.

ALEXANDER REX POLONIÆ moritur: succedit
Frater SIGISMUNDUS:

Fuit & hic annus fatalis **NICOLAO** Duci Ratiboriensi, Successorem nato fratrem **JOHANNEM**: qui & ipse non ita diu superstes ditionem suam **VALENTINO** fratri reliquit, Principi gibbofo, sed prudenti & insignibus Virtutibus prædito.

Ducum Ratiboriensium
Fata:

Anno

CHRISTI 1507.

JOHANNES V. Episc. Wratisl. in Comitibus Principum atque ordinum Bregæ **JOHANNES**
habitis V. EP. WRAT.

Supremus Sile-
ſiæ Capitaneus
conſtitutus.

habitis in Sigismundi Locum Supremus utriusque Sileſiæ Præfectus conſtituitur XIIIX.
Kalend. Maji.

Idem reducit Oppidum Kanth ad menſam Epiſcopalem.

FRIDRICI II.
Ducis Ligni-
cenſis in TER-
RAM SAN-
CTAM Profe-
ctio:

Sabbatho ante Dominicam Judica: FRIDERICUS Dux Lignicenſis Religio-
nis cauſa, more illius ſævi, in Palæſtinam Iter inſtituit, ut loca in quibus natus eſt, vi-
xiſſet, docuiſſet, miracula edidiſſet, & ſua morte Vitam nobis recuperaviſſet, DOMINUS
& SALVATOR NOSTER peragraret atque luſtraret: quod non ſine Periculis &
Difficultatibus factum eſt. Exacto anno ex illa Peregrinatione Domum ſalvus & in-
columis reverſus eſt: Poſt reditum cum obaratus rerum ſuarum ſatageret, atque res
eo rediſſet, ut prope in perpetuum vendere ſuum Ducatum cogeretur, ſubditi tantum
Argenti publica Exactione indicta contribuerunt, ut Princeps & debitum exſolveret,
atque Ducatum integrum ſervaret.

Anno

CHRISTI 1508.

LUDOVICUS
Sacra Hunga-
riæ Corona
cinctus:

LUDOVICUS VLADISLAI F. bimulus: REX HUNGARIÆ coronatur,
Patre vivente ac vidente, qui Senectute jam gravis Filii Securitati hac ratione proſpi-
cere, cæterosque a Spe Succeſſionis excludere voluit. In ejus coronationis Memoriam
etiam multis poſt annis deſuncto jam tunc Ludovico numi aurei cuſi, in quorum anti-
ca Parte Reſis Pueri Diademate cincti ac culcitæ inſidentis Effigies viſitur cum Inſcri-
ptione Circulo addita.

LUDOVICUS F. R. UNGAR. ET BOHEM. 1508.

In poſtica vero Diſtichon legitur hujusmodi:

Buda potens, & Pannonii Gens Martia Regni

Quod fuit, eſſet, ſi viveret iſte Puer.

Fridricus Dux
Teſſinenſis in
Italia moritur:

FRIDRICUS: Dux Teſſinenſis: Caſimiri F. Eccleſiæ Cathedralis Wratiſlaviæ
Decanus, Magnæ Exſpectationis Juvenis, ex Italia in Patriam rediturus, in Itinere mo-
ritur, ac Senis apud S. Clericum ſepelitur.

Cura Senatus
VVratiſlav. de
extirpandis
Latrociniis:

Wratiſlavienſis Senatus extirpandis Latrociniis, quæ SIGISMUNDO diſcedente
rurſus creſcebant, & agros Viasque publicas infeſtabant, a Wladislao Rege CXX. Equi-
tes Pannonios impetravit: ac ſtipendiis ſuis aluit: nec multum tamen illi profecerunt.

Anno

CHRISTI 1509.

LUDOVICUS
Corona Regni
BOHEMIÆ
cinctus:

LUDOVICUS: WLADISLAI REGIS F. Pragæ Boëmorum, in Baſilica D.
Viti, V. Eid. Martii, qui fuit Dies Dominicus vulgo Oculi: horam inter 15. & 16. præ-
ſente Patre Rege, & magna omnium Ordinum frequentia, Regio Diademate cinctus,
& Oleo Sacro inunctus, Rex & Succeſſor Patris in Bojemix Regno renunciatur. Per-
acta Inauguratio ab Epiſcopo Olomucenſi Stanislao: qui cum Johanni fratri Seniori,
Epiſcopo Wratiſlavienſi de loco functioneque ſua concedere vellet, vehementer Pro-
ceres Nobilitatis reſtiterunt, dicentes, ubivis alibi in locis privatis ſe facile pati poſſe, ut
fratres inter ſe ſtatum, Officiorumque & Honorum Diſcrimina uſurpent: at in pu-
blico Munere deſungendo publicum Decus Perſonarum a Majoribus acceptum non
eſſe commutandum. Ejulatum in ea Pompa emiſſiſſe LUDOVICUS ſcribitur: id
quod ominofum ſapientes putarunt, indiciumque Ejus Regis fortunæ triſtis atque Oc-
caſus (ut poſtea Eventus docuit) flebilis.

Synodus Dioe-
ceſana VVra-
tiſlaviæ:

Johannes V. Synodum celebrat Wratiſlaviæ d. 24. Aprilis ac diebus ſequentibus:
vid. Statuta Synodalia antiqua.

Casimirus Dux
Teſſinenſis:
ſupremus Sile-
ſiæ Capitaneus:

Johanne Epiſcopo Wratiſlavienſi Gubernium deponente, CASIMIRUS Dux Tes-
ſinenſis, Supremam Sileſiarum Præfecturam recuperat.

Bellum VVra-
tiſlavienſibus
cum Fridrico
II. Duce Li-
gnicenſi:

FRIDRICUS: Dux Lignicenſis: recens Domum e ſua Peregrinatione reverſus,
bellum movit Wratiſlavienſibus, quod impediſſe illum dicerentur, quo minus Sileſiæ
cum Imperio praficeretur. Conſixerunt menſe Majo Equites Principis & Wratiſla-
vienſium, ubi ab utraque Parte, non pauci fuerunt deſiderati. Auctor Curaus: ſe a
Viris Senibus audiviſſe, Regem eo Tumultu uſque adeo fuiſſe offeſum, ut cum ſer-
me decretum eſſet, quo Soror Regum Poloniæ Friderico nuberet, ac dotis loco acci-
peret Ducatus Glogovienſem & Oppavienſem, hæc unica cauſa totum Negotium per-
turbarit.

Anno

Anno

CHRISTI 1510.

Wladislaus Rex Statibus Regni Bojemix peculiari Diplomate sive per Litteras, ut vocant, Majestaticas cavuit, quod nec ipse nec Eius Successores de Corona Regni, eiusque conjunctis Provinciis, imprimisque de Silesia Ducatibus vel jam nunc Bojemix Regi acquisitis vel in posterum acquirendis, quicquam omnino quocunque Jure aut Titulo, Ordinibus Regni inconsultis aut non consentientibus, distrahendi, oppignorandi que Potestatem habere debeant, addita insuper promissione de solis Bojemis cum universa Silesia, cum Svidnicensi, Javoriensi, Glogoviensi & Oppaviensi Ducatibus, Lusaria item & Hexapoli cum Imperio præficiendis. Quod quidem Privilegium, cum Silesiaco illi de quo ad an. 1498. e Diametro repugnet, & in maximum huius Provincia, si tenere debeat, præjudicium vergat, pro valido aut justo nunquam a Silesiis habitum fuit.

WŁADISŁAW
Regis Diploma
BOHEMIÆ
concessum :

Januario Mense Georgius Dux Saxonix frequenti ac splendido Comitatu Pragam cum Uxore sua Regis Vladislai Sorore venit, feudumque quod vocant, in Palatio Arcis IV. Kal. Febr. suscepit. Eid. Febr. Vladizlaus una cum Ludovico & Anna suis liberis & hæredibus ex Arce Pragensi discessit, ad Comitiam, quæ in Montibus Cuthnis indixerat. Inde in Hungariam abiit, atque ex eo Tempore Bojemix Regem suum amplius non vidit.

VVLADIZ-
LAUS REX in
Hungariam
cum Familia
Regia profici-
scitur :

Anno

CHRISTI 1511.

Extat de hoc anno Vladizlai Regis Declaratio: quod Bona Ecclesiæ VVratislaviensis immediate subint sua Majestati.

Item: Vladislaus Rex Fridrico Duci Lignicensi Potestatem facit de Ducatu suo vel in totum vel pro Parte per ultimam Voluntatem disponendi, salvo tamen Feudi Jure. VVratislav. Die Lunæ post Domin. Palmarum: vid. * Goldastus.

Diploma Du-
cui Lignicen-
si concessum :

Vladislaus Rex Bojemix cum Liberis suis Ludovico & Anna: magnoque Procerum numero, VVratislaviam mense Januario venit, ut fidem ac Obedientiam a Principibus & Ordinibus Silesia, Filio præstari curaret. Cum autem Regni Hungaria Senatores, pacta inter Mathiam & Vladislaum Olomucii inita aller antes, iusjurandum Ludovico, tanquam Hungaria Regi, Boemi e contra, tanquam Bojemix Regi, cuius Membrum antiquitus Silesia fuisset, dandum esse contenderent, Principes & Senatus VVratislaviensis inter Spem metumque ancipites, neutri tum quidem jurarunt: sed Regis Vladizlai ac Filii Ludovici Imperio nihilominus se obtemperaturos, salvis Patriæ Privilegiis testati sunt.

VVLADIZ-
LAUS REX
VVratislaviarum
adpulsi :

Impetravit tunc a Rege VVratislavia Renovationem Emporii Juris, mercesque sistendi, Stapulam vulgo vocant, ita ut Limes esset Polonia & Germaniæ, quam neutra gens negociandi Causa præteriret, sed utraque merces ibi suas deponeret ac vendideret. At cum Sigismundus Pol. Rex, Senatus Consulto suis Commercia cum VVratislaviensibus prohiberet, nec VVratislaviensibus in Polonia negociandi Potestatem faceret, quadriennio post in congressu Imperatoris & Polonia atque Hungaria Regum Viennæ, abolitis Emporii Privilegiis novis, in pristinum Sratum Commercia illarum Gentium restituta sunt.

De Jure Empo-
rii Civitatis
VVratislavi-
ensis :

VI Id. Junii satis concessit VVratislavia Nicol. Lindnerus: M. D. ævo suo celeberrimus:

Nicol. Lind-
ner: Med. D.
VVrat. mori-
tur :

Lindnerum celebrem Medicum Bresla inclita jactet:

Artis id & gratæ Posteritatis opus.

Anno

CHRISTI 1512.

Sigismundus Pol. Rex Barbaram, potentissimi Scepusiensis Comitis Stephani: Palatini Transylvaniæ Filiam, Johannis Sororem in Matrimonium ducit, quam Cracoviam ipsi adduxerunt Sponsæ Mater Hedwigis: Primislai Teschinenfis Filia & Casimirus: Dux Teschinenfis, octingentos in Comitatu habens Equites. Nuptiis præterea e Silesiis interfuere: Johannes Thurzo: Episcopus VVratislaviensis: Legatus Regius: Georgius Bregenensis: & Bartholomæus Monsterbergenfis, Principes. Equestris

SIGISMUNDI
I. REGIS PO-
LONIÆ Nu-
ptiæ cum BAR-
BARA de Za-
polya :

Ccc 3

Decur-

Virtus Joh. n.
nes a Rechen-
berg:

Sigismundus
L. B. ab Her-
berstein Lega-
tus MAXIMI-
LIANI IMP.
ad Magnum
Moschorum
Ducem:
Bartholomæi
Ducis Mon-
sterbergensis
Clades a VVra-
tislavienſibus
accepta:

Christophorus
Niger suspen-
sus:

Constitutio de
Pace publica
edita:

Decurſionis primum Præmium tulit: Johannes a Rechenberg: in Schlava: Eques au-
ratus: Vir strenuus ac Rei militaris peritiffimus, qui tunc in Aula Sigismundi vive-
bat, magnæque apud illum Gratiæ florebat. Cæterum Maximilianus Imperator æger-
rime hoc Matrimonium tulit. Cum enim præcipua apud Hungaros Auctoritate &
gratia Johannem de Zapolya: Barbaræ Fratrem pollere, & Regnum illud petita Wla-
dislai Filia ambire ſciret: moleſtiſſimum ipſi fuit, Poloniæ etiam Regis Adſinitate Ma-
jores ei Vires adjungi. Quare eodem anno ad Baſilium, Moſchorum Ducem, lega-
tum Sigismundum Baronem ab Herberſtein, Amicitia & fœderis cum Moſcho adver-
ſus Sigismundum incundi gratia miſit, cujus Legationis Occaſione, Rerum ille Mo-
ſcowiticarum Commentarios conſcripſit.

Bartholomæus Dux Monſterbergensis, Princeps Eloquentia & rerum agendarum
Dexteritate maxime conſpicuus, ſed præceps & inquietus, incertum quibus de Cau-
ſis, *bellum VVratſlavienſibus indixit, ac Prædia eorum aliquot Menſe Octobri exuſ-
ſit, Ingenti autem ab ipſis Clade affectus eſt, ad Cantium oppidum, amiſſis Militibus
aliquam multis & duobus Signis militaribus.

Fridericus Dux Lignicenſis, ut quod reliquum erat Prædonum tolleretur, ſe
cum Urbibus Sileſiæ conjunxit, captumque a Goldbergeniſibus, quatinus ſtrenue ſe
defenderet, famoſiſſimum Latronem, qui Chriſtophorus Niger nominabatur, atque
Alzenaviæ Sedem habebat, Lignicii Laqueo necari juſſit. In Supplicium cum educere-
tur, ex Pſalmo ceciniffe dicitur: Noli te confidere in Principibus & filiis hominum:
in quibus non eſt Salus. Aedes ipſius deſtructæ.

Conſtitutio de Pace publica, der Schleſiſche Land-Fried, Vladislao Filioque Ejus
Ludovico: Hungariæ & Bohemiæ Regibus volentibus jubentibus in frequentiffimo Prin-
cipum & Ordinum Conventu, Menſe Novembri ſancitur & approbatur, annoque ſe-
quenti ad XV. annos a Vladislao confirmatur. Signata fuit a Johanne Epifcopo Wra-
tſlavienſi: Caſimiro Teſſinenſi, ſupremo Sileſiarum Præfecto, Johanne Opolienſi,
Friderico Lignicenſi, Georgio Bregenſi: Carolo Monſterbergeniſi: Valentino Ratibo-
rienſi Ducibus, Sigismundo Kurtzbachio, Trachenbergeniſi, & Haugwicio Biſkow-
izenſi & Wartembergeniſi Baronibus, nec non Ducatum & Urbium Wratſlavienſis,
Saganenſis, Svidnicenſis, Jauravienſis, Oppavienſis & Glogovienſis Legatis.

Anno

CHRISTI 1513.

In Sileſia nihil accidit hoc anno memorabile, ſed infelix adhuc fuit Forma Sta-
tus publici, cum paſſim graſſarentur Latrunculi, & ſublata eſſent Commercia cum Po-
lonis. Cur.

Anno

CHRISTI 1514.

Horrenda contra Nobilitatem Ruſticorum inſurrectio exorta, quam Johannes
Waivoda Tranſylvanus compeſcuit & crudeliter in duces illorum ſævit; Auxilia a Bo-
jemis & Sileſiis miſſa, nimis ſero, ſedatis jam ruſticanis illis Motibus advenerunt.

MAXIMILIANUS IMP. diu jam agitata de adſinitate & Connubiis inter ANNAM
& LUDOVICUM: Wladislai Regis Liberos: & FERDINANDUM ac MARIAM:
Maximiliani Nepotes finire tandem & confirmari miſſis ad Vladislauum Legatis petit,
qui percupidum ſe cum eo Fædus Amicitiamque & adſinitates jungendi oſtendit,
modo cum Fratre ſuo Sigismundo Rem componi, & communi Conſilio & adſenſu
omnia conſtitui pateretur. Id cum Caſar non improbarer, exeunte anno Maximilia-
ni & Sigismundi Legati: Johannes Cuſpinianus & Chriſtophorus Schidlowicius ad Vla-
dislauum Hungariæ Regem Budam proficiſcuntur, ubi ſumma fide ac diligentia Con-
cordiæ negotium agentes, conſtituunt, ut Imperator & Reges ſequenti anno ipſi apud
Poſonium conveniant.

Anno

CHRISTI 1515.

Menſe Martio Wladislaus: Hungariæ Boemiæque: & Sigismundus Poloniæ Re-
ges Poſonium convenere, quo & Mathæus Langus: Auguſtæ: Patricio Genere natus,
a Julio II. in Cardinalium Collegium cooptatus, Epifcopus tunc Gurcenſis, deinde Sa-
lisburgenſis Archiepiſcopus lectus, Caſaris Legatus proſectus, ea quæ in mandatis
habebat, cum ipſis egit, reliqua in ipſius Caſaris adventum dilata: ſed qui
in Julium uſque protractus, & Conventus ipſe Viennam tandem translatus fuit.

Conventus
IMP ac BO-
HEMIÆ: UN-
GARIÆ: PO-
LONIÆque
Regum Vien-
na:

Cære-

Cæterum Legatis ultro citroque commeantibus, a Cæsare digressus Bartholomæus, Dux Silesiæ Monsterbergensis, Exercitus Cæsarei in Foro Julii designatus Imperator, cum & ipse Posonium festinaret, in Danubio submersus, haut longe ab Haimburgo, nave videlicet Scopulo illisa atque disrupta una cum quatuor Comitibus interiit ad IV. Non. Aprilis. Quod Vladislaum Regem imprimis adfecit & in Lacrymas concitavit, neque minus Cardinalem Gurcensem, qui eum unice amabat, Virum quippe bonum ac strenuum, uti Cuspinianus ipsemet & Richardus Bartholinus testantur. Meminit & illius Paulus Paruta: Nob. Venerus, Historiæ Veneræ lib. III. ubi Bartholomæum istum, quem falso Capitaneum Silesiæ vocat, in faciendo adversus Venetos delectu periisse scribit; Candidus fuit fautor integerque ut ex Mart. Cutheno refert Lupacius, Status Civilis Patronus. Justa ipsi ab Senatu Rerum publ. Prag. decem ab ejus Interitu diebus, facta. Ad VI. Id. Jul. **MAXIMILIANUS IMP.** Oeniponte Viennam venit; cumque invitatis illuc, missis ad eos Posonium, Christophoro Duce Brunsvicensi: Archi-Episcopo Bremensi: Casimiro Marchione Brandenburgensi & Cuspiniano Legatis, adventare Reges audivisset, cum splendidissimo Comitatu ad quintum ab Urbe Lapidem obviam illis progressus in arce Trautmannsdorffia pernoctavit. Postridie Reges, quorum Sigismundus ea Nocte Hamburgi, Frater Brugis ad Leitam Fluvium egerant, perrexere ad Cæsarem, jam Arce egressum. Arque ita Tres Potentissimi Principes cum suo quisque Comitatu, splendidissimas habentes & ornatissimas suorum Populorum Equestres pariter ac pedestres Copias, mutua Æmulatione, Armis Equis & omni Apparatu instructissimas, adeo ut omnes qui aderant, se nunquam eo Spectaculo quicquam pulchrius aut elegantius vidisse testarentur, patentibus in Campis convenere: ubi **MAXIMILIANUM** in hæc verba orsum fuisse memorant: Hæc est Dies quam fecit **DOMINUS**, exultemus & lætemur in ea: moxque intulisse Sigismundum: Faxit **DEUS** hunc nostrum Congressum & nobis & toti orbi Christiano salutarem. De hoc tam notabili Conventu legi possunt Cuspinianus in Diario: Richardusque Cardinalis in Hodœporico Cardinalis Gurcensis, summa rei hæc est: Diem proximum, quo Viennam ingressi sunt minus celebrem fecit Pluvia, quæ levis primum, deinde intentior fuit. Nihil tamen honoris festæque lætitiæ omissum. Aliquot inde dies colloquiis & consultationibus dati. Erant Wladizlao Regi ex Anna Gandala liberi: **LUDOVICUS & ANNA.** De his ita inter ipsos convenit, uti ambo Austriacis illigati Nuptiis perpetuæ Pacis Amicitiaque fœdus, confirmarent. Sunt qui Vladislaum filia Conjugium Cæsari prius obtulisse adfirmant, eumque respondisse: Se vivam adhuc Memoriam Friderici Cæsaris Parentis tenere, dicere soliti, si quis honesta ratione Senem Vita privare vellet, obtrudat ei Puellam Juvenem. Id enim Senibus præfens esse Venenum. Itaque consultius videri, ut **ANNA** nepotum alteri jungetur. Ad X. Kal. Aug. qui Dies publicæ Sponsalium Confirmationi dictus erat, **MAXIMILIANUS** utroque Rege præfente **ANNÆ** coronam auream imposuit, & florenti Serto ab ea donatus est. Hinc ad D. Stephani * d. 22. Julii, qui Memoriz D. Magdalenz dicatus est, itum: ubi peractis Sacris, Verba præeunte Thoma, Cardinale, Strigoniensi, Annæ accepto in fidem annulo, ita **MAXIMILIANO** desponsa est, uti intra Annum aut **CAROLO** aut **FERDINANDO** conjungeretur. Deinde **LUDOVICO**, **MARIA** Cæsaris Neptis præfens ipsa desponsa est: Lacrymas ubertim fundente **Wladizlao**. His peractis, ducenti Viri militari Dignitate donati sunt, inde ad Epulas Ludosque Equestres & Choreas discessum est. Per eosdem Dies Pax & Fœdus promulgatum, ex quo **AUSTRIACIS PRINCIPIBUS** ad acquirenda amplissima Hungariæ & Bojemæ Regna, nec non Silesiæ Ducatum, & Moraviæ atque Lusatiæ Marchionatus, in Casum deficientis masculæ Sobolis, via strata fuit: quemadmodum idem Maximilianus ante aliquot Annos conciliatis inter Philippum Filium & Johannam: Ferdinandi Catholici, Hispaniarum Regis Filiam & hæredem unicam nuptiis ad Hispaniarum & Indicarum Successionem aditum **AUSTRIACÆ DOMUI** aperuerat. Post sponsalia

quo BOHE-
MIÆ & HUN-
GARIÆ RE-
GNA FERDI-
NANDO I.
ARCHIDU-
CIAUSTRIÆ:
ANNAM
VLADIZ-
LAI REGIS
HUNG. ac
BOH. FILIAM
unicam ducenti
asserat:

rite

* Contractus Matrimoniorum Regalium inter Serenissimum quondam **LUDOVICUM** Ungariæ Regem & **MARIAM** Regis Hispaniarum Filiam: nec non Serenissimum **FERDINANDUM** tunc **ARCHI-DUCEM AUSTRIÆ & ANNAM**: Wladizlai Regis Ungariæ & Bohemiæ Filiam medio Maximiliani Imp. factus in Civitate Viennæ, Dominica die Festi S. Mariæ Magdalenz 22. Julii Anno 1515. extat in appendice Rerum Ungaricarum Johannis Sambuci: Tirnaviensis.

rite celebrata, tantosque hospites ex honoribus debitis affectos, Imperator & Polonus, VVladislaum una cum Ludovico Filio, Neapolim Austriae deduxere: inde Viennam reversi, paucis post diebus in Regnum hic ille Egenfurtum atque Lincium abiere. Et Sigismundus quidem Itinere per Moraviam facto, ubi Stanislaus Thurzo, Episcopus Olomucensis Eum laetissimo excepit Hospitio, Cracoviam reversus, Barbaram Conjugem ex Puerperio alterius filiae adhuc languentem invenit, quam postridie Kal. Octobr. ex hac Vita DEUS evocavit: cum ejusdem anni Autumno ejus quoque Mater Hedwigis Vita excessisset. Sigismundi autem & VVladizlai Soror Elisabetha: Fridrico II. Li-
BARBARA de Zapolya: REGINA POLO-
 NIAE moritur: gnicensi Duci paulo ante addicta, mense Novembri ad Sponsum deducta est: quo eodem fere Tempore Anna, Boguslai X. Pomeraniae Ducis Filia, eorundem Regum ex Anna Sorore Neptis, in Georgii Ducis Silesiae Brigenfis Thalamum concessit.
ELISABETH: Regum Pol. & Hungariae Soror FRIDRICO II. Duci Lignicensi nubit: Johannes Thurzo: Episcopus Wratislav. * prid. Kal. Septembr. a MAXIMILIANO IMP. Jus cudendae monetae aureae impetravit, hac tamen lege & Conditione, ut ab uno aureorum latere S. Johannis Baptistae Effigies imprimeretur, cum Inscriptione: Munus Caesaris Maximiliani: in altero vero Insignia Episcopatus Wratislavienfis, quae sunt Lilia sex, adjecto Episcopi pro Tempore existentis Nomine.

Anno

CHRISTI 1516.

VVLADIZ-
 LAUS REX
 HUNG. &
 BOH. Budae
 moritur:

Succedit Filius
 LUDOVICUS:
 minorennis:

WLADISLAUS: Rex Hungariae & Bohemiae: Dux Silesiae: Podagrae Doloribus Fato concessit, nocte praecedente XIII. Martii Diem, ut Joh. Slechta, Secretarius ipsius, itemque Curaeus annotarunt, Budae in Hungaria: cum vixisset annos LXI. Regnum Boemiae annis XLV. Hungariae annis XXIV. tenuisset. Princeps ille non acerri-
 mo quidem, mediocri tamen nec inamceno Ingenio, Latinae Linguae peritus, Justitiae & Pacis amans, beneficus & mitis, illudque adeo unum sibi Laudi ducens, quod nemini unquam sciens Injuriam fecisset. In explicandis expediendisque negotiis arduis doctorum & prudentum Consiliis utebatur, nec facile contra faciebat; Precationibus ceterisque Pietatis Exercitiis adeo deditus, ut Invidi ad Monachorum regendam Familiam, quam ad Regnum aptiorem dicerent, in summa, Rex Pacis artibus quam bello clarior: Funeratus est autem d. XVII. Martii in Alba Regali: quae veteribus Taurunum: Slavica lingua Belgrad: Hungarica, Nandor Alba appellatur, ubi antiquitus habetur Hungariae Regum Sepultura. Successorem reliquit LUDOVICUM Filium, decem Annorum Puerum, Maximiliano Caesari novae Cognationis Vinculis obstricto, & Sigismundo Rege Patruo, Tutoribus ac Protectoribus constitutis: educationi autem Adolescentis praeter Thomam Cardinalem Strigoniensem ac Johannem Bornemissam praefecto Georgio Marchione Brandenburgico: Duce Franconiae: qui ut apud Wladislaum Regem Avunculum liberaliter educatus fuerat, ita vicissim non illaudabilem LUDOVICO operam navavit, etsi non desint, qui ab eo Adolescentem a seriis & bonis Principiis ad vana & ludicra importune avocatum fuisse abstractumque criminantur: Ejusque Tutelae suae jam redditu beneficio Ducatu Jägerndorffensi (qui Ditionis Oppavienfis quondam Portio Toparcham agnovit Georgium, ex Illustri ipsisque adeo Oppaviae & Ratiboriae Ducibus Nuptiarum Vinculo conjuncta sed penitus hodie extincta Schellenbergiorum Familia) Imperium suum amplificavit.

Anno

CHRISTI 1517.

LUDOVICUS: REX HUNGARIAE ET
 BOIEMIAE:
 DUX SILESIAE.

Glogovia fere
 tota Incendio
 horribili ab-
 sumta:

In Glogovia Majore a. d. 26. Sept. die Sabbathi sub horam noctis quartam, cum Minister ebrius incaute tractasset Lumem, excitatum est Incendium: quod subito invalescentibus Ventis celerrime in omnes Partes pervagatum est. Conflagravit pene Urbs universa, extincti flamma & summo LXXX. homines plus minus: quos inter fuisse: qui in Cellas se subterraneas abdiderant. Mansit incolume Templum Urbis primum, Schola & vicinae Aediculae paucae & Monasterium Sodalium Dominici. Elisabetha, Casimiri Regis Poloniae Filia, Fridrici Lignicensis Ducis Conjux de-

defuncta d. 16. Febr. Schrammii d. 16. April. ab inito Matrimonio mense decimo, nondum expleto, cum peperisset ipsi Hedwigen in Cunis morruam; ingenti Tristitia ea Res Principem optimum affecit, sed qui tamen cum viduus fuisset annum unum & menses, secundas Nuptias celebravit cum Sophia, Friderici Marchionis Brandenburg. Filia.

ELISABETH:
Ducissa Lignic-
ensis obiit:

Ultimum hunc Vitæ Annum habuit Opicius Colo de Gubin: Juris Canonici Licentiatus, Cantor majoris & utriusque Ecclesiæ in Insula S. Johannis Wratislaviæ Canonicus, Johannis Glogovienſis quondam Cancellarius, fato defunctus a. d. 14. Febr. Fax fuisse videtur ejus belli, quo Mathias Pannoniæ Rex, Duce Guilielmo Tettau-er, Johannem quem dixi, Ducem obsedit. Principes atque ordines Silesiæ multis modis offendit: usque adeo ut de illo ex Silesia pellendo, qui Pestis & Pernicies Patriæ esset, deliberatum fuerit: sed a quibus tandem certis Conditionibus, ut manere sibi liceret, impetravit. Effigies Ejus visitur in Bibliotheca, S. Adalberti. Conditorium sibi ipse fieri curavit, quod in Templo Cathedrali etiamnum visitur extra Chorum.

Opicius Colo-
Canonicus
VVratisl. mo-
ritur:

Oswaldus item Wincklerus a Straubingen: Th. D. ad S. Crucem Canonicus: & Pastor Magdalenæ VVratislav. defunctus Kal. Julii.

item: Oswal-
dus VWinckle-
rus: Canoni-
cus:

Si Luci propior, quid me fecisse putares?

Sed tamen hæc Pietas non nocitura mihi est. C. C. D.

Anno

CHRISTI 1518.

VVratislavia Hanſæ Teutonicæ (quæ paulo ante Tempora Fridrici II. IMP. cœ-
piſſe ſcribitur, quatuor habens Metropoles: Lubecam nimirum: Dantiſcum: Brun-
ſvicum & Coloniam, Agrippinam) Communitate ac Jure aliquandiu gaviſa in numero
Civitatum illarum ſcedaturum, ſpontene, an ejecta incertum, eſſe hoc anno deſiit. Cu-
jus quidem Rei, licet nullum in Chronicis VVratislaviſis reperire Judicium potu-
erim, auctorem habeo locupletem Davidem Chytraum in Chronico Saxoniarum: ubi
ex ſcedere illo Hanſeatico partim ejectas, partim ſponte illi renunciaviſſe XIV. Urbes ſcri-
bit: Stendalium nempe: Soltwedel: Berlinum: Brandenburgum: Francofurtiam ad
Oderam, Wratislaviam, Cracoviam, Halam, Aſchersleben, Quedlinburgum, Halberſta-
dium, Helmſtadium, Kyll & Northeimium.

VVratislavia
Hanſæ Teuto-
nicæ renuncii-
at:

Anno

CHRISTI 1519.

MAXIMILIANUS IMP. jam fractus annis cum de Successore Imperii cogitans
in Comitibus Auguſtæ, quæ ultima ſuperiori Anno ſub eo habita fuerant, CAROLUM
Nepotem multis Verbis Imperii Septem Viris commendaviſſet, in Auſtriam rediens in
Itinere apud Oppidum * Welsam Prid. Eid. Januarii inevitabilem neceſſitatem ſuſtinuit,
cum viviſſet annos prope LX. imperaviſſet a Morte Patris annos XXV. ac menſes V. Cor-
pus Ejus uti juſſerat ipſe in Lecto collocatum, Spectatores admiſſos ſuæ Mortalitatis
admonuit. Hinc Viennam, deinde Neapolim delatum, ubi ſub D. Georgii Ara prope
Matrem ſepultus eſt. Succeſſerunt ei ex PHILIPPO Filio, Nepotes, in AUSTRIA
FERDINANDUS: in Imperio CAROLUS: a Patre Belgii, a Matre totius Hiſpa-
niæ & Majoris Italiæ Partis Hæres, qui quod Germanus eſſet, Francisco Regi Galliæ poſt
graviffimas in ſummo illo Imperii Senatu diſputationes prælatuſ, communique omni-
um Conſenſu Francofurti Imperator electus fuit ad IV. Kal. Julii, ex qua quidem re-
nunciatione reverſus in Hoſpitiuſ FRIDRICUS Elector Saxoniarum ſapientiſſime dixiſ-
ſe legitur: Imperatorem hunc a DEO propitio & irato datum eſſe: GOTTE hat uns
ein Kayſer geben zu Gnaden und Ungnaden.

MAXIMILIA-
NUS I. IMP.
moritur:

ſuccedit CA-
ROLUS V.
REX HIſpa-
NIARUM:

Caſimirus Dux Teſchinenſis ſuprema Sileſiarum Præfectura a Wladislao Rege ad
Vitæ Tempora donatus, Superioris quidem Sileſiæ Imperium ſibi retinuit, Inferioris au-
tem Fridrico Lignicenſi ad XIII. Kal. Maji ceſſit: cum non multo ante, XIII. nimirum
Februarii die Fridricus nuptias ſecundas celebraviſſet cum Sophia: Fridrici March. Bran-
denburgenſis Filia, Georgii Sorore.

Præfectura ſu-
perioris & inf.
SILEſiæ di-
viſa:

Anno

* Chronicon Alberti II. Ducis Auſtriæ: Vulgo Contracti auctore Anonymo Carthuſiano Gemni-
cenſi cœvo: Tom. II. Script. Rer. Auſtr. R. P. D. Hier. Pezii: „Ipſe vero Maximilianus
„Imp. obiit in Auſtrali oppido ſuo Wels ſupra Anaſum anno Dmni 1519. d. 12. menſis Janua-
„rii, ætatis habens annos LIX. menſes IX. dies vero XIX. horas XXI. minutas 4. in prædicta
„autem Nova Civitate Auſtriæ ſepultus.

Anno

CHRISTI 1520.

JOHANNES
V. Ep. Wratis-
lav. moritur:

JOHANNES THURZO: WRATISLAVIENSIS EPISCOPUS: & sum-
mus Silesiæ ante Casimirum Præfectus, cum Vitium Pulmonis, Phtisin Medici appel-
lant, contraxisset, atque ex succo Corpore tabescere paulatim cœpisset, XI. Augusti Nissæ
mortalitatem explevit, Ætatis suæ LVI. anno. Princeps is bonus ac mitis, & ut litteratus
ipse, ita litteratorum Mæcenæ, ad quem aliquot Erasmi Epistolæ exstant. Omnem sibi
Vitam acerbam putavit, quam non hilaritate, sumtuosis Conviviis & jucunda Conver-
satione transigeret. Curias Episcopales nonnullis in Locis Structuris ornavit, ac demoli-
ta Arce Kaldenstein, ex ea Materia Castrum antiquum, Jauernigk, collapsum refecit
ac D. JOHANNIS montem adpellari voluit. Corporis exanimis maxima Pars ante Se-
pulturam flammis absorpta dicitur, fortuito Incendio exorto: inde in Cathedralis Tem-
pli Sacello, quod vivus exornari curaverat, Wratislaviæ Terræ mandatum est: ubi hu-
jusmodi Thurzonis conspicitur Monumentum:

Hoc THURZO tibi Pontifex Sacellum
Janus condidit Agnifer beate,
In quo post obitum est situs. Meretur
Si Cœlum Pietasque & alma virtus,
Si Musæ, innocue & peracta vita,
Si fecisse bonis benigne: Tecum
Celi nunc facer Incola ille Olympi
Cœli perfruitur Bonis Beati.

Bina quoque illi a Georgio Logo scripta Epitaphia, quæ heic addere operæ Pretium est:

THURZONIS cineres magni & mortalia membra
Iste habet, & Sacri Principis ossa, Locus:
Pro meritis Superum sedes, Cœlumque beatum
Mens habet: immenso vivit in orbe Decus.

* * *

Heic situs est THURZO MAGNUS: quis cætera nescit?

Hunc volui ut scires & venerere locum.

Succedit JA-
COBUS a
SALTZA:

Successorem nactus est JACOBUM a Saleza: Nobilem Silesium: Ducatus Glo-
govienensis Præfectum, Hermannii illius, qui primus omnium apud Borussos Sodalita-
tis Militaris DEIPARÆ VIRGINIS Magister fuit, Gentilem: ipso Die S. Ægidii
hujus ipsius Anni a Canonicis electum, & Ducibus aliis competentibus, Joanni
Alberto, Marchioni Brandenburgico & Joachimo Monsterbergenfium Duci præ-
latum.

Anno

CHRISTI 1521.

Hyems calida:

Hyems hujus anni calida & perpetuis fere Zephyris spirantibus humida, ac omni
Glacie carens: secuta multis in locis Pestilentia, præsertim in Saxoniarum Urbibus.

FERDINAN-
DUS I. Pro-
vincias AU-
STRIACAS
adit:

FERDINANDUS, CAROLI V. IMP. Frater, e Belgico reversus, Austriaca-
rum Ditionum hereditatem sibi a Fratre concessam adiit, & paulo post, ANNAM
LUDOVICI HUNGARIÆ REGIS Sororem, annum Ætatis agens XIX. Lincii in
Matrimonium duxit. LUDOVICUS vicissim cum MARIA: FERDINANDI So-
rore Budæ Nuptias celebrat, confirmata Potentia undiquaque ex adfinitatis Vinculis.

Nuptiasque
Lincii celebrat:

Sigismundus Patruus, Auctor Ludovico fuit, ne MARIAM Sponsam Matrimo-
nii Jure domum ducere, Sororemque ANNAM FERDINANDO: Austriaco Princi-
pi cui ex duobus Fratribus ea obvenerat, celebratis Nuptiis reddere cunctaretur: Re ad
FERDINANDUM delata atque ab eo non minus quam Senatoribus Ungaricis appro-
bata, utraque Virgo Lincium Mense Junio adducta, & ambarum Nuptiæ honorifico qui-
dem lautoque Apparatu, ita ut nec Spectaculorum pompa, neque equestres Ludi, neque
alia latitiæ Signa defuerint, sed non plane Regio pro Temporis turbulenta Conditione
apparatu peractæ fuere, propterea quod jam tunc Solymannum cum ingentibus Copiis
adventare nunciaretur.

Turcarum in
Hungariam
furores:

Belgradum inde quod & Alba Græca, fortissimum ad Istri & Savi confluentem
non modo Hungariæ verum etiam Orbis Christiani Propugnaculum a Solymanno Se-
limis Filio expugnatum: Aditusque in Hungariam patefactus. Ætas immatura LU-
DOVICI

DOVICI & Hungarorum Insolentia, hoc malum Regno attulerunt, CAROLO V. IMP. & Francisco Gallorum Rege in Insùbria pugnantibus. Accessit ad hanc Cladem Rhodus amissa: memorabilis & hoc anno Amissio Rhodi, quæ etiam si a fortissimis Equitibus Alba Cruce insignibus eorumque Principe, quem ipsi Magnum Magistrum vocant, Philippo Vilario, natione Gallo acerrime & pertinacissime defenderetur, post toleratas sex mensium atrocissimæ Oppugnationis Asperitates, nemine ex Christianis Principibus in Auxilium clarissimæ Urbis accurrente, quod ii Civilibus bellis implicati armis inter se dimicarent, ipso CHRISTI DEI Natali Die deditionem facere compellitur.

FERDINANDO tunc REGI Segua, Clissia, Crupa, Lica, Jelicia, aliæque complures Arces & Urbes Illyrici tuendæ ab Hungaris datæ.

Prid. Kal. Junii fato concessit GEORGIUS: Dux Bregensis, Princeps ingeniosus quidem & optime educatus in Aula MAXIMILIANI CÆSARIS, sed corruptus exinde Crapula & Voluptatibus, ad quos duos Scopulos fere hæret omnis Potentia otiosa. Hæredem habuit & Successorem in Ducatu Brigenfi Fratrem FRIDRICUM: viduam autem reliquit ANNAM: Boguslai X. Pomeraniæ Ducis Filiam, quæ Maritum usque adeo dilexit, ut eo adhuc Juvenis viduata secundi Matrimonii Fortunam a multis licet Procis expetita, quos inter GUSTAVUS quoque SVECIE REX fuisse memoratur, experiri noluerit, sed in Viduitate permanerit, ad annum usque CHRISTI 1550. quo in flagranti omnium Gratia Lubenæ (in eo enim Oppido pro Dotalitio sibi concessio firmum fixumque sibi elegerat Domicilium) diem suum obiit. Cæpit tum Temporis FRIDRICUS, qui Principio egebat, in lauta & bene aucta Parte esse: redemit enim ad suum Ducatum 44000. florenorum Wolaviam, Steinaviam, Raudenam, Ricenam, Wincigium & Herrnstadium.

GEORGIUS I.
Dux Bregensis
moritur:

Anno

CHRISTI 1522.

VIII. Eid. Maji LUDOVICUS Bojemix REX infra Sacrum in Basilica D. Viti ab Antistite celebratum, palla Panni Auro intertexti indutus, tactoque de more Sacrorum Evangeliorum Codice, Verbis conceptis Jusjurandum de asservandis tuendisque ipsi Imperiis munitatibus Regni Bojemix, prostat. Factum id est a Morte Wladizlai Regis, Patris Ejus anno VI. ab inauguratione Ipsius annis XIII. Neque ita multo post, Kalendis nempe Junii, MARIA uxor Ejus in Arce Pragenfi inter 14. & 15. hor. ab Hungariæ & Olomucensi Præsulibus coronatur Regina Boëmiz, ipso Rege adstante, Capiti imposita Regni Corona, atque una Manu Sceptrum, altera Pomum, Insignia Regalia præferente: Præsentibus ei Inaugurationi inter alios Duce Lignicensi, Caroloque Principe Monstbergenfi.

REX Pragæ
commoratur:

Inter Senatum & Plebem Svidnicensem orta ex eo Dissensio, quod hæc Monetæ Mutationem contra Regis ac Senatus Voluntatem non admitteret, in apertam hoc anno erupit Seditionem, adeo ut Senatores plerique cum Uxoribus & Liberis ex Urbe discedere fuerint coacti. Vocati ob id Wratislaviam a Georgio Brandenburgenfi & Fridrico Lignicensi ex Tribunis & Populo qui putabantur esse malorum Autores, Causam dicere jussi sunt, cumque aliquot ex illis ad mortem damnati essent, Fridrico Lignicensi ita jubente de tribus supplicium sumptum, de cæteris a Georgio vitæ Gratia facta est, intercedentibus pro iis Matronis Wratislaviensibus. Accesserunt deinde Principes cum Exercitu Svidniciam, ut ad Obedientiam Cives cogerent, pristinamque Senatui Auctoritatem restituerent. Sed cum Bojemi denunciarent, se Svidnicensem Populum, si Opus foret, armis defensuros; Principes domum redierunt, biennio autem post diffidium hoc amice compositum ac pristina Civitati Quies restituta fuit.

Seditio Svidni-
cii orta:

Schrammius hæc: Sed cum in Contumacia Svidnicenses perseverarent, acceptis a Rege mandatis Fridricus & Marchio Exercitum, cui Wratislavienses Copiæ accesserant, ad Svidnicium duxerunt, & castra juxta Pagum VVisserode posuerunt, tum tam lædendi quam terrendi Provinciales causâ: tandem composita causâ Pax conciliata fuit.

Ludovicus Rex Privilegium Statibus Regni Boëmiz a VVladizlao Patre an. 1510. concessum novo Diplomate confirmat, addita simul appendice, de Opoliensi & Rati-
boriensi Ducatibus aliisque bonis, quæ tunc Johannes Dux possidebat, si quando per Mortem ejus vacare contigerit, absque ordinum Consensu nemini quocunque Titulo

Carolus Dux
Monstb. &
Olsnensis Bo-
hemiz Pro-Rex
constitutus:

conferendis sed consolidandis. In Hungariam inde rediturus, Carolum Ducem Mounsterbergensem & Olsnensem Boëmiæ Pro-Regem sive Burggravium constituit, frementibus licet & indignantibus Bojemis.

Anno

CHRISTI 1524.

Georgius Marchio Brandenburgicus emit Ducatum Oppaviensem :

Georgius Marchio Brandenburgicus a Georgio L. B. de Schellenberg Jure hæreditario emit Ditionem suam seu Ducatum Oppaviensem.

Jura Emporii Wratislaviæ vindicata :

Mense Junio Ludovicus Rex Hungariæ & Bohemiæ Oratorem Cracoviam misit, ut Edictum, quo Poloni Negociatores Wratislaviæ Merces conveyere aut Mercimonia ibi frequentare prohibebantur, abrogaret. Wratislavienses enim Merces, quæ citro ultroque conveyebantur, retinendi facultatem in Urbe sua Emporio designato impetraverant, eaque Commoditate usi rerum Pretium arbitrio suo augere vel minuere dicebantur. Rex Poloniæ suorum Querimoniis assiduus permotus, Edicto cum Wratislaviæ Commercia subditis suis interdixit : unde ad Wratislaviæ damna redundarunt maxima. Rex tamen, Ludovici Precibus victus, Edicto revocato, permisit Subditis suis pristina cum VVratislaviensibus Commercia & Negotiationes. Petiit præterea Ludovicus a Sigismundo Patrio, ut ex Proceribus suis aliquem Pragam mitteret, ad Res Bohemicas intensius Motibus turbatas pacandas, missus est Andreas Tenczinus Palatinus Cracoviensis, qui Pragæ Pace inter Bohemiæ Proceres composita magnam insignis Prudentiæ Laudem in Poloniam reportavit.

Andreas TENCZINIUS Legatus Regis Pol. ad LUDOVICUM RE- GEM :

Recipit & hoc anno Diplomate quodam Ludovicus Rex Jacobum Episcopum VVratislaviæ & Bona Ecclesiæ in Protectionem.

Anno

CHRISTI 1525.

Borussia Ducatus & Feudi nomine ALBERTO March. Brandenburgico concessa :

ALBERTUS Marchio Brandenburgicus cum Teutonici Ordinis in Borussia Magister esset, post longum & damnosum cum Sigismundo Pol. Rege Bellum, cui se, quod Prædecessorum stare jurejurando nollet, implicuerat, cum Auxilia a Casare & Germanis, quorum de Majestate & Jure agebatur, frustra expectarentur, his tandem Legibus cum Avunculo transegit, ut abolito Teutonico Ordine ipse ducta uxore, Borussiam, Principatus nomine, tanquam Polonici Regni Beneficiarius acciperet, inter Regem & Albertum Arbitros agentibus Georgio Marchione Brandenburgico, in Silesia Ratiboriensium & Jägerndorfensium Duce, ac Friderico Duce Lignicensi ac Brigenfi, Inferioris Silesiæ Præfecto.

Casimirus Dux Teshinensis Præfectus Inferioris Silesiæ :

Casimiro Teshinensi a LUDOVICO Rege Præfectura Silesiæ inferioris quam Friderico Lignicensi cesserat, restituitur : ditionis præterea Oppavienfis, quam anno 1523. intercedente pro Eo Sigismundo Pol. Rege ad Vitæ Tempora utendam fructandam acceperat, Possessio confirmatur, cum annuo mille ducentorum aureorum Hungaricorum Stipendio.

Inusitata Siccitas in Silesia & tota Europa fuit a Dominica Latere ad Messem usque peractam : Pisces in Piscinis : fruges & fructus in Agris & horreis perierunt.

Anno

CHRISTI 1526.

Baronatus Beuthensis GEORGIO March. Brandenburg. concessus :

Ludovicus Hungariæ & Bojemæ Rex castrum Schwerlenicense & oppidum Beuthense, universumque adeo Baronatum cum omnibus Pertinentiis Juribus & Emolumentis, prout Joannes Ziërotinius illum Pignoris loco tenuerat, ac tunc Johannes Oppolienfis tenebat, Georgio Marchioni Brandenburgensi, ejusque proximo Hæredi ab Obitu ipsius Ducis possidendum & usurpandum gratiose concedit : ea quidem Lege, ut a Regibus Boëmiæ Dynastia illa non nisi Georgio ejusque Hærede proximo defunctis, post factam Possessoribus justo Tempore, cui sex menses præstituti, lutionis Denunciationem, certa Pecuniæ summa redimi possit. Et Possessionem quidem Marchio nactus est etiamnum vivo Duce, metallicasque fodinas, quæ sive ob operarum Negligentiam sive alia de causa intermissæ fuerant, præcipue vero Tarnovienses Argenti & Plumbi feraces instauravit : Diploma Regium signatum Budæ die Marcelli.

Cæterum in Pannonia hoc anno res longe pèssimo fuere loco: Solimannus enim LUDOVICUS Belgradi capti experimento fretus, cum digladiantibus inter se Christianis commune REX in prælio Periculum negligi animadverteret, cum potentissimo Exercitu in Pannoniam descen- Mohaczenfi dit, cui LUDOVICUS REX cum paucis quibusdam & illis quidem incompositis ob- interiit: viam Mohazium usque progredi conatur, & castra castris opponit. Cum autem Re-
gius Exercitus perpetuis Turcarum Excursionibus perturbatus, tantas in Angustias
reductus esset; ut aquatum ad flumen prodire non auderet, sed Puteos in Castris effo-
dere cogeretur, Paulus Tomoræus, familiæ Franciscanorum Monachus, homo qui-
dem animi fidelis & manu promptus, sed miles quam Dux longe melior, Regem ur-
gere cœpit, & tantum non cogere, ut tandem finem his imponeret malis, & cum
hoste manus conferret, sperans eadem facilitate Copias Imperatorias fundi posse,
quam olim pauculas latrunculorum turmas repulerat & fugaverat. Quamvis autem
Germanorum & Polonorum Duces prælium acerrime dissuaderent, & JOHANNEM
Zepusium, qui magna validaque cum manu adventare jam nunciabatur, expectan-
dum, vel retro nonnihil cedendum dicerent, satius esse arbitrati, Partem Regionis
Hostis diripiendam relinquere, quam totum Regnum & Regem ipsum certum in Pe-
riculum vocare, tamen Monachi ferocientis & aliorum Consilia, quæ Proditionis ad
hunc usque diem suspecta sunt, prudentissimorum Virorum Sententiis præpondera-
runt. Utrinque producuntur Exercitus, concurritur alacriter, pugnatur strenue,
sed nostri quod numero longe erant inferiores, nec superiores Virtute in Fugam ce-
leriter aguntur. Fœdissima totius Exercitus editur Strages: cadit Tomoræus: for-
tissimi Duces caduntur: Rex ipse cum paucis fuga salutem quarere coactus, cum in
palustrem & cœnosum rivum inter Mohacium & Chellicum vicum, incerto vado
limosoque præterlabentem venisset, & is tum forte a Danubii exundantis Aquis & re-
pentino Imbre, qui confecto Prælio multa commissus Grandine & Tonitru cecide-
rat, nonnihil acerevisset, neque Obscuritas Noctis, aut Pavor insequentium Hostium,
Vado explorando Ocium concederet, urgente fato ea qua fors & fortuna tulit, trans-
ire, impeditiorisque Ripæ aggerem superare conatus, reflexis habenis, resupinato-
que Equo in profundiorum lutulentis Annis limum cecidit, ac degravantium Armo-
rum Pondere, & Equi Colluctatione oppressus, miserabiliter interiit: cum Ætatis
Annum ageret primum ac Vigessimum, præstantissimæ Indolis atque Ingenii Princeps,
ac omnibus Corporis ac Animi Dotibus insignis, eoque infelici Vitæ Exitu indignus.
Incidit ea Clades memorabilis æque ac miseranda qua vix ulla post Varnensem Rei-
publ. Christianæ luctuosior fuit & perniciosior, in diem 29. Sextilis, qui est Johan-
nis Baptistæ ab Herode Antipa decollati Memoriam dicatus: moxque Solymannus Vi-
ctor, deridens mortui Temeritatem, vastatis omnibus per quæ Iter patuit, locis,
Regni Metropolim Budam in suam Potestatem redegit: ubi cum Imagines LUDOVICI Buda capta:
demortui & Mariæ Uxoris contemplaretur, illacrymasse fertur barbarus, etiam in
tanta Victoria humanæ Conditionis memor, quod Rex in illa florente Ætate pravo-
rum Consultorum impulsu se in tam apertum Exitum præcipitem dedisset: quippe
non eo Consilio se venisse dicebat, ut Regem Paterno Regno exueret, sed ut Hunga-
rorum Insolentiam, qui posthabita Dignitate Regis & Salute Reipublicæ suo dun-
taxat commodo, ambitioni, Luxui, fastuique ad hominum memoriam inaudito
studebant, refrænaret, & ipsum Beneficiarium Ottomannici imperii efficeret. Cum-
que triduum isthic moratus esset, nihil præterea conatus in Thraciam rediit.

Johannes Dubravius in LUDOVICO isto tria peculiaris adnotata fuisse scri-
bit, cuncta nimis præcocia, atque infelicitis Ominis Loco habita, quod cito adoleve-
rit, ante Tempus Barbam emisit, & vix Annum Decimum octavum ingressus ca-
nos ostenderit: quibus insuper præcox ejus Nativitas addi potest. Quam in Senten-
tiam hujusmodi aliquando Tetrastichon scripsimus:

Editus ante Diem, ante Diem es quoque factus Ephebus,
Vesuit ante Diem florida barba genas:
Ante diem albesciente Coma est tibi tincta Colore:
Quid mirum ante Diem si, LUDOVICE, cadis?

Turcarum in-
crefcens For-
tuna :

Turcarum Conatibus itaque Mensis * Augustus felix: illo Magnus Ismaël in Caldera-
nis Campis: & Campo Caurus Memphiticus Rex ad Singam devicti, & Metora in
Peloponneso a Bajazete in Potestatem redacta, & Zigetum captum est, & quod majore-
rem facit memoratorem, IV. Kal. Septembr. qui vulgo est d. 29. Augusti & Rho-
dus: & Buda & Belgradum expugnata, & LUDOVICUS REX ad Mohacium
cæsus est.

Spectum Budæ
ante REGIS
LUDOVICI
Occasum ap-
paruit :

Neque hoc loco omittendum, quod non multo ante LUDOVICI Interitum
accidisse Joannes Leunclavius Auctor est in Pandect. Histor. Turcic. Prædebat Rex
in Arce Budæ (misere autem illum victitasse, defraudatum & contemptui habitum a
Proceribus Hungaris Regio interim Luxu diffluentibus, testis oculatus, Herberstei-
mius Baro memoriæ prodidit) foribus tunc Regiæ de Moribus clausis, cum ecce ad
Arcis Portam adstat quispiam humana Specie sed claudus, distortus, & habitu cætero
cultuque fœdo, Colloquium Regis alta Voce flagitans, cui necessario quædam indica-
turus sit, ad Regiam Regnique Salutem pertinentia. Cumque neglectus initio,
quod in Aulis fieri solet, nunc altiore Clamore nunc Ejulatu adhibito, id ubi quam-
primum Regi significaretur, peteret, tandem Hominis Importunitate commoti qui-
dam, cum Rege ipso convento Opus esse, nec alii præter ipsum Secretum hoc se
patefacturum diceret, Rem ad Regem deferunt: qui mox abire quendam e Splen-
didioribus Aulicis & simulata Persona Regia quid istuc arcani esset, quærere jubet:
Tum vero claudus ille de arcano revelando, velut Rege præsentem adpellatus, pri-
mum abnuitt, hunc Regem esse: deinde subjicit: Quoniam audire me aspernatur,
abi, nuncia Regi, brevi & certo perituum. Et cum dicto ex Oculis adstantium
evanuit.

Udalricus a
Cettritz Regiæ
Mortis Specta-
tor :

Egregiæ de In-
teritu Tanti
Regis Francisci
Sarrfy litteræ
ad Stephanum
Brodericum:
Episcopum Va-
ciensem :

Regiæ Fugæ Comes ac Necis Spectator fuit Udalricus Ceteritzius: Eques Sile-
sius, ac Cubiculi Regii familiaris, qui cum ante Regem in ulteriorem Ripam evasis-
set, nec Opem Domino ferre posset, locum notavit, ex cuius deinde indicio Cor-
pus Regium repertum, Albanque delatum, cum e limosis Sordibus bene lotum &
pretiosis Odoribus & Unguentis delibatum fuisset, more Regio humatum fuit: Re-
gina autem ipsa tumulando ei interesse, ut habebat in Votis, nequaquam ausa, quod
se & Libertatem suam JOHANNIS fidei, qui a factionis interea Hungaris Rex pro-
clamatus & Alba potitus erat, committere dubitaret: Extant ea de Re Francisci Sarrfy:
Provisoris Jaurinensis, Litteræ ad Stephanum Brodericum: Episcopum Vaciensem, Hun-
gariæ Cancellarium, quas quod alibi non legantur, huc adscribere visum fuit:

Servitorum meorum humillimorum post commendationem:

Reverendissime Domine, Domine Gratosissime:

His diebus Serenissima Reginalis Majestas Udalricum Zetteritz cum quibusdam
aliis servitoribus suis fidelibus ac litteris ad me miserat, mandaveratque ut
ipsi Zetteritz pro Requisitione Corporis Majestatis Regiæ, Domini nostri
Gratosissimi, felicitis Memoriæ, proficiscenti duodecim Equites meos dare ac
cum ipso in eum Locum mittere deberem. Quamvis hoc tam arduum Nego-
cium

* Quæ olim Mense Augusto contextos Cædibus Campos & infecta suorum strage flumina
sensit, barbaris pervastata HUNGARIA, TE nunc CÆSARUM OPTUME
MAXUME IMPERANTE sustulit Animos, Jugum excussit, anno 1716. d. 5.
Aug. felici ad Petrowaradinum Prælio Thraciæ, Asiæ & Africæ Vires Tuo Fulmine
prostratas, annoque 1717. d. 16. Aug. TE iterum ad Belgradum Victore majores Bar-
barorum Copias, & firmissimis munitam Præfidiis Urbem d. 18. ejusdem Mensis VIR-
TUTI TUÆ cedere vidit, Regemque Barbarum Pacem petere, Serviæque Regnum
reddere, non amplius decertare cupientem. Hæc SECULI NOSTRI FELICI-
TAS CAROLO SEXTO P. F. A. CHRISTIANI ORBIS LOCUPLE-
TATORE IMPERANTE: quæ & olim HUNGARIÆ sub Auspiciis D. LEO-
POLDI M. contigit, Strigonio an. 1685. d. 6. Aug. liberato, Buda d. 23. Aug. 1686.
capta, Vivarino d. 9. Aug. 1685. expugnato, Barbaris ad Mohacium d. 2. Aug. 1687.
ingenti Clade percussis, Belgrado an. 1688. d. 26. Aug. recepto, & Barbaris iterum
ad aquamentum d. 9. Aug. 1691. Campis Hungariæ exactis. Taceo tot alia Victo-
riarum Regum Hungariæ AUSTRIACO Sanguine progenitorum a Turcis reporta-
tarum Monumenta, aliis quoque Anni Temporibus Spectacula egregia, quorum læta apud
omnes Orbis Christiani Gentes Recordatio.

cium Proceres Regni Ungariæ attingeret, ego tamen juxta meæ fidelitatis Exigentiam nolui Majestati Suæ medio tantum familiarum & servitorum meorum servitia exhibere, verum in persona mea propria cum eodem Zettritz ad hoc ipsum peragendum profectus sum. Noverit autem Reverendissima Dominatio vestra, dicta & relata quomodo Regis Corpus inventum? omnia memorati Zettritz fuisse verissima. Nam dum loco appropinquaremus, nec tum tamen attigissemus, Zettritz mihi a longe locum digito monstravit. Festinanter illuc venimus, Equum unum mortuum in luto & paludibus comperimus: Zettritz Corpus Regiæ Majestatis illic esse arbitratus, spretis paludibus, luto se iniecit, sub eis Corpus Regium cum reliquis Comitibus quasivit nec reperit: arma tamen Majestatis suæ ibidem invenit. Paululum inde progressi Corpus unum exangue vidimus, quod versando Corpus esse cognovimus Trepka Magistri Curia Majestatis suæ. Multa denique Corpora diutius versantes Regium Corpus inter illa non reperimus: Non longe ab eisdem Paludibus Sepulturam novam vidimus, & quasi divino instinctu humatum Corpus Regiæ Majestatis cognovimus: accurrimus omnes: ante omnes alios Zettritz Unguibus suis cœpit Terram vellicare, nos quoque similiter. Primum a Parre Pedum aperta Sepultura dextrum Pedem sepulti Zettritz arripuit, aqua duorum Pileorum diligentissime lavit signumque quod Majestas Regia dextro Pede habebat, deprehendit, exclamavitque Voce magna: Hoc est Regiæ Majestatis Domini mei semper gratissimi certissimum Corpus, flexisque Genibus cum Lachrymis osculatus est. Re cognita Signa de quibus Udalricus a Zettritz Regium Corpus agnovit: corpus effodimus, caput primum & Ora abluimus, pulcerrime per ea Signa quæ Regia Majestas in dentibus ferebat, se esse indicavit. Teges quidam erat nobiscum ductus, quem distraximus, & in eum Majestatis suæ Corpus deposuimus, aqua pura purissime abluimus (absit Adulatio) & Reverendiss. Dominatio vestra credere dignetur: nunquam vidi Corpus exangue hominis tam incorruptum tamque non fastidiosum & minus terribile. Nulla enim Corporis Majestatis suæ Pars corruptum aut foeditatem aliquam habuit, nec minimum Vulnerum etiam in quantitate Aciei acris præterquam exiguum in Labiis. His igitur summa cum reverentia peractis Regium Corpus in linteamen mundum, quod ego ex Jaurino propter hoc ipsum duxeram, involvimus, ac Sepulcro quod similiter ex Jaurino duximus, imposuimus: DEO OPT. MAX. opitulante ubique magna & optatissima Pace venimus. Dum ante Albam Regiam appulimus, præcurrit Zettritz, & hæc ipsa Judici Civitatis aliisque omnibus declaravit: Illi, ut decuit, cum omni Clero & Populo magna cum Processione Civitate progressi Regio Funeri obviam venerunt: Demum Corpus Majestatis suæ in Civitatem induximus, & in Domo Præposituræ Albensis, in quadam Testudine, magno honore deposuimus: aperto Tumulo Regium Corpus Judici Civitatis ostendimus. Cognovit & ipse suum Dominum. Mox oclusimus ac Martino Horwach custodiendum reliquimus. De quibus omnibus ipse Zettritz præsentium Exhibitor V. R. D. latius explicabit. Optassem profecto, ut Sacræ Reginali Majestati Dominæ nostræ Gratissimæ in multo felicioribus Rebus servitia impendere potuissem. Sed cum in prosperis non licuit, in adversis etiam ad omnia mandata suæ Majestatis & V. R. D. ut debeo sum paratus: Tandem V. R. D. Altissimus Dominus conservet perpetuo felicissimam, cui Servitia mea toto Corde commendo. Ex Arce Jaurinenfi fer. VI. post Lucæ Evangelistæ.

Post funestum hunc & deplorandum LUDOVICI Casum cum is nullos Liberos reliquisset, FERDINANDUS ARCHIDUX AUSTRIÆ, cum hæreditario Jure, quod Ludovici Sororem in Matrimonio haberet, tum ex pacto inter Maximilianum Imperatorem & Vladislauum Hungariæ ac Boemiæ Regem an. 1491. inito Successionem in Regna conjunctasque Provincias prætendit, quæ Res in Boemia nonnihil disputationis peperit, quippe cum Proceres liberam sibi Electionem esse contenderent, eaque adeo interveniente FERDINANDUM, Bavariæ Ducibus qui competebant, præteritis, REGEM adpellarent: Tametsi vero FERDINANDI Legati, quorum Principes erant Georgius a Puchaimb: Marefcalcus Austriæ hæreditarius & Sigismundus L. B. a Ditrichstein: Styriæ Præfectus, diserte protestarentur, ne quid Electio ista Juribus Familiæ Austriacæ, quæ vel hæreditatis vel alia quacunque ratione illi competerent, præjudicaret: non obstitit tamen ea Res, quominus Ferdinandus, sive quod Tiberium imitari vellet, qui hoc famæ dedisse legitur, ut vocatus electusque potius a Republica videretur, quam per

LUDOVICO
succedit FER-
DINANDUS:
ARCHIDUX
AUSTRIÆ:
INFANS HI-
SPANIARUM:
ab HUNGA-
RIS & BOJE-
MIS REX di-
ctus:

per Uxorium Ambitum & Adoptionem accessisset, siue quod Juribus allegatis minus tunc Temporis fideret, liberis Ordinum Bojemix Suffragiis Regnum sibi delatum esse peculiari Diplomate testatum faceret: sed quod tamen post annos aliquot recepit, novasque quas Reversales vocant substituit, quæ non Electione sed Hæreditate Regnum ad ANNAM LUDOVICI Sororem, & ab hac ad FERDINANDUM Maritum pervenisse testantur, imprimis vero ad auream CAROLI IV. Bullam se referunt, de qua ad annum 1348. expresse: licet Pactorum successoriorum nullam omnino Mentionem faciant. Signata ex Litteræ die S. Ægidii A. C. 1545.

Johannes Zepusien-
sis Tur-
bis in Hunga-
ria exultat:

Ceterum Silesii quod in hac Electione nulla sui esset habita Ratio, de Bojemorum Injuria graviter conqueri cœperunt: eaque occasione usus Joannes Zepusien-
sis per Litteras & Legatos, Silesios ad Defectionem a Bojemis sollicitare instituit. Qua re ad FERDINANDUM perlata, missis ad eos Leobschucii tum Comitibus habentes Legatis Joanne Comite Hardeccio: Wolffgango Barone Rogendorffio & Johanne Auersbergico: Schönbergæ Domino petiit, ut Electionem a Bojemis in se collatam, habita Ratione Juris, quod ab Uxore tanquam vera & legitima Regni Hærede haberet, suo suffragio comprobarent. Quod quidem & factum est magnasque eo nomine FERDINANDUS Principibus atque Ordinibus Gratias egit, & Diplomate insuper ipsis, per Legatos Jacobum Episcopum Wratislaviensem, Georgium Marchionem Brandenburgicum & Fridericum Lignicensem Ducem, Viennam missos id ipsum pluraque alia petentibus dato cavit, prætentionis Injuriam a Bojemis acceptam eis Fraudi non futuram.

Alba Regali
Rex HUNGARIE
dictus:

Hungarici vero Regni Proceres in duas Factiones distracti erant, quorum altera a Johanne de Zapolya Comite Zepusien-
si, Daciae siue Transylvaniae Principe, Vaivodam vocant, qui periclitante Ludovico Rege cum Regni Robore tardius & post ipsam adeo Pugnam advenerat, indeque ex Occasione Consilium capiens de Regni Adeptione cogitare cœperat, vel auro corrupta, vel quod Copias paratas sub Signis haberet, metu adacta, Jus Electionis quod frustra factionibus creptum dicebat, obstinate urfit, eumque ipsum in Alba Regali coacto Regni Concilio Regem creavit: at altera, eaque melior FERDINANDUM, Juris sui, quod tam veteris Transactionis quæ postremo inter Maximilianum Caesarem Avum suum ac Vladislaum Regem Conjugis suæ Parentem facta sit robore: quam hæreditate Uxoria certum clarumque habebat, minime oblitum, sed in accipiendi Boëmiae Regno occupatum, Pannonia Regem declaravit, irritaque Johannis Electione pronunciata, ad Arma pro Regni Vindicatione sumenda amplissimis Pollicitationibus invitavit, nec Promissorum fidem Eventus frustratus est.

Status Silesie:

In Ducatu Silesia Saganensi Evangelium doceri cœpit, auditique Concionatores in Pagis Eckersdorff, Dietersbach, Kuna & Greiffenhain: imo in Ducatu Jägerndorffensi an. 1524. ut habet Liber Ecclesiae Leobschutzen-
sis, aut ut alii volunt hoc 1526. quem Georgius Marchio Brandenb. a Georgio a Schellenberg: Nicolai Oppav. & Ratibor. Ducis Genero emerat.

Anno

CHRISTI 1527.

FERDINANDUS AUSTRIACUS:

IMPERATOR ROMANORUM:

HUNGARIÆ ET BOJEMIÆ REX: PRINCEPS SILESIÆ.

FERDINAN-
DI REGIS in
BOHEMIAM
& SILESIAM
Adventus:

FERDINANDUS AUSTRIACUS: Bojemix Rex designatus Non. Febr. Pragæ Regni Metropolim, magna & splendida Pompa exceptus, ingreditur, ac VI. Kal. Martii qui tum fuit Dies Dominicus, Divoque Mathiæ Apostolo Sacer, in Cathedrali D. Viti Templo solemn-
i ritu, diademate Regni Boëmiae insignitur: idemque honos sequenti die ANNÆ quoque FERDINANDI Conjugi habitus. Interfuerunt Inaugurationibus istis, quod maxime solemnes atque frequentes, Olomucensis, Wratislaviensis, Tridentinusque Præsules, tum Principes, Proceres, Nobiles alique Viri honorati quam plurimi. In Silesiam hinc FERDINANDUS una cum Regina profectus Kalendis Maji haud minore Pompa Wratislaviam venit, singulari omnium studio & gratulatione exceptus, pro Principibus & Ordinibus Verba faciente Jacobo Episcopo, Wratislaviensium autem nomine Achatio Haunoldo Urbis & Ducatus Præfecto, cumque Principes & status Provinciae Obedientiae & Homagii Sacramento sibi in Palatio Regio devinxisset, a. d. XI. Maji in sublime tabulatum siue Theatrum ad id in foro exstructum variisque intratum aulais conscendit, & a Vvratislaviensibus Civibus fide-
li-

fidelitatis ac Subjectionis debitæ Juramentum more solito accepit. Wratislavia digressus a. d. XX. Maji Suidnicium abiit & inde de rerum in Hungaria Statu edoctus, ac Viennam profectus, e Bohemia & Austria & Noricis Provinciis ac e Rhetia & Vindelicia Silesisque Equitum & Peditum Copiis adductis, celeriter Budam cum Exercitu properavit. Cujus rei fama cognita JOHANNES Vaivoda Budam deseruit, post infelicem autem Pugna Toccajensis Exitum universo Regno exutus in Sarmatiam ad veteres Amicos confugere est coactus. FERDINANDUS Victor in Alba Regali convocatis Ordinibus REX vicissim salatur & Regni Corona ornatur: Johannes autem ne quid inexpertum relinqueret, Hieronymum Lascum, Siradiensem Palatinum, Virum & bello bonum & Consilio ac Rebus agendis, prudentia & experientia singulari celebrem, Constantinopolin mittit, qui Auxilium a Solymanno petat, & Regnum Othomannici Sceptri Tutelæ subiciat. Quam gloriæ & amplificandi Imperii Occasionem cum avidissime arriperet Solymannus, Turcæ hac infelici Johannis ambitione in media fere Germaniæ Viscera attracti sunt

Reditus in
HUNGARIA
& Vi-
ctoriæ repetitæ
de Johanne
Com. Sceptu-
geni:

Roma hoc anno ab Exercitu CAROLI V. Duce Borbonio capta & una cum Clemente Pontif. in Imp. Potestatem redacta: Quæsitum tunc in Aula Cæsaris ac deliberatum, quid porro faciendum, & qua circumspeditione hac Victoria utendum videretur, et tunc quidem hoc Consilii Principem quendam dedisse memorant: Si Magnus esse vis Imperator, o CAROLE, Romam Imperii Sedem tibi deligito: si Clemens, omnia Pontifici restituito. Heic vero CAROLUS cum laudem Clementiæ pluris quam Potentiæ faceret, Pontificem e Vinculis exemit, eique reddidit omnia, quæ reddi poterant, & quæ Miles prorsus non eripuerat.

Roma capta:

Viennæ Kalend. Augusti FERDINANDO REGI natus Filius Primogenitus cui in memoriam Avi Paterni MAXIMILIANI nomen inditum fuit, postea Patris in Imperio atque Hungariæ & Boemiæ Regnis Successor.

MAXIMI-
LIANUS II.
nascitur:

Fridericus Dux Lignicensis Reformationis Ecclesiarum suarum Apologiam edit, quæ in Appendice Germanica Annalium Curæ legitur: Idem Confessionem publicat Theologorum suorum de Eucharistia, cum fide Helvetiorum per omnia fere consentientem; Scholam quoque Illustrem Lignicii aperit Val. Trocendorffio: Bernhard. Ziglero, Hebrææ Linguae peritiss. Theodorio Bibliandro, Antonio Cordato, aliisque doctiss. Viris: sed quos postea cum Schwenckfeldianismus in ipsa etiam Aula Ducali, Patronos & Defensores inter primos inveniens, tum summa Annonæ Charitas dissipavit.

Ducatus Ligni-
censis Status:

Anno
CHRISTI 1528.

FERDINANDUS REX Principibus atque Ordinibus Silesiæ Privilegium commune confirmat a. d. XV. Martii, aucto etiam deinde illo per Pacem Publicam, eodem anno a. d. XXII. Septembr. sancitam ac subscriptam, signatamque a Jacobo Episcopo Wratislaviensi, Carolo Monsterbergeni, Casimiro Teschineni & Glogoviensi, Joanne Oppolienfi, Friderico Lignicensi ac Brigenfi, Georgio Saxonæ Duce, tanquam Sagani Domino, & Georgio Marchione Brandenburgico, tanquam Domino Jägerndorfenfi, a Prælati item Nobilibus & Civitatibus Wratislaviensis, Svidnicensis, Javoriensis, Glogoviensis, Oppavienfi Ducatum, Zdenkone denique Leone: Barone in Rosmihal & Wartenberg: Johanne & Henrico Kurtzbachio Fratribus: Baronibus in Militsch & Trachenberg: nec non Joanne Turczone: Barone: Plessæ Dynasta.

FERDINAN-
DI REGIS
Gratia quam
Silesii experti
maximam:

Eid. Decembr. vitæ finem in his Terris fecit * Casimirus Dux Teschinenfi & Glogov. Supremus utriusque Silesiæ per annos complures Præfectus, hærede relicto Nepote Puero, Wenceslao Adamo: Wenceslai qui turbato mortalitatis Ordine quadriennio ante Patrem obiit, Filio.

Casimirus IV.
Dux Teschi-
nenfi moritur:

Schwenckfeldius edidit Confessionem de Cæna DOMINI in qua in Verbis CHRISTI, Pronomen, Hoc, ait demonstrare Cibus Animæ, Panem Spiritualem, & coelestem, cum tamen CHRISTUS ut Panis Coelestis, non sit *κοναμία* CHRISTI, quod dicitur manifeste de Pane fracto, & non benedicamus CHRISTO, quod manifeste dicitur de Calice.

Schwenckfeldii
Errores:

Lignicii obiit Mense Decembri V. Cl. Johannes Beier: Phil. ac Med. D. Reip. Lignicensis Physicus, Turbis & morbis ut habet Inscriptio Lapidis Sepulchralis beata morte exemptus. Filiam reliquit Reginam: D. Alberto Corvino nuptam: quæ post

Johannes Beier:
Med. D. mori-
tur:

LXXV.

* Vid. Tab. VI. Genealog. num. 67. Tom. I. Scriptorum nostrorum.

LXXV. a Patris obitu Annos Tumulo Ejus illata, & ad Mariti Latus, quo cum annis XXIII. concordissime vixerat composita fuit: XXXVII. Annorum Vidua: A. C. clō Is CIII. mense Septembri: Ætatis anno LXXVI.

Anno
CHRISTI 1529.

FERDINANDUS REX confirmat hoc anno Privilegia Lignicensia.

Turris Elisabethana V Vratislavie corruit:

Wratislavia Turris Elisabethana visendum affabreque elaboratum Fastigium Cubitos altum 119. si insertum Culmen in quindecim Cubitorum Crucem adnumeret, in Vigilia B. Mathie Apostoli: secunda noctis hora corruit: neque quispiam tamen ea ruina præter selem læsus fuit. Centenariis Plumbi 402. cupri autem - - - coopertum fuisse, ex ruderibus ad publicam libram examinatis patuit. Historia in Templo ad D. Elisabethæ eleganter depicta cum hac Subscriptione:

MIRABILIS IN ALTIS DOMINUS:

Collapsa est Turris Syloë madefacta Cruore:

Pyramide hac nostra nemo cadente cadit:

Nam Jussu DOMINI exceptam, cui Gratia foli,
Angelicæ molem deposuere manus.

Solymanus Turcarum Imperator Budam occupat: & Viennam sed irrito Conatu obfidet:

JOHANNES Zepusienfis a Parte Procerum Hungariæ REX electus & a FERDINANDI Copiis profligatus, cum in Poloniam secessisset, & ad Solymani Turcici Imper. Patrocinium confugisset, ac si Armis illius in Hungariam restitueretur, se ipsius Clientem & Beneficiarium fidelem fore & Tributum annuum de Hungaria in Recognitionem Domini soluturum esse promississet: Patrocinium a Turcis petatum, uberius & majus quam sperarat obtinuit, Solymanus enim ipse Exercitu numerosissimo 300000. quippe Turcarum & Tartarorum instructus, eum in Hungariam reduxit ac Budæ Regem constituit. Inde in Austriam progressus VIENNAM Metropolim totiusque orbis Christiani munitissimum Propugnaculum, sperans iis refractis, tanquam Germaniæ Claustris penitus in Reipublicæ Viscera irrupturum, undiquaque obsidere cœpit, ac ingenti Terrore non Universam modo Germaniam sed & vicinas Europæ Provincias complevit. Itaque divulgata Obsidionis fama auxiliares undique Copiæ ad Turcarum Impetus sustinendos missæ, imprimisque Hungari, Boëmi, Austriaci, Moravi, Silesii, ac Lusatii ad Arma capiendâ a Ferdinando vocati. Et in Silesia quidem CAROLUS Dux Monstherbergensis, Supremus Provinciæ Præfectus, Comitibus Ordinibus quantocyus Wratislaviam indixit, in quibus FERDINANDO decreti DCC. equites cataphractati: peditum tria millia: nec non CC. Currus quadrijuges. Constitutus & modus defendendæ Provinciæ, si qua illi Vis a Prædonibus Turcicis inferretur: Divisa Provincia in Patres seu Regiones quatuor: quarum prima: Ducatus Saganensem, Glogoviensem, Lignicensem, Lubensem, Javoriensem complectebatur, cui Præfectus Belli Datus FRIDRICUS Dux Lignicensis: In altera Ducatus & Ditiones, Wratislaviensis, Wolaviensis, Stinaviensis, Raudensis, Wincingensis, Herrnstadiensis, Trachenbergensis, Prausnicensis, Milicensis, Olsnensis, Wartembergensis, Berrnstadiensis, Bregensis & Ohlaviensis, ejusque Præfectus Achatius Haunold: Eques Auratus. In tertia, Ducatus Suidnicensis, Francosteinensis, Monstherbergensis, Nissenensis, Nimicensis ac Strehlensis, ejusque Præfectus Episcopus Wratislaviensis: In quarta denique quæ Ducatus Opoliensem, Ratiboriensem, Oppaviensem, Teschinentem, & Carnoviensem, Dynastias item Odezbergensem, Plessensem, Beuthensem &c. complexa, Imperium militare traditum Johanni Duci Opoliensi, eique ob Periculi Vicinitatem adjunctus Henricus: Freudenthalæ Dominus. Ita quidem, ut si fines Hostis incurfaret, aut impressionem in Provinciam faceret, quatuor isti Præfecti, Supremo Capitaneo jubente, celeriter cum suis advolarent, eo quidem ex Oppidanis & Rusticis Numero, quem ille imperaret, in vicinas puta, quindenâs, denas, quinas, vel singulas etiam, si Necessitas postularet, domos singulos homines armatos: nobilitas autem ex unoquoque Prædio quod ter mille aureos valeret, Equitem cataphractum expediret, ac pro denis Equis Currum quadrijugem. Conclusum denique, ut Propugnacula finitima a Præfectis diligenter visitarentur, novis ubi opus Operibus communirentur, ac Commeatu necessario instruerentur: tum ut Peditum & Equitum in singulis Partibus delectus haberetur, deque armis idoneis Exercitui prospici-

Periculum SILESIÆ imminens:

Provincia in quatuor Regiones suo ordine defendendas divisa:

prospiceretur. Wratislavienses inter hæc suburbanum D. Vincentii Monasterium in-
 signe a Petro Dano quondam iis qui se Præmonstratenſes vocant, conditum, metu
 Turcarum amoluntur: quod cum belli Temporibus propter viciniam Urbi non pa-
 rum incommodare videretur, a longo Tempore Occasionem sibi dari cupiverunt, qua
 se hoc Impedimento expedirent, quod illis tunc fortuna obtulit: Demolitio in vigilia
 D. Hedvvigis cœpta a Cæmentariis aliisque mechanicis, tantique ædificii lapide qua-
 drato probe muniti moles quatuor hebdomadarum spatio ad aream complanata est:
 Cœnobii Præsul cum Monachis suis in Monasterium D. Jacobi, quod in Urbe est, an-
 no sequenti XIX. Kal. Febr. migravit, præsentibus Carolo Monſterbergenſi & Fridrico
 Lignicenſi Ducibus.

Cæterum ut maxime Solymannus Tormentis & Machinis bellicis VIENNAM
 viciis acerrime oppugnasset, & muros aliquoties cuniculis suffossos rupisset: Christia-
 norum tamen Propugnatorum, quorum Dux supremus erat PHILIPPUS: Comes
 Palat. Rheni (Fridrici & Wolffgangi qui Cremſii ad decimum a Vienna lapidem cum
 Copiis in omnem bene gerendæ rei Occasionem intenti subſliterant e fratre Ruperto
 Nepos) armis ac Virtute fortiter & Animose repulſus, magna Exercitus ſui parte amiſ-
 ſa tandem d. 15. Octobr. qui D. Hedvvigis Memoriam facer, ab Obſidione diſcedere co-
 ætus est, relictoque in Hungaria Aloyſio Gritto, cui omnem Auctoritatem attribuerat,
 Conſtantinopolin jam appetente Hyeme rediit. Fuit in illa Obſidione ſub Johanne
 Comite Hardeccio, vexillifer Chriſtophorus Czedlitz: Sileſius: qui cum quingento-
 rum Equitum Turma Urbe egreſſus, cum ad Hoſtium uſque Caſtra procurrisset, a mul-
 titudine circumventus & Equo deturbatus, Vexillum alii qui ad Urbem referret com-
 miſit, ipſe autem, amiſſis aliquot commilitonibus captus & ad Turcarum Imperato-
 rem perductus fuit: qui ubi multa ex eo percunctatus fuiſſet, fruſtraque ad Deſectio-
 nem ſollicitaſſet, paulo poſt veſte ampicta auroque intertexta indutum, cum aliquot
 Captivis, quibus trinos ducatos dono dedit, ſalvum ad Urbem pridie quam Ob-
 ſidionem ſolveret, remiſit. Reduci FERDINANDUS REX dona militaria, Digni-
 tatemque Equitis Aurati in Caſtris tribuit, ſpectante & fauſtis Gratulationibus accla-
 mante Populo univerſo. Neque vero Silentio prætereunda reliquorum Sileſiorum No-
 mina, qui ſub eodem Comite Hardeccio miſtaſſe tunc leguntur: Joannes nimi-
 rum & Henricus a Schelnberg: Nicolaus Rechenberger: Conradus Phrior: Wratis-
 lavienſis: Joannes Reibnitz: Melchior Panvvitz: Valentinus Logus: Balthaſar & Con-
 radus a Seidlitz: Joannes Haubitz a Rupersdorff: Laurentius Magnus nec non Baltha-
 ſar Knobelsdorff a Berndorff.

Britannica Lues ſive Sudor Anglicus circa feſtum Michaëlis multa Germaniæ loca
 invaſit: morbus veteribus haud ſatis notus: etſi ſunt qui Hippocrati *πυρετὸν πεμφριγῶδον*
 dictum arbitrentur.

Anno

CHRISTI 1530.

CAROLUS V. IMP. Bononiam ad Clementem VII. P. R. proſectus poſt ha-
 bitas cum eo Deliberationes die XXII. Febr. coronam iſthic Regni Longobardici Mo-
 dociæ vel Mediolani ſuſcipi ſolitam accepit, biſduo poſt die Natali ſuo, etiam Imperiali
 Diademate abſentibus Germaniæ Principibus a Pontifice coronatus. Reverſus inde
 in Germaniam Comitibus Auguſtæ Vindelicorum celebravit frequentiſſima, in quibus
 Proteſtantes, ſummo licet Exiſtimationis ſuæ, ſortunarum, Sanguinis & Vitæ Periculo
 Doctrinæ ſuæ de CHRISTO & Vita Æterna Confeſſionem Imperatori atque adeo to-
 ti Orbi Terrarum exhibuerunt: quæ Auguſtana vulgo appellata, plerarumque in Ger-
 mania aliisque Gentibus & in ipſa adeo Sileſia noſtra Eccleſiarum quæ a Pontif. Rom.
 diſceſſerunt, commune Symbolum deinceps fuit.

Confeſſioni præter alios Principes ſubſcripſit Georgius cognomento PIUS,
 Marchio Brandenburgicus ac Sileſiæ Dux Jägerndorffenſis: facinus hoc ſuum
 egregio inſuper epiphonemate exornans: Se paratiſſimum eſſe Cervicem potius
 Carnifici exponere frangendam, quam a Confeſſione oblata vel latum Unguem
 diſcedere.

FERDINANDVS REX Wratislavienſibus ſua Interceſſione a Fratre CARO-
 LO V. IMP. impetravit: ut is non modo Privilegia omnia, quæ ab Imperatoribus,
 Bojemæ Regibus, Sileſiæque Ducibus antiquitus habuerunt, propter fidem Dominis ſuis
 præſti-

D. Vincentii
 Monasterium
 ante Portam
 Wratisl. S.
 MARIE de-
 structum:

Solymanus
 Constantino-
 polin redit:

Virens Chriſto-
 phorus a Czed-
 litz in Obſidio-
 ne Viennensi
 ſpectata:

ut & Johan-
 nis & Henrici
 a Schelnberg:
 Nicolai a Re-
 chenberger: Joh-
 a Reibnitz:
 Melch. a Pan-
 vvitz: Valenti-
 ni a Logau:
 Balthaſar &
 Conradi a Seid-
 litz: Joh. Hau-
 bitz & Baltha-
 ſar Knobels-
 dorff:

CAROLUS V.
 IMP. Italiam
 ingreditur:

Auguſtam Vi-
 delicorum re-
 dit, & Doctri-
 næ Principum
 Proteſtantium
 Confeſſionem
 ſibi exhiberi
 concedit:

Diploma egre-
 gium CARO-
 LI V. IMP.
 Munificentia

Augusta Wra-
tislaviæ con-
cessum:

præstitam, propter obsequia, quæ bello & Pace in eosdem contulerunt, Wratislaviensibus confirmaret, sed & ornatiora ipsis, quibus in hunc diem utuntur, insignia concederet, aliasque gratias quamplurimas benigne largiretur: quæ in ipso * Diplomate maxima cum Civitatis laude patent.

Buda frustra
obfessa:

Buda frustra a Roggendorffio obfessa, Mehemet Belgradi Præfectus Budensibus supplicat: inde vastando & depopulando omnia gravissimam Cladem infert Hungariæ: Decem millia hominum in Servitutem abrepta.

MARIA RE-
GINA HUN-
GARIÆ in
Belgium a Fra-
tre CAROLO
V. vocata:

MARIA, Ludovici Regis Vidua, quæ Lincii hætenus agitaverat, a Cæsare fratre in Belgium vocata est, ut Belgium & Burgundiam ac Provincias infer. Germaniæ fratris nomine gubernaret: Quam FERDINANDVS Lincio profectus usque ad Rhenum fl. comitatus est, illaque Curam Provinciarum sic iubente Cæsare susceptam per XXVIII. annos inter varios bellorum civilium & Gallicorum Tumulus prudenter & virili plane Animo administravit, ac postremo Cæsare Imperio cedente, cum eo in Hispaniam profecta, Curis omnibus ac Negotiis abdicatis inter Sacratorum DEO claustra & cæcus eodem cum fratre Cæsare Anno Vitam pie feliciterque finivit.

Anno

CHRISTI 1531.

FERDINAN-
DVS I. REX
ROMANO-
RVM eligitur:

FERDINANDUS REX HUNG. ET BOH. die V. Januar. Colonia Rex Romanorum renunciatur, ac d. II. Januar. Aquisgrani coronatur, frustra Johanne Septem-Viro Saxone per Filium Johannem Fridricum Electioni contradicente: Auctor Ejus Rei, ut Imperium in familia firmaret, CAROLUS IMP. qui cum filium haberet, PHILIPPUM, vix quinque annorum Puerum eumque propter infirmam in tenera ætate Valetudinem parum longævum fore auguraretur, tantum apud Electores effecit, ut major Pars FERDINANDUM, CAROLO Successorem darent, ac Regem Romanorum salutarent. Cujus Eum facti gravissime deinceps pœnituit, ut de retractanda fratris in Regem Romanorum Inauguratione, deque Filio per Septem Viros in Imperio Successore designando, non semel cogitarit, quavis alia conditione oblata cum FERDINANDO transigere paratus, si qua ratione Ei & MAXIMILIANO F. persuadere posset, ut Imperium accepta idonea Compensatione PHILIPPO restituerent. Verum neuter ulla ratione adduci potuit, ut Assensum præberet.

Cometa appa-
ruit:

Fuit hic annus alioquin satis tranquillus, sed apparuit Cometa *πρωγίας* mense Augusto in Occasu, Solem in Cardine, a ☿ usque ad ♄ progrediens.

Trocendorffius
celeberrimus
Goldbergen-
sis Scholæ Re-
ctor:

Trocendorffius a Goldpergensibus ad Instaurationem Scholæ sollicitè invitatus, à Friderico Duce Lignicensi vocatus, Goldbergam redit, Tantum postea Studiosæ Juventutis concursum ac frequentiam consecutus, ut ad Amicos sæpe gloriari consueverit, se suis Discipulis numerosum contra Turcas Exercitum colligere posse.

Anno

CHRISTI 1532.

Comitia Ratis-
bonæ habita:

Pax prima inter Cæsarem & Protestantes Norimbergæ facta, tum Comitia Ratisbonæ celebrata, in quibus inter alia de Solymanno Turcarum Imperatore, qui cum Exercitu numerosissimo in Hungariam & ad Austriæ Fines ea Æstate profectus Germaniæ toti imminabat, atque hue per Strages & ruinas ibat, depellendo consultatum fuit: ac Cæsar ipse cum Exercitu omnium quosunquam habuit florentissimo (omnes enim non Germaniæ modo sed & totius Europæ Principes, Gallo, Anglo & Polono exceptis Auxilia miserant, octuagintaque peditum millia ac triginta fere galeatorum Equitum exceptis Hungaricis Equitibus in Exercitu erant) Viennam usque descendit Incredibilis hujus Expeditionis Expectatio, tum tanta in his locis trepidatio, ut extrema quaque si Prælio conferto Solymannum Victoriæ adipisci contigisset, timerentur: ob idque cum vicinæ Regionēs tum Silesia præsertim tota non in Armis modo sed & Supplicationibus. At enim cum fortunæ Cæsaris Metus aut aliud Consilium mentem Tyranni impulisset, sive etiam occulta Vis fati, ut minime expectandum illum ratus in Thraciam Vestigia relegeret, multis abactis prædis magnaue hominum multitudine in barbaricam Servitutem abducta: Cæsar etiam dimisso Exercitu in Italia hibernavit.

Johannes Dux
Opolienfis
moritur:

Johannes Dux Opolienfis jam Senio gravis ac bene locuples VIII. Kal. April. vitæ finem fecit nullis relictis liberis, & ita cum Eo illustrissima Opoliensium Ducum Familia,

lia, quæ longo Tempore in Silesia floruerat, omnino * extincta est. Ejus bona tanquam ratione Beneficii ad se devoluta FERDINANDUS REX crevit: Opoliensem autem & Ratiboriensem Ducatus Georgio Marchioni Brandenburgico oppignoravit: eaque prima in istis etiam Provinciis reformatæ Religionis Aditui fuit Ocasio.

Mortalitatem quoque hoc anno explevit Petrus Hornigk: Decretorum Licentiatius ex nobilissima Harnigiorum Familia prognatus: ambarum Eccles. Wratislav. ^{Petrus Hornigk: Canon. Wratisl. moritur:} Canonicus.

Lignicæ Fabianus Eckelius & Joannes Wernerus Schwenckfeldianismum: Eckelius etiam Anabaptismum profitetur, & idcirco deponitur: Wernerus cum suis occulte omnia celebrat, detegitur tamen ab orthodoxo Pastore, M. Joanne Weinschilt Eckelii Successore. ^{Errores Schwenckfeldiani Silesiam turbant:}

Anno

CHRISTI 1533.

Georgius Saxonæ Dux, quo vix ullus Luthero capitalior fuit hostis, cum Saga-Facies Ducatus nenses etiam Lutheri Doctrinæ suscipiendæ cupidos extra Urbem in Pagis Eckersdorff, ^{S. ganentis sub GEORGIO: DUCES SAXONIAE:} Dittersbach, Kuna & Greiffenhayn Conciones frequentare, ac juxta CHRISTI præceptum & veteris Ecclesiæ Consuetudinem integra Cœna uti cognovisset, eaque de re cum Præfecto ducatus Sigfrido a Nechern plus vice simplici graviter exposulasset, ac ne Lutheranum Evangelium (sic enim adpellabat) in Provincia sua pullulare aut Vires capere pateretur, scriptis ad illum sua ipsius manu litteris, severe sed frustra inhibuisset, repetitis hoc anno prioribus Mandatis Præfecto injungit, ut contra qui irent, nec in Sacra Cœna Perceptione secundum receptum jam a multis Sæculis in Ecclesiis Usus altera Specie contenti esse vellent, in eos Lege ageret, ac Solum vertere juberet.

Joh. Hefus D. matrimonium Viduus contraxit cum Hedwige: Stephani Jopneri ^{Joh. Hefus: D. matrimonium:} Senatoris Filia: d. 13. Januarii.

Dominica Jubilate in Thermis Hirschbergenfibus obiit Sebastianus a Monaw: ^{Sebast. a Monaw: Senator Wratisl. obiit:} Senator Wratisl. qui Præfecturam Urbis & Ducatus gessit.

Anno

CHRISTI 1534.

FERDINANDUS REX ad Ecclesiastici Ordinis Homines in Silesia legatos misit Joannem Fabrum: Episcopum Olomucensem ac Balthasarem Promnecium: Canonicum Wratislaviensem, ut pecuniæ collationem ad bellum, quod meditabatur Turcicum impetrarent, quod illi diligenter curatum, effectum dedere: nec suis etiam Parochialibus hac in re Seculares Ordines defecerunt. ^{FERDINANDI REGIS COMMISSARIJ ad SILESIÆ Ordines:}

Bregæ Mandato Principis FRIDERICI ante Portam Breslaviensem Templum MARIAE VIRGINIS artificiose supplantando corruit: Paulo post facta Reformatio Ecclesiæ ^{Templum S. MARIAE VIRGINIS Bregæ:} Bregæ ibidem, Olaviæ, Strelæ, Nimio & secundum Institutionem CHRISTI S. Cœnæ administratio: corruit:

Anno

CHRISTI 1535.

Kal. Septembr. Cælo repente turbato horribilis & inaudita Tempestas Olsnæ co- ^{Horribilis & inaudita Tempestas OLSNÆ dilacerata:} orta, Procellosa Grandinis, Imbrium, Ventorum, Tonitruum, Fulgurum, mixto Strupitu omnia complevit, magnamque oppidanis formidinem incussit. Multa ædificia Judæorum præsertim quos peculiariter hæc Calamitas attigit, infreni Turbine concussa: ruinam traxere: Tecta & Culmina disjecta: fenestræ & Valvæ e Cardinibus evulsæ: pluraque alia Civibus damna illata. Non parciunt Arci Principis, non Templo CORPUS CHRISTI: non denique Curia Senatoria: Cujus fastigio collapsa quinque homines obruti miserabili Internece perierunt.

D. 28. Septembr. obiit Georgius ** Helmrich: Consul Goldbergensis, latinæ Græcæ & Hebr. ^{Georgius Helmrich: Consul Goldbergensis moritur:}

E e e 3

* Add. num. 139. Tab. VI. Genealog. Tom. I. Script. Rer. Siles.

** Vitam Ejus curatius Mart. Hanckius de Silesiis Indigenis Eruditus Cap. LXXIV. edidit, unde demum an. 1526. d. 29. Septembr. defunctum esse cognoscimus: Tumuli in Goldbergensium Templo Parochiali ad aræ summæ Latus dextrum hæc Inscriptio:

CLARO DOCTRINA ET PIETATE ORNATO VIRO DNO
GEORGIO HELMRICO: DE ECCLESIA SCHOLA ET REP. PATRIA
BENE MERITO: STUDIORUM CONSERVATORI PIO: ANNO M. D. XXXVI.
IN VIGILIIS MICHAELIS PIE AC PLACIDE MORTICO AGENTI ANNUM XXXVI.
GEORGIUS ET JOHANNES FILII F. F.

& Hebr. Linguarum peritissimus: Æt. Ann. XXXV. cum eum Trocendorffio, qui Witteberga secum adduxerat, Scholam Goldbergensem aliquamdiu gubernarat.

Anno

CHRISTI 1536.

CAROLUS I. **DUX MONSTERBERG. ET OLSNENSIS: PRÆFECTUS SILESIÆ moritur:** **CAROLUS:** * Dux Monsterbergensis: Olsnensis & Oppaviensis: Comes Glacensis: Henrici F. Georgii Boëmiae Regis Nepos: Princeps heroica & Animi & Corporis Magnitudine præstans, qui quantus a Consiliis & a Rerum gerendarum Prudentia dexteritateque fuerit, vel hoc est argumento, quod supremus Regni Boëmiae a Ludovico Rege cui in difficillimis Regni Negotiis fidem navavit operam, Capitaneus sive Burgravius, Silesiae autem totius nec non Lusatiæ Infer. Præfectus & Gubernator a **FERDINANDO REGE** constitutus, Provincias illas magna cum Nominis Existimatione administravit, jam satur annorum, sexagenarius quippe, optime meritam de Patria Animam DEO reddidit: Frid. Kal. Junias Francosteinii, ubi & Corpus Ejus magnifico Funere cohonestatum, ut & nobilitatem Generis & eximiam Principis optimi Virtutem decebat. Thori consortem is habuit Annam: Johannis Ducis Saganensis & Glogoviensis Filiam, quinquennio post VI. Kal. Nov. defunctam, e qua liberos suscepit duodecim, ac in his quatuor Filios superstitēs: Joahimum: Henricum: Joannem & Georgium.

Fœdus Smalcaldicum:

Fœdus Smalcaldicum, quod inter Ducem Saxoniae Electorem ac ceteros Principes qui Confessionem Augustae una exhibentes, Sententia Caesaris damnati erant, exeunte an. 1530. in sex annos sancitum, juxta Decretum mense Decembr. Smalcaldiae factum, in annos decem prorogatur. Ad cujus Societatem cum ceteris ineundam cum Henricus Dux Megapolitanus, Saxoniae Electoris Johannis Fridrici Avunculus proficisci constituisset, Cancellarius Caspar Schönaich: Eques Silesius: perpetuo eum a fœdere dehortatus, profectionis die jam indicta ac Equum consensuro Principi tandem persuasit, ut iter illud intermitteret. Quod Cancellarii Consilium postea, bello Germanico infelicitè cedente, toti Ditioni Megapolitanae fuit salutare.

Caspar a Schönaich:
Cancellarius Megapolitanus:

Anno

CHRISTI 1537.

Clades Christianorum prope Ezechum:

FERDINANDI REGIS Copiae florentissimae Perfidia vel certe incuria Joannis Czianeri summi eorum Ducis & Imperatoris d. 10. Octobr. in Savia prope Ezechum ad Dravum Fl. magna clade adfectae & profligatae sunt. Czianerus cum suis turpiter fugit: Ex Germanis Bojemis Austriacis & Silesiis fugae quidem Turpitudinem detestantibus & hostibus fortiter resistentibus sed multitudine superatis aliquot millia occubuerunt, multi e Ducibus capti & Constantinopolim in tristissimam Servitutem abducti sunt.

Sophia: Ducissa Lignicensis moritur:
Hieronymus a Biberstein:
Ducatum Glogoviensem Pignoris nomine obtinet:

Sophia Friderici Marchionis Brandenburgici in Franconia Filia, Fridrici II. Ducis Lignicensis ac Bregensis Conjux, Fridrici III. & Georgii II. Mater, Princeps optima die XVI. Maji Vitae finem fecit.

Ducatus Glogoviensis Hieronymo Baroni Bibersteinio, Domino Soraviae quatuor ac triginta millium aureum numum nomine hoc eodem anno oppignorata est.

Kal. Sept. obiit Simon Rosenberger: Ecclesiae Noviforensis Pastor: cum prius Supprior fuisset ad D. Adalbert. Wratisl.

D. 6. Febr. obiit Caspar Scheps: Consul Svidnicensis: Vir magnae Prudentiae.

Johannes L. B. de Rechenberg moritur:

D. 9. Sept. obiit Pragae Johannes de Rechenberg in Windisch Bora: L. B. in Schlava & Wartemberg: S. C. Majestati a Consiliis bellicis: Dnus Freystadii: ein versuchter treuer Kriegs-Held.

Anno

CHRISTI 1538.

Nuptiae FRIDRICI III. DUCIS LIGNICENSIS & HENRICI DUCIS MONSTERBERG. cum Filiabus HENRICI DUCIS Megapolitani:

Henricus Dux Megapolitanus duas Filias duobus Silesiae Principibus, Catherinam Fridrico III. Duci Lignicensi ex antiqua Poloniae Regum Stirpe, nusquam interrupta Sanguinis Serie, oriundo, qui Nuptias Lignicii ipsis Bachanalibus celebravit, Margaritam autem Henrico Duci Monsterbergensi, Caroli Filio, Henrici Nepoti, Georgii Boëmiae Regis Pro-Nepoti elocavit.

FERDINANDUS REX IV. Kal. Junii Wratislaviam, Pontificis & Venetorum Legatis comitatus venit, ibique ad tertiam usque hebdomadam in Aula, quam vocant, Caes.

* Plura de Eo Henelius in Chronico Monsterbergensi.

Cæsarea substitit. De Auxiliis contra Turcam præstandis interpellati ab eo Principes atque ordines Silesiæ duo levis armaturæ Equitum millia per quinque menses alenda, promiserunt: Tractatum & de Nuptiis, inter Elisabetham Regis Filiam & Sigismundum Augustum Poloniæ Regem. Nec ita multo post inter FERDINANDUM & JOHANNEM WAIWODAM his Conditionibus convenit, ut quoad viveret uterque Regis Pannoniæ Titulo uteretur, & bello capta retineret: JOHANNES autem defuncto Jus omne ad FERDINANDUM Ejusque Liberos rediret.

Pax inter FERDINANDUM I. REGEM & Johannem: Com. Scepuiffem sancita: Crosnensis Ducatus ad SERENISS. DOMUM BRANDENBURGICAM transiit: Balthasar a Nechern: Canon. Wratisl. moritur: item Johannes Metzler: Senator Wratisl.

Joachimus Marchio Brandenburgensis S. R. I. Septem Vir Ducatum Crosnensem in inferiori Silesia hæreditarium * accepit, Crosnaque Ducem se de Consensu FERDINANDI REGIS scripsit. Ab Eo Tempore Marchiones Ducatum illum a Silesia avellere conati sunt: nullas certe Contributiones cum reliqua Silesia persolverunt, qua de Re Principes atque Ordines non semel conquesti fuerunt.

Abstulit hic Annus Balthasarem ** Necherum: virum Nobilissimum, utriusque Ecclesiæ Wratislav. Canonicum, quem frater Nicolaus gemino Epitaphio, uno in Æde D. JOHANNIS: altero in Æde S. Crucis, in quo & conditus est, honoravit, & amplissimum ac prudentissimum Joannem *** Metzlerum: J. V. D. Reip. Wratislav. Senatorem primum: Scholarumque Præsidentem, sic earum amantem, ut non raro etiam Lectiones in iis habere, & Auctores Græcos & Latinos interpretari nullo honoris detrimento solitus fuerit; Præfecturam Urbis & Ducatus gessit: Mortem vero obiit postridie Kal. Octobr.

Anno

CHRISTI 1539.

Cometa in X Solem sequens mense Januario conspici cœptus est, Hastæ Species erat longissimo Tractu ab ala Pegasi ad Pedem Ejus projecta. Accedebat autem, non tardissimo motu ab occasu Brumali ad Andromedæ Caput ubi post paucos Dies evanuit.

Cometa apparuit:

Eodem mense Fatis concessit URSULA: Caroli Ducis Monstherbergensis Filia, Princeps maxime pia & devota, quæ Monasticæ Vitæ pertasa, licet arctissime Freiburg Monasterio conclusa teneretur, divino tamen Auxilio mirabiliter inde fuit liberata: indeque cum Hieronymo Bibersteinio fœdus maritale iniit, Soraviæ in Lusatia post Mortem honorifice funerata.

Ursula: Ducis. Monstherbergensis: Hieronymi a Biberstein Conjunx moritur: Georgius Dux Saxonie & Saganii obiit:

Georgius Saxonie Dux, Pontificiæ Religionis acerrimus Defensor, cum duos Filios turbato mortalitatis ordine paulo ante amisisset, mœrore & curis ac Ætate confectus, magno cum Pontificiorum Principum Dolo die XV. Aprilis decessit, cum vixisset annos LXVIII. Hæredem Testamento reliquit Henricum Fratrem, Ejusque liberos Mauritium & Augustum: ea Lege ut si abolita Pontificia Auctoritate Religionem mutarent, CAROLO V. & FERDINANDO Fratri Ditio cederet omnis: donec vel illi vel filii vel ex Saxonica Familia primus Agnatus impleverit Conditionem. Verum Henricus qui puriorem Evangelii Doctrinam amabat, & Smalcaldico fœderi subscripserat, cum primum de fratris morte cognovit, conditione rejecta, Hæreditatem adiit, nec Ditionum modo Georgii Misnicarum & Thuringicarum sed & Ducatus Saganensis in Silesia Possessionem accepit: unaque cum Civili Gubernatione puriorem Evangelii Doctrinam adduxit, tantaque subito religionis Mutatione facta, ut cum Lipsiæ in festo Paschatos Missas & Sacra sua peregrissent Pontificii, festo Pentecostes ibidem Lutherus & Ejusdem Collegæ in Suggestis starent, ac latum Evangelii JESU CHRISTI præconium obirent: Nec Saganenses sibi in hac miranda Rerum Ecclesiasticarum Conversione desuerunt, qui cum Religionis reformatæ Exercitium statim ab Excessu Georgii in ipsis etiam Urbis Monasteriis inchoassent, paulo post ab Henrico Duce primum Pastorem Evangelicum impetrarunt M Benedictum Fischerum: cui adjuncti

* Vide quæ ad an. 1538. in Chronico Monstherbergensi idem Henelius.

** Vitam Ejus Mart. Hanckius edidit de Silesiis Indigenis Eruditis Cap. LXXV.

*** Vid. l. c. Cap. LXXVII. Epitaphium Ejus in Æde Elisabethana prope supremam Aram hæc extat:

CLARISS. DN. JOANNES METZLER: J. V. D. CONSULARIS ORDINIS IN HAC REPUBLICA SENIOR COLLEGA: VIR PRUDENS: FIDELIS: ET IN UTRIUSQUE ORATIONIS FACULTATE LATINÆ ET GRAECAE CELEBRIS DOCT. OBIT ANNO DMNI M. D. XXXVIII. D. II. Octobr.

juncti postea Diaconi duo, Fabianus Thime Goldbergensis, nec non Joannes Halbrot sive Hemiartus: Lutheri Contubernalis & Discipulus.

Jacobus Episc.
Wratisl. mori-
tur: succedit
BALTHASAR
a PROM-
NITZ:

JACOBUS * EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS: doctissimus atque dignissimus Praeful, Paralyti primum, deinde febris correptus diem extremum clausit postridie D. Bartholomaei, annos natus LVIII. cum Episcopatu praefuisset annos XIX. primus Episcoporum Nissae in aede D. Jacobi eodem quo lectus fuerat die in monumento marmoreo arte praeparato conditus. Vir fuit magna Vi animi & Corporis, Eruditionis, Prudentiae, & Eloquentiae laude clarissimus, qui publice privatimque magnam sibi Auctoritatem & Regum atque Principum Amicitiam favoremque comparavit. Nissensem Curiam eo Tempore cum Regi Budae adestet, Incendio absumptam reparavit, & novam plane extruxit. Sub LUDOVICI REGIS obitum FERDINANDUM Boemiae Regem suo Jure, Ordinum Silesiae nomine cum laude salutavit, Matrimonium inter Sigismundum Augustum Poloniae Regem & Elisabetham FERDINANDI REGIS filiam REGIS sui mandato Posnaniae confecit. Silesiae Universae ab Eodem cum Imperio Praefectus magna cum dexteritate eam Provinciam gessit, ortaue ex Diffidiis Religionis Certamina sapienter mitigavit, nec ad Saxitiam erga Ecclesias nascentes sese accendi passus fuit. Electus in Ejus Locum a. d. 7. Septembr. BALTHASAR PROMNICIUS: ex Nobilissima Promniciorum Domus Lessendorffiae in Ducatu Glogovienfi Familia oriundus.

JOHANNES
HENCKELI-
US Canon.
Wratisl. mo-
ritur:

JOH. HENCKELIUS: Layczov. Decretorum Doctor, apud Mariam Hungariae Reginam CAROLI V. ac FERDINANDI I. Caesarum Sororem Ecclesiae, apud Cassovienfes autem Parochi munere functus, idemque Canonicus Ecclesiae Wratisl. Cathedralis, obiit hoc anno Mense Septembri: Quem amicum fuisse & in Pretio habitum magno illi Erasmo Roterodamo ternae hujus ad illum testantur Epistolarum, in libris totidem, undevigesimo nimirum, vigesimo & sexto, ac vigesimo legendarum, in quarum prima sic inter alia: Non hic Te, inquit, praedicamus Vir optime sed misericordiae DEO pro dotibus amplissimis quas in Te contulit, & per has in Te *εὐεργεσίαι* gratias agimus, ex animo gratulantes inclytae Reginae MARIAE foeminae ut audio tum pia tum prudenti, vel toti potius Ungariae, in qua hic impensius optamus florere Christianismum, quo magis patet eorum Incurfionibus qui Christianae Ditioni male volunt. Praeminet idem Ejusdem passim ad amicos cum primisque ad Antonium Medicum sub annum superioris Seculi septagesimum & vigesimum: verbis hujusmodi: Ab Henckelio per hunc nullas accepi, ne nundinis quidem proximis: Quod Episcopum recusat, non dubito quin constet sibi Consilii sui Ratio, tamen ut nunc sunt Res mortalium praestat esse - - quam - - Cum in id Tempus incidisset quo Evangelicae Doctrinae Radii hinc inde diffunderentur, iisdem & ipse illustratus, Veritatem Evangelii non agnovit modo, sed & libello quodam de Capitibus Religionis scripto asseruit: Cujus rei Testis mihi locuples Ambrosius Moibanus, sic de eo anno CHRISTI supra sesquimillesimum nono ac tricesimo ad Johannem Cratonem scribens: Doctor Johannes Henckelius: Canonicus Wratislav. libellum quendam scripsit Germanicum de Capitibus Religionis nostrae. Dedi Exemplar Hadriano Albino, Crucigero evulgandum traderet: Atqui nihil ille ad me misit, quid expectandum sit de libelli Editione, volui Te admonere, ut hominis officium in eo libello provehendo suscipias. Dabis igitur operam ut aut Lipsiae aut apud vos bono charactere excudatur. Idque ideo Tibi efflagitandum esse arbitror, ut Canonicis nostris liceat aliquid obtrudere. Nam velint noliut, Henckelii Collegae sui Christianum Testimonium negare nunquam poterunt. Confessus est ille CHRISTUM palam: vellem ut & alii multi Verbum CHRISTI professum intelligant. Sepultus est in Aede Cathedrali, quam dixi, ante majorem Chorum versus Meridiem, non sine honore monumenti, quod Petrus Prockendorff V. J. D. Canon. Wratislav. & Mathias Auctus Medicinarum Doctor, Testamentique Executores, Ei fieri fecerunt.

Caspar

* Vitam Ejus cumulatius l. antea c. Mart. Hanckius exposuit Cap. LXXVIII.

Caspar Urfinus Velius: * Svidnicensis V. J. D. Orator Regius atque Historicus, & Caspar Urfinus
Majorum Gentium Poëta Græce latineque doctissimus, nec minus magnorum Virorum Velius: Poëta
Amicitias quam scriptis ab se editis clarus, Viennæ Austriacorum, ubi & Academia Re- obit:
ctorem egit, præcepit in Danubium sponte an illata Vi incertum datus fatali mersus aqua
periit. Catalogus Rectorum Viennensium d. 5. Maji mane sub horam 6. amissum scri-
bit, aliis in Danubium dejectum, aliis meditabundum in flumen delapsum, aliis denique
Veneno sublatum suspicantibus.

Eodem hoc anno Acheronticus quidam Senex Wratislav. Christophorus Hörfel, Exemplum A-
homo locuples sed avaritia extrema famigerabilis, in neminem bonus, in se pessimus, varitiæ singu-
cum fato propinquus sibi videretur, quicquid argenti, stanni, plumbi, aut similis mate- lare:
riæ habebat liqualem in unam massam conflavit, Vestes autem, Lectos, Lodices & id ge-
nus alia frustatim conscidit, omniaque illa, ut ne mortuus cuidam beneficeret, in Cloa-
cam abjecit: Quo facto, per aliquot Dies ab omni se Cibo potuque abstinuit, atque ita
Inedia Vitam finiit.

III. Kal. Dec. ac biduo sequ. nix illa profundissima, sed minime diuturna cecidit, Nix profunda:
a qua plurimi deinceps annos computare soliti.

Anno

CHRISTI 1540.

JOHANNES REX HUNGARIÆ cum anno superiore Uxorem duxisset ELISA- JOHANNES
BETHAM Sigismundi Regis Poloniae ex Bonæ Sfortiæ Conjugio primogenitam Filiam, REX HUN-
ex eaque filium d. 7. Julii suscepisset, gravi morbo correptus die 21. Julii, Anno Ætatis GARIE mori-
quingagesimo tertio mortem oppetiit, Tutore Filioli, cui Johannis Sigismundi No- tur:
men, ut in eo Avi materni simul & Patris Memoriam repeteret, per Testamentum
constituto una cum Petro Petrowitio, Georgio Episcopo Varadiensi quem propter In-
dustriam ac fidem Exilii Tempore probatum, restitutus postea per Solymannum in se-
cretius Collegium allegerat, nec solum Varadinensi Episcopatu sed & Quæstura Regni
quæ Dignitas primaria est ornauerat. Sed cujus Ambitione ac Temeritate Vulnus a JO-
HANNES non Hungariæ tantum sed totæ Christianæ Reipublicæ inflictum, ita recrudit
ut tantum non Interitus Regni quondam florentissimi sit consecutus. FERDINAN-
DUS sane Jura Successionis in Regno Hungariæ JOANNIS morte ad se devoluta de-
nuo urgens, ad occupandam Regiam Budensem non contemnendas Copias misit, Mi-
litiæ Præfecto Leonhardo Felsio: qui Familia in Rhætia superiore, Tridentinis Alpibus
atque Athesi propinqua, quam nunc Tirolim vocant, oriundus, Italicis Pannonicisque
bellis erat exercitatus. Eius Silesia quoque Georgius Warkotsch, Olsnæ minoris Com-
mendatæ CC. Equites cataphractos adduxit, qui circa Festum D. Michaelis Oppaviæ Buda ab IMP.
censi prope Blindenburgum cum reliquo Exercitu sese conjunxerunt. Et Buda qui- FERDINAN-
dem, in qua se Regina cum Puerio Regnique Proceribus non paucis continebat, tumul- DI I. Copiis
tuario Incurfu tentata oppugnatio: sed cum fortiori Præsidio defenderetur, & res quam frustra obsessa
primo statim Impetu se perfecturum Felsius speraverat, præter opinionem in longum tra-
hi videretur, Obsidio soluta ac præter Albam Regalem & Castra quadam minora re-
cepta, nulla alia re majoris alicujus quæ momenti esset perfecta, in hiberna deductus Ex-
ercitus fuit, milite Silesio retro, qua venerat, abire permisso.

Fridricus Dux Lignicensis animadvertens tandem Theologos Lignicenses sinceræ Re- Error
ligioni minus esse addictos, sed Dogmata amplexari Schwenckfeldiana, Joh. Sigismundum Schwenckfel-
Wernerum ad DD. Petri & Pauli Pastorem, Wittebergam mittit, qui a Philippo Melanch- diani:
thone de præcipuis Fidei Articulis interrogatus multiplicis Erroris convictus, cum ab
eo desistere nolle, sed mordicus retineret, officio abdicare jussus, successorem accepit
M. Ægidium Fabri: Concionatorem orthodoxum.

Idem Fridricus Julio exeunte Hypothecæ Jure Ducatus Glogovienensis Possessionem Ducatus Glo-
nactus est, qui prius Hieronymo Bibersteinio Baroni oppignoratus fuerat. govienensis Pi-
Memorabilis hic Annus fuit ob intensissimum Æstum atque Siccitates & Vini Pro- gnoris nomine
ventum uberrimum. ad Lignicensem
Ducem transit:

Anno

CHRISTI 1541.

FERDINANDUS REX bellum Turcicum instaurat, contributa ab Ordinibus Germa-
niæ Pecunia milites in Supplementum Pannonici Exercitus conscribuntur & in Pannoniam
demittuntur, præficiturque eis Wilh. Rogendorffus, Vir vivida senectæ, aulæ Regiæ Præfe-
ctus

* Vitam Ejus Mart. Hanckius l. antea c. Cap. LXXVI. edidit.

Solymanni in
Hungariam ad-
ventus :
Clades Chri-
anorum :

ctus ac bello sub Auspiciis MAXIMILIANI CÆSARIS ante tricesimum annum contra Venetos in Italia gesto præclarum nomen adeptus. Conjunxit cum exercitu auxilia quoque a Bohemis & Moravis & Silesiis convocata, Budamque versus contendit, & viduam Johannis cum filio Infante obsidet. Illa Solymanni Turcarum Imperatoris Auxilium implorat, qui præmissis Copiis ad Budam ipse venit: Ferdinandi Copiæ trans Danubium Ponte navali stratum, aufugere Pestum conatæ, tristissimam Cladem, partim in Littore Budano concisæ, partim in Danubio submersæ acceperunt. Qui transierant, consternatis Animis Pestum etiam aufugientes, Tormenta & Commæatum ac Supellectilem præciosam omnem, cum omni bellico Apparatu, & ipsa Urbe Pestum Turcis possidendam reliquerunt. Solymannus cum Joannis Filiolum Infantem ad se in castra mitti jussisset, fraude interea Militibus suis immisiss Budam occupat, Regina reddito Filio nunciat, se Urbem ac Arcem sibi retenturum donec Puer adolescat, eo quod ipsa contra Germanos Hostes eam tueri non posset, sibi vero imprimis molestum foret, quotannis cum Exercitu advolare, ergo decrevisse ut ipsa Transylvaniam cum filio habeat, simul cum inferioris Ungariæ Parte, ac Lippæ & Temeswari Ditione, atque iis quas JOHANNES superstes obtinuisset Salis & Auri Fodinis quæ in finibus Poloniæ. Addidit & alia quædam, quibus intellectu Regina cum mœrore gemitu & lachrymis Tyranni Perfidiam sentiens Urbe ac arce excedere coacta est, ac hunc in modum potitus Regia Hungariæ Sede Solymannus: qui II. Septembr. ingressus summum Templum Deo suo gratias egit pro Beneficio captæ Urbis. Quæ quidem Res ut in summis Angustiis FERDINANDUM constituit, ita ingenti Terrore vicinas Provincias concussit, adque arma capienda excitavit. Ac Moravis quidem auxiliares Copias orantibus Fridricus Lignicensium Dux C. Equites ac Vexillum Peditum e Silesia ductore Joh. Oppersdorffio submisit: qui castris ad Skalicium positis tantisper illic substituerunt donec de abitu Solymanni certo cognitum. Rogendorffius infelix inauspicatæ Expeditionis Dux, qui in Castris potius mori quam ignominiosæ Cladi superesse mallet, navigio a familiaribus impositus, exindeque Comaronum ductus est, cumque Viennam terrestri Itinere adveheretur, Scimaviæ quod oppidum in magna Danubii Insula Comorriensi, Vulneris quod acceperat & Animi Dolore extinctus est.

Henricus Dux
Saxonie & Sa-
gani obiit:

Henricus Dux Saxonie, Ducatus Saganensis in Silesia Dominus, Vitam hanc cum coelesti commutat, XV. Kal. Septembr. annum Ætat. LXVIII. jam egressus, paucis post nuptias Filii cum Agnete Hassiaca Mensibus. Mauritius igitur ante annos animumque gerens Curasque viriles, ditionum Paternarum Gubernationem suscepit, Fratre Augusto XV. annorum adhuc adolescente.

Anno

CHRISTI 1542.

Virtus Silesio-
rum in Bello
Turcico exhibita:
JOANNIS
OPPERS-
DORFFII &
SEBASTIANI
RIBISCHII:

In Comitibus Spirensibus FERDINANDO REGI auxilia Imperii ad Turcicum Bellum, quo & Pannonia Orbi Christiano redderetur, & gemina Clades quarum alteram Imperator ad Budam, alteram ad Execkium acceperat, vindicaretur, decreta sunt, & viritum Pecunia ad militem alendum ceterosque belli sumptus in singulis Germaniæ Provinciis collecta. Idem in Regionibus FERDINANDO subditis factum: quibus cum Febuario Mense Pragam indictus esset Conventus, de ratione belli gerendi Consultatio habita fuit, cui Silesiorum nomine interfuit JOHANNES OPPERSDORFIUS: rei militaris eximie peritus. Suscepta Expeditio mense Junio Exercitu circiter LXII. milibus Equitum & Peditum instructo, supremoque Duce Joachimo II. Elect. Brandenburgico: cui se Mauritius, Saxoniæ, impiger cupidusque belli, Virtutisque in eo ostendendæ juvenis voluntariam Militiam Patriæ Reique publ. professus, Dux, nec non Silesiæ Duces aliquot conjunxerunt. Caterum cum negligenter bellum administraretur, tandem irritum Conatu Pestum oppugnatione deserta, Exercitus tanto Sumptu & Expectatione totius Europæ collectus, re prorsus infecta rediit. Mauricius Saxo parum abfuit, quin vel interficeretur vel saltim caperetur a Turcis. Adrepentinam enim hostium Impressionem armis ipse alacriter arreptis longe ante alios in Prædam agentes irruit, Stipatores & alios, qui Auxilium ferrent, non præstolatus. Audacius autem & incautius cum vehementiore Impetu invecus, in Agmen incidit Turcarum, ubi dum dimicat fortiter Equus labitur. Collapsus instant Turcæ, & hostis jam necem Principi minatur: cum unus ex Satellitibus Sebastianus Ribischiuss Turcam illum, qui Corpori Principis Vestigium impresserat, obtruncat, repellit reliquos, certus mori potius quam Ducem dese-

deferere: Interim multis e Castris advolantibus Turcæ in fugam vertuntur: Ac Satelles quidem præter Spem Mauritium præsentis Discrimine eripuit, ipse tamen multis Vulneribus acceptis in Castra delatus pulcherrimo fine Vitam clausit, cum heroice pro Principis suo decertasset.

Circa Finem Mensis Augusti Magna Locustarum Agmina in Silesiam involarunt, quæ tanto vagata sunt numero, ut Cœli Conspectum hominibus adimerent, & sædam Deformitatem in Campis relinquerent. Eadem Calamitas Poloniam quoque exceperit, qua occasione arrepta Jodocus Wilichius: Philosophiæ ac Medicinæ D. Vir literatissimus & facundissimus, Cracoviæ, ubi tunc Electoris Brandenburgici cum Præsule Libusiano Georgio a Blumethal Legatum agebat, eruditum dialogum de Locustis conscripsit ac publici Juris fecit.

Anno

CHRISTI 1543.

ELISABETHA: FERDINANDI REGIS Filia primogenita prid. Non. Maji Conjux datur Sigismundo Augusto Polon. Regi, quæ tamen vix biennium exegit in Matrimonio, e Vitaque sine Prole excessit Vilnæ Lithuanorum, ibidem sepulta.

Solymanus Turcarum Imperator in Hungariam reversus Strigonium novendecim dies obsessum proditione Francisci Salamancæ in Potestatem suam redigit postmodum die D. Laurentii: Quinque ecclesias Episcopalem Urbem Solo aquat: Talam: Valpoviam ultra Dravum Fl. sitam & alia insignia Regni Hungarici loca occupat: Albam Regalem denique ubi veterum Regum Corona servabatur & Sepulera fuerunt, expugnat, Præfidiariorum nostrorum paucitate non resistere valente tantis Viribus. Tandem vero Ferdinandus Rex ad commune malum arcendum subiectos sibi Populos evocaret, iique partim affectu partim periculo excitati in Obsequium lubentes venirent: Exercitus tamen Regius, quod & Tempestas esset minus commoda, & hyems instaret, ultra Posonium non progressus, nulla re memorabili gesta retrocessit. Silesiacum in ea Expeditione Copiarum Dux fuit JOACHIMUS L. B. MALCZANIUS: Magister autem Equitum HENRICUS GOTSCH de Hertwigswalde: cui postea cum in morbum incidisset suffectus Johannes Oppersdorfius, quem ducentis Equitibus vexilloque lectissimorum Peditum, machinis quibusdam fulminalibus grandioribus attributis FRIDRICUS Lignicensium Princeps præfecerat.

GEORGIUS Marchio Brandenburg. Dux in Silesia Carnoviensis: nec non Oppolienfis: & Ratiboriensis Ducatum Hypothecarius, Fridrici F. Alberti Achillis Germanici Nepos: Princeps pius: veræ Evangelii Doctrinæ amans: justus: constans & magnanimus, Onoltzbachii moritur die 27. Decembr. Ætatis anno LX. relinquens unicum Filium quinquennem Georgium Fridricum ex tertia Coniuge Æmilia: Henrici Saxonie Principis F. Mauritii & Augusti Sorore genitum, & Filias: Annam Mariam: Christophoro Duci Württembergensi: Sabinamque, Johanni Georgio Elect. Brandenburg. postea nuptam, ex secunda Coniuge Hedwige, Caroli Monsterbergensis Filia susceptas. Primam Conjugem Beatricem: Johannis Hunniadis F. Mathiæ Corwini, Regis Hungariæ Sororem, Bernhardi Comitis de Frangepan Viduam in Hungaria duxerat de Consilio Wladislai Regis Avunculi sui, apud quem educatus est ac vicissim Educationi Ludovici Regis Amitini sui præfuit, quo a Turcis interfecto in Franconia potissimum sedem habuit, & suam ac Nepotis ex fratre Casimiri Alberti Pupilli ditionem, pie, prudenter ac iuste usque ad Exitum Vitæ gubernavit.

XVII. Kal. Junii decessit Mathias Auctus: M. D. Physicus VVratisl. Ordinarius: ad D. Mariæ Magdalenæ sepultus, ubi & monumentum Ejus visitur.

Anno

CHRISTI 1544.

Ad urbem Nissam, ut memoriæ prodidit Lycosthenes de Prod. & ostent. grandines increpiterunt inusitata plane Magnitudinis, unde Terra Ejus Regionis longe lateque vastata fuit.

Principes atque Ordines Silesiæ mense Martio VVratislaviæ convenerunt, ubi non solum certus constitutus modus exigendarum Contributionum, sed & ratio inita personalis Expeditionis, siquidem illa Solymano forte in Hungariam redeunte, opus foret

Locustarum
agmina:

SIGISMUNDUS AUGUSTUS POL. REX ducit ELISABETHIEN AUSTRICAM;

Albam Regalem Solymanus expugnat:

Virtus Silesiarum: JOACHIMUS L. B. MALCZANIUS: HENRICUS SCHAFFGOTSCH ab Hertwigswalde: & JOHANNIS OPPERSDORF:

Georgius Marchio Brandenburg. Dux Carnoviensis moritur:

Mathias Auctus: Med. D. moritur:

Comitia VVratislaviæ habitæ:

Henr. Ribisch
Quæstor Re-
gius moritur :

Henricus Ribisch Legum Doctor: Vir sagax & Prudentiæ Civilis non minus quam humani ac divini Juris Consultissimus, e Syndico Wratislaviensis Reip. sic Pohlius attestatur in Hemerologio Wratislav. FERDINANDO REGI à Consiliis & Provinciarum Silesiæ ac Lusatia Quæstor Generalis, die X. Nov. e Vita excessit, Ætatis ann. LIX. funeratus VVratislaviæ in æde D. Elisabethæ, ubi splendidum Ejus visitur Monumentum.

Fœmina se ma-
rem fingit :

X. Kal. Septembr. in eadem Silesiæ Metropoli fœmina quadam ultricibus flammis exusta fuit, quæ Virum se esse fingens, cognomento Hans Lofe: tres ordine Uxores duxerat, & Pene coriaceo in Congressu usâ fuerat, donec a postrema Uxore quæ vidua erat, fraudemque cognoverat, prodita fuit.

Virtus Silesio-
rum] OANNIS
OPPERS-
DORFII &
CONRADI
NIMTSCHII
in Bello cum
Gallis gesto:
item JOH.
BERNH. L. B.
MALCZA-
NI:

In bello Gallico, quod adversus Franciscum Regem CAROLUS IMP. hoc anno gessit, Virtutis suæ egregia ediderunt Documenta, Johannes Oppersdorfius & Conradus Nimcius: Nobiles Silesii: uterque ob id a CAROLO catena aurea trecentorum coronatorum donatus, & in Ordinem Equitum auratorum relatus. Stipendia quoque eo in Bello inter Auxiliares meruit Johannes Bernhardus L. B. Malczanius Silesius: FERDINANDI REGIS Dapifer.

Annò

CHRISTI 1545.

Nuptiæ repe-
titæ inter Bran-
denburgenses
Marchiones &
Duces Ligni-
censes:

Johannes Georgius Marchio Brandenburgicus: Joachimi II. Elect. F. annum Ætatis ingressus vigesimum, ex Consilio Parentis uxorem ducit Sophiam: Fridrici II. Lignicensium ac Bregensium Ducis Filiam, vicissimque Georgius II. Dux Lygio-Bregensis, Fridrici II. Filius, cum Barbara Ejusdem Joachimi II. Elect. Filia, Berolini ipsi liberalibus apparatissima pompa nuptias celebrat: ex quo istæ duæ Familiæ fœdus hæreditarium sive successorium, ut vocant, inierunt, quod postmodum Ferdinandus I. Rex, Boëmia nomine ratum habere noluit.

D. 23. Junii in Ducatum Saganensem venere Illustrissimi Saxoniz Duces Mauritius & Augustus: atque aliquot isthic dies commorati fuerunt.

Imagines in
Cælo visæ:

Altero Die post Pentecoste in Silesia hæ, ut Peucerus de Teratoscopia Autor est, visæ sunt Imagines: Duxit ab Oriente instructam Aciem Ursus, cui ab Occasu Leo armata manu occurrit: intra Exercitum utrumque lucidissima emicuit stella. Mox congressi inter sese utrinque dimicarunt acriter: ut distillare ex faucibus Corporibus Sanguis ubertim & ex anima concidere Ursorum viderentur Cadavera. Inter præliandum Aquila ex præcella rupe supra Copias Leonis sese vibrare alarum remigio visæ est. Ubi depugnatum esset, quasi dirempto Certamine Leo rursus inter suas effulsit Cohortes, Ursi nulla apparuit Species, sed prostrata & sparsa jacuerunt Cadavera: qua alter Exercitus confiterat, quibus adstiterunt Senes Canicie spectabiles & venerandi. Finito Prælio reduxit Exercitum ad occasum Leo: quo aliquo usque progresso, quidam albo & ornato vectus Equo a Copiis ad Pugna Locum rediit, atque in eum Equum Juvenem cataphractum ibi stantem collocavit & versus ortum procedentem Comitatus cum cæteris Speciebus evanuit.

Legatus IMP.
ad Portam Ot-
tomannicam:

Ex Comitibus Wormaliensibus Cæsar & FERDINANDUS ad Solymannum Turcarum Imperatorem Legatum mittunt, inducias sollicitatum, Gerardum Veltvichium, hominem doctum & Linguarum apprime peritum. Is primum unius anni deinde quinquennii Inducias confecit.

Libertas Eccle-
siæ Wratisl.

Extat de hoc anno Reversalis & assecuratio Imp. Ferdinandi pro Summo VVratislav. & Ecclesiastica Libertate, cui non debeat præjudicare, quod VVratislavienses Ædes Abbatis S. Vincentii in Burgo fitas de Cæsaris mandato obsignaverunt.

Annò

CHRISTI 1546.

FERDINAN-
DUS I. cum
Familia Regia
VVratislaviam
adveniat:

FERDINANDUS REX cum uxore ac Liberis: MAXIMILIANO: Anna & Catherina, Vienna digressus post celebrata Olomucii Comititia in Silesiam perrexit, itinereque per Oppaviam, Leobschucium, Nissam facto in Vigilia Palmarum Wratislaviam venit, cunisque post decantatam in Templo Cathedrali *δοξολογίαν*, benedictionem accepisset Sacerdotalem, in Curia quam vocant, Cæsarea divertit: ibidemque ad sextam usque hebdomadam substitit. Quo quidem Tempore gravis Controversia inter

inter Bojemos & Silesios coram FERDINANDO agitata fuit: quorum illi non tantum e Wladizlai Privilegio Anno Salutis 1510. sibi concessio, non licere ulli nisi Bojemo Silesiæ Præfecturam gerere contendebant, sed & reliqua illius Privilegii communis quod quasi Palladium quoddam est Libertatis Patriæ, Capita universa, ut per quæ non parum de Fastigio Majestatis Regiæ illiusque Juribus ac Regalibus decedat, impugnare atque convellere in animum inducebant. Contra Silesii Ejusdem Regis Privilegium, honestis Rationibus impetratum, urgebant, idque duodecim Annis, quam quod Bojemis indultum est, vetustius, ex quo cum per continuum Ejus & non interruptum Exercitium, plenum atque integrum Jus adquisiverint, nullo sibi modo posterius Bojemorum Privilegium præjudicare posse. Et ut maxime illi Clausula derogatoria priorum ac posteriorum Privilegiorum inniti velint, nihil tamen id obflare. Neque enim Potestatem habuisse Wladislaum Jus semel quæsitum Silesiis non consensu non consentientibus adimere, & in alium transferre, cum nec Imperator ipse, qui tamen Dominus totius Mundi dicitur, vel ex plenitudine Potestatis, Jus unquam suum auferre possit. Idque vel maxime quod Juris sit non incogniti, Privilegium antè per posterius non tolli, nisi in hoc Verbis expressis mentio fiat prioris, eoque non obstante posterius valere jubeatur: quod in hypothèsi minime factum, & quæ plura alia in hanc Sententiam prolata sunt. Quoad cætera vero Capita, cum Adversariis ipsis fatentibus Dignitatem Principis atque adeo Jus tertii concernant, minime se obstrictos ad ea respondere, sed Actionem institutam per Exceptionem peremptoriam, Tibi non competit Actio, quia tua non interest, elisam esse ostendebant: cum prece, ut ne Rex Jura & Privilegia Silesiorum, qui pro certo & indubitato credant, causam suam optima lege subnixam videri, ullam Partem imminui pateretur. Bojemorum tunc Causam egit D. Philippus Gundelius: Pataviensis: Oratione jam multo ante præmeditata: Silesiorum autem Wolfigangus Bock: Eques Silesius ac Fridrici Lignicensium Ducis Cancellarius, Oratione extemporanea sed disertâ & nervosa, in qua graviter etiam de Bojemorum Injuria ac Superbia conqueritur: Jus & Potestatem in Silesiæ Principes atque Ordines sibi vindicantium, jugumque adeo huic Provinciæ imponere molientium: cum tamen constet, Principes Silesiæ non bellica Vi oppressos ac subjugatos, sed sua sponte certis pactationibus intervenientibus se cum Bojemiarum Regno conjunxisse ac Regum quidem ipsorum, non autem Statuum Bojemiarum Vasallos esse, quin imo post Prælatos, præcipuum Regni Bojemiarum Membra: qui ob id a Regis etiam Electione, quod Bojemi facere conentur, minime sint excludendi, quemadmodum non modo ex aurea CAROLI IV. Bulla Bojemica sed etiam ex diversis Actibus ac præsertim ex eo, quod electum a Bojemis, Provinciis conjunctis inconsultis & invitis, Georgium Podiebradium Silesii repudiarent, novaque intercedente Electione Mathiam Hungariæ Regem sibi adsciverint liquido confirmari possit. Tametsi vero Rex FERDINANDUS operam dabat, ut ratio aliqua iniretur, quæ Controversia ista componi, nascentesque odiorum Ignes antequam in Incendium evaderent, restingui possent, Conditiones tamen propositæ minus æquæ & honestæ Silesiis visæ. Itaque res omnis in aliud Tempus rejecta: Principibus interim & Ordinibus Silesiæ Privilegium suum a diversis Bojemiarum Regibus ex eo Tempore sibi confirmatum, sine ulla Interruptione ad hunc usque diem continuantibus.

Disputatum & de Pacto Confraternitatis sive mutua Successionis quod cum Joachimo Elect. Brand. Fridricus Dux Lignicensis inierat, ut nimirum alterius gente extincta alterius succederet: Sed quia Conventio ista non adhibito Consensu Regio facta, in Regis præterea Regni præjudicium ac Detrimentum vergere videbatur, FERDINANDUS eam per Sententiam d. 18. Maji latam rescidit atque irritam pronuntiavit.

Diffidium inter Ordines quosdam de Præcedentia in Concessibus publicis ab Eodem Rege d. 22. Maji his Legibus compositum: ut Ducatus Oppaviensis, cum is prior Regno Bojemiarum conjunctus fuerit, Glogoviensem antecedit, Barones Silesiæ qui Status Provinciæ, Svidnicensibus ac Jauraviensis Ducatum Legatis quibuscunque præferantur: e Baronibus ipsis qui antiquiore Familia natus aut qui prior Dignitatem meruit, prior sit his, qui eandem posterius sunt consecuti: in Wratislaviensi denique Ducatu primum Locum teneat Præfectus Ejusque vicarius: secundum Nobilitatis Wratislaviensis, Noviforensis & Namslaviensis Legati: tertium Senatores reliqui aut qui alii a Senatu ad Comititia ablegati.

Martinus Lutherus: XII. Kal. Martii Islebii Natali Urbe placide ex hac vita discessit: cujus Mortem statim secutum est Bellum Smalcaldicum sive Germanicum, in-

Contraversia
inter Bojemos
& Silesios:

Elogium
Wolfigangi
Bock: Cancellarii
Lignicensis:

Nullitas Pacti
Confraternitatis
inter Brandenburgenses
& Lignicenses:

De Præcedentia
in Comititiis:

MARTINUS
LUTHERUS
moritur.

ter CAROLUM ut IMPERATOREM & Germaniæ Principes, Foederis Smalcaldici Socios calamitosum imo exitiale: in quo CAROLUS Victor defendentem se fortiter in Pugna captivum vidit Saxonum Ducem Joannem Fridricum, Septem-Virum creandis Imperatoribus, & ambiguis promissis redactum in suam Potestatem Philippum Landgravium Hassiæ.

Anno

CHRISTI 1547.

ANNA REGINA ROM. BOHEM. & HUNG. obiit:

Victoria CAROLI V. IMP. ad Mulbergam:

ANNA FERDINANDI REGIS Conjux: Wladislaï Hungar. & Bohemiæ Regis Filia, Viduarum Orphanorum aliarumque Personarum miserabilium Patrona atque Mater Pientissima, tot adhuc * liberorum fecundissima Genetrix, quippe cum quatuor Marito peperisset Filios: MAXIMILIANUM: FERDINANDUM: JOHANNEM, CAROLUM, & XI. Filias, Elisabetham, Annam, Mariam, Magdalenam, Catherinam, Leonoram, Margaretham, Barbaram, Ursulam, Helenam & Johannam, pariendi Doloribus superata d. 27. Januarii Pragæ ex hac Vita decessit, IV. Kal. Febr. pompa funebri elata & sepulta honorifice in Æde Cathedrali D. Viti: Arcis Pragensis, ingens sui desiderium Marito absenti relinquens, variis tunc Curis implicito & distracto, ob Bojemorum præsertim Defectionem, quorum Major Pars Auctoribus potissimum Pragensibus adversus Electorem militare, eo quod contra Regni Privilegia Expeditio illa extra Regni Fines suscepta videretur, ac præterea cum tota Domo Saxonica, cujus præcipuum & supremum Membrum, Bello non necessario invaderetur, Bojemis Pacta & foedera vetera de mutuis Auxiliis intercederent, Religionem insuper & alia quadam causata detrectabat, & inter se ac cum Electore Foedus inierat, Duce constituto Casparo Pflugio, cui XXX. peditum XII. autem Equitum millia ex Regni delectibus attributa. Nec deerant in Silesia & Lusatia, qui & ipsi in Partes Electoris propendebant: Verum has Molitiones omnes CAROLI IMP. celeritas, Vigilantia, & Felicitas antevertit: qui ad Mulbergam Electorem Saxoniae die Dominico Misericordiae DOMINI d. 24. April. captum in suam Potestatem redegit. Sunt qui Victoriæ illius duplicem Causam assignant: Prior quidem nimia militum quos secum retinuerat Elector

- * Quos ordine suo ex Monumentis authenticis recensere operæ pretium reor: fuerunt autem:
1. ELISABETH: nata 1526. 9. Jun. hor. 4. matut. Lincii: nupta Cracoviæ 1543. d. 21. Apr. SIGISMUNDO II. REGI POLONIÆ: MAGNO DUCI LITHUANIÆ: † 1545. 15. Junii: Vilnæ Lithuaniae.
 2. MAXIMILIANUS II. ROM. IMP. HUNG. & BOH. REX: nat. 1527. Kal. Aug. hora noctis 11. REX BOHEMIÆ 1548. 14. Febr. ROMANORUM 1562. 12. Nov. HUNGARIÆ 1563. IMPERATOR AUGUSTUS 1564. † 1576. d. 12. Octobr. in Comitibus Ratisbonensibus.
 3. ANNA: nata 1528. 7. Julii: hora matut. 4. Pragæ: nupta ALBERTO V. DUCI BAVARIÆ: 1546. 4. Julii. † 1587. 18. Octobr.
 4. FERDINANDUS: ARCHIDUX AUSTRIÆ: DUX BURGUNDIÆ: STYRIÆ: CARINTHIÆ: COMES TYROLIS: natus 1529. 14. Jun. hora pomerid. 3. Lincii: † 1595. 24. Jan.
 5. MARIA: nata Pragæ 1531. 15. Maji: hora pomer. 2. nupta 1546. 18. Jul. WILHELMO: DUCI JULIÆ & CLIVIÆ: † 1584.
 6. MAGDALENA: nata 1532. 14. Aug. Oeniponte: DEO devota obiit.
 7. CATHERINA: nata 1533. 25. Sept. hora 9. mat. Vindobonæ: nupta 1.) 1549. Francisco Gonzaga: DUCI MANTUÆ: qui † 1550. 2.) SIGISMUNDO II. REGI POLONIÆ: 1553. 5. Jul. † 1572. 28. Febr.
 8. LEONORA: nata 1534. 2. Nov. inter 5. & 6. hor. mat. Vindobonæ: nupta 1561. WILHELMO DUCI MANTUÆ: † 1594. 5. Aug.
 9. MARGARETHA: nata 1536. 16. Febr. hora 2. pomer. † 1567. 12. Martii: hora 7. mat.
 10. JOHANNES: ARCHIDUX AUSTRIÆ: nat. 1538. 10. Apr. hora 4. mat. Pragæ: † 1539. 20. Martii: hora 5. pomer.
 11. BARBARA: nata 1539. 30. Apr. inter 8. & 9. hor. mat. Vindobonæ: nupta 1565. ALPHONSO II. DUCI FERRARIÆ: † 1572.
 12. CAROLUS: ARCHIDUX AUSTRIÆ: DUX BURGUNDIÆ: STYRIÆ: CARINTHIÆ: CARNIOLÆ & WURTEMBERGÆ: natus 1540. 3. Junii inter 6. & 7. hor. mat. Vindobonæ: † 1590. 10. Julii.
 13. URSULA: nata 1541. 24. Julii: inter 3. & 4. hor. pom. † 1543. 30. Apr. Oeniponte.
 14. HELENA: nata 1543. 7. Januarii hora 8. pom. † Halæ Tyrolis 1574. 5. Martii.
 15. JOHANNA: nata Pragæ 1547. 24. Jan. hora 8. pom. nupta 1565. FRANCISCO: MAGNO DUCI HETRURIÆ: † 1578.

Electo paucitas, quibus Copias Imp. & numerosas e veteranis collectas sustinere vix poterat: Bona Pars enim Exercitus Saxoniorum in Aditu Bohemiae hostem operitura confederat, neque pauciores per omnem deputati Provinciam Oppida & Arces munitas obtinebant: Posterior vero Germanorum fatalis Securitas & inaudita prope Somnolentia. Hujus Victoriae fama totam Europam passim pervagata, cum admodum consternati essent Bojemorum Animi, FERDINANDUS REX cum insigni & armato Comitatu Julio Mense Pragam venit, ubi cum depositis Armis & Tormentis remotus Io ex Civibus in Arce Pragensi uti iussi se stitissent, supplicesque ante FERDINANDI Genua procumbentes culpam non sine Lachrymis deprecarentur, omnes in Arce tamdiu adservari iussit, donec de tota re FERDINANDUS decerneret. Quatriduo post supplicibus hæc dictæ Leges: Proximis Conventibus foedus initum abolerent, conceptis omnibus Sigillis: Privilegiorum & Immunitatum Exempla & Documenta omnia exhiberent, ex quibus quæ vellet Rex revocaret, aut si id visum fuerit, denovo largiretur & confirmaret: litteras item omnes, quibus Tribuum & Societatum Jura continentur, consignarent, quod ea Turbis ac dissensionibus Causam dedisse constaret: Arces dederent, & Jurisdictioni omni ac Vectigalibus renunciarent, foederisque cum Saxone initi litteras traderent, Cerevisiae Vectigal in annos tres promissum perpetuo dependerent: machinas bellicas omnes cum reliquo Instrumento in Arcem deducerent, ea quæ privatim quisque haberet arma, Usibus publicis in Curia deponerent. Dum hæc perficerentur, omnes in Carcere detenti, mox ex iis nonnulli dimissi, ex ceteris alii ad mortem, alii ad perpetuos Carceres damnati. E Baronibus ac Nobilibus complures in Jus vocati, qui se fidei Caesaris permisissent, ii bonorum Parte mulctati aut Carceribus mandati, qui vero ad diem non venissent, poenam perduellionis omnes commisisse atque adeo honorem, Vitam & bona omnia amisisse pronunciati, eorumque Arces & Prædia Fisco adjudicata. In Caput Casparis Pflugii Partium Ducis XV. mill. aureorum Pretium constitutum: Ex publicatis damnatorum bonis CC. aureorum millia corrasa, & ex Vectigalibus Pragensis Curiae Regi addictis in Fiscum redacta fuisse cc. xv. cl. aureorum annui redditus scripsere Casariani: quicquid vero sit, ex eo bello plus Emolumenti ad FERDINANDUM quam ex tota Germania sive subacta sive mulctata ad Caesarem rediisse Thuano adfuenti facile credimus. Cæterum institutæ contra Bojemus Actioni a FERDINANDO REGE adhibiti fuerunt conjunctarum etiam Provinciarum Proceres, & e Silesiis quidem Wenceslaus Dux Teschinentis: Joachimus L. B. MALOZANIUS: Laurentius de Drahotusch Ducatus Oppaviensis Capitaneus: Balthasar Kirlicius & Balthasar Bibersteinus Barones: tum Mathæus a Logau: Ducatum Svidnicensis & Javoriensis Præfectus: Johannes Posadowsky: Capitaneus Ducatum Opoliensis & Ratiboriensis: Johannes Planckner: Judex Provincialis Ducatus Opaviensis: Franciscus Rotenberg: Johannes GOTSCH: Ducatum Svidn. & Javoriensis Cancellarius: & Georgius Schweinichen: Equites.

Novæ leges
Pragensibus dictæ:

Sunt & alia quædam tunc cum Bojemis actitata, imprimisque Successionis in Regno Negotium, cui ex eo præbita occasio, quod circa hæc Tempora reperti nonnulli, qui non modo Juramentum & REGI & ipsius hæredibus ac officialibus præstari solitum, tanquam Friderici Privilegio liberæque quam habeant Electioni contrarium impugnant, sed & vivo REGE Ejus Filium minime coronari posse contenderent, idque Vigore Decreti illius Comitiorum Pragensium anni 1526. quod autem gravissime ferret FERDINANDUS sua & Hæredum suorum Jura in dubium vocari, eo tandem res perducta, ut in Comitibus hujus Anni Augusto Mense celebratis unanimiter ordines concluderent: Hæredes Majestatis Regiæ quod attineret, ut Bulla aurea CAROLI IV. IMP. VVLADIZLAI item Litteræ quas vocant, Majestaticæ, tum FERDINANDI ipsius Litteræ reversales in quibus certus Successioni modus præscriptus firmæ ratæque permanerent, neque recedere ab iis in posterum ullatenus liceret. Videantur Acta ipsa Bojemica Typis hoc Tempore expressa.

Successionis in
BOHEMIAM
Negotium:

JOHANNA, FERDINANDO REGI, filia nata 9. Kal. Febr. Susceptores: Dux Teschinentis: Episcopus Agriensis Regni Hungariæ Cancellarius: & Henricus Comes a Plawen: Regni Bohemiae Cancellarius: Susceptrices Illustres Matronæ Domini Hoffmanni & Domini Leonis Uxores.

JOHANNA
Filia REGI
nata:

De Morte vero Conjugis REGIS ANNA hæc Bernh. Sturmio: Patiscov:

Partu necta cadit FERDINANDI Regia Conjux

Ter nono ut retulit Janus in alta caput:

aliud:

aliud:

Clavigeri ter nona Patris Lux orta nitebat

FERDNANDI Conjux ut cadit ANNA nece.

SOPHIA
Lignicenfis :
ELECT.
BRAND. Con-
jux moritur:

SOPHIA Lignicenfis, Johanni Georgio Electori Brandenburgico nupta, Princeps optima poftquam Filium Joachimum Fridricum in hac auram vitalem die 27. Jan. hor. 5. pomer. enixa fuiffet, qui tamen Utero extractus femivivus vino lotus malvatico aliisque aquis pretiofis agre respiravit, nono a partu die rebus humanis valedixit.

quam Parens
fequitur FRI-
DRICUS II.
Dux Ligni-
cenfis:

Quam die 18. Sept. fecutus Parens FRIDERICUS II. Dux Lignicenfis & Brigenfis: Silefiæ inferioris Præfes: Princeps optimus & Ecclefiarum Pius Nutricius: cum annum Ætatis ageret LXVIII. fepultus Lignicii in Æde D. Johannis, ubi Monumentum ipfius & duarum Conjugum: ELISABETHÆ Polonicæ an. 1517. a. d. 16. Febr. ab inito Matrimonio menfe decimo quinto nondum expleto cum peperiffet ipfi Hedwigin in Cunis mortuam, defunctæ: & SOPHIÆ Brandenburgicæ an. 1537. mortuæ, confpicitur magnifice extructum. Filios ex SOPHIA reliquit FRIDRICUS III. & GEORGIUM: inter quos Ditiones paternæ hoc modo divifæ, ut FRIDRICUS Lignicium, Goldbergam, Hanoviam: Lubenam: Gradisbergam: Walftadium cum Jure hypothecæ in Monfterbergenfi & Francofteinenfi Ditionibus retineret: GEORGIO vero Brega, Olavia, Nimcium, Sirela, Bicina, Cruciburgum, Wolvavia, Steina, Wincigium, Rauda, Ricina & Herrnftadium cederent. Merito inter præftantes Principes FRIDRICUS is refertur: nam Divinum Evangelium reverenter amplexus eft, pie vixit, tutum Hofpitium Ecclefiis CHRISTI & piis Scholis præbuit, non fuit fumptuarius, a Confiliis Tyrannicis abhorruit, fobrietatem & Parfimoniam amavit. Itaque DEUS tum ipfius tum Subditorum fortunas & res auxit: namque Ducatus Glogov. & Monfterbergensem aliquamdiu oppignoratos habuit. Cum filio Georgio profecturus Bregam Die Petri & Pauli fe in Viam dedit, fed cum veniffet ad Pagum Pore agrotare coepit, triduumque propter Invaletudinem ibi commoratus inde Lignicium relatus eft, & Sabbatho poft diem Exaltationis S. Crucis in Profefione Invocatione & fide FILII DEI placide in DOMINO obdormivit, ac die Lunæ poft in Æde D. JOHANNIS in Sepulchro quod vivus fibi fuæque familiæ fieri fecerat, humatus eft.

Johannes Hef-
fus: Theol. D.
moritur:

Fuit & hic Annus fatalis Johanni Heffo: Theol. D. & Pastori Wratiflav. ad D. Magdalenæ ubi cum Divina Oracula fumma fide finceritateque juncta Vitæ Integritate Populo interpretatus effet, cæterasque Pii Pastoris Partes diutiffime peregiflet a. d. 5. Januar. intempeftiva magis Ecclefiæ de qua optime meritus fuit, quam fibi morte ad DEUM migravit cum Ætatis annum LVI. ageret.

Anno

CHRISTI 1548.

SIGISMUNDUS I. REX
POLONIÆ
obiit: fuccedit
F. SIGISMUNDUS AUGUSTUS:

In Polonia REX SIGISMUNDUS I. qui inter quatuor Fratres Cafimiri M. Filios minimus natus, Dux aliquamdiu Oppavienfis & Glogovienfis nec non fupremus Silefiarum Præfectus ad Regnum tandem pervenit, idque XLII. annos: menfes II. fapienter & feliciter rexit, octogenario Major, Fato conceffit Kal. April. ipfo DOMINICÆ RESURRECTIONIS Die, relicto Filio unico Regnique hærede SIGISMUNDO AUGUSTO ex Bona: Johannis Galeacii Ducis Mediolanenſis filia fufcepto, qui FERDINANDI REGIS Filiam ELISABETHEN ante quinquennium in uxorem duxerat.

MAXIMILIANUS II. Nuptiæ
cum MARIA:
CAROLI V. IMP. Filia:
HENRICUS:
Dux Monfter-
bergenſis moritur:

MAXIMILIANUS FERDINANDI Regis F. primogenitus Auguſta ex Comitibus in Hispaniam proficiſcitur, cum Patruæle ſua MARIA: CAROLI V. Filia Pin-
tia nuptias celebraturus.

HENRICUS DUX MONSTERBERGENSIS & OLSNENSIS: Caroli F. Henrici Nepos: GEORGII Bojemix Regis Pro-Nepos: Princeps bonus ac laudabilis fed quem magna fortunæ varietas exercuit atque jaſtavit, ut fæpe illa optimis quibusvis noverca eſſe ſolet viris, Bernſtadii fato conceſſit IV. Non. Sextil. Ætatis anno XLII. relicta vidua MARGARETHA: Henrici Ducis Megapolenſis Filia e qua liberos mares tres, totidemque femellas fufceperat, atque in his filios ſuperſtites HENRICUM & CAROLUM.

Die 29. Decembr. veneranda Canitie Senex obiit Sebaſtianus Angerer: Auſtriacus: primus reformatæ Religionis Paſtor in Eccleſia Svidnicenſi.

Anno

Anno

CHRISTI 1549.

XII. Kal. Febr. MAXIMILIANUS: FERDINANDI: Hungariæ Bohemiæ Romæ-
 norumque Regis Filius primogenitus, Archidux Austriæ in Arce Pragensi designatur
 Rex Boemiæ. Postridie qui fuit D. Concordiæ sacer Ejus Electionis publico omnium
 Voto facta est Declaratio.

MAXIMILIA-
 NUS II. dictus
 REX BOHE-
 MIE:

Menſe Aprili Conventus Principum atque Ordinum Wratislaviæ habitus, a qui-
 bus FERDINANDUS REX per legatos ſuos poſtulavit, ut quandoquidem vigore Pri-
 vilegiorum Regni Boemiæ Primogenitus Regis Filius Patri in Regno ſurrogari debeat
 & vero Bojemi MAXIMILIANUM Filium natu maximum Regni Bojemici Succeſſo-
 rem jam nunc denunciarint, Sileſii quoque idem facerent, ac pro Rege MAXIMILIA-
 NUM agnoſcerent, DOMINI Tituloque Regio ipſi tributo: hac tamen conditione,
 ut ne vivo Patre Poſſeſſionem aut adminiſtrationem invaderet, id vero ſi tentaret, ne-
 mo ipſis obſtrictus eſſe teneretur: Tametſi vero Sileſii graviter ferre viſi ſunt, ſe in-
 conſultis ac præteritis, Bojemos de Succeſſore paciſci fuiſſe auſos: haud tamen difficul-
 ter in FERDINANDI REGIS poſtulata conſenſerunt, & pro ipſius adeo Succeſſore
 MAXIMILIANUM unanimiter ipſi quoque acceperunt, litteris ad hunc ea de re
 quam primum conſectis.

C m'ia Wra-
 tislavia habita:

Magdeburgenſibus, ad quorum Tribunal ab inferioribus quibusdam Judiciis harum
 Provinciarum provocabatur, ab CAROLO V. IMP. proſcriptis, FERDINANDUS
 REX provocationem illam Edicto ſuſtulit, ac ſupremum Judicium ad quod Provo-
 cationes omnes, quibus caſibus ea conceſſa, ex Bojemia, Moravia, Sileſia, Luſatia fierent,
 in arce Pragenſi conſtituit.

FERDINAN-
 DUS I. Provo-
 cationem Mag-
 deburgum ſu-
 ſtulit:

Wratislavienſibus quod adverſus FERDINANDUM REGEM graviter deli-
 quiſſe arguerentur, dies dicitur Pragæ ad diem 5. Nov. qui cum ſex ex Ordine Senato-
 rio delegatos illuc miſiſſent, neque Cauſam ſuam Regi ſatis probaſſent, in magnis ver-
 ſati ſunt Anguſtiis, Henrici tandem Plavenſis S. R. I. Principis, Regniſque Bojemici Can-
 cellarii cui ob id V. aureor. mill. dono data, nec non Mathiæ Lauſnitii Conſilarii Regii
 opera his Conditionibus FERDINANDO reconciliati, ut & Cereviſiæ Vectigal per-
 petuo dependerent, & LXXX. aureorum millia pro mulcta ſolverent.

Eandem ſere fortunam expertæ Svidnicenſis & Javorienſis Ducatum Civitates,
 quæ quod in bello adverſus Electorem, auxiliares Copias Machinasque bellicas non
 miſiſſent, Pecuniam ſolviffent quidem at minus probam, Imagines & Libellos famoſos
 importari permiſiſſent, in Electoris Captivitate magna Doloris & Commiſerationis,
 nulla autem in Caſaris & FERDINANDI victoria Latitiæ & Gratulationis Signa
 dediſſent, non niſi mulcta numaria LIV. clo. aureorum depenſa in gratiam ſunt ac-
 ceptæ.

FERDINANDUS tamen REX hoc anno Fridrico III. Lign. Duci Privilegia
 ſua confirmat: vid. Goldaſt.

Privilegia Li-
 gnienſium
 confirmata:

Mauritius Saxoniæ Dux, Septem-Vir Imperatoribus creandis, jam anno ſuperio-
 re ſolemni Pompa renunciatus, Saganenſem Ducatum, qui LXXVII. annos in ditione
 ac Poſteſtate Saxoniæ Principum fuerat, FERDINANDO REGI pro Eilenber-
 genſi in Saxonia ditione hæreditarie reſignat. Commiſſarii huic negotio deſtinati d.
 18. Julii Saganum venerunt, a Rege quidem Chriſtophorus Burggravius a Dohna in
 Königsberg: Johannes a Schliben & Nicolaus a Metzrad: ab Electore autem Fabia-
 nus a Schönaich Ducatus Saganenſis Præſectus & Simon Piſtoris JCrus: qui cum a
 Juramento, quo Electori obſtricti erant Subditos abſolviffent, in Verba Regis No-
 bilitas die 20. Julii: oppidani autem biduo poſt jurarunt: Ducatus Præſecturam reti-
 buit Fabianus Schönaichius. Facta & hoc anno pactorum ſive fœderum inter AU-
 STRIACAM & Jagellonicam Domum ac utriusque regnorum & Provinciarum ſub-
 ditos Populos renovatio: vulgo Compactata vocant.

Saganenſis Du-
 catus a Saxo-
 num Imperio
 ad FERDI-
 NANDUM
 REGEM BO-
 HEMIÆ redit:

Anno

CHRISTI 1550.

Canonici Regulares Ord. S. Auguſtini qui in Cœnobio Saganenſi per decen-
 nium circiter ſeſe continere coacti fuerant, cum præterito anno in Choro ſupe-
 riore horas decantare Canonicas, Miſſamque celebrare cœpiſſent, novo quo hætenus
 caruerant Abbate creato Integræ Libertati hoc Anno reſtituti, Templum ſuum a Civi-
 bus

bus huc usque occupatum recuperarunt, relicto tamen his Religionis Evangelicæ Exercitio in Templo Franciscanorum deinceps celebrando.

Joachimus Fridricus Dux Bregenſis naſcitur:

Ipo die MICHAELIS ARCHANGELI bono publico mortalis eſſe Bregæ Sileſiorum cœpit JOACHIMUS FRIDRICUS: Dux Sileſiæ Lygio-Bregenſis, Princeps laudatiſſimus, Patre GEORGIO: matre vero BARBARA: Marchioniſſa Brandenburgenſi.

Anno

CHRISTI 1551.

Ducatus Monſterbergenſis relutio:

Ineunte anno Ducatus Monſterbergenſis facta fuit relutio, FRIDRICO Lignicenſi, cujus Patri fuerat oppignoratus exſolutis aureis Hungaricis XL. clo. ad quorum ſummam conficiendam Joannes Oppersdorſius decem millia mutuo dedit, totidem Georgius Abbas Henrichovienſis: reliquum aliunde Regis nomine ab Oppersdorſio contractum, cui & Præſectura Ducatus commendata fuit.

Bellum Sileſiorum civile:

Nec ita multo poſt cum de JOACHIMO L. B. MALCZANIO neſcio quibus de cauſis ad Obſequium revocando Principes & Ordines, REGE ſic jubente, deliberarent, nec alia commodior videretur ratio, quam ſi Dynaſtia ipſius occuparetur, delectus ad id Oppersdorſius, qui nihil cunctatus, cunctis quantæ ſatis videbantur, Copiis, durifimo quamvis anni Tempore Wartenbergam contendit, cumque die 18. Febr. nullo fere negotio & Oppidum & arcem cepiſſet, Præſidio illi impoſito ad Præſecturam ſuam rediit.

MAXIMILIANUS II. ex Hiſpania in AUSTRIAM redit:

MAXIMILIANUS FERDINANDI REGIS Filius cum Uxore Hiſpanica, quæ jam duos illi liberos Cygalis pepererat, in Germaniam poſtliminio reverſus Patris in Hungaria & Auſtria fit Vicarius, quo eodem tunc munere in Bojemia fungebatur Ferdinandus Frater.

Transylvaniam FERDINANDUS REX occupat:

Georgius Episcopus Varadinenſis cum ſuo arbitrio omnia adminiſtraret, ob idque Iſabella Regina Johannis Vidua ſidem Ejus ſuſpectam habens ad Turcam de Eo queſtus eſſet, ad FERDINANDUM hoc anno inclinavit, Tranſylvaniam ſe illi ſi exiguis Copiis juveretur, traditurum pollicitus. FERDINANDUS igitur Joannem Baptiſtam Gaſtoldum, Italum cum Exercitu non contemnendo Ducem ipſi adjungit: qui cum Gaſtoldo in has Conditiones tranſegit, ut Iſabella Filii nomine Tranſylvaniam in quam ipſa cum filio Infante Buda pariter & Hungaria reliqua per ſummam Perfidiam ejecta ab infido Patrono Sultano Turcarum Solymanno relegata fuerat, quamque Turcicæ Potentiæ impar tueri non poſſit, in Rei Chriſtianæ Commodum FERDINANDO cum inſignibus quæ ſecum habebat Regiis cederet, & Compensationis loco Opoliæ Ratiboriæ Monſterbergæ ac Francoſteinii Principatus poſſideret: arctiorisque Amicitia cauſa Johannes Sigismundus ipſius Filius (ſic enim non jam amplius Stephanus appellatur) Joannam Ferdinandi F. in Uxorem cum C. aureorum millium dote acciperet, Æs alienum a Patre & Matre ipſius contractum diſſolveretur: L. clo. aureorum quæ Iſabellæ dotis nomine reſtitui deberent, a Ferdinando penderentur, & quousque omnia præſtarentur Pignoris loco Caſſovia Civitas Regina & Filio ad habitandum concederetur. Adſentiens in has Conditiones Regina, Comitia protinus ad Claudiopolin indicit, ipſaque ad Cœnobium quod VIII. ab Urbe milliaribus abeſt, cum filio digreſſa, Inſignia ibi Regalia, Coronam auream, Sceptrum eburneum inauratum, Orbis Figuram auream, Pallium Regale, Tunicam & Calceos, lapillis pretioſis & unionibus omnia ornata, unaque cum iis Regnum ipſum tradit. Gaſtoldus Inſignibus acceptis ad Comitia regreſſus Proceres Populosque in FERDINANDI Fide confirmat, & Obedientiæ illi Sacramento obſtringit: cumque paulo poſt FERDINANDUS miſſis litteris Pacta inter Reginam & Gaſtoldum conventa rata haberet: ipſa non diu morata, contractis tamen prius fiduciariis Nuptiis inter Johannem & Johannam Ferdinandi F. per montes aſperos Caſſoviam verſus iter direxit, rebusque ſalvis incolumis illuc cum filio pervenit.

Pax inter FERDINANDUM & ISABELLAM REGEM & REGINAM HUNGARIÆ:

Cum vero Turcæ agerrime hanc mutationem ferrent, cum ingenti Exercitu in Hungariam Græciæ Prætor miſſus eſt: quem licet noſtri ab Obſidione Temeswaris depulſiſſent, tum & Lippam ab eo captam Expugnatione recepiſſent, majores tamen illi Copias colligere cœperunt: Cumque Georgius vacillante fide, benivolentiam Turcarum Imperatoris, ambitioſius etiam quam FERDINANDI venari animadverteretur: Gaſtoldus Bincii quo cum illo proſectus fuerat, ſicarios in eum ſubmittit, qui litteris per Secretarium allatis in Cubiculo ſubſcribentem XIV. Kalend. Januar. trucidarunt, cum annis fere viginti ſummæ in Hungaria Auctoritatis & præcipuus Regis Johannis &

Turcatum Motus:

poſtea

postea Viduæ illius ac Pupilli Confiliarius, Quæstor & Tutor, ac nuper etiam non tantum Daciæ Palatinatu & Strigonienfi Episcopatu a FERDINANDO sed & Galeri purpurei honore a Pontifice donatus fuisset.

Interfuit huic Expeditioni e Silesiis Joh. Oppersdorfius (Orestolsum Thuanus, ^{Elogium JO-} modo Opperstolsum vocat) qui coactò in Patria Equitum agmine eoque Oppavia lu- ^{HANNIS OP-} strato in Transylvaniam primum, uti iussus erat, se recepit, inde in Hungariam Georgium ^{PERSDORFII:} & Gastoldum secutus, Copiisque tandem in hiberna missis Giulæ Arci Præfectus, sequenti anno ad Zegedinum, licet ipse fortiter pugnans Vexillum Hosti, Virtutis Signum, eripuisset, Impedimentis omnibus amissis quam plurimos e suis desideravit.

Fridricus Dux Lignicensis, excellenti præditus Ingenio Princeps, natura optima, ^{Fata Ducatus} insignique facundia non tantum in Germanico sed & Latino Sermone, cum admo- ^{Lignicensis:} dum Ære alieno esset obrutus, ac rerum ipso potiunte pleraque accidissent FERDINANDO REGI ingrata, in Gallias hoc anno militatum abiit, Interea FERDINANDUS Georgio Duci Brigenfi donec Filius Fridrici Henricus annos Pubertatis attigisset, Curam Ducatus Lignicensis demandavit.

Anno

CHRISTI 1552.

Ineunte Anno Pragæ Bojemorum Comititia habita: ad quæ cum præter Moravos ^{Res Hungariæ} & Lusatios, Silesii quoque (salvis tamen Provinciæ Privilegiis & Immunitatibus) ^{peffimo loco} comparuissent, auxilia non exigua ad Turcicum Bellum gerendum REGI decreta sunt. ^{constitutæ:} Imprimis autem hoc anno Res Hungariæ loco longe peffimo: Temeswarum Arcem Nobilissimam ad fluvium Themes inter Lippam & Belgradum ad Daciæ fines interjectam longa & gravissima oppugnatione Mehemetes Bassa ad Deditionem coëgit, contraque fidem datam Præfidiarios omnes cum fortissimo Præfecto Stephano Loczancio trucidavit: ultus Perfidiam Gastoldi, qui anno præcedenti Climannum, Ducem Turcicum, fide publica dimissum Lippha agmine ducentorum Equitum permiserat invadi: Paulo post Lippha, Solimofum, Chianadum, Zotvolum, Seczienum, Dregella, Giamartum & alia circumiecta Propugnacula a Turcis capta. Agria ipsa Mense Novembri arcte obsessa: sed repulsi tamen ab Ea Turcæ non mascula tantum sed foeminea quoque Virtute. FERDINANDUS tot Cladibus fractus legatos ad Pacem a Solymanno obtinendam Antonium Verantium & Franciscum Zay: Byzantium ire voluit. Qui biennium in ea Aula frustra contriverunt, dum interea Res in Persia conficeretur.

In Germania Bellum a Mauritio Saxone Electore adversus CAROLUM V. ^{Bellum Germanicum finitum:} IMP. gestum dimissione captivorum Principum finitur: secutaque mox toti Imperio saluberrima Transactio Passavienfis, quæ Pacem concessit Confessionem Augustanam amplectentibus. Mauritius dein in Hungariam cum Exercitu descendit, sed nulla rememorabili gesta dimissis sub anni Exitum Copiis Wratislaviam venit, ibique Valetudinis curandæ causâ aliquamdiu substitit.

FERDINANDUS REX Opoliensem & Ratiboriensem Ducatus a Marchione ^{Status Silesiæ} Brandenburgico recuperat, Isabellæ Reginæ paulo post ex Pactione tradendos, relicta tamen Marchioni Oderbergenfi Ditione ad Tempus Vitz, sicut Ei per litteras obligata erat, Dynastia item Beuthensi cum fodinis metallicis donec super Jure Marchionis Cognitio facta fuerit. Caterum cum Pecunia debita Marchioni minime repræsentaretur, in Ducatu Saganensi, Ditionibusque Bibersteiniis Sora, Tribel, Fridland, hypotheca illi cum Consensu Ordinum Regni Boemiæ hac lege constituta, ut si annum interusarium, puta 9160½. floren. Hungar. 18. cruciat. aut intra quadriennium a die Michaelis hujus anni computandum integra debiti summa puta 183333. floren. Hungar. 30. cruciat. non persolverentur, licentiam Marchio habeat & Potestatem præmemorata bona omnia & singula propria Auctoritate occupandi, retinendi, plenoque Jure possidendi ac fruendi, non secus ac si ipsius essent propria, eoque donec ipsi ejusve hæredibus plenaria solutione sortis supra memoratæ, una cum omnibus expensis in eam rem factis omnique adeo Damno & interesse ad Arbitrium fuerit satisfactum.

D. 18. Julii MAXIMILIANO Austriaco Patre & Matre MARIA Augusta ^{RUDOLPHUS} CAROLI V. IMP. Filia Viennæ Austriacorum vitam exorsus ^{II. IMP. nascitur:} FERDINANDI primogeniti superiore anno denati vicem subiit, Avi Patrisque in Imperio futurus Successor.

Elogium GE-
ORGI A
CZEDLITZ,

D. 20. Julii e vivis excessit Vir ut antiquissimæ Gentis ita Generosissimæ mentis Georgius a Czeditz, pagi Neukirch, qui in Dominio & Possessione Ejus Familiæ descendendum, non ex latere venientium, longe ultra trecentorum annorum lapsum continua & indirempta serie fuisse dicitur, Hæreditarius, vel ideo hoc loco commemorandus, quod singulari DEI beneficio ad totos centum & decem Annos (natus quippe A. C. cdo cccc xlii.) vitam produxit: tertio Ejus ac nonagesimo anno Sigismundum Filium, qui maximis postea muneribus & Dignitatibus effloruit, utque in Illustrem Baronum Ordinem cooptari meruit, genuit: ac præter hunc numerosam aliam Sobolem, magnam humanæ felicitatis Partem, post se reliquit: tam vegeta insuper & robusta quod mirari liceat Ætate, ut juxta Thebanum Ænigma, nunquam tripes, ne extremo quidem vitæ Crepusculo ingredi fuerit visus.

Johannes Coch-
laus moritur:

Ultimum & hunc Vitæ annum habuit Joannes Cochlaus, de Patriæ Appellatione sic dictus, in qua est Cochleæ significatio, quales graduum in Ædificiis sunt (vicus autem ille est in Arenis Noricis) Canonicus Wratislaviensis, multis pro Ecclesiæ Romanæ Auctoritate scriptis editis clarus, præterea acer in disputando & in Comitibus ac Colloquiis Augustæ, Ratisbonæ, ac Wormaciæ sæpius cum Principum Protestantium Theologis congressus, Wratislaviæ autem Eid. Januar. Ventis immaniter tunc sævientibus, Ætatis anno LXXII. defunctus.

Fridrici Sta-
phylus Osnab-
rugensis Fata

Fridricus Staphylus Osnabrugensis Westphalus, homo cæteroquin ab Eruditionis Doctrina non prorsus imparatus, cum an. 1549. Wratislaviæ Uxorem duxisset Johannis Hessi Theologi Filiam, sequenti autem Demosthenis Orationem eam, quam habuit Athenis, refusans Epistolam, quam Philippus Rex Macedoniæ ad Senatum Populumque Atheniensem miserat, Juventuti Wratislaviensi in Auditorio D. Elisabethæ prælegisset, in Borussiam inde profectus Ejus Provinciæ Duci Operam suam addixit, a quo Professor Academicus mox Consiliarius creatus, relicta subito Borussia Wratislaviam hoc anno remigravit, & Lutheri Doctrina ejerata ad Romanam Ecclesiam concessit, a Balthasare inde Episcopo vocatus, Sedem Nissæ fixit, sed cum vix annum isthic mansisset in Austriam profectus se in aulam FERDINANDI REGIS insinuavit, & ut fidem faceret seriæ atque ex animo profectæ Conversionis, numero illorum se deinceps aggregavit, qui resellere debebant Defensores Confessionis Augustanæ.

Pestis Saganum
vexat:

IV. Febr. obiit Johannes Soharff: Notarius Wratisl. Magni illius Cratonis Socer. Pestilentia hoc anno Sagani grassata, magnam stragem dedit: Extinctus præter alios a. d. 3. Novembr. M. Johannes Zanderus, Ecclesiæ Pastor, Eruditionis, Pietatis ac Moderationis laude clarissimus.

Anno

CHRISTI 1553.

Pugna Sivers-
husiana:

Adversus Albertum Marchionem Brandenburgicum qui Alcibiadis Germanici cognomen possedit, hinc inde in Germania tumultuantem, auxiliares Equites Norimbergenfibus e Silesia submissi, quos ille Kal. Maji ad Bertingam Oppidum, antequam cum reliquo Exercitu conjungerentur, oppressos eo adegit, ut se cum omnibus suis traderent. Quo quidem Successu magis Albertus metui & confirmari eorum animi, qui cum Eo se conjunxerant, adversarii autem timidiore reddi cœperunt. Nec ita multo post inter Albertum hunc & Mauritium Saxonie Electorem ad flumen Visurgim in Saxonia Pugna illa Sivershusiana, sive Cadmæa potius pugnata, in qua scilicet victus fiebat, Victor autem interibat.

CATHERINA
AUSTRIACA
SIGISMUN-
DO II. POL.
REGI nubit:

Catherina, FERDINANDI REGIS Filia, Francisci Gonzagæ Mantuæ Ducis Vidua, SIGISMUNDO Pol. Regi suo sororio secundis Nuptiis infecunde jungitur. Celebratæ sunt nuptiæ a. d. 9. Julii Cracoviæ quo sponsam FERDINANDI jussu deduxit Johannes Oppersdorfius trecentorum Equitum, sed ut ad publicam lætitiæ ornationum Comitatu stipatus, in quo LXXIII. Barones ac Nobiles habitu holoserico fulgentes. Interfuere illi festivitati præter FERDINANDI Legatum Georgium Marchionem Brandenburgicum aliquot Silesiæ Principes, tum Hungariæ, Austriæ & Moraviæ Proceres complures, omni Generis Cultu instructissimi.

Annus Carita-
tas: & Pestis:

Annus magna hoc anno Caritas & Difficultas, de qua Versus extat memorialis Martini Kinneri.

ArIDA sILesios æstate præMeBat egestas.

Sæviit & alicubi Pestilentia, ac præsertim Lignicii.

Anno

Anno

CHRISTI 1553.

Prid Kal. Febr. Dux **GEORGIUS**: Ducis Caroli Monſterberg. & Olsnen. in Sileſia ex Conjuge Anna Glogovienſi Filius, Regis Georgii Pronepos, ſine Prole e vitamigravit: ſepultus Olsnæ, ubi Imago Ejus Saxo incifa viſitur. Georgius Dux O'snenſis mortur:

Anno

CHRISTI 1554.

FERDINANDUS Archidux Auftriæ: **FERDINANDI REGIS** F. d. 16. Octobr. qui D. Gallo ſacer, Wratiſlaviam ingreſſus, vicario Patris nomine Comitia celebravit, cumque non modo recensitis Iſabellæ ac Procerum Hungariæ cum Turcarum Tyranno Machinamenti, quo in Discrimine Regnum illud verſaretur, ſed & ſumptuum Magnitudinem, quos ad reprimendos Alberti Brandenburgici ab Imperio proſcripti Impetus facere coactus fuiſſet, atque etiamnum cogeretur Pater demonſtraret, pecuniam Ordines popoſcit, nec difficulter impetravit. Comitia W'ratſlaviæ habitata:

D. 21. Octobr. qui D. Urfulæ dicatus, totoque octiduo ſequenti Joannes Oppersdorffius ad Baronum ordinem, quo Majores Ejus novercantis Fortunæ malignitate exciderant, & ad Equeſtrem conditionem redacti fuerant, ob fidam & gnavam in Bellis Turcicis Reipublicæ Chriſtianæ novatam operam **FERDINANDI REGIS** beneficio una cum Georgio & Guilielmo Fratribus nuper tranſcriptus, cum Chriſtina, Ottonis a Czedlitz: in Parchwitz: Equitis aurati Filia unica, magna Pompa & apparatu, nuptias Wratiſlaviæ celebravit. Interfuere Principes ac Proceres complures, & ipſe adeo **FERDINANDUS**: **ARCHIDUX**: nec conviviis ſolum & choreis ſed & haſtiludiis aliisque ſpectaculis. Cæterum quod nullos haberet Czedlitzius hæredes mâſculos, ditionem ſuam Parchivicenſem, quam a Ducibus Lignicenſibus Jure feudi recognoſcebat, per Emptionem Venditionem in Generum tranſferre conatus fuit: idque propter Clauſulam litteris Inveſtiturarum inſertam, quæ liberam alienandi ac pro Arbitrio diſponendi Potestatem concedebat. Et Oppersdorffius quidem a Georgio Duce, ut Contractum illum cum Socero initum ſuo & Tutorio nomine confirmaret, inſtanter petiit: Id vero cum Georgius deliberatione cum Proceribus habita, qui Clauſulam illam hautquaquam eo uſque extendendam eſſe cenſebant, ut eo etiam caſu, quo nulla Vaſallo Soboles mâſcula, morteque adeo Vaſalli feudum ad Dominum eſt reverſurum, alienatio licita ſit, recuſaret: Lis graviffima inter Principes Lignicenſes & Czedlitzium ſuborta, quæ cum pluribus annis inſtituto non ſemel Parium Curix Judiciſ duraret, multarumque Academiarum Collegia occuparet, poſt mortem demum Czedlicii **MAXIMILIANI REGIS** ſapientiſſimo Conſilio per Transactionem hoc modo finita fuit, ut acceptis XX. numum aureum millibus ditionem litigioſam Oppersdorffius cederet, Soceri quidem ſui ut in aliis bonis ſic & in Hypotheca Glogovienſis & Coſlenſis in Ducatu Opoliienſi ditionum ſucceſſor.

Abſtulit & hic annus Theologos aliquot Sileſiæ celebres: in queis Ambroſius Moibanus: Theol. D. eruditiffimus: Eccleſiæ Wratiſlav. ad D. Eliſabethæ Paſtor, inodſtiæ probitatisque Spectamen *αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος τῶν πνεύματων* facili deſunctus Exitu a. d. 16. Januar. cum vixiſſet ann. LX. e quibus XXIX. Eccleſiæ Gubernationi ſalutariter impendit: item Georgius Gryſawer: Equeſtri Familia natus: Lignicii ad DD. Petri & Pauli totiusque adeo Ducatus Superintendens, Goldbergæ mortuus a. d. 7. Junii, Succelloremque naſtus M. Henricum Theodorum, Hilperhuſanum Francum: denique M. Joannes Titius, ad D. **VIRGINIS** ibidem Paſtor, humanis exemptus a. d. 11. Septembr. cui in eo munere ſuccenturiatus M. Georgius Seyler. Ambroſius Moibanus: Theol. D. mortur: item Georgius Gryſawer: item M. Joh. Titius:

Goldberga pene tota, & illuſtris ipſa Schola, tanto Diſcipulorum confluxu reſerta, hoc anno conflagravit: Tröcendorffius Lignicium ſeceſſit. Goldberga conflagravit:

Anno

CHRISTI 1555.

In Comitiiſ Auguſtanis Pax Religionis plenior & perfectior conſtituta eſt, qua pro Lege ſancitum, ut ſuppoſitis ſimulatibus & ſuſpenſa Eccleſiaſtica Jurisdictione Pontificii atque Auguſtanæ Confeſſionis Status atque homines pacifice inter ſe vivant, nec intuitu Religionis alter alterum vel alterius ſubditos turbet, ſpoliet, vel Vim inferat, Comitia Auguſtana:

ferat, vel quacumque Ratione moleſtet, usque ad Christianam & amicabilem de Religionis Negocio inter Cæsaream Majestatem & Imperii Status Compositionem.

CAROLUS V.
IMP. IMPE-
RIO & O-
MNIBUS RE-
GNIS seſe ab-
dicavit :

CAROLUS V. IMP. Maximis Principibus æquandus, cum Curis & Laboribus fractus reliquum Ætatis in assidua Precatione & Lectione sacra aliisque religiosis exercitiis consumere decreviſſet, raro & miro Exemplo, non solum Belgii, Neapolis, Mediolani, omniumque Regnorum Gubernationem PHILIPPO FILIO tradidit, verum etiam sponte ſe Imperio in FERDINANDUM FRATREM translatò abdicavit.

Julius III. P.R.
moritur :

Obiit & hoc anno Julius III. P.R.

Turcarum in
Hungaria Pro-
greſſus :

Budensis Purpuratus, Capenishavum in Hungaria obſeſſum Vi majore capit, Præſidariis ad deditiõnem compulſis, Uhivarum quoque non alia ratione, etſi haud ignobile Caſtrum, occupat. Bambozam vero ſui Juris facit Perfidia Obſidiariorum : qui nihil dum ab hoſte perpeſſi grave locum deferunt.

Antonius Ni-
ger : Medicus
celeberr. mori-
tur :

Antonius Niger, Wratislaviensis : Archiater Urbis Brunſvicenſis, non Philoſophus ſolum ac Medicus, ſed & Poëta Græce Latineque ut ſcripta docent doctiſſimus, Viri ad hæc optimus, Pietatiſque & veræ Religionis amantiſſimus, infirmitate Corporis ſuperante, cum ſummorum, mediorum, & infimorum maximo Luctu & dolore bonorum, quibus notus ille fuiſſet, univerſorum, a. d. 5. Junii in Urbe Brunſvicenſi ex hac vita migravit. Epitaphium Græco - Latinum Amico atque Sodali ſuo veteri & cariſſimo ſcripſit V. Cl. Joachimus Camerarius : quod ſubjectum eſt Nigri Conſilio de tuenda Valetudine : Lipſiæ an. 1558. excuſo.

item Joach.
Achilles Med.
D.

Sub finem Anni d. 14. Decembr. deceſſit Joachimus Achilles : Med. D. Poliater Svidnicenſis : incertum doctior an felicior, utroque certe nomine clariffimus.

Anno

CHRISTI 1556.

JOHANNES
L.B. AB OP-
PERSDORFF.
Capitaneus
Opoliensis in-
de Monſterber-
genſis :

Iſabella Regina cum F. Joh. Sigismundo relicta Sileſia in Daciã rediit : Ita-que miſſi Oppoliam Balthaſar Episcop. VVrat. VVenceslaus Teſchinenſis : Joh. a Würben in Freudenthal. & Joh. Oppersdorffius L.B. qui Provinciales in fide FERDINANDI CÆSARIS confirmarent. Ii vero non inviti ſub FERDINANDI jura redierunt, præfectum naſti illum ipſum Oppersdorffium : cui Ducatus quoque Monſterbergenſis Gubernatio denuo concedita fuit.

CAROLUS V.
IMP. Iter in
HISPANIAM :

Martio Menſe Cometa ariſt diebus pene duodecim in Octavo libræ gradu notatus : Quod Sidus conſpiciens CAROLUS V. His, ait, Indiciis me mea Fata vocant : omniaque ad Profectionem neceſſaria comparari juſſit : Cæterum dum Vliffingæ in Seelandia commodum Ventum exſpectat, Georg. Sigismundus Seldius ad Eum venit, a FERDINANDO Legatus, cum quo multam in Noctem producto Sermone CAROLUS tandem Signum ſuis nola dedit, ut ſcilicet facem aliquis dum ille digreditur præferret. At cum nemo appareret (alii enim cubitum, alii alio conceſſerant) CAROLUS ipſe arrepto cereo Seldium quamvis reluctantem per Scalas deduxit, ac digrediens, Hoc, inquit, Seldi olim meminiffe Te velim, Eum Imperatorem, qui tot Satellitibus quondam ſtipatus, imo tot Legionibus cinctus fuerat, jam ſolitari-um relinqui, & a domeſticis quoque deſeri, Eumque cui tot annos tu ſervieras, jam tibi ſervire ac cereum præferre. Ita nimirum comparatum eſt, ut plures Orientem quam Occidentem Solem, quod Pompejus Sylla dixit, adorent. Itineris Socias habuit Helionoram Franciæ & Mariam Hungariæ atque Bojemii Reginas Sorores : quibuſcum Hiſpaniam exeunte hoc anno ingreſſus, cum omni Potestate ſolemniter ſe abdiçaſſet, in D. Juſti Monafterio ſeptem a Placentia milliaribus DEO & quieti vacaturus ſe abdidit, nullo Satellitio ſtipatus præterquam duodecim Miniſtris, unoque Equo, quo propter Imbecillitatem vehebatur, contentus : Interdixit autem, aliter ſe quam CAROLUM adpellari, Cæsaris atque Auguſti illa Nomina cum rebus Animo exuens, & totum hoc honorari contemnens.

Transylvania
ad Johannem
Scepuſienſem
redit :

FERDINANDUS Romanorum Rex, omnium Provinciarum ſuarum Conventus Viennæ, Poſonii, Pragæ & Oeniponte habuit, ut adverſus Turcas Auxilia ſibi compararet, quorum Auſpiciis Transylvania univerſa Johannem receperat Dominum & ad Zigerthi obſidionem Turcæ ſe parabant, quæ ſequenti Menſe Junio & Julio acriter cœpta, ingloria juxta & pernicioſa Turcis accidit, Chriſtiapoli omnem

Vim

Vim fortissime repellentibus, castra tamen quædam vicina & oppida partim flammis absumsit, partim solo æquavit discedens ab obsidione Halis Bassæ. Post solutam Obsidionem FERDINANDUS, FERDINANDI REGIS F. Exercitum in Hungariam ad Strigonium duxit, & paulo post Urbe Turcis relicta, in Austriam rediit. In Conventibus illis priusquam Auxilia promitterentur, Provinciæ Austriacæ Religionis Libertatem & Liberum Augustanæ Confessionis Exercitium publico Imperii Decreto sancitum, sibi etiam concedi flagitarunt. Etsi autem adfentiri expresse FERDINANDUS recusabat, nemini tamen Religionis nomine Molestiam deinceps exhibuit.

Georgius Fridericus : Marchio Brandenburgensis : Pecuniam sibi debitam juncto Tempore minime representatam causatus, sub anni Exitum Ducatum Saganensem, Commissariis Regiis Henrico a Schleinitz : Domino in Ronneburg : ERDRICO A REDERN : Cameræ Silesiacæ Præfide : JOHANNÉ PRUSKOWSKY : & D. Sauermanno frustra intercedentibus & ut fidem haberet cum eo agentibus occupati, adactisque in fidem suam subditis res in ea Provincia ordinat, Titulo deinceps usus Domini Ducatus Saganensis : quæ quidem mutatio Civitati Saganensi hautquaquam ingrata accidit, rebus quippe Ecclesiasticis ad eum modum ordinatis, quo ab Henrico Saxonæ Duce fuerant constitutæ.

Ducatum Saganensem Georgius Fridericus Marchio occupat :

Valentinus Fridlandus Trocendorffius, Juventutis instituendæ præclarus Artifex, de Ecclesiâ DEI & Republ. cui multos excellentes Viros formavit, deque tota Posteritate optime meritis post Incendium Goldbergæ, ubi Scholam Illustrem XXX. amplius annis tanta famæ Celebritate gubernavit, ut ex omnibus passim Germaniæ, Boemiæ, Poloniæ, Lithuanæ, Hungariæ, Transylvaniæ Angulis Adolèscèntes ad eum confluerent, nec quisquam fere in Litteratorum Censu, nisi qui in ea Schola sub Trocendorffii ferula didicisset, poneretur, Apoplexia correptus Lignicii pie decessit VI. Kal. Majas anno Ætatis LXVII. Exuviis honeste Terræ mandatis in æde D. Johannis, ubi Memoriam Ejus Gratiitudinis ergo Tabula cohonestavit Abraham a Bock in Kliphausen & Salhausen, trium Ducum Electorum Saxonæ a Consiliis intimis, in qua viva Trocendorffii Imago depicta est, & additum hujusmodi Distichon :

Elogium Trocendorffii :

Artes tradebam Totius Tempore Vitæ
Et quæ sunt Mundi Præmia, pauper eram.

Anno

CHRISTI 1557.

D. 24. Febr. D. Mathiæ Vigil. paulo ante XI. noctis horam AUGUSTISSIMAM DOMUM AUSTRIACAM Nativitate auxit MATHIAS : RUDOLPHI II. FRATRIS in Imperio Romano : Hungariæque & Boemiæ Regnis Successor.

MATHIAS IMP. nascitur :

Albertus Brandenburgicus, Calimiri F. qui in Silesia etiam Opoliensem, Ratiboriensem & Carnoviensem Ducatum tutorio nomine aliquamdiu tenuit, ille Publicus Germaniæ Terror, apud Carolum Marchionem Badensem Affinem suum Pförtzhemi ex Tædio fortunarum suarum & intemperanter actæ vita contracto Morbo VI. Eid. Januar. pie ut ferunt, decessit. Ditionem Ejus Franconicam ab Episcopis occupatam, FERDINANDUS CÆSAR, postea Patrueli Alberti, Georgio Fridrico restituit, qui an. sequ. conjugem duxit Elisabetham, Johannis March. Brandenb. & Catherinæ Henrico Duce Brunsvicensi natæ filiam, nuptiis Custrino ad Wartæ & Viadri confluentes celebratis.

Albertus Marchio Brandenb. moritur :

Anno

CHRISTI 1558.

Francofurti ad Moenum Comitia Electorum Mense Febuario instituta, ad quæ CAROLI V. Legati venere, Resignationem Imperii FERDINANDO REGI ante biennium a fratre factam Senatui Septem Virorum nunciaturi & insignibus Imperii traditis Jus omne CAROLI in FERDINANDUM translaturi. Acceptis CAROLI mandatis cum post Deliberationem certis Conditionibus Septem Viri voto Ejus annuissent, tandem sollemnis FERDINANDI IMP. ELECTI renuntiatio facta est. De qua cum Pontif. Paulum IV. postea FERDINANDUS docuisset,

FERDINANDUS I. REX dictus ROMAN. IMPERATOR.

cuisse, raram Eam habere & Imperatorem agnoscere recusavit, quod Imperium Pontifici a CAROLO non resignatum FERDINANDUS inconsulto Pontifice accepisset, & Pacem Hæreticis Principibus jurasset, nec ab ea Sententia quoad vixit, dimoveri potuit. Quod acerbissime ferentes Germaniæ Principes suas opes & Copias ad tuendam Imperatoris Dignitatem FERDINANDO obtulerunt.

Cometa apparuit:

CAROLI V.
IMP. Mors &
Elogium:

Eid. Sextilibus sub Vesperam sub Coma Berenices Cometa apparuit, Caudaque ad Hispaniam directâ, paulatim ad ortum vergens, Nonis Septembr. evanuit, quem statim CAROLI V. pio & placido Exitu Vitam in his Terris suam concludentis Obitus secutus est. Toto illo biennio (magni Thuani Verbis dicam) quod mortem præcessit, in Hieronymianorum Fratrum Sodalitio Monitore usus Constantino quodam, qui Ei a sacris Confessionibus erat (quique postea jussu Philippi ob Fidei Confessionem Sevilæ damnatus & crematus fuit) præcipue D. Bernhaldi lectione se solabatur, & toto Pectore in DEUM revolutus sic ratiocinabatur: se quidem Indignum esse qui propriis Meritis Regnum Cælorum obtineret, sed Dominum DEUM suum, qui illud duplici Jure obtineat, & Patris Hæreditate & Passionis Merito, altero contentum esse, alterum sibi donare, ex Cujus Dono illud sibi merito vindicet, hacque fiducia fretus minime confundatur, neque enim Oleum Misericordiæ nisi in Vase Fiduciæ poni, hanc Hominis Fiduciam esse a se deficientis & innitentis Domino suo: alioqui propriis meritis fidere, non fidei sed perfidiæ esse: Peccata remitti per DEI Indulgentiam, ideoque credere nos debere, Peccata deleri non posse nisi ab Eo, Cui soli peccavimus, & in quem Peccatum non cadit, per Quem Solum Peccata nobis condonantur. Ita cum sensim ad lentam Tabim febris acuta accessisset, Imaginem CHRISTI CRUCIFIXI identidem in Oculis, Ulnis, Ore & tota mente complexus, in Eo solo se omnem Salutis suæ spem collocare declaravit, sumptoque Viatico: In me mane, inquit, dulcissime SERVATOR, & ego in Te maneam; in quæ Verba deficient animam DEO, qui dederat illam, reddidit, cum vixisset annos LVII. menses VI. dies XXV. Regna vero Hæreditaria annos XL. Imperium XXXVI. tenuisset. Liberos

successit in HISPANIA REGNIS PHILIPPUS II. F.

reliquit ex ISABELLA Lusitana: PHILIPPUM II. Regnorum Hæredem, MARIAM Augustam MAXIMILIANII. Uxorem & JOHANNAM Johanni Lusitanorum Principi nuptam: ex Contubernio ante Matrimonium: MARGARETHAM: Alexandro primum Mediceo: tum Octavio Farnesio Parmensium Duci nuptam: denique ex Margaretha femina Ratisbonensi post defunctam Uxorem JOHANNEM AUSTRIACUM: Victoria ad Echinadas d. 7. Octobr. 1571. ob-tenta celebrem.

MARIA REGINA HUNG. & BOH. CAROLI V. IMP. Soror obiit:

CAROLI Mortem mox Sororis Mariæ Regina Hungariæ & Boemiæ Mors secuta est XV. Kal. Novembr. quæ Ludovici Mariti sui miserabiliter extincti Memoriam tantum tribuit, ut nulla unquam ratione adduci potuerit, ut aut ad secundas Nuptias animum adjiceret, aut Vestem lugubrem cultu amœniore mutaret: A CAROLO Fratrem Belgii Gubernaculis adnota, strenue imprimis Munus sibi creditum obivit, in omni vitæ Ratione virilem potius quam muliebrem Animum præ se ferens, & a Principum Mulierum Deliciis prorsus abhorrens: Impuditiæ quidem tota vita acerrimus Vindex fuit, adeo ut nunquam a Cæsare exorari potuerit, ut cuidam ex primaria Nobilitate Juveni, Fratri percaro, qui unam ex domesticis ipsius Virginibus corruperat, Cul-pam condonaret, palam interminata, sicubi illum nancisceretur, vel in Fratris Comitatu, fore ut extremo Supplicio adfici juberet.

Hier. V. Vildenbergius Med. D. moritur: item Andreas Aurifaber: Medicus celeberr.

Fatalis & hic Annus Hieronymo V. Vildenbergio sive Ferimontano, Goldbergenfi, Theologo, Philosopho, & Medico præstanti, Physico Torunensium per annos XLIII. fidelissimo: apud quos prid. Kal. Octobr. exactæ jam Ætatis Senex annos quippe natus XCIII. pie placideque decessit: tum Andreæ Aurifabro: Wratislaviensi, qui & ipse Medicus Insignis Academiæque Regiomontanæ Professor Alberto Borussia Ducis a Cura fuit Corporis, vita defunctus Regiomonte a. d. XII. Decembr. Æt. Anno XLVI.

Anno

CHRISTI 1559.

Comitia Augustana:

Conventus Ordinum Imperii fuit Augustæ, in quo sancita est Pax Religionis: FERDINANDUSque Imperator non solum CAROLO V. IMP. FRATRI sed & MARIÆ Sorori qui proximo lapsò Anno obierant, justa Exequiarum solvit.

HEN-

HENRICUS, Friderici III. Ducis Lignicensis F. cum in aula hucusque vixisset FERDINANDI CÆSARIS, Eumque ad Comititia Augustana comitatus fuerat, aula relicta in Silesiam reversus, mense Decembri rerum Gubernacula in Ducatu Paterno solenni more cepit. Is Ducatus jam tum propter nimiam Patris Largitatem Ære alieno & Usuris obrutus erat, quæ in immensum excreverant, ut nec ducatum Ære alieno liberare nec ad Fortunam meliorem emergere potuerit.

Anno

CHRISTI 1560.

Fileckium in Hungaria superiore, Locus satis munitus, inopia Commeatus & militum laborans a Turcis capitur, nec multo post Inducias peperegere FERDINANDUS ac Solynianus: quæ utrique Parti gratæ durarunt, quamdiu FERDINANDUS superstes fuit.

Georgio Fridrico, Marchioni Brandenburgico Lis mota propter Dynastiam Bithomiensem, imprimisque Fodinas metallicas, quas Cæsar in redemptione Ducatum Opoliensis & Ratiboriensis secundum Tenorem Contractus an. 1530. Pragæ celebrati, sibi cedi oportuisse, neque Marchionem concessione Patri Georgio ad Tempus Vitæ proximi Hæredis facta, quippe cum ad Eam Regni Bojemix Ordinum Consensus minime fuerit requisitus, ut vel ex hoc Capite Dynastiam illam sibi vindicare Cæsar possit, ne dum Verbis Ejus generalibus nullam minerarum, quæ tanquam regalia expressis Verbis concedi debeant, Mentionem facientibus juvari posse contendebat. Agitata hæc Controversia hoc & sequentibus Annis coram supremo hujus Provinciae Tribunali, sed morte Cæsaris interveniente sive quod Causæ diffident Cæsariani, indecisa mansit.

Henricus Dux Lignicensis a. d. X. Novembr. uxorem ducit Sophiam: Georgii March. Brandenburgici Filiam: Georgii Fridrici Sororem.

Saganensis Civitas Parochiam suam Canonicis Regularibus restituere cogitur, abjudicatis simul Ei censibus annuis quos ad Ministrorum Ecclesiæ ac Scholæ sustentationem Cœnobitæ huc usque dependerant.

Wratislavienses novum pro Musis Domicilium Elisabethicum Acroateriis atque Conclavibus distinctum eleganti structura erexerunt.

VIII. Eid. Decembr. † Ernestus, Comes Pal. Rheni: Dux Bavarix: Alberti & Kunegundis, Frid. Imp. Filix Proles, Archi-Episcopus Salisburgensis, humanioribus litteris a Johanne Aventino bene institutus, in Comitatu Glacensi, pertinente ad Regnum Bojemix, quem tamen ipse de proprio Patrimonio emit. Corpus Ejus defuncti deportatur Monachium inque Majorum suorum Conditoriis est sepultum.

Philippus Melanchthon: Vir de Ecclesia DEI & humano genere præclare meritus a. d. XIII. Kal. Maji, Ætatis suæ Climactericum Diebus 63. egressus, vitam in his Terris placida & beata morte finiit: quam vel idea hæc annotandam putavi, quod communis Eruditorum Hominum per Universam Germaniam Præceptor fuit, cujusque adeo audiendi Causa ex tota Silesia plerique qui discendi Cupiditate flagrabant, certatim Wittebergam confluere solebant, multi etiam popularium nostrorum in domestica Consuetudine cum ipso vixerunt.

Obiit & Lignicii a. d. XIX. Maji Georgius Seilerus ad D. Virginis Pastor, Ætatis anno XXXVIII. cui Successor in eo munere datus M. Christophorus Langener: Cognomento Grötzer: Goldbergensis.

Wratlavia denique Kal. Sept. M. Johannes Chilo: Hassus: Scholæ Magdalenæ Rector.

Anno

CHRISTI 1561.

Caspar Schwenckfeldius: Nobilis Silesius: ob pestifera Dogmata e Patria eliminatus, cum Noribergæ Augustæ Argentinx Ulmæ Tubingæ & hinc inde in Nobilium Baronum Comitum Aulis nusquam stabile stabulum habens, oberrasset, plurimis de Religione Libris Germanica lingua divulgatis, Ætatis Annum agens LXXI. Dec. mensē vivere desiit: errorum suorum fautoribus passim relictis. Summam Ejus dogmatum exhibet Johannis Wigandi Schwenckfeldianismus.

Fatalis & hic annus Fabiano Kindlero: Seniori: Med. D. Wratlavia defuncto XIV. Kal. Febr. Johanni item Hungero: Senatori & Scholarum Præsidi, Morenbergii Collegæ: humanis exempto IX. Kal. Augusti.

Hhh

Anno

Anno

CHRISTI 1562.

BALTHASAR
PROMNIT-
ZIUS Ep.
Wratislav.
moritur:

BALTHASAR PROMNITZIUS: EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS: nec non supremus Silesiarum Præfectus: febricula correptus quartana Niffæ moritur a. d. XX. Januarii, circiter LXXIV. Ætatis annum, cum in gubernatione fuisset annos XXII. menses IV. dies III. Vir singularis Ingenii, Magni Consilii & raræ Eloquentiæ, in rebus agendis strenuus & vigilantissimus, Concordiæ & Pacis studiosissimus: Principibus & Proceribus ob miram Comitatem pergratus: erga familiares benignus: agnatorum suorum amantissimus, quibus & Baronum Dignitatem ab Imperatore impetravit, & amplissimam aliquot ditionum reliquit hæreditatem: pauperum interea minime immemor, quibus Testamento satis liberaliter providit. Subditos vero suos ita rexit, ut non nisi honorificam Ejus jam pridem demortui faciant mentionem. Antecessoris Exemplo Niffæ in D. Jacobi parochialis Ecclesiæ Sacello funeri locum delegit ibique sepultus est. Episcopale Pedum accepit **CASPAR A LOGAU:** Nobilis Silesius: ex Novæ Civitatis in Austria Episcopatu ad Wratislaviensem a Collegii Sodalibus postulatus: Vir Ingenii acumine, scientiarum Varietate, ac multarum Linguarum Peritia ornatissimus, & lingua manuque promptus ac quosvis ad Casus in utramque Partem tam præparatum habens animum, ut sicut pacis & Tranquillitatis amans erat, ita nec dubiam Belli Fortunam, cui in Juventute assueverat, ullo modo formidaret. Præfectura Silesiæ commendata Joanni L. B. Oppersdorffio, qui novem mensibus vicario illam Jure tenuit non sine magnis Impensis.

Succedit **CASPAR A LOGAU:**

JOHANNES
L. B. AB. OP-
PERSDORFF
Vicario Jure
Præfecturam
Silesiæ habet:

MAXIMI-
LIANUS II.
ROM. ET
BOH. REX
dictus:

MAXIMILIANUS: FERDINANDI IMP. F. jam ante **BOIEMIÆ REX:** curante Patre, quod se quotidie ingravescente Ætate tam Corporis quam Animi Viribus debilitari sentiret, nominatus in ipsa Patris Præsentia inque Illustri multorum Imperii ut & Silesiæ Principum, Bojemiarque Procerum & Statuum omnium Conventu Regni Bojemiar coronam solemniter d. Septembr. 20. Pragæ accepit; diebusque post paucis quam hæc gesta, Francofurtum facta est Aulæ discessio: ubi **MAXIMILIANUS** unanimi omnium Electorum calculo & Voce a. d. XXIV. Novembr. **REX ROMANORUM** designatus & a Moguntino coronatus est, additis suffragiis, ut decedente Patre nullis expectatis Comitibus ab omnibus Principibus **CÆSAR** mox appellaretur, præsentem tunc Turcica Legationem cum Donis pretiosissimis quæ & ipsa tum **FERDINANDO** tum Filio hanc novam Dignitatem gratulata est.

Joachimus
Dux Munsterb.
Ep. Brandenb.
moritur:

Joachimus Dux Munsterbergensis, Caroli Filius, Henrici ac Johannis Frater, Princeps optimus & pientissimus post resignatam Episcopam Brandenburgensem Wratislaviæ Vita excessit VI. Kal. Januarii: Munsterbergam inde sequenti anno transvectus, VI. Eid. Januarii.

item OTTO a
CZEDLITZ
Eques auratus:

Eandem universæ Carnis Viam ingressus Otto a Czedlitz: Eques Auratus, Parchwicii Dominus, Successorem in Hypotheca Glogoviensis & Coslensis in Oppolienfi Ducatu Ditionum supremis Tabulis reliquit Joannem L. B. Oppersdorffium: Generum suum.

item Joh. Bapt.
Moibanus:
Med. D. ce-
lebens.

Joh. Baptista Moibanus: Philosophiæ & Medicinæ D. Ambrosii Theologi Wratislav. F. quem inter Ævi sui clarissimos Homines cum Probitas Singularis, tum Eruditio & variarum Artium ac Linguarum Peritia denique pingendi Industria non immerito collocarunt, Augustæ Vindelicorum hoc ipso anno ex Vita hac migravit, a. d. IX. Maji cum Ætatis annum ageret quintum ac tricesimum. Dioscoridis *εὐπόγιστα* h. e. medicamenta facile parabilia in Latinam Linguam convertere cœperat, sed morte præventus Versionem non perfecit, Conradi demum Gesneri opera absolutam. Vitam Ejus scripsit Johannes Crato: Archiater Cæsareus.

Anno

CHRISTI 1563.

MAXIMI-
LIANUS II.
ROM. &
BOH. REX:

MAXIMILIANUS IMPERATOR:
REX HUNGARIÆ ET BOIEMIÆ: DUX SILESIÆ.
MAXIMILIANUS: Romanorum & Bojemiar Rex coronatus, cum tribus milli-
bus

bus Equitum ex Austria Bohemia Moravia a Silesia conductorum ac duobus millibus Peditum Germanorum, ultima die Augusti Pisonium venit: Cui ^{HUNGARIE} quaque REX ^{dictus:} Proceres Pannoniæ Danubio per Pontem superato in Campum qui Pisonium inter & Copeiniam jacet, obviam prodire, equitatu circiter trium millium armorum, quo nihil pulchrius, nihil ornatus, splendidiusque videre erat. Exceptus est brevi Oratione a Nicol Olaho: Archi-Episcopo Strigonienfi, qualis loco conveniebat, cui nomine MAXIMILIANI a Georgio Logo Episcopo Wratislaviensi accommodatis Verbis responsum est. Deinde in Urbem itum, cumque sequ. die qui Kalendar. Septem. r. ipse quoque Imperator advenisset, post aliquot dies variis disputationibus extractos, octava tandem Ejus Mensis FERDINANDO Patre ac Fratribus Germanis FERDINANDO & CAROLO duobusque filiis RUDOLPHO & ERNESTO, aliisque Ducibus ac Principibus presentibus in quibus Archi-Episcopus Salisburgensis, Episcopus Wratislaviensis, Principes duo Monasterbergenses, Dux Teichini, Princeps Plauensis, spectantibus magna item Bojemorum Hungaricorumque Procerum Caterva, Officium peragente Archi-Episcopo Strigonienfi Hungarico Diademate redimitus est, uti postero Die MARIA Conjux eandem honoris Dignitatem reportavit: sic tamen ut propria Corona Caput ornaret, Ungarica vero vetus humero Ejus dextro imponeretur, tanquam in ferendo Regni Onere Regi Marito auxiliaturæ. Rudolphus & Ernestus Archi-Duces de Avi & Patris Voluntate suscepto Itinere ad ora Ligurie & PHILIPPUM Hispaniæ Regem Avunculum felicibus Auspiciis navigarunt: MAXIMILIANUS autem rebus in Hungaria constitutis Iter in Silesiam suscepit ac die 6. Decembr. qui D. Nicolao Sacer Wratislaviæ exoptatissimus venit, paucisque diebus ^{Eius in SILE-} post fidelitatis ac Subjectionis debitæ Juramentum a Principibus atque Ordinibus ^{SIAM adven-} accepit, Eorundemque Privilegia & Immunitates benigne confirmavit: libero etiam ^{tus:} Augustanæ Confessionis Exercitio permisso. In Introitum Ejus a Francisco Fabro hujusmodi scriptum Epigramma:

Si quam gratus ades, REGUM TER MAXIME, nobis

Tam nostri posses cernere Vota Animi:

Æquarit nostros Cultu nec Roma paratus,

Hæc potuisse suum; nos voluisse damus.

Admissi ad abiturientem VI. Kal. Januarii Ministri Evangelii in Ecclesia Wratislaviensi hac ipsum Oratione compellarunt:

SACRATISSIME REX: DOMINE CLEMENTISSIME:

Cum BENIGNISSIMUS DEUS pro infinita sua Clementia vestram Regiam ^{Vota soluta pro} Majestatem nobis constituerit Dominum & Regem toto Pectore æterno DEO pro ^{Incolunitate} hoc summo Beneficio gratias agimus: sicut & illam Lætitiæ nostram publice una ^{OPTIMI} cum tota Ecclesia nostra Gratiarum Actionibus & piis Precibus pro V. R. M. testati ^{PRINCIPIS:} sumus. Constat enim nobis & vere constat, quod V. R. M. non solum sapientia & omnibus Regiis Virtutibus præclare sit instructa, verum etiam quod Veritatem Evangelii firmiter amplexa sit, eamque constanter retineat ac tueatur. Ideo rogamus Patrem omnis Misericordiæ ut V. R. M. Ecclesiæ DEI & Reip. Christianæ sit salutaris. Sumus enim nos indigni Ministri Ecclesiæ in hac Urbe, qui docuimus Evangelium in his Ecclesiis annis pluribus: amplectimur firmo Assensu Scripta Prophetica & Apostolica: Symbolum Nicænum & Athanasianum & omnes pias Synodos, illamque Summam Doctrinæ quæ in Augustana Confessione comprehensa est: retinemus Ceremonias veteris Ecclesiæ quæ sine Idolatria observari & retineri possunt. Inter docentes est summa Concordia & vera Animorum Conjunctio, nec est Ecclesia nostra polluta Fanaticis opinionibus. In publicis Concionibus Auditores nostros sedulo hortamur, ut veram Obedientiam Summo Magistratui præstet, & assidue cum pro Imperatoria tum pro R. V. M. vota facimus. Quare a R. V. M. nos miseri Ministri quantum possumus demisse petimus & obtestamur, ut V. R. M. nos, Ecclesias & Scholas nostras totamque hanc Rempublicam sibi habeat commendatam: sit R. V. M. verus Protector Evangelicæ Doctrinæ & Sacramentorum, sicut Ea Divinitus instituta sunt, & omnium piorum Ministrorum memor Concionis Esaïæ Prophetæ dicentis: Reges erunt Nutritores Tui: & Reginæ Nutrices. R. V. M. nos vicissim debitis honoribus

& vera Animi subjectione & Obedientia, dum in vivis erimus, venerabimur, & preces nostras cum tota Ecclesia, fiducia FILII DEI DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, unici Mediatoris nostri pro Incolumitate & Salute V. R. M. Ejusque Serenissima Coniuge & Illustrissimis Liberis sedulo diligenter e veris Gemitibus fundemus, quas quidem Preces non fore irritas speramus, confisi dulcissima Promissione FILII DEI qui inquit: Amen, Amen, dico vobis, quicquid petieritis PATREM in nomine meo dabit vobis.

Ad hæc a D. Zasio Vice-Cancellario REGIS jussu ac nomine responsum: SACRA ROMANORUM HUNGARIÆ BOHEMIÆ REGIA MAESTAS has vestras Gratulationes & Preces quæ publice fiunt pro sua R. M. & AUGUSTISSIMA CONIUGE & ILLUSTRISSIMIS LIBERIS libenter, suscipit & acceptat: nec non narrationem de Statu Ecclesiæ Doctrina & Moderatione vestra, quam R. M. antea probe novit, & ex vestra Oratione intellexit, approbat, hortaturque ut deinceps eadem Moderatione utamini qua hactenus in docendo usi estis, ac pergatis Officio vestro fideliter præesse sicut R. S. M. sperat & non addubitatur. Vicissim R. M. vos & vestras Ecclesias vult sibi habere commendatas & in suam Defensionem suscipit & vult vos tueri. De cætero caveatis, ne hæreses & præsertim Schwenckfeldiana quam in his Partibus R. M. audit grassari idque R. M. vehementer dolet & aliæ detestandæ Sectæ irrumpant.

CATHERINA Lignicensis FRIDERICI CASIMIRI RODICI TESCINENSIS nubit:

D. 29. Decembris Friderico Casimiro Duci Tescinensi, MAXIMILIANO REGE præsentē desponsatur Catherina, Fridrici III. Lignicensis Filia. Sequ. die Æmilia, Henrici Lignicensis F. quæ d. 26. Decembr. Lucis usuram nacta fuerat, Sacri Baptismi Lavacro abluitur eodem MAXIMILIANO susceptore.

Anno

CHRISTI 1564.

FERDINANDI I. IMP. & HUNG. BOHEMIÆQUE REGIS Occasus & Elogium:

Immensi DEI beneficio subinde respicientis ad miseriam suæ Ecclesiæ inter maxima Pericula inchoatum est Glogoviæ Ministerium doctrinæ Evangelicæ, Joachimo potissimum Curæo auctore, ut a Senatu vocaretur Vir optimus & doctissimus M. Joachimus Picus Glogoviensis, qui tunc gubernabat cum laude Scholam Freistadiensem. Intercessit vero pro Ecclesia Glogoviensi, Mensē Augusto Saxoniae Elector apud Inclytum REGEM MAXIMILIANUM II. Is bonitate & pietate causæ motus dedit Mandata Episcopo Wratislaviensi, ut collocaretur Picus in Ecclesiam Pagi Prosthan urbi vicini. Hæc prima fuerunt nascentis in illa populosa urbe Ecclesiæ Exordia. Sub eundem fere Temporis Tractum Institutio administrandæ Eucharistiæ sub utraque Specie a Pio IV. P. R. Caspari Episcopo Wratislav. & Silesiæ utriusque Præfecto concessæ jussu D. FERDINANDI in Silesia publicatur. Tandem Sacri Calicis Usus Gratia FERDINANDI IMP. ex Indulgentia Pontificis Bojemis quoque & Austriacis fecit: idque curat publicandum Viennæ in æde D. Stephani per Episcopum Gurcensem d. 18. Junii, Pragæ vero per Archi-Episcopum Pragensē d. 23. Jul. Ipse autem biduo post die Julii 25. circa vesperam Viennæ placide in DEO obdormivit, cum LX. annos: IX. menses vixisset: Princeps Prudentia Justitia Liberalitate Mansuetudine Adfuitate Vigilantia tum Pietatis & Pacis in Domo DEI constituendæ Stado nulli secundus. Ex Anna: Ludovici Hungariæ & Bohemiæ Regis Sorore XV. liberos chara Conjugalis Amicitia Pignora sustulit & in iis IV. masculos ac IX. Filias: quarum Elisabetha ac deinde Catherina: Sigismundo Augusto Poloniæ Regi elocatae sunt, Cæteræ singulis fere Germaniæ & Italiæ Principibus nubserunt: Sed nulla re felicior fuit, quam Successore MAXIMILIANO, qui Vestigiis paternis insistens rara Prudentiæ & Æquitatis laude Imperium post Ejus obitum administravit.

succedit IMP. AUG. MAXIMILIANUS II. F.

Gymnasium Bregenſe erectum:

GEORGIUS: Dux Lignicensis & Bregenſis miti ac salutari Consilio Auguſtaque Liberalitate illuſtre Muſarum Domicilium Bregæ exadificavit ac erexit, quod cum hactenus ſemper Viri optimi: Ferinarii: Sickii: Circleri: Tileſii: Schickſulli ſumma cum ſua laude & Patriæ totius Emolumento maximo rexerint, nunc eadem cum laude gubernat V. Cl. Melchior Laubanus: Sprottavius Sileſius. Quinque habet auditoria capaciffima, Conclave pro Bibliotheca ampliffimum, plurima Muſæa ac Cubicula pro Nobilium inhabitantium commoditate, habitationes ſufficien-

cientissimas pro omnium docentium ac communi Mensa gaudentium Ufibus, Ambulacra egregia & Theatrum speciosissimum.

Joannes Sigismundus Transylvaniae Princeps, Fatmariam haud exiguum Hungariae munitionem, Turcarum Viribus auxiliaribus ac temerata fide quorundam perduellium Procerum capit: incitatusque imprimis a Georgio Bebeco.

FRIDRICUS RHEDERN: L. B. in Fridland Seidenberg & Reichenberg: Dominus in Tost: Peiskretscham & Ruppertsdorff: S. C. M. Confiliarius ac Primus Cancellarius Silesiacae Praeses in aula Caesarea Wratislaviae inopina morte obiit.

Anno

CHRISTI 1565.

FERDINANDO Caesare Vita functo uti erat Comitibus Francofurtanis maximo Principum Electorum ac Procerum Studio deliberatum, MAXIMILIANUS Romani Imperii gubernacula atque habenas adeptus est, simulque Ungarici & Bojemici Regni administrationem quam vivente etiam Patre exercuerat, protinus suscepit: FERDINANDO autem PATRI d. 6. Augusti Exequias Viennae celebravit: quae quidem Pompa magno Apparatu fuit peracta. Corpus defuncti loculo inclusum XXI. Proceres humeris suis in Aedem D. Stephani deportarunt, in quibus quatuor Silesiae Principes Henricus Lignicensis: Georgius Brigenis: Carolus Christophorus Monsterbergensis ac Wenceslaus Teschenensis.

Oppaviensibus apud MAXIMILIANUM CAESAREM quod inconsulto Episcopo Olomucensi novum Ministrum, Martinum Zenckfrey, Ecclesiae praefecissent, Periculum creatur, & ut quamprimum illum dimittant, mandatur. Cum autem Oppavienses facti sui Rationes redderent & Concionatorem suum Civitati permitti supplices peterent a Caesare, in Ejus restitutionem Caesar benigne consensit.

Lazarus Swendius: Nobilis Svevus: qui praeterquam quod magna optimarum Litterarum Cognitione pollebat, pluribus etiam in Bellis CAROLI V. IMP. ordines duxisset, rebus praclare gestis, famam pugnantis, simul & Ducis fortissimi erat consecutus, concedente Philippo Rege Hisp. cujus Stipendiis erat addictus, Viennam venit, ac gerendo bello summus Dux declaratus, Consilio Vigilantia Celeritate & Fortitudine praestans, Auspiciis Imperatoris MAXIMILIANI bellum adversus Johannem Sigismundum Transylvaniae Principem, qui se Hungariae Regem scribebat, & conjunctos ipsi Hungaricos Proceres seditiosos feliciter gessit, & arcus ac Dominia amplissima Tocium, Serenium, Sacmarium, Erdcedium, Cavaram, Batorem, Vibaniam, Sendereviam expugnavit. Transylvanus Virtute & Felicitate Lazari superatus, Legatis assiduis Constantinopolim missis Solymanni Auxilium implorat.

JOHANNES: DUX MONSTERBERGENSIS: Princeps prudens & magnanimus sed invida cui nimium generique opibusque superbis Aeterna incubuit: prid. Kalend. Mart. ad Manes Majorum migravit. Conjuges is ordine habuit duas: Christinam, Christophori: Baronis Schidlovicii, Cancellarii Poloniae, qui apud Sigismundum I. Pol. Regem quamdiu vixit, ob singularem fidei & sapientiae opinionem in magno honore & aestimatione habitus fuit, filiam: Caroli Christophori Ducis Matrem: tum Margaretham: Henrici Junioris Brunsvicensium Ducis Filiam sed improlem. Johannes Langius: Leobergensis Silesius: Medicinae Artis praestantissimus, quam & doctissimis Scriptis illustravit Heidelbergae, ubi apud Palatinos septem Viros diu principem locum tenuit XI. Kal. Sextilis obiit.

Abstulit & hic Annus Rostochii: Georgium Richium, Saganensem, pium venerandumque Senem: Pastorem Ecclesiae ad D. Nicolai, cum prius Ecclesiarum in Borussia fuisset Superintendens: cujus in Pauperes ea fuit Munificentia, ut Collegium Rubei Leonis plane collapsum, in quo pauperes Scholastici gratis habitarent, suo fere solius sumptus, in Academia Rostochiensis instauravit: Wratislaviae autem Franciscum Köckricium Fabrum, Ottmuchoviensem, Virum doctissimum, Poetam si quis inter Silesios alius, audebo dicere, praestantissimum, Reipubl. Wratislaviae Secretarium fidum optimeque meritum, fato functum d. 19. Sept. cum vixisset annos LXIIX. in aede S. Mariae Magdalenae conditus cum hoc Elogio:

Heic situs est, veteres Lygios qui Carmine primus

Descripsit, Patriae victus amore FABER.

Mense Decembri obiit Joh. Beier: Phil. & Med. D. Reip. Lignicensis Physicus.

Senatus Urbis Gorlicensis in superiore Lusacia MAXIMILIANI II. IMP. Auspiciis, suo vero studio, cura, solertia, ac sollicitudine in Minorum fratrum Monasterio

Hhh 3

Scholam

Joh. Sigismundi Transylvaniae Princeps, in Hungariam Expeditiones: FRIDRICUS L. B. ARHEDERN: Cancellarius Silesiacae Praeses moritur:

Iusta D. FERDINANDO I. Viennae solutae

CAESARIS Gratia Oppaviensibus exhibita:

Bellum cum Transylvaniae Principe gestum feliciter:

JOHANNES DUX MONSTERBERGENSIS moritur:

item Joh. Langius: Med. celeberr.

item Georgius Richius: Pastor Rostochiensis:

item Franc. Faber vulg. Köckritz Reip. Wratislaviae Secretarius:

item Joh. Beier: Physicus Lign.

Schola Gorlicensis adornata:

Scholam aperuit: in qua cum deliberato Consilio omnia ad Melanchthonis Præscriptum idem Amplissimus Senatus agi veller, ad Scholasticam Gubernationem vocavit M. Petrum Vincentium, Wratisl. Eloquentiæ laude clarissimum qui primus Gymnasii Rector d. 9. Julii solemniter introductus.

Anno

CHRISTI 1566.

MAXIMILIANUS
II. IMP.
Expediit in
Turcas susce-
pta:

MAXIMILIANUS IMP. Augustæ Vindelicorum prima Comitia celebrat, in quibus præcipua de Turcico Bello, quod Solymannus, Maximiliani Juvenis Tributum pendere recusantis & in Transylvania bellum adversus Johannem Sigismundum Vasallum Turcicum feliciter gerentis, animi magnitudine irritatus, majoribus quam unquam antea Viribus Hungariæ inferebat deliberatio fuit: ad quod majora quam antea cuiquam Cæsarium Auxilia sunt decreta. Habuit & Conventus diversis Locis Hungarorum, Bojemorum, Austriacorum, Moravorum, Silesiorum qui omnes tam necessario Tempore & ad bellum tam justum pro Aris Focisque susceptum, & operam & opem suam Cæsari detulerunt. Cum autem Pius Princeps Vires Humanas citra Divini Numinis Gratiâ debiles ac fluxas sentiret, ante omnia instituit ut ad Campanæ Sonitum omnes in Genua procumbentes publicis precationibus pro communi Salute cottidie defungerentur: omnia item Spectacula, lusus, Tripudia, & hujusmodi Lenocinia, quibus Homines ad Voluptatem allicerentur, severe prohibita. Militiæ tunc nomen dedere non Principes aliquot solum Germaniæ, Wolfgangus & Richardus, Palatini Neoburgici, Baviaræ Dux natus minor Philippus Marchio Badensis, sed & Alphonsus Atestinus Ferrariensis, Henricus Lotharingus Guisii Ducis in Aureliani Obsidione interfecti Filius adhuc adolescens, alique plures ex diversis Europæ Partibus Reguli, Proceres ac Nobiles. Silesiæ ac Lusatiæ Copiarum Exercitum duxit GEORGIUS Dux Brigenfis: Gratiâ apud Imperatorem ac reliquos Duces Vigilantia Solertiaque sua longe maximam meritis, ac ita prorsus animatus, ut Exemplo HENRICI VII non fuerit recusatus pulchram pacisci per Vulnera mortem: cui se socios Expeditionis præbuerunt HENRICUS Lignicensis ac Monsterbergenses Duces. Exercitui Cæsareo præfectus FERDINANDUS Imperatoris Frater Ejusque Legatus sive vicarius creatus Güntherus Comes Schwartzenburgicus: Equitum autem Magister Johannes L.B. Oppersdorfius: Silesius. Caterum Successus hujus Expeditionis non admodum felix: Etsi enim Palotta haud longe ab Alba Regali sita Virtute Georgii Thuri ex Budensis purpurati graviter eam obsidentis manibus erepta: Vesprinium ab Eccio sive Egone Salmensi Comite receptum: Tatosa & Gestesum Hungariæ Arces feliciter recuperatæ: Zabotica: Pelsövium: Combazzecum: Crasnahurca: Gadigen aliaque his vicina tum Castella tum Munitiones expugnata: Solymannus adhuc ipse in Obsidione Zigethi, quod fortissimum in ea Parte orbis Christiani Propugnaculum adversus Turcas erat & a Nicolao Comite Serinio fortissime defendebatur, morte extinctus est: tamen Mahometis Bassæ Industria singulari celata in Castris ipsius morte, biduo post Zigethum expugnatum, ipso Serinio qui cum nec Donis nec promissis ut arcem dederet, adduci posset, coactus tandem non modo Commeatus & Tormentorum penuria sed & Præsidiorum Paucitate, quæ rebus magnis gerendis impedimentum adfert maximum, imprimis vero fatali Incendio, quod nulla Vi extinguere poterat, splendide amictus per confertissimos hostium ordines eruperat, cum insignibus aliquot Hungaris ac strenuis bellatoribus interfecto: cum paulo ante Gyulapa arx in Transylvaniæ finibus munitissima a Bertaffo Purpurato cum 36000. manu obsessa, firmissimo licet Equitum & peditum veteranorum præsidio & omni necessario apparatu instructa, prodicione Ladislai Kerezinii Præfecto, ignavia perfidiæ proxima, hosti dedita fuit. Nec defuit tamen divina Ultio, Kerezinio Belgradum abducto & permissio Libidini Prætorianorum, hi dolium clavis ferreis acutisque introrsum omni ex Parte pertusum in montis deferunt verticem, perfidumque in eo inclusum de Monte præcipitem per declivia volvunt, & clavis confixum toto Corpore Ignaviæ Pœnam acerbo Supplicio luere cogunt. Ita duabus fortissimis Pannoniorum Munitionibus eodem fere Tempore in Potestatem Turcarum redactis, cum in Thraciam ii ut Selimo Patris Successori subjectionem & fidelitatem debitam præstarent, redirent: MAXIMILIANUS Viennam recessit: a quo licet hac Expeditione id effectum non sit quod quidem sperabant & optabant omnes, non tamen exiguum DEI beneficium existimare debemus, non longius, uti solet & statuerat, hostem tunc progressum fuisse. Quam autem hoc fuit

fuit fingulare perfectæ & prorsus divinæ Virtutis Specimen quod in ea obsidione exhibuit Serinius. Ulionem is experturus (omni quippe alio destitutus auxilio) pretiosa sua vestimenta promi jubet, eaque pro lorica induit: galeæ item loco Palerum sumit ex villoso serico, pala in qua magni Pretii adamas inclusus erat & ex quo Pennarum ardeatarum fasciculus cristarum instar assurgebat, insigni: gladios præterea IV. ex armamentario produci imperat, quorum unius Acie tentata eum sibi deligit, alios inter Amicos distribuit, hæc arma sufficere non dubitans quod expeditius pugnare quam diutius cum morte luctare mallet, tum Clavos a Cubiculario allatos in Tunicam interiori inferi jubet, & una centum aureos, ejus qui se interfecto potitus esset, præmium, & ita ducibus ac militibus omnibus in aciem instructis & mascula Oratione confirmatis, post nomen JESUS ter inelamatum, Portis arcis apertis, stricto Gladio cum exigua Parma ante suos intrepidus exit, atque Sanguinem suum in multo Hostium Cruore sepelit. O incomparabilem Constantiam! o illustrem & in ipsa morte de hostibus Triumphum!

Elogium Herois
incomparabilis
NICOLAI:
COM. SERI-
NII;

Obierunt hoc anno, Mulhusii Thuringorum d. 19. Septembr. Hieronymus Tile-
sius, Melchioris Patruus, Hirsbergensis, Optimus Vir & fidelissimus Ecclesiæ Mulhu-
sianæ Pastor, relicto inter alios filio Benjamino: J. V. D. Reip. Patriæ Syndico, hære-
ditario in Mentaroda. Lignicii d. 21. Sept. Albertus Corvinus, Ducum illius Provin-
ciæ ac Reip. Lignicensis Medicus; Wratislaviæ denique Adamus Curæus, honesta fa-
milia natus, magni inter suos nominis Theologus, cum XIV. ibidem amplius annis
docuisset & gubernasset Ecclesiam præmatura morte (quippe qui XL. annos Viræ haud
dum excessisset) summa Civium ad quos universos unius Mors pertinere visa est, mœ-
stitia rebus humanis exemptus d. 29. Octobr.

Hier. Tilesius:
Pastor Muhl-
busianus mori-
tur:
item Alb. Cor-
vinus: Med.
celeberr.
item Adam Cu-
ræus: Theolo-
gus;

M. Christoph. Langener ad D. Virginis Lignicii Pastore certis de causis dimisso,
in Ejus Locum substituitur Leonhardus Crentzhemius, Ecclesiastes Aulicus, Theolo-
gusque juxta ac Chronologus celeberrimus.

Anno

CHRISTI 1567.

Menſe Januario CÆSAR ipſe convocatis Oppaviam Sileſiæ Principibus & Or-
dinibus præſens adfuit, nec Pecuniæ ſolum Collationem, ſed & auxiliares Copias in
duos annos ab iis impetravit.

Comitiæ Sile-
ſiæ Oppaviæ
habita:

Eodem Menſe Lazarus Swendius Zadvarum in finibus Tranſylvaniæ, & ſequ. men-
ſe Muncacium in Hungaria ſuperiore arces munitiſſimas cepit.

Lazari Swendi-
i de Turciſ Vi-
ctoriæ:

Kalend. Febr. Wratislaviæ fato conceſſit Generoſus & Magnificus Dominus Gui-
lielmus * Kurtzbachius: Baro a Trachenberg & Militiſch: Dominus in Drum & Lem-
berg: S. C. M. Conſiliarius & Camera utriusque Sileſiæ Præſes digniſſimus: cujus Do-
ctrina Sapientia & Moderatio toti Provinciæ utilis maxime & ſalutaris fuit.

WILHEL-
MUS L. B.
KURTZBA-
CHIIUS mori-
tur:

Ejus Exceſſum mox obitus excepit Andreæ Hertwigii in Wonewitz: Icti & Sci-
entia & Eloquentia Clariffimi, S. C. M. Conſilarii ac per utramque Sileſiam Fiſci Pro-
curatoris: quem poſtridie IV. nimirum Eid. Febr. ſubſecutus Joannes Morenbergius:
Senior: inclytæ Wratislavienſium Reip. ** Senator præcipuus, Eccleſiarum & Schola-
rum

item Andreas
Hertwig in
Wonewitz:
item Johan.
Morenberger:
Senat. Wrat.

* Pohlius in Annal. Wratislav. MStis hæc ad an. 1567. „Den 1. Febr. iſt Herr Willhelm von
„Kurtzbach: Freyherr auf Trachenberg und Mielitiſch: R. K. M. Rath und in Ober- und
„Nieder-Schleſien Cammer-Præſident, Fr. Magdalenen geb. Maltzanin von Wartenberg Ge-
„mahl: Herrn Heinrichs des III. von Kurtzbach Vater auf der Kayſerl. Burg in GOTT ſeelig-
„lich entſchlafen: XLII. Jahralt. Ein frommer Chriſtlicher Gottliebender Hochverſtändi-
„ger Beredtfamer Rêgent: Hat etliche ſchöne Gebetlein und Lieder getichtet: Wegen ſei-
„nes hohen Verſtandes iſt Er von Kayſer FERDINANDO und MAXIMILIANO ofters in
„Pohlen und andre Orthe zu einem Legaten mit groſſem Lob und Ruhm und mit glücklicher
„Verrichtung anbefohlner Sachen gebraucht worden. Ein treuer Patron und Ernährer der
„Kirchen und Schulen in ſeiner Herrſchaft: Ein rechter Vater gegen ſeine Unterthanen:
„Ein Liebhaber des gemeinen Vaterlandes, ſo deſſelben Nutz und Gedeyen aufs fleißigſte be-
„fördern helffen. Die Leiche ward den 14. Februar. abgeführt gen Prausnitz.

** Pohlius l. c. ad annum hunc 1567. „Den 9. Februarii verſchied in GOTT Herr Johann Mo-
„renberger, Rath und Schul-Herr: hat ſich mit recht ernſter Treu und Fleiſ umb Kirchen
„und Schulen wohl verdienet: gelehrte Leute geliebet und gefördert: Liegt zu S. Elizabeth
„nicht in der Capelle da ſein Epitaphium ſtehet, welches D. Fabian Kindler: Schleſiſcher
„Cammer-Rath und neben ihm die Domniger verhindert, ſondern vor dem hohen Altar un-
„ter dem Leichenſtein ſo mit ſeinem meſſingnen Wapen beſchlagen iſt.

rum Ephorus vigilantissimus, & honestæ Disciplinæ Custos severissimus anno Ætatis LXV. muneris autem Senatorii XXXIII.

& Johannes a
Rhediger in
Slisa:

Nec tacendus heic Vir Nobilissimus Joannes Rhedigerus a Slisa: qui cum pene adhuc pratexatus magnitudine animi ac doctrinæ Præstantiæ meruisset, in Legationis ad Danicæ Regem procinctu, Pragæ Bojemorum Metropoli in ipso Ætatis (annum quippe agens XXXII.) & fortunæ fore lue Hungarica, pessimo morborum, d. 12. Mart. extinctus est.

denique M.
Andreas Mon-
tanus:

Fuit denique hic annus fatalis M. Andreæ Montano, Hallensi, qui Ecclesiam CHRISTI apud Saganenses fideliter & utiliter salutari doctrina verbi divini pavit annos XI. pie defunctus die 21. Martii: Memoria Ejus in Templo Saganensi Tabula cohonestavit D. Sigfridus a Nechern & Kuntzendorff: carminibus autem Epicediis celebrarunt Joh. Gigas: Eccl. Frent. Pastor: M. Martinus Henricus: Saganensis: Professor Wittebergensis: nec non M. Melchior Severus: Ludimoderator Saganensis.

& Valentinus
Nitius: Reip.
Wratisl. Secret.

D. 21. Septembr. obiit Valentinus Nitius: Reip. Wratisl. Secretarius.

Anno

CHRISTI 1568.

Induciæ inter
IMPP. MAXI-
MILIANUM
II. & Selimum
Turcam:

Inter MAXIMILIANUM CÆSAREM & Selimum Turcarum Imperatorem Induciæ ad 8. annorum Spatium pactæ, quibus & Veneti & Johannes Sigismundus Voivoda comprehendebantur. Earum cum aliæ leges & conditiones erant, tum uti quisque sibi retineret quicquid ultimo bello cepisset, quod MAXIMILIANI rebus plurimum profuit, quippe finibus opera Schwendii sic ampliatis, ut ad XL. milliaria Germanicæ cis & trans Tibiscum late dominaretur, quo quidem in Terrarum Spatio multæ arces ac Munitiones insignes, partim ex hoste receptæ, partim Schwendii Diligentia aut exstructæ aut inchoatæ.

Austriæ Status:

Non multo post idem Cæsar Proceribus & Nobilitati Austriacæ liberam doctrinæ in Augustana Confessione expolitæ Prædicationem in ipsorum Arcibus, oppidis ac Pagis indulxit.

Pestis sæviens:

Pestilera Lues hoc anno Wratislaviæ sæviit adeo ut exstingeret hominum ultra X. milia.

In mortuorum
numerum ve-
nerunt: Sigis-
mundus Bu-
cherus: Wra-
tisl. Senator
Johannes Au-
rifaber: Eccl.
& Scholarum
A. C. V. Vrat.
Inspector: de-
nique Baltha-
sar Neander:

Ex iis qui vita hoc anno functi, præcipue memorandi Sigismundus Bucherus: Patricius Reipublicæ Wratislaviensis: & Scholarum Præses optimus, mortuus in Peterwitz d. 20. Julii: anno Ætatis XLIII. Senatorii Muneris X. tum Johannes Aurifaber: Wratislav. & ipse, Ecclesiarum Patriæ Pastor & Inspector, Academiæ Wittembergensis & Rostochiensis quondam Professor, ante reditum vero in Silesiam Samlandiæ Pomesaniæque in Borussia per plures Annos Præses, Vir purioris Religionis Studio & totius Philosophiæ præcipue vero Matheseos ac Linguarum cognitione, quam modestia admirabili temperabat, clarus, fatali Die superventus d. 19. Octobr. cum annum ageret LII. funcratusque in Æde D. Elisabethæ ubi Monumentum conspicitur ab Laurentio Scholezio Phil. & Medicin. Doct. Genero officiosæ Pietatis ergo ipsi & Uxori Saræ Joh. Hessi Theologi filix positum: denique Balthasar Neander: Boleslaviensis: de Scholis Wratislaviensium & Republ. litteraria plurimis Annis bene meritus, hydrope extinctus anno Ætatis LV. functionis Scholasticæ XXXIII.

Anno

CHRISTI 1569.

Cosmus de Me-
dices dictus
MAGNUS
DUX HE-
TRURIAE:
Crosnensis
Ducatus justus
Brandenbur-
gensibus Titu-
lus:
Inundationes
Lignicii:

Pius V. Cosmum Florentinum in Contumeliam Imperii * Magnum Hetururiz Ducem creat, Regem facturum, nisi MAXIMILIANI II. IMP. Legatus intercessisset, & confidenter mox dixisset Pontifici: Italiam non habere Regem nisi Cæsarem.

Joachimus II. Elector & Johannes: Marchiones Brandenburgenses ex Transactione cum FERDINANDO AUGUSTO primum sese Crosnæ in Silesia Duces nominarunt, cum eum Ducatum hinc a Bello Saganensi Hypothecæ loco habuissent.

Lignicii d. 19. Junii facta inundatio insolita & violenta, omnesque adeo fossas & aggeres excedens, unde secuta Ædificiorum labes & hortorum vastitas. Pontem, aggeres & munimina Portæ Wratislaviensis ex utraque Parte subruit, Goldbergensis item Partem anteriorem una cum Ponte ac Turricula plane disjecit ac sustulit.

CARO.

* Vid. omnibus Numeris absoluta Dissertatio, Amici nostri Integerrimi Dn. Mascovii: J. V. D. & Amplif. Reip. Lips. Senatoris, de Jure Imperii in Magnum Ducatum Etruriæ, qui cumulatius hæc Sect. III. §. 9. exposuit.

CAROLUS CHRISTOPHORUS: Dux Monſterbergenſis & Olsnenſis, Jo-
hannis F. plenus animorum Juvenis in *ἀνμῇ* ipſa adoleſcentiæ, jucundum cum *Ætas*
florida Ver ageret, immatura morte abreptus XVI. Kal. Apr. nullos ex ſe hæredes re-
liquit: cum ſub idem Tempus JOACHIMUS FRIDRICUS Dux Lygio-Bregenſis, Ge-
orgii F. domeſticæ Educationis ſatur, Conſilio Paterno in Aulam ſeſe Brandenburgi-
cam ad Johannem Georgium Electorem Avunculum conferret: in qua integrum ſe-
ptennium *Ætate*, Animo, Virtute & Gratia omnium Ordinum florentiſſimus exegit.

Carolus Chri-
ſtophorus Dux
Monſterb. &
Olsnenſis mo-
ritur:

JOHANNES BERNHARDUS MALCZANIUS: L. B. in Wartemberg & Pentz-
lin, qui in Juventute rebus bellicis ſtrenuam locavit operam, primum Regi Galliarum
potentiſſimo, deinde MAXIMILIANO II. CÆSARI Glorioliſſimo, fidelis *παράστρης*,
poſtea ab Eodem ſupremus Ducatus Oppolienſis & Ratiborienſis conſtitutus Præſe-
ctus in Legatione ipſi commiſſa & ad Sigismundum Auguſtum: Pol. Regem deman-
data diem ſuum obiit, Lublini Non. Maji.

JOHANNES
BERNHAR-
DUS L. B.
MALCZANI-
US obiit:

Wratſlavia hoc anno binos Præſectos luxit, Antonium Banck & Servatium Rei-
chel: quorum uterque nobilibus & antiquis familiis nati, propter meritorum Magni-
tudinem & Virtutis abſolutiſſimam Amplitudinem, jucundiſſimam Nominis ſui Me-
moriæ reliquerunt. Obiit Banckius d. 18. Apr. anno *Ætatis* LXXI. Senatorii mune-
ris XXXVII. Reichelius autem d. 20. Decembr. anno *Ætatis* LIV. muneris Senatorii
XXV.

denique AN-
TONIUS
BANCK &
SERVATIUS
REICHEL Ca-
pitanei Wra-
tiſl. mortuo-
rum numerum
augent:

Andreas Joſificus: Grunebergenſis Sileſius: Vir inſigniter doctus & Ethices in Ar-
gentoratenſi Academia Profeſſor, natale ſolum videndi deſiderio actus, cum in Viam
ſe conjeceſſet, tribus ab Heidelberga miliaribus in Pago Langenbrug Colici Morbi
doloribus extinctus in cœleſtem Patriam migravit d. 13. Auguſti.

inde Andreas
Joſificus: Pro-
feſſor Heidel-
bergenſis:

Graviſſimæ illæ & pernicioſæ inter Daniæ & Sveciæ Reges Simultates, quæ uſque
eo creverant, ut & armis apertoque Marte res inter ambos tentata ſit, nec vicinarum
modo Provinciarum ſed Sileſiæ quoque negotiationes perquam difficiles reddiderant,
hoc anno ſedata tandem & compoſitæ: Irenarcham agente MAXIMILIANO CÆ-
SARE, idque Caſparis a Minckwitz Equitis aurati: Joachimi a Bergen in Herrndorff:
Equitis Sileſii, aliorumque Conſiliariorum & Legatorum opera: quos ea de re ad
Regem utrumque miſerat, quanquam cum labore difficillimis per novem Menſes
in Dania & Svecia ultro citroque continuatis Conſultationibus.

Bellum inter
Dania & Sve-
ciæ Reges com-
poſitum:

Anno

CHRISTI 1570.

CAROLI Archi-Ducis cum MARIA Bavara nuptiæ celebratæ Viennæ Regia
Munificentia, quibus interfuere Rudolphus & Erneſtus recens ex Hispania revocati, nec
non Catherina Regina Poloniæ, Cæſaris æque ac Caroli Sponſi Soror, nuper e Sar-
matia reducta, ſed quæ Lincium ubi habitabat reverſa, paucos poſt Dies ſato functa
eſt. Exinde Cæſar cum Liberis Pragæ contendit, ad Conventus quos Bohemis in-
dixerat celebrandos, atque illinc Principibus Germaniæ & liberis Civitatibus aliſque
Ordinibus ad Kalendas Aprilis Spiræ Nemetum Comitia publicavit.

CAROLI AR-
CHID. AU-
STRICIÆ nuptiæ
cum MARIA
Bavatica:

Johannes Sigismundus Pacis & Amicitiaæ foedus cum Cæſare renovare ſtatuit, quod
ne abſque Selymi Conſenſu fieret, complures ex Optimatibus hortabantur: ſed Beques-
hio refragante, cui & id vehementer ambienti Legati ad Cæſarem munus delatum,
adjuncto Ei a Poloniæ Rege, Adamo Conarſcio Epifcopo Poſnaniienſi: Spiræ tandem
inter Comitia Imperii foedus concluſum hiſce Conditionibus: ut uterque veterum Con-
tentionum atque odiorum memoriæ ex animis egregia fide expelleret: Johannesque
Sigismundus nomine Regio & Titulis, pro quibus & Pater dum erat in vivis, & ipſe
per annos circiter 50. funeſtis bellis & Certaminibus acerrime decertaſſent in poſte-
rum cederet, & quod denique aliud præter Regium uſurparet, contra MAXIMILIA-
NUS Eum ut Regibus ortum Sereniſſimi Principis Titulo cohoneſtaret: Tranſylvan-
iæ omnis intra Alpes Johannis Sigismundi Potestate ſubderetur, idque Jure hæreditario:
extra Alpes vero Regionem Hungariæ, Biaviienſis cum Varadino, Maramaruſienſis cum
Huſto & Salisfodinis ac Crasna & Solnocum, quod exterius vocatur, eidem donec viveret,
parerent. Quæ ultra hos Terminos ſint, ea Cæſari intacta relinquerentur: & ſiquid Finium

Fœdus inter
IMP. MAXI-
MILIANUM
II. & Tranſyl-
vanicæ Princi-
pem Johannem
Sigismundum
Scepuſienſem:

Johannes Sigismundus de Zapolya: Princeps Transylvaniæ obiit:

Joh. Sigismundo a Turcis recuperare liceret, id Ejus peculiaris Ditionis esset: quodsi Turcarum Armis Transylvania pelleretur, tum ei ad Oppolitani Principatus Jura, quem olim cum Isabella Matre tenuerat, reverti integrum foret: Hostes atque Amici iidem utriusque forent: & cum Necessitas exigeret & Turcæ Bellum Transylvaniæ moverent, MAXIMILIANUS ei omnibus Viribus præsto esset, sic tamen ut quamdiu fieri posset, Johannes Sigismundus suppressa atque occultata hujus Pacis Mentione, Selymum pristinis Amicitia officii in Quiete & otio omnibus Artibus conservare niteretur: Promittebat etiam CAESAR ad confirmandas novo Affinitatis vinculo fœderis Conditiones se illi alteram ex neptibus suis Alberti Bavariæ aut Guilielmi Juliacenſis Principis filiam matrimonio juncturum: additum Conditionibus separatim, sed occultissime si e vivis excederet, & Princeps publicis Suffragiis crearetur, ut is Cæsari fide Clientelæ obstrictus esset, Cæsar mox ultro subscripsit, easque jurejurando firmavit, sic ut intra diem Calend. mensis Januarii a Joh. Sigismundo Transylvano pari modo confirmatæ ad Cæsarem per Legatos remitterentur. Tandem Johannes Sigismundus (quem Stephanum primo adpellatum diximus) Transylvaniæ Woiwoda, qui cum ambitioso & Reip. noxio Patri, Turcis potentissimum Pannoniæ ac florentissimum olim tota Europa Regnum invadendi Occasionem præbenti, successisset, Regium & ipse Titulum usurpavit, ac quorundam novis Rebus studentium quin & Turcarum Auxilio ulus, multis malis Hungariam ac vicinas Provincias involvit, Arianae Sectæ Patronus sine liberis in ipso Ætatis flore, justo DEI Judicio, ex epilepticis doloribus albæ postridie Iduum Martii e Vita migravit & in Eo Stirps Zapoliana ab Emerico Diaco Stephani Palatini Germano Fratre ducta, quam primus Johannes Hunniades & postea Mathias Rex Ejus Filius indulgentissime & liberalissime ad tantas opes & Divitias extulerat, sic interiit ut in hoc tertio Nepote prorsus extingueretur: in primo flore Juventæ, cum annum alterum & tricesimum Ætatis nondum exegisset: de quo tale legitur Epigramma Marci Henningi: A. V. P. IV. atrii Heroici:

Debueras potius Dux Oppolienſis haberi,

Rex dici Exemplo quam Patris, Hungariæ:

Ni te quæ Patrem versasset dira Libido

Prædandi sævis Thracibus Hungariam:

Jane, nec est ergo mirum SIGISMUNDE quod orbo

In te cessavit non bene partus Honos.

successit Stephanus Bathori: Princeps Transylvaniæ:

Successit Ei in Transylvania cum Onere Tributi annui Sultano Turcico solvendi Stephanus Bathorius, Someianus, Nobilis Hungarus, cæteroquin heroici Vir Animi, nec multo post idem Poloniæ Rex: sed qui Provinciam ab Hungaria avulsam aliquanto tranquillius administravit: d. 27. Maji publicis omnium Suffragiis Princeps salutatus, & Electio Ejus a Cæsare & Selimo confirmata.

Oppavienſis Ducatus a Sileſiis discedere tentat:

Oppavienſis Ducatus Ordines Discessionem facere a Sileſiis conati ad Moravos: sed judicatum tunc a MAXIMILIANO IMP. ditionem Oppavienſem ad Sileſiam pertinere, neque ab ea avelli Jure posse, cum a CCC. annis in Sileſiæ Conciliis & Senatu federint: Itaque tuendos in Possessione tam vetusti Juris Sileſios, donec diversum ab Oppavienſibus demonſtretur.

FRIDRICUS III. DUX LIGNICENSIS moritur:

FRIDRICUS III. Dux Lignicenſis: Princeps Eloquentis & variarum Linguarum cognitione præstans, cum certis de causis a Gubernatione remotus Wratislaviæ primum in Arce quam Curiam Cæsaris vocant, aliquandiu adſervatus, tandem filio HENRICO id petenti in Custodiam traditus fuisset, Vitam hoc anno cum morte commutavit d. 15. Decembr. cum vixisset annos L. menses IX. dies XIX. horas XII. Fertur hic aliquando HENRICUM filium intuitus dixisse:

ANNA AUSTRIACA PHILIPPO II. HISPANIARUM: & ELISABETHA AUSTRIACA Carolo IX. Galliarum Regi nubit.

Inunci & patris infidiare bonis.

MAXIMILIANUS IMP. duas Filias duobus potentissimis Christiani Orbis Regibus: Philippo Regi Hispaniarum ANNAM mense Augusto: Carolo vero IX. Regi Galliarum ELISABETHAM mense Octobri singulari & exquisita sponsaliorum Pompa elocavit, quod inter rara felicitatis Exempla commemorari potest.

CAROLUS Dux Monſterbergenſis & Olsnenſis poſtquam in Aula Caſarea annis IX. integris, tribus FERDINANDO, bis tribus MAXIMILIANO ſubjectiſſimo ſtudio ſummaque ſua laude nec minore ſuctu inſerviſſet, nuptias & ipſe hoc anno cum Illuſtr. & Generoſiſſ. Catherina Berckia: Wenceslai a Bercka de Leipz & Duba: Judiciſſi Provincialis in Marchionatu Moraviae Praefidis & Magdalena Zierotinia, Filia unica a. d. 17. Septembr. Sternbergæ Moravorum celebravit.

D. 15. Octobr. obiit Joachimus Gerlachius: M. D. Phyſicus Jauraviensis anno Æt. XLVII.

Ab Illuſtriſſ. Duce Brigenſ. Georgio ad Gymnaſii Brigenſis Regimen vocatus, Joannes Ferinarius, introductoriam Orationem præmittente Clariffimo Wratiſl. Scholarum Rectore Petro Vincentio.

Caroli III. Ducis Monſterbergenſis & Olsnenſis Nuptiae cum Catherina Berckia:

Joach. Gerlach. Med. D. moritur: Bregerſis Gymn. di. Reſtor. Jo.annes Ferinarius:

Anno

CHRISTI 1571.

Memorabilis hic annus victoria ad Echinadas de Turcis parva cum jactura XXX. mill. Turcarum, præter ingentem navium & Tormentorum numerum, XIV. fere millibus Chriſtianorum, qui ex variis Nationibus ad Scamna Triremium Catenis conſtricti duram ſervitutem ferebant, ſingulari DEI ope liberatis.

Sigismundus Auguſtus Pol. Rex ad Bellum Sociale Turcicum requiſitus ſe ad Fœdus deſcendendum negavit, niſi prius Caſar Juri (hæc enim inter plures duriffimas Conditiones una fuit) quod in Borussia ſibi tribuat, Imperii nomine renunciaret, idque committorum decreto ſanciat. Vid. Thuan. Lib. L.

Joachimo II. Brandenburgico Septem-Viro initio anni IV. non. Januar. in arce Copenica non ſine Veneni ſuſpicionem ſubito extincto, ut reliquas Ejus Ditiones ſic Ducatum etiam Croſnienſem in Sileſia regendum accepit Johannes Georgius Elector: Joachimi ex Magdalena Georgii Saxoniae Ducis nata Filius.

Cum anguſtia annonae ſumma ubique fere laboraretur, Goldbergæ ac Leobergæ (Gotlebergii ac Lembergii in Quadis Thuanus ſcribit. Hiſtor. lib. XLVIII.) raro præter naturam beneficio Piſæ, rapula, frumentum, ac Triticum compluribus Locis pluit, ex quo collecto trituroque homines undique accurrentes triduo poſt panem Eliſi optimum confecere. Idem factum in Carinthia anno Sal. clo lo xlix. non longe a Clagenfurtho & Villaco oppidis: X. Kal. Apr. & jam olim Probi Temporibus in Germania geminum his Prodigium contigiffet narrat Zoſimus lib. I.

Ex Viris claris qui in Sileſia hoc anno debitum naturæ perſolverunt, primus occurrit Valentinus SAUROMANNUS in Ieſch & Gnichwitz: D. D. FERDINANDI I. & MAXIMILIANI II. IMPP. Conſiliarius & Orator, Vir ut Generis Nobilitate, ſic Doctrinæ, Integritatis, Gravitate, Prudentiæ, ac ſacundiae laude celeberrimus, Wratiſlavæ genitali Urbe, quo aula relicta tanquam in Portum ſereceperat, d. 15. Decembr. vita deſunctus.

Præceſſit hunc Tilemannus Hertwig Jctus, cum propter Ingenium Eruditionemque multiſſimam, tum propter candorem Animique raram admodum Modelliæ clariffimus, qui aliquot annis Reipubl. * Patriæ fidam operam in Syndici Munere navavit, poſtridie Kal. Martii Podagra extinctus haut ita Senex, quippe cum XLIX. vitæ annum haud dum expleviſſet.

Hertwigiam ſecutus Lignicii d. 6. Martii Henricus Theodorus, Miniſterii Eccleſiaſtici in Ducatu Lignicenſi Superintendens, Eccleſ. Lign. ad DD. Petri & Pauli Paſſor: & Conſiſtorii Illuſtris adſeſſor Ætatis anno LIX. cui in Eccleſiarum Gubernatione ſucceſſit Leonhardus Crentzhemius.

Victoria CHRIS- TIANORUM ad Echinadas:

Sigismundus Auguſtus Pol. Rex aux. ſua contra Turcas nulla mittit: Joachimus II. Elect. Brand. moritur: ſucceſſit JOHANNES GEORGIIUS E.

Anguſtia Annonæ raro Beneficio ſublata:

Valentinus a Sauermann: in Ieſch & Gnichwitz S. C. R. M. Conſil. moritur:

Tilemannus quoque Hertwig: Jctus:

denique Henricus Theodorus Superintendens Lignicenſis:

Anno

CHRISTI 1572.

Nobilitavit hunc annum in his quoque Regionibus Laniena Pariſienſis: in qua Caſpar Colignius: Galliae Admiralis, & multi alii reformatæ Religionis Viri Nobi-

Nobiles ad Nuptias Henrici Navarrai & Margarethæ Valefiæ invitati, alique Proceres ac Cives nulla sexus aut Ætatis ratione habita, IX. Kal. Septembr. qui dies B. Bartholomæo dictus est, & in Dominicum incidebat, crudelissime sunt trucidati, similesque Lanienæ Meldis, Aureliani, Andegavi, Tricassibus, Biturigibus Tolosæ, Rotomagi, Lugduni perque cæteros Regni urbes excitatæ. XXX. hominum clb. in his Tumultibus nefario furore & rabie extincta fuisse a multis proditum.

RUDOLPHUS
ARCHIDUX
AUSTRIÆ di-
ctus REX
HUNGARIÆ

RUDOLPHUS AUSTRIACUS: MAXIMILIANI CÆSARIS F.d. 25. Sept. Hungariæ Rex proclamatur, ac Pisoni solemnibus Ceremoniis inauguratur: Res magno paratu peracta, cum numerosa Regni Nobilitas extra Urbem sub Tentoriis recepto Gentis more convenisset, & omni honorifica significatione publicam de ea Inauguratione latitiam testaretur. Convenerant Ungari tot & tantis per retroactos annos jactati Calamitatum Procellis, eo quo majore & splendidior potant numero & apparatu, ita ut bis mille & quingenti Equites, nullo ex confiniis milite subducto egregie auro & argento exornati spectatuque imprimis digni in castris patenti in Campo prope Urbem positos recenserent. Hoc primum Tempore Ungaros Scuta oblonga & inflexa, quibus hætenus domi militiæque usi erant, agilitatis causa abdicasse constat, auctore Georgio Comite Zliniano, ita ut Thoracem ferrent, & galea hastaque contenti esse inciperent.

Novum in Via
lactea Sidus.

Mense Novembri novum illud Sidus in Via Coeli lactea conspectum quod cum anno diutius immotum constitisset, tandem sub Anni Initium colorem ac Magnitudinem paulatim mutans adparere desiit: Variorum de eo varia Judicia fuerunt, præsertim cum non vulgare aliquod Meteoron, sed in ipso Æthere, & uti dictum, in Orbe lacteo ad Oram Asterismi Cassiopeæ sedem fixisset: quod & adstruebant Mathematicorum accuratæ passim Observationes uno fere Ore adferentium, nec Paralaxin, nec ullum inter verum & apparentem Stellæ Locum Discrimen a se animadvertum, ut omit- tam, quod iidem adferebant, sub eodem octavæ Sphæræ Situ perpetuo constitisse. Theodorus Beza: Vezelius doctissimus ille & Clarissimus inter suos Theologus: stellam hanc cum Ea quæ Magis ab oriente ad adorandum Generis Humani Propitiato- rem recens Bethleemi natum venientibus præluxit, ingeniosa & accommodata ad Tem- pus Similitudine, luculento Epigrammate edito, eandem fecit, additis tristis augurii minis, quos brevi post Eventus nonnullis in locis comprobavit. Epigramma hujus- modi:

Ille novus nullo furiali Crine Cometes
Et radians puro, cui nitet Igne Jubar,
Ecquid portendat Terris, DEUS ille deorum
Novit & ostendent Tempore fata suo.
Quod si humanæ aliquid possunt præsciscere mentes,
Talia scrutari nec mihi signa nefas:
Hic ille est olim parvam Davidis ad Urbem
Duxit ab Eoo qui prius orbe Magos:
Et qui nascenti præluxit, nunciat idem
Ecce redux reducem rursus adesse DEUM:
Hinc igitur felix o Turba applaude Piorum,
Tu vero Herodes sanguinolente time.

Carolus IX.
Gallia Rex
moritur:

Quo quidem postremo versiculo Carolum Regem qui se Lanienæ Autorem fas- sus jam erat, ut caveret sibi, monuit. Nec vana quidem fide. Mense enim post stellæ hujus disparitionem quinto ille Sanguinis profluvio inter longos & graves Dolores ex- spiravit. Stella hæc sub Cassiopeæ Asterismo apparere cœpit, tanto fulgore, ut Jo- vem etiam in perigæo eccentrici & epicycli superaverit: & Cornelius Gemma Frisius scripserit: post Natum CHRISTUM vix aliud Phænomenon illuxisse comparandum, five Sublimitas Signi five raritas & diuturnitas spectetur.

Sigismundus
Augustus Pol.
Rex obiit:

Sigismundus Augustus Pol. Rex ejus nominis II. sed Stirpis Jagellonica ultimus, quæ per ducentos circiter annos in Polonia rerum potita fuerat, nullis relictis hæredibus VII. Id. Quintil. vivere desiit: cuius obitu novæ Cæsari Curarum moles, nova Consilia ac cogitationes obvenire: cum vicini Ejus opulentissimi & florentis Regni Sceptra & gubernacula sibi aut Ernesto Filio acquirenda constituisset, quæ tamen con- filia intabilis fortuna rerum humanarum domitrix insolenter improbeque fefellit.

Albertus SAUROMANNUS a Jaxenaw: Vir Generis Nobilitate Virtute & Eruditione Clarissimus, Reipl. WRATISLAVIENSIS Præfectus de communi Patria optime meritus d. 8. Martii: Ætatis anno XLIX. Muneris Senatorii XXII. in humanis agere desuit: Successorem in Præfectura nactus V. Nob. Nicolaum RHEDIGERUM.

Albertus a Sauromann: Capitaneus VVratislav, mortuus succedit Nicol. a Rhediger:

Habuit & hunc ultimum Vitæ annum Flos Nobilitatis Eruditæ Georgius Lessota a Stublau: J. V. D. Illustrissimi Brigenfium Ducis GEORGII Consiliarius ac tandem etiam nomophylax Cancellarius: quam dignitatem summa Prudentiæ & Integritatis Laude obiit: atque ipse obiit d. 22. Maji: Ætatis anno LV. Consiliarius XXIX.

Georgius Lessota a Stublau obiit: item Thomas Gerhardus: Præpositus ad S. Spiritum VVrat.

Thomas item Gerhardus: Bregenensis: Præpositus ad S. Spiritum & Pastor ad D. Bernhard. Wratislav. defunctus d. 9. Octobr.

Anno
CHRISTI 1573.

Poloniæ Proceribus ob novi Regis Electionem Warfoviæ congregatis ac pleisque a Johanne Monluccio: Episcopo Valentino: Regis Galliæ Caroli IX. Ejusque Fratris HENRICI tum Andegavensium Ducis, Legato in Gallicas Partes inclinatis: Andreas Dudithius de Horehovicza: S. C. M. Orator & Consiliarius, Illustri Dn. Guiljelmo, Ursino Rosenbergio: Supremo Bojemæ Burggravio Comes tunc additus, sed Legationis ubique Princeps, ut omissa Gente Valesia Gallicaque MAXIMILIANUM potius Cæsarem, Ejusve Filium eligerent, summa Animi Contentione, plurimis & maximi Ponderis Argumentis adhibitis Orationibus etiam ac libellis scriptis hortatus ac molitus est: eandemque rem Guiljelmus de Sancto Clemente, Hispaniæ Regis Legatus sui Principis Nomine sollicitavit, nec sine profusissima Largitione & incredibili sumptuum Magnitudine supremisque Virium contentionibus res agitata est: sed vicit fortuna HENRICI ANDEGAVENSIS: qui a Polonis d. 9. Martii prima noctis hora in Regem Poloniæ nominatus fuit: solemnesque Legati ad Eum in Regnum adducendum Lutetiam usque Parisiorum in Galliam missi.

HENRICUS Dux Andegavensis eligitur REX POLONIÆ:

Joachimus Curaus: Frisladensis Silesius: Philosophus: Medicus & Historicus præstantissimus nec minus sacrarum Litterarum peritissimus, Glogoviæ, ubi Medicinam cum laude faciebat, d. 21. Januarii, cum XL. duntaxat annos & Menses circiter tres vixisset, intempestiva morte sublatus ingens sui Desiderium reliquit. Præter alia Ingenii Monimenta, Gentis etiam Silesiæ Annales, Historiam de Origine, Propagatione & Migrationibus Gentis, & recitationem præcipuorum Eventuum, qui in Ecclesia & Republ. ad Necem usque Ludovici Regis acciderunt, complectentes: quorum scriptione & dedicatione vero malam iniit Gratiam.

Joachimus Curaus: Annalium Silesiæ Conditor moritur:

Joh. Ferinario Brega discedenti in Rectoratus Provincia gubernanda successus M. Sebastianus Deichselius: Wittebergenf Saxo: sed qui Anno sequ. in Academiam Heidelbergensem sese contulit, ibique Professionem publicam magna cum laude sustinuit, Successorem Bregæ nactus M. Jacobum Pausium, Sangerhusianum Thuringum, Philosophum & J. V. Candidatum.

De Rectoratu Bregenfi:

Anno
CHRISTI 1574.

HENRICUS VALESIUS: Dux Andegavensis: a Polonis ad Regnum vocatus, in Itinere per inferiorem Silesiam transit, quem Commissarii Cæsarei, Episcopi Wratislaviensis subdelegati, GEORGIUS Brigenfium Dux, Wratislavienses atque alii cum insigni Comitatu ad Lusatiae fines honorifice exceptum, ad Brandenburgicum usque Limitem profecti sunt, cujus Princeps Francofurtum ad Oderam seu Viadrum, Regem cum omni Familia deduxit, posteaque ad Coronationem Ejus, quæ magna cum Pompâ Cracoviæ peracta, suo nomine misit Joachimum Fridricum Ducem Silesiæ Lygio-Brigenfem suum ex Sorore Nepotem, in Aula tunc Brandenburgica versantem. Verum paucos in Polonia Menses HENRICUS commoratus, cum Carolum IX. Galliarum Regem, Fratrem, Cæsaris Generum, obiisse comperisset, relictâ Polonia Galliam repetiit, Itinereque per Superiorem Silesiam facto, Viennam ad MAXIMILIANUM II. IMP. venit, qui illum tametsi Æmulum, ad infimos usque Gradus progressus singulari honore & benevolentia excepit, ac sic humaniter habuit, ut non modo incolumem sed etiam muneribus & omni Hospitalitatis Genere honestatum, RUDOLPHO REGE & Archi-Duce Ernesto longius Eundem comitantibus ad suos libere permiserit proficisci, & insuper Consilio dato, ut Pacem Religionis primis Regni Auspiciis & in Galliæ ingressu suis daret, cum diceret, Eos qui in Contumacias sibi Impe-

HENRICUS Valesius per Silesiam in POLONIAM transit:

mox vero in Galliam redit:

rium sumunt, Coeli arcem invadere, non raro Potestatem quam in Terris habeant amittere.

Regnum Tu-
netanum Tur-
cæ recuperant:

Ante Triennium abhinc Selymus Turcarum Imp. Regnum Tunetanum quod **CAROLUS V. AUG.** in potestatem optimo Consilio redegerat, ut Securitati Siciliæ, Regni Neapolitani, totiusque cum Italiæ tum Hispaniæ consuleret, recuperat.

Caspar a Lo-
gau: Ep.
V. Vrat. obiit:
succedit Mar-
tinus Gerst-
mannus:

CASPAR a LOGAU: EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS: d. 24. Januarii Oculos morte clausit, Nissæ in Parochialis Templi Sacello honorifice funeratus. Surrogatus illi **MARTINUS GERSTMANNUS**, Boleslaviensis, J. V. D. Ecclesiæ Wratislaviensis Decanus, **MAXIMILIANO IMP.** a Secretis: ac Sereniss. Achi-Ducum **AUSTRIÆ MATHIÆ & MAXIMILIANI** Præceptor, quod **IMPERATORI** ipsi tantopere placuit, ut Electo non modo Epistola ex Molendino Catterburg propria Manu scripta & secretiore parvo obsignata Sigillo humanissime gratularetur, verum etiam, Confirmatione Pontificis nondum impetrata Præfecturam Silesiæ supremam ab Joanne interim Oppersdorfio, Barone per tres menses vicario Jure administratam, committeret, Conventumque paulo post Principum atque ordinum Provinciæ per illum indiceret. Accepta ex Urbe Electionis Confirmatione, Nissam Episcopalem Urbem primariam die S. Wenceslai quæ fuit 29. Octobr. splendido cum Comitatu ingressus, honorifice a Civibus acceptus est. Ab Archi-Episcopo Pragenfi Antonio, Wratislaviæ in Templo Cathedrali consecratus, initio statim Episcopatus sui ad Poloniæ Procures a D. **MAXIMILIANO** bis missus Negotium suæ commissum Fidei non minus prudenter quam feliciter confecit.

Mart. Helwi-
gius: Nissenus:
moritur:

Martinus Helwigius, Nissenus, qui per annos complures magna Doctrinæ, Fidei, Diligentæ, & Dexteritatis laude in Schola Wratislaviensi erudiendæ Juventuti operam dedit, Tabulaque Geographica Silesiæ insignem non immerito famam adeptus est, in communem hinc locum abiit d. 26. Ætatis anno LVIII. quem Februario mense secutus Balthasar Scheider: Med. D. Phycus Wratislaviensis.

Anno

CHRISTI 1575.

Maxima Vini
Ubertas:

Summa hoc anno Siccitas ob nimios Æstus rarissimosque a Mense Junio fere in Decembrem usque Imbres, maximaque ahnonæ, præter Avenam, ac Vini Ubertas.

RUDOLPHUS ARCHIDUX AUSTRIÆ: REX HUNGARIÆ: BOHEMIÆ quoque **REX** dicitur: pauloque post **REX ROMANORUM:** Comitia Poloniæ, V. Varaviæ habita: eligitur ab una Procerum Parte **MAXIMILIANUS IMP.** ab altera **STEPHANUS BATHORY:** Princeps Transylvaniæ:

RUDOLPHUS AUSTRIACUS Electus **REX HUNGARIÆ: BOHEMIÆ** quoque Regni Coronam accepit d. 22. Septembr. Pragæ in summa Basilica. Et nequa in Parte Filio Parens deesset, eodem procurante, isto ipso anno consentientibus utriusque Ordinis Septem-Virorum Suffragiis **REX ROMANORUM** d. 27. Octobr. electus ac Kalend. Novembr. Ratisboriæ, annum Ætatis XXIV. agens est coronatus. Spectator e nostris adfuit **JOACHIMUS FRIDRICUS:** Dux Lygio-Bregensis: Johannis Georgii Electoris Brandenburgici Comes primarius: quem & in Conventu illo **AUGUSTISSIMO REGI** convivanti Prægustatorem fuisse accepimus.

In Polonia publico Decreto **HENRICO** Gallo Regnum abrogatur, & Warsaviam ad Mensẽ Decembrem Comitia novo Regi creando inducuntur: in quibus scisso factionibus Senatorio & Equestri ordine ab Jacobo Uchanio: Archi-Episcopo Gnesnensi, Regni Archi-Cancellario maximaque Senatorum Poloniæ & Lithuanix Parte **MAXIMILIANUS IMPERATOR** in **REGEM** electus fuit, strenue eam Rem promovente Andrea Dudithio: Imperatoris Oratore, una cum Collegis suis Reverendissimo Episcopo Wratislaviensi: Martino Gerstmanno: & Mathia a Logau: Ducatum Suidnicensis & Javoriensis Capitaneo: nec non Marefcalco Moraviæ: Domino a Leipe. Contra Petrus Sborovius: Palatinus Cracoviensis: Koska: Sendomiriensis: Tenczinii Comes, & pauci alii cum maxima Nobilitatis Parte a Senatu dissidentes, cum Regem ex Sanguine Polono, hoc est, Piasleum creandum censèrent, neque de eo inter se ob Æmulationes convenirent, mediam Viam ineunt, **ANNÆ** que Sigismundi Augusti Sorori, Virgini tunc quinquagenariæ, Reginæ constitutæ, **STEPHANUM BATHORY:** Transylvaniæ Principem Maritum destinant, ac **REGEM** eodem Decreto renunciant: statimque Litteris ad Cæsarem datis, Eum ne Senatorum & paucorum ex Nobilitate Suffragiis fretus, Regnum sibi adeundum putet, hortantur. Vicissim Gnesnensis & Senatores ad **BATHORYUM** scribunt, quarto post Electionem Die, Eumque a suscipiendo Regno, cujus **REX** legitimus consentientibus Senatus Poloniæ Lithuanix ac Borussix Calculis Cæsar creatus esset, dehortantur: cum præsertim ipse per Blandratam & cæteros Oratores nuper in Comitibus publice professus sit, se ea Legge Regnum ambire, ut primus Locus ac Dignitas **CÆSAREÆ ET ILLUSTRIS-**
SIMÆ

SIMÆ FAMILIÆ AUSTRIACÆ ab amplissimis Regni ordinibus tribuatur. Tantum enim abesse, ut aulicum desideriumque Serenissimi Cæsaris remorari in Animo habeat, ut etiam omni Conatu promovere & amplificare paratus sit. Id ut re ipsa nunc comprobet, & egregiam adeo erga Cæsarem Voluntatem declarent, summo studio contendunt. Verum is honestius illa quam verius a suis dicta incerto adhuc comitiorum exitu interpretatus, cum primum se Regem a Majore Parte Nobilitatis renunciatum intellexit, mutavit & Cæsareanorum expectationem ambiguis Responsis eludens, omni-
qui in Poloniam proficiscitur:

Abiit hic annus Laurentium Spon a Spanaw: Professione Medicum sed Poë-
In mortuorum numerum veniunt:
Laur. Spon a Spanaw:
Andr. Wincklerus:
& Bonaventura Roslerus:
 tices studio diligenter exculso famam etiam liberaliorem adeptum, in Cœlestium aulam Vatum collegium receptum d. 24. Februarii: tum Andream Wincklerum virum insigni Probitate bonorumque artium scientia præditum, qui cum Schola Wratislaviensi solerter & dextre gubernanda fidem ac Diligentiam suam abunde probasset, Officinam ad hæc instruxisset Typographicam, e qua innumeri Libri in lucem prodierunt: jam gravis Ætate annum quippe agens LXXVII. d. 27. Junii pie ac placide obdormivit: Bonaventuram denique Röslerum: Ejusdem Scholæ Professore & Chaliographum præterea plusquam eximium, Cujus nomen monumenta ab Eodem in Curia Templis ac Scholis Patriæ relicta ad omnem Posteritatem immortale redditura sunt: Vita defunctum d. 15. Augusti: Ætatis anno LXXV. officii autem Scholastici XL.

Anno

CHRISTI 1576.

Poloniæ Regni Senatores qui **MAXIMILIANUM** elegerant, splendidissimam ad eum Legationem, cujus Princeps Albertus Lascus: Hieronymi F. Viennam miserunt, orantes, ut capita ab Henrico nuper jurejurando firmata, de quibus inter ordines Regni & Legatos Cæsareos in Varşaviæ Comitibus convenerat, & Ipse confirmaret, & quamprimum ad capeßendum Regnum, antequam a Stephano Bathorio ab adversa factione Electo occuparetur, veniret. Verum ille five Mortis proximæ prælagus, & Imperii Negotiis occupatus, five ingenua cunctatione moras necebat, de Capitibus illis ulteriorem Tractationem institui vel moderationem aliquam adhiberi, aut saltem Clausulam quantum in ipso esset, adjungi petens: tam quid a derisoribus, ut sibi videbatur, Capitibus, ab Henrico & aliis Regibus Sacramento firmatis desideraret, prolixo scripto exposuit, eaque de re in Conventu Leovicii indicto, ut ageretur, instabat. Sed Poloni Periculum in mora esse demonstrantes urgebant, ut diem adventus in Poloniam sui certum constitueret, eumque Proceribus Leovicii congregatis per Oratores suos significaret. Hæc iterum tergiversari Cæsar & novas Conditiones proponere: ut **ERNESTUS FILIUS** in locum suum substitueretur, & **ANNA** uxore ducta in Regem inauguraretur. Cui respondentes Poloni de Cæsaris mora ut rebus suis summe pernicioßa graviter conqueruntur, ac ni quamprimum veniat, Regnum prius occupanti cedere oportere non obscure ostendunt. **IMPERATOR** vicissim moram hæc-
Legati Poloniæ ad MAXIMILIANUM II. IMP.
qui Poloniam adire recusat:
 nus interpositam excusat, datisque ad Ordines Varşaviæ conventuros litteris denuo Conditiones de **ERNESTO** cum **ANNA** conjungendo proponit, interim petens, ne in Comitibus quidquam decernatur, quod legitimæ Electioni suæ præjudicare possit: tum Capita a Legatis proposita jurejurando sancit, accepto ab iis Electionis Decreto, quod mox Typis evulgatum Poloniæ & Lithuanie Ordinibus significandum curavit. Sed dum in Eo est, **STEPHANUS** a suæ factionis Proceribus e Dacia, in qua Christophorum Fratrem Principatus Successorem reliquit, evocatus in Poloniam citatis itineribus exiguo Comitatu advolat, & **ANNA** uxore ducta Kal. Maji proximis cum ipsa Regni Insignibus inauguratur: Juramento prius interposito de religioße servandis Juribus, libertatibus, Privilegiis a Regibus decessoribus juste concessis: addito, si quidem ea ulla in Parte violaret ut ab omni Jure, quod in Regno habebat, excideret, Proceresque a fide & obedientia, quam Ei ut legitimo **REGI** debeant, solverentur. Eam Injuriam ad animum ut par erat, revocans **MAXIMILIANUS** Comitibus non multo post Ratisbonæ celebravit, in quibus de Auxiliis adversus Turcam expediendis, de tuenda Cæsaris in Regem Poloniæ legitima Electione, aliisque Imperii Negotiis actum. Quibus ad finem fere perductis, cum decreta Comitiorum præsentem filio
RUDOL-

MAXIMI-
LIANUS II.
IMP. moritur:

RUDOLPHO in Palatio publicarentur, & nomina Principum qui subscripserant ex Tabulis recitarentur, desideratissimus Patriæ IMPERATOR, five mœrore ac Curis confectus, five longa Corporis ægritudine debilitatus, Imperium quod per Vitam pie ac laudabiliter tenuit, morte non minus posuit gloriose, præclaros inter Conatus & quasi inter Ordinum Imperii Manus IV. Eid. Octobr. placide exspirans, haud dum quinquagenarius, Princeps Æquitate Animi, Prudentia & Justitia insignis, itemque Benignitate cum optimis quibusque omnium Seculorum Principibus comparandus, Generis Humani Amor & Deliciæ: & in quo ad summam Fortunam nihil merito desiderares, nisi firmiorem Valetudinem. Ex MARIA Philippi Patruelis Sorore numerosa illi nata * Soboles: RUDOLPHUS: qui Imperium post Eum tenuit: ERNESTUS: MATHIAS: MAXIMILIANUS: ALBERTUS: WENCESLAUS: ANNA, PHILIPPI II. HISP. REGIS Uxor: ELISABETHA: Carolo Francorum Regi nupta: MARGARETHA & LEONORA.

Ducatus Lign.
Fata:

Lignicensis Ducatus Gubernatio Henrico Principi tunc absenti d. 17. Aprilis Cæsaris Jussu certis de Causis abrogata, & in fratrem FRIDRICUM IV. translata.

Goldbergæ In-
cendium exor-
tum:

D. 24. Julii Goldbergæ in Ædibus Cujusdam Pistoris Incendium noctu exortum, quo C. ac LX. domus conflagrarunt.

Comitia Sile-
siæ:
Rosæ florue-
runt denuo
Augusto
Mense:
THOMAS
RHEDIGERUS a quo
W'ratislaviæ
celeberrima Bi-
bliotheca pu-
blica RHEDI-
GERIANA

MAXIMILIANUM CÆSAREM, cujus Excessum non tanquam REGIS, sed tanquam Patriæ Patris communi luctu universa Silesia prosequuta est, cum pie vixisset, ita & mortuus esset, Terris creptum in Imperii & Regnorum Fastigio & Cura RUDOLPHUS II. statim excepit, scriptisque ea de re ad Silesios Litteris, ipsos eosque dum aliud a se statueretur, MARTINO EPISCOPO: ac specialiter Ducatum hæreditariorum Urbes Præfectis suis parere jussit: Comitiam quoque indixit & Contributiones quasdam postulavit.

Augusto Mense Cerasi, Rosæ, Violæ purpureæ, Sambuci aliaque arbores & Plantæ superfœtatione quadam denuo flores emisérunt.

THOMAS RHEDIGERUS a Silesia: Johannis Frater: Nobilitate Patriæ, Splendore Familiæ, fortunarum Amplitudine, Ingenii Præstantia, magnorum Virorum Consuetudine, summaque imprimis erga Litteratos Munificentia Celeberrimus, cum partim Doctrinæ partim videndi gratia florentissimas Europæ Regiones perlustrasset, magnaue Vi auri impensa, magna & exquisita optimæ notæ librorum qua cuforum qua manuscriptorum copia Bibliothecam instruxisset, in medio & ipse Ætatis Flore Ter-

* MAXIMILIANI II. IMP. AUG. hæc suo ordine Progenies:

1. ANNA: nata 1549. 2. Novembr. hora noctis 1. nupta 1570. 12. Novembr. PHILIPPO II. REGI HISPAN. † 1580. 26. Octobr.
2. FERDINANDUS: ARCHI-DUX AUSTRIÆ: nat. 1551. 28. Martii hora noctis 1. † 1552. 16. Jun. hora mat. 7.
3. RUDOLPHUS II. IMP. ROM. GERM. HUNG. BOH. REX natus 1552. 10. Julii $\frac{1}{4}$ ante 7. horam pom. Vindobonæ: † 1612. 10. Jan.
4. ERNESTUS: ARCHID. AUSTRIÆ: nat. 1553. 15. Julii, hora pom. $\frac{1}{2}$ 4. † 1595. 20. Febr.
5. ELISABETH: nata 1554. 5. Junii inter 10. & 11. horam noctis: nupta 1570. 26. Nov. Carolo IX. Regi Galliæ: † 1592. 22. Jan.
6. MARIA: nata 1555. 27. Julii: inter 3. & 4. mat. † 1556. 28. Jun.
7. MATHIAS ROM. IMP. GERM. HUNG. BOH. REX: natus 1557. 24. Febr. media nocte Viennæ: † 1619. 20. Martii.
8. Infans Masculus natus 1557. 20. Octobr. † e. a. & d.
9. MAXIMILIANUS POL. REX: ARCHI-DUX AUSTRIÆ: nat. 1558. 12. Octobr. hora noctis 11. † 1620. 23. Octobr.
10. ALBERTUS: ARCHI-DUX AUSTRIÆ: natus 1559. 13. Nov. hora matut. $\frac{1}{4}$ ad 10. Neostadii: Gubernator Belgii: † 1621. 13. Jul.
11. WENCESLAUS: ARCHI-DUX AUSTRIÆ: nat. 1561. 9. Martii $\frac{1}{4}$ ad 10. horam noctis: † 1578. 7. Nov. in Hispania.
12. FRIDRICUS: ARCHI-DUX AUSTRIÆ: natus 1562. 20. Junii: † Oeniponte 1563. 16. Jan.
13. MARIA: nata 1564. 19. Febr. paulo ante 10. horam noctis: † e. a. 26. Martii.
14. CAROLUS: ARCHI-DUX AUSTRIÆ: nat. 1565. 26. Septembr. † 1566. 23. Maji circa Vesperam.
15. MARGARETHA: nata 1567. 25. Jan. † DEO devota 1633. 5. Jul.
16. ELEONORA: nata 1568. 4. Nov. paulo ante 10. horam noctis: † paulo post.

Terris ereptus, Colonia Agrippina Non. Januarii & peregrinandi & vivendi finem fecit. De Bibliotheca sua supremis Tabulis ita cavit: ut *χρῆσις* quidem esset publica, *κτῆσις* autem familiae maneret salva: Adponam ipsa Tabularum Verba: Libros meos, inquit, quos ego magno labore & sumptu conquisi, una cum Numismatibus aureis, argenteis, æneis, Statuis, Picturis, & reliquis Bibliothecæ Ornamentis minime vulgaribus cupio & volo quam diligentissime Wratislaviæ in uno Conclavi ad id a prædictis duobus hæredibus (ii autem Adamus & Jacobus Fratres) instructo adservari, & omnia in eo suis locis distincte & ordinate disponi, ut illa Bibliotheca cum suis Ornamentis non tantum Rhedigerianæ Familiæ, penes quam perpetuo esse volo, honori, verum etiam aliis Usui & Voluptati esse possit. Nulli vero libros vel legendos vel cum impressis conferendos inde dari volo, nisi de iis fartis tectis certo Tempore restituendis idonee caveat: Ante omnia vero danda est opera, ne quid librorum ab illis qui non tam spectandi quam furandi animo veniunt, subtrahatur &c.

nomen habes
moritur:

Anno

CHRISTI 1577.

RUDOLPHUS II. IMPERATOR ROMANORUM:
REX HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ:
DUX SILESIÆ:

VIII. Eid. Febr. Corpus D. MAXIMILIANI IMP. Lintzio Pragæ, Regni Boemiarum Caput, honorifica funeris pompa allatum, in D. Jacobi Cœnobio deponitur: indeque XI. Kal. Apr. in Cathedrale D. Viti Arcis Pragensis Templum, maxima cum Ecclesiasticorum, tum Secularium, non modo Regni Boemiarum, sed & S. R. I. Ordinum Frequentia, Tumbæ mandandum effertur.

Iusta D. MAXIMILIANO II. soluta:

RUDOLPHUS CÆSAR circa Pentecostes Festum, MATHIA & MAXIMILIANO fratribus comitatus subjectionis Juramento a Silesiæ Statibus exigendo, magno cum Eorundem Applausu ac Congratulatione Wratislaviam venit. Quem in patenti Campo cum Silesiæ Principibus ac Ordinibus Episcopus Wratislaviensis MARTINUS, velut supremus Silesiarum Præfectus Germanica lingua excepit, per Portam autem D. Nicolai cui inscriptum erat hujusmodi Distichon

RUDOLPHUS II. IMP. Silesiam ingreditur:

Uno omnium Ordinum & ætatum Applausu Wratislaviæ exceptus:

Lætæ Dies tandem lato se protulit Ortu,
Qua Caput Imperii moenia nostra subit.

ingressu, perque arcum Triumphalem sive Portam honorariam a S. P. Q. W. ad declarandam Subjectionem & Obsequium suum devotissimo Studio erectum & simul Inscriptionibus magnifice ornatum deductus cum Insula D. JOHANNIS appropinquaret, habitu Pontificali cum Sacro Canonorum Collegio, tanquam Episcopus obviam progressus est: deque felicissimo & Augustissimo Adventu gratulatus in Templum Cathedrale deduxit. Actis autem illic DEO Gratiis & a Symphoniis decantato B. B. Ambrosii & Augustini in hospitium a Senatu Wratislaviensi in Foro instructum CÆSAR se recepit: in Cujus Frontispicio tale legebatur Distichon:

Quid Capite Imperii, quid Mundi Præside majus?
TE tamen ista Domus, DIVE RUDOLPHE, capit.

In Porta quam dixi, honoraria videre inter alia erat aquilam bicipitem expansis Alis se librantem, quæ licet satis ponderosa esset, tam artificiose tamen concinnata erat, ut celeri motu, quotiescunque & quocunque liberet, in gyrum circumageretur, sese inclineret, Alas concuteret, Reverentiæ Signum daret, & Coronam, quam sustinebat, veluti repræsenteret, quod postea in IMPERATORIS ingressu & antequam Portam attingeret, & postquam transisset, tanta Agilitate & Dexteritate iterato ab utroque Portæ Latere præstitit, ut videretur CÆSAREAM MAJESTATEM velut exultando & congratulando excipere, compellere, salutare, & cum ipsa Corona Fidelitatem & Obsequium deferre velle, non sine spectantium delectatione atque admiratione. Inscripta eidem Portæ aureis litteris, quæ sequuntur Epigrammata:

Arcus Triumphalis Elegantiæ:

I.

Roma triumphales statuit Victoribus Arces,
 Palma quibus fuso Sanguine parva stetit:
 At sibi perpetuum sine Sanguine BRESLA Triumphum
 Spondet ab Auxilio, DIVE RUDOLPHE, Tuo:
 Pax opus hoc flectit, Pax hos collegit honores:
 Ipse Locum in sola Pace Triumphus habet.

II.

AUSTRIA gavisâ est primo Diadema RUDOLPHO,
 Cæsareum & forti Sceptra tenente Manu:
 AUSTRIADUM decimus, Magnoque secundus ab Illo
 Nomine, nunc eadem Sceptra, RUDOLPHE, tenes:
 O dulci veniant cum Nomine dulcia fata!
 Consilio Populos qui regit Ille juvat!

Auctor Epigrammatum V. Cl. Nicolaus Steinbergerus, qui & Portam ipsam Eleganti Carmine descripsit, a RUDOLPHO eapropter non solum Lauri munere, sed & poculo inaurato, aureisque Hungaricis pleno donatus.

In Moraviam
 redit IMPE-
 RATOR:

Substitit autem Imperator Wratislaviæ ultra Mensē: Homagioque a Principibus & Ordinibus accepto, Eorundemque Juribus, Privilegiis, atque Immunitatibus confirmatis, in Moraviam discessum molitus est.

Sanctiones
 Pragmaticæ
 RUDOLPHI.
 NÆ:

In Comitibus præsentē IMPERATORE celebratis de Rebus ad Incolumitatem, Incrementum ac Decus politiæ pertinentibus instituta fuit deliberatio: indeque Constitutiones quædam Politicæ a Principibus atque Ordinibus Silesiæ hoc anno promulgatæ & Cæsareo Diplomate confirmatæ sunt, quibus de Arrestis, de Mulierum Intercessionibus, de decoctoribus sive fraudatoribus Creditorum, quos vulgo a rupta capla seu arca rei numariæ, bancæ ruptores nominamus, de Obstagiiis, de compescenda denique Juventute, præsertim nobilis insana licentia, Litium Ambagibus rescandis & Tranquillitati publicæ procurandæ, prudenter juxta & graviter multa decernuntur.

Nuptiæ Joachi-
 mi Fridrici Du-
 cis Lygio-Bre-
 gensis cum An-
 na Maria: An-
 halina:

JOACHIMUS FRIDRICUS: Georgii Brigenis Ducis Filius primogenitus cum ANNAM MARIAM: Joachimi Ernesti, Anhaltini, Generosi ac Cordati Principis & Agnes Comitissæ Barbiensis Filiam ob vitæ totius probitatem & miram Veneratam & actionum Suavitatem a multis Imperii Proceribus expetitam feliciter obtinisset, cum eadem quæ deinde mense unico agebat annum Ætatis decimum sextum ad XIV. Kal. Jun. Sacra hymeneia splendido apparatu Bregæ celebravit, quibus præter alios interfuit JOACHIMUS FRIDRICUS: Brandenburgicus: Archi-Episcopatus Magdeburgensis administrator.

Cometes:

Cometes stupendæ & insolitæ Magnitudinis III. Eiduum Novembr. in latitudine meridionali conspectus est, inferiore ex Parte in Speciem Barbæ Jubam extendens, duransque ad ipsas usque Eidus Januarii Anni sequentis: in Pegaso tandem disparrens, de quo videatur Thaddei Hagecii ac Hageck Epistola ad Martinum Mylium.

Joh. Sprember-
 ger: Reip.
 VVrat. Physi-
 cus moritur:

Obiit hoc anno Wratislaviæ: Johannes Spremberger: Reip. Physicus Ordinarius: Vir egregiis Ingenii & Doctrinæ Ornamentis excultus, imprimisque medicæ Artis Scientia præstans, quam feliciter exercendo Patriæ magno fuit Usui & Ornamento, in celestem Patriam translatus d. 22. Februarii.

Anno

CHRISTI 1578.

Comitia Silesiæ
 VVratislaviæ
 habita:

In Comitibus Wratislaviæ habitis de modo potissimum defendendæ hujus Provinciæ deliberatum fuit, Opere quidem perutili ac necessario: sed quod Successu caruit: Addita sunt & capita nonnulla Constitutionibus Politicis præsertim de refranandæ Juventutis petulantia: Sed cui bono Lex est bona si non utimur? quid præcepta constitutum non executuri? quid delicta prohibemus non vindicaturi?

VVENCES-
 LAUS: AR-
 CH DUX AU-
 STRIÆ mori-
 tur:

WENCESLAUS AUSTRIACUS: RUDOLPHI CÆSARIS Frater, decore frontis excultæque mentis ac magnæ Expectationis Adolescens fatali die superventus * XIII. Kal. Jun. Madriti in Hispan. Regia: quem pridie Non. Novembr in Silesia subsecutus VVENCESLAUS ADAMUS: Dux Teschinensis: Ætatis anno

* Tab. Genealog. MSta AUGUSTISSIMÆ GENTIS: alio Tempore a Nobis proferenda, d. 7. Novembr. habet.

Anno LV. relicto: SIDONIA CATHERINA, Saxonix Ducissa Lawenburgensi Filio
ADAMO WENCESLAO.

item VVEN-
CESLAUS A-
DAMUS DUX
TESSINENSIS

Wratislavia d. 26. Febr. expiravit Martinus Hoffmannus: Vir latine pariter &
Græce doctus, & in Poësi quoque haut infelicitèr versatus, postquam in incluta Wra-
tislaviensium Schola summa cum laude Juventutem docuisset annis XXIX. publicis
etiam Monumentis, inter quæ Palmam ferunt, præstantium in Republica Wratislavien-
sium Virorum Epicedia, Eruditionem suam testatus.

item Mart.
Hoffmannus
Wratisl.

Lignicii d. 30. Dec. Johannes Rumplerus: Med. D. nobilis: Poliater Lignicens.
Anno Æt. 49.

& Joh. Rum-
pler: Med. D.
Lign.

Anno

CHRISTI 1579.

SIGISMUNDUS KURTZBACHIUS: Baro e quatuor Silesiæ Dynastis in
Militich & Trachenberg, Fridrici Lignicensium Ducis affinis, Vir in re militari præ-
stans, Polonorum vicinorum Terror, dum in Belgio e Regione Transsilvana in Lin-
ganam Regionem cum Germanorum Copiis ob non soluta stipendia in agrestes misè-
re grassantibus tendit, pulveris bambardici flamma fortuita miserabiliter* exuritur: re-
licta ex HELENA DUCISSA LIGNICENSI Filia unica SOPHIA: quæ sœdus
postea maritum cum HENRICO ANSHELMO PROMNICO L. B. iniit.

Fata Sigismun-
di L. B. Kurtz-
bachii:

* Expeditio
STEPHANI
REGIS POL.

Confecta hoc anno feliciter Stephani Polon. Regis Expeditio contra Moscum.

Fato concessit eodem anno Martinus Thaburnus: Goldbergensis Gymnasii Rector,
qui ad excellentem Doctrinam & Linguarum solidam cognitionem adunxerat eximium
Pietatis Studium ac fidem XVII. Kal. Majas anno Æt. LV.

contra Mo-
schos:
In mortuorum
numerum ve-
niunt:

Mensis autem Octobris d. 4. felici fine Vitam in his Terris suam clausit Bartho-
lomæus Rumbaumius: Jauranus: Ecclesiæ Marsburgensis Pastor, ac Præpositus Mega-
linus: Theologus non modo doctissimus, sed etiam sinceritate Animi & Vitæ Integri-
tate præstantissimus, cum Ætatis annum ageret LVIII.

Mart. Thabur-
nus: Rector
Goldberg.

Secutus est *περόδου* in Via ad Viam æternam Rumbaunium: Joachimus Picus:
Theologus Glogoviensis, qui cum extra Urbem in Pago Prosthan Evangelium non
minus feliciter quam fideliter docuisset, cæterum multis adversitatibus conflictatus ac
propter Veritati Professionem tandem etiam proscriptus fuisset X. Kal. Januar. eo ipso
die, quo Proscriptionis litteras acceperat, exemplo plane memorabili, a DEO evocatus
in Portum Cœlestis Patriæ, transiit anno Æt. L.

Barth. Rumb-
baum: Pastor
Mersburgensis:
Joach Picus:
Glogov.

Cum post exactum in Rectoratu Brigenfi quinquennium missionem ab ea præse-
ctura hætenus impetrasset Jac. Pancovius, ut Juris Professionem in Gymnasio retineret,
Consistoriiq; Ducalis Adfessor esset, ab Illustriss. Duce GEORGIO clementissime vo-
catus M. Petrus Sickius: Stralsundensis Pomeranus: primo Rector Marienburgensis, dein-
de vero Professor Philosophiæ in Acad. Borussiae Regiomontana, gubernationem
Scholasticam suscepit XI. d. Decembr. sed quam tamen cum nonnisi per biennium te-
nuisset, Bregense Gymnasium cum Aurimontano grata Vicissitudine commutavit, Suc-
cessorem nactus ille Laurentium Circlerum: Goldberg. Scholæ Rectorem.

Fata Gymnasii
Bregensis:

Anno

CHRISTI 1580.

Cum magnam huic Provinciæ cladem improbißimorum sceleratorum Expilationes
intu-

* Pohlius in Annal. Wrat. MStis ad annum 1579. „Den 31. Decembr. ist der Wohlgebohrne
„Herr Sigmund von Kurtzbach: Herrn Johannis und Fr. Annæ Sborowskyn Sohn: Herrn Si-
„gismundi und Fr. Dorotheen Gräfin von Helfenstein Euckel: Frey- und Erb-Herr auf Tra-
„chenberg und Mieltsch: Ertz-Hertzogs MATHIÆ von Oesterreich, Gubernatoris der
„Niederlande Stallmeister, ein hochehrfahner und berühmter Kriegs-Heid durch gantz Eu-
„ropam, in der Graffschafft Leiningen zu Lengnig des Morgends früh in seinem Schlaff-Ge-
„mach aus Unvorsichtigkeit von angezündetem Pulver erstossen und umkommen. Mel-
„chior Lessel: ein Edelknabe, hatte den Schlüssel zur Kleyder-Truhen verlohren und auf
„des Herren Vermahnen das Schloß mit Pulver auffsprengen wollen, erreicht aber auch
„das andere Pulver unter dem Bette, darinn der Herr Kurtzbach gelegen, zündets an, wirfft
„den Herrn sambt dem Bette herunter in Schloß-Graben, trifft einen grossen Baum, und
„bleibt todt. Er liegt zur Prausnitz begraben. Mit Fr. Helena seiner Gemahlin: Hertzog
„Fridrichs des III. zur Liegnitz und Fr. Katherinæ zur Mechelburg Tochter hat Er gezeu-
„get: Sigismundum: Annam: Helenam: Annam Mariam: die starben jung: und Fr. SO-
„PHIAM: Herrn Heinrich Anshelms von Promnitz: zur Pleßse, auf Soraw: Triebel: Hoiers-
„werda: des Saganischen Fürstenthums Pfands-Herrn: Röm. Kayf. Maj. Rath: und voll-
„mächtigten Land-Vogts des Marggraffthums Nieder-Lausnitz Gemahlin.

Constitutio
RUDOLPHI-
NA pro Salu-
te Silesiæ:

intulissent, laudabilis hoc anno (ut solent ex malis moribus bonæ nasci Leges) in Principum atque Ordinum Conventu facta est Constitutio, eademque RUDOLPHI CÆSARIS auctoritate publicata, qua cautum, ut ne majores deinceps Usuras quam semisses, hoc est, sex annua pro singulis centenis stipulari cuiquam liceat. Qui secus fecerit, is dimidia sortis Parte mulctetur: cujus altera semis fisco, altera delatori cedat.

Henricus Dux
Lignicens. IMP.
jussu captus:

HENRICUS DUX LIGNICENSIS, IMP. jussu a Gubernatione defectus certis de Causis, primum Pragæ Custodiæ mancipatur, inde Wratislaviam captivus deducitur.

Commutata
Horologiorum
Ratio VVratis-
laviæ:

Julio Mense commutata est Wratislaviæ Horologiorum Ratio, constitutumque publico Decreto, ut dies non ab occasu Solis, ut apud Atticos & Majores nostros ac passim in Boemia & Silesia, sed a media nocte ut in plerisque Germaniæ locis inchoetur.

Synodus Dicc-
cesana Wvatis-
laviæ celebrata:

A MARTINO EPISCOPO Synodus ibidem Diocesana celebrata, cui interfuere præter Cathedralis Ecclesiæ nec non S. Crucis & S. Ægidii Wratisl. Glogoviæ Majoris Opoliensis, Nissenis, Ratiboriensis, ac Glogoviensis superioris Ecclesiarum Collegiatarum Prælatos & Canonicos, Magistrum item ad D. Mathiæ, Johannes Lubensis, Nicolaus Henrichoviensis, Antonius Camencensis, Casparus Grissloviensis, Ordinis Cisterciensium Abbates, scripto tamen comprehensam Protestationem Synodo offerentes, ne Comparitio illa Privilegiis suo Ordini a Pontificibus Romanis concessis, quorum Vigore neque ad Synodum neque ad alium quemcunque Conventum venire teneantur, nec nisi Superioribus Sui Ordinis immediate sint subiecti, in Præjudicium aliquod vergeret, sed quam EPISCOPUS tanquam Constitutionibus Synodalibus contrariam rejecit & repudiavit. Abbas in Arena Wratislav. & Saganensis Archimandrita per sui Ordinis Priores Officio defuncti sunt. Johannes S. Vincentii Wratislav. Abbas peregre tunc aberat: Actum autem in ea Synodo præter alia de recipiendis Synodi Tridentinæ Decretis: quibus cum se lubens volensque EPISCOPUS subjiceret, ejus Exemplum imitati cæteri magno omnes Consensu verbisque expressis: se omnia quæ in Tridentino Concilio tradita & decreta sunt, inviolabiliter observare atque Executioni mandare velle testati sunt. Quia vero in nonnullis rebus moderatione opus esse videbatur, placuit accurate ea de re cogitari, Capita moderationis interea colligi & describi, & in sequenti Synodo proxima matura deliberatione de mittendo ejus rei causâ in Urbem Legato certi aliquid statui & discerni. Decreta hujus Synodi actaque adeo Universa una cum Ecclesiæ Wratislaviensis Statutis Synodalibus antiquis an. 1585. ipso EPISCOPO curante Wratislaviæ Typis expressa sunt.

Lues Epide-
mica:

Incidit in id Tempus lues Epidemica, morbus vervecinus Italis (mal di castro-ne) adpellata, Gallis Coqueluce. Cæpit is morbus apud nos Vires suas exerere paulo ante Julii mensis Initium in finem usque Augusti & cum longe lateque non modo Europam & Asiam pervagatus esset, intra breve Tempus magnam Partem humani Generis afflixit. Febris continuæ non admodum intensæ quoddam Genus ex Putredine natum & Ichoribus inhærens Medicis quibusdam videbatur, quibus alii reclamabant, signis a Putredine diversis & quod absque febre quidam fuissent, permoti: Causam hujus intempestivæ Aëris Constitutioni quidam attribuebant: Æstuant namque præter modum aridoque Aprili, unde omnes Segetes Detrimentum patiebantur, successit Majus frigidus humidiorque qui Segetes quidem suscitavit, sed in corporibus humanis talem impressionem reliquit. Multos cum invasisset, horrore concutiebatur, quem Lassitudo Corporis, Viriumque Prostratio quædam seu Tædium potius Laborum & Calor subsequēbatur, Capiti Gravedinem & menti perturbationem cum dejectione appetitus inferens. Quibusdam ex Capite unde Epidemicum Catarrhum vocabant, humores in pectus defluebant & Tussim excitabant. Aliquos Phrenitides, angina & faucium inflammationes in Discrimen ducebant. Hæc vero Symptomatum Dissimilitudo non nisi ad Corporum Varietatem referebatur, quæ vehementiora aut mitiora fiebant ratione individuorum: Neque enim sua natura hic morbus adeo exitiosus fuit, sed vel Victus Intemperantia vel medicatio inconveniens quosdam ægros exstinguebat.

Quia vero juxta Hypocratis Sententiam id curatio ostendit &c. in plerisque omnibus ad Ichores malum hoc analogiam habuit & a natura vel spontanea crisi vel arte ab

ab exercitatis Medicis, Medicamentis diaphoreticis Putredinemque inhibentibus, per Sudores & insensibilem perspirationem ægri sunt sanati. In multis tamen cacoehymis hominibus atque locis ubi putredo Sanguinis massam attingit, Sanguinis missio & aliquando vacuantia medicamenta profuerunt. Quæ quidem Præsidia etiam plurimis ideo fuerunt perniciofa, quod intro revocarint ea quæ natura expellere per exhalationes & Sudores contendebat. Nihil in hoc morbo ipsa brevitate fuit melius: duravitque plerumque ad quartum Diem & ultra decimum vix protendebatur.

Octobri Mense Cometes iterum in confinio fere Mercurii & Veneris effulfit, ac Cometes: plus minus LXXVI. diebus duravit: Videatur de eo Apodixis Physica & Mathematica Thaddæi Hagecii ab Hayeck ad Generosum Dn. Andreæ Dudithium: Consiliarium & Oratorem Cæsareum: qui & ipse in Epistola ad Wenceslaum Raphanum: Medicum Oppaviensem Cometæ hujus meminit, verbis quæ hic apponere visum: De Cometa, inquit, quam multa Aristotelis Auctoritatem secuti blateramus passim: & tamen his diebus didici ex proximo & qui hunc antecessit & Aristotelem & qui Eum sequuntur, longe a Scopo aberrasse: Supra Lunam fuit uterque: prior ille proprio motu ab Occidente in Orientem, hic contra Signorum Successionem ab Oriente in Occidentem ferebatur. Si ex famosis exhalationibus procreantur, quomodo illæ Lunam superant & cœlos penetrant? Si supra Lunam generantur, quomodo verum illud erit, nihil ibi oriri, nihil interire? omnia esse æterna? & tamen hæc duo *φανόμενα*, & sidus illud mirificum, quod ante hos octo annos ostensum nobis ad Cassiopeam fuit, & orta fuerunt, cum antea nullis unquam Seculis visâ fuissent, & interierunt aut certe ex Oculis nostris aliquo sublata sunt. Ubi antea in Abyssu Thesaurorum DEI latuerunt? Non habeo quid dicam, cum hæc considero, nisi illud: O cœcas hominum mentes o Pectora cœca, qualibus in Tenebris vitæ quantisque Periculis degimus hoc Ævi quodcunque est. Ut autem mecum certo credas hæc ita se habere ut affirmo, scias *αποδεικτικώς* demonstratum esse a Corn. Gemma: a Mœstlino & aliis: imprimis autem ab Amicissimo meo & Doctissimo Viro Doctore Thaddæo Hagecio, minorem habuisse *παράλλαγην* quam ipsa Luna.

Anno

CHRISTI 1581.

Johannes Basiliius, Magnus Dux Moscoviæ a STEPHANO Bathoryo Polon. Re- Pax Regem in-
ter Poloniam Vi-
sloviæ & Ma-
goum Mosco-
via Ducem vi-
ctum sancita: ge toties multatus, Pontificem Romanum, ut Partes suas interponat, per Legatos rogat: Missus ab Eo Antonius Possevinus, celeberrimus Jesuita, d. Maji Wratislaviam venit: ubi triduum perhonorifice ab Episcopo Wratislaviensi habitus in Poloniam ad Bathoryum, qui tunc Plefcoviam, Urbem Russiæ amplissimam & variarum Gentium Commerciis florentissimam obsidebat, contendit, inter hunc & Moscum Pacis Arbitrum acturus: quam & tandem certis Conditionibus (in quæ præcipua ut Livonia tota ad Polonum rediret) confecit: atque ita post tertium annum gravissimo Bello, in quo Silesii etiam nonnulli, imprimisque Melchior Redern: Baro: præclaram Polono Operam navavit, d. 15. Januarii seq. anni finis impositus.

RUDOLPHUS IMPERATOR gravi & periculoso admodum morbo decubuit: Afflicta IMP. valetudo: Itaque Crato Archiater mandato Cæsaris Wratislaviam profectus, ut Johannem Woycfelium Medicum & Chirurgum Nobilissimum accerseret: qui quidem successu felici & admirabili IMPERATOREM sanavit, sed non sine aliorum, præsertim Italorum Medicorum Invidia.

Glogovienfes religionis causa tumultuantur, Templum parochiale cum adjuncto Tumultus Glo-
govialis: ludo litterario occupant, suisque Usibus invito Ordine Sacro adplicant. Iis Turbis sedandis Glogoviam missi Episcopus VVratislaviensis, GEORGIUS Dux Brigenfis & Sigfridus, Promnicius Baro: qui cum ad restitutionem clericis faciendam Cives adigere non possent, posteriores quidem duo conjunctim, quid faciendum sibi videretur, IMPERATORI exposuerunt: EPISCOPUS autem peculiari scripto sententiam suam complexus est: cujus Summa fuit: e re sibi videri ut Glogovienfibus si non ipsamet parochialis, saltem aliqua Ædes sacra, in qua Religionis suæ Exercitiis vacarent, daretur: cum satius sit Ecclesiam de uno Membro quam de toto Corpore periclitari.

D. 26. Aprilis Hainovia tota in Cineres versa est, Igne ab Hominibus quibus- Hainovia con-
flagravit: dam sceleratis supposito: qui biennio post comprehensi lentoque Igne tosti meritas luerunt pœnas.

FRIDRICI III. Ducis Lignicensis Vidua CATHERINA ex Ducum Megapoli-
tanorum

Catherina Duciſſa Lignic. moritur:

item Petrus Vincentius: Celeberr. Gymnaſi Wratiſlav. Elifabeth. Rector:

item Laurent. Baudifius: Conſil. Olsneſis: item Johannes Gigas: Paſtor Svidnicenſ.

tanorum Familia e vivis exceſſit Lignicii die 17. Menſis Novembris. Petrus Vincentius, Vir longe doctiſſimus ac Celeberrimus, Academiarum Gryphiswaldenſis & Wittebergenſis Profeſſor, triumque Gymnaſiorum Illuſtrium Lubecenſis, Gorlicenſis, ac Wratiſlavienſis Inſtaurator, Rectorque feliciffimus poſt noctis Ejus medium quæ anteceſſit Kalend. Octobr. in laudatiſſimæ Patriæ terrenæ complexu exſpiravit, placidiſſime ætatis apæo climacterico LXIII. cum Scholis in Annum XXXVI. magna cum laude & fru-ctu inſerviſſet, bonamque fortunarum ſuarum Partem, tum ad cætera, tum etiam ad Hiſtoriarum ſtudia excolenda atque illuſtranda ſupremis Tabulis contuliſſet, V. Cl. Abrahami Bucholceri honorifica mentione facta: qui & a Senatu Wratiſlav. in poſſeſſionem Legati non contemnendi aliquamdiu benigne admiſſus fuit.

Præceſſerunt hunc, Laurentius Baudifius: Wratiſlavienſis & ipſe: J. V. D. eximius: Aula Olsneſis Conſiliarius X. Kal. Majas: & Johannes Gigas, Northuſanus Theologus non incelebris IV. Eid. Julii Svidnicii, ubi Concionatorem egerat, cum vixiſſet annos LXVII. & menſes quinque.

Anno

CHRISTI 1582.

Calendarium Gregorianum:

RUDOLPHUS IMPERATOR cum Aprili Menſe. Ordinum Regni Hungariæ Conventum Piſonii habuiſſet: in quibus de vectigali trium Hungaricorum ſingulis Januis ſeu domibus impoſito, de collato in arcibus ac limite milite, & de MAXIMILIANO Fratre Vicario Pannoniæ præficiendo retulit: contraque Proceres & Senatus Regni alia a Rege petierunt, de quibus amice inter eos convenit: prima inde Imperii Comitia Auguſtæ Vindellicorum celebravit, in quibus ad finium adverſus Turcas deſenſionem a Principibus Contributio decreta, in quam tamen delegati Civitatum, antequam de Eorum Querelis cognoſceretur, adſentiri recuſarunt. Circa Exitum Comitiorum Gregorius XIII. P. R. Calendarii correcti formam ad Imperatorem miſit, ut in Germanico etiam Imperio illud promulgaret. Erat autem ratio emendationis Ejusmodi inſtituta, ut æquinoctia & Solſtitia, quæ propter anni quantitatem majorem a nati CHRISTI Temporibus quindecim fere Diebus anticipaverant, ad antiquas illas metas reducerentur, quas in CONCILIO NICÆNO determinarunt SS. PATRES. Decem igitur dies in menſe Octobri a d. 4. uſque ad 14. Octobr. præteriri eo anno voluit: ita ut 4. menſis dies haberetur pro d. 14. Cæterum cum nemo Principum aut Civitatum Auguſtanam Confeſſionem amplectentium accipere in Germaniam Calendarium vel- lent, quod nimirum cavendum exiſtimarent, ne Calendarii emendandi prætextu novam & inuſitatam Pontifici in Imperii Majeſtatem & Cæſarem ipſum Jurisdictionem & mandandi Potestatem tribuerent, præſertim cum inconſulto Cæſare & non requiſito Imperii Principum & Ordinum Conſenſu res tanta a Pontifice ſuſcepta ſit: negotium id Cæſar diſtulit, & veterem formam hætenus uſurpatam in Camera Judiciiſ, eo anno ſervari mandavit, nec eo minus tamen, ut Calendarium illud Gregorianum ſaltem inter Majorum Religioni addiſtos locum haberet, ſequenti anno tenuit.

Judæi Sileſia excedere juſſi:

Ediſta duo a Cæſare Viennæ d. VII. Kal. April. condita atque in Sileſiam miſſa, ab Epifcopo Wratiſlavienſi Eodemque Supremo Præfecto publicantur: quorum uno Judæi omnes una cum Uxoribus ſuis liberisque ante diem D. JOHANNI ſacrum ſolum vertere ac Finibus Sileſiæ excedere jubentur, pena amiſſionis bonorum omnium tam mobilium quam im- mobilium non obtemperaturis propoſita. Altero vero de Anabaptiſtis cautum eſt: ut ſi qui reperiantur improbæ illius Religionis Sectatores, intra diem jam dictum a Magiſtratu loco comprehenſi in ea loca unde venerunt, remittantur: de præcipuis Religionis CHRISTIANÆ Capitibus diligenter inſtruantur, quin & carceribus pro re nata mancipentur. Quod ſi Sectæ illi inſanabili Pertinacia renunciare nolint, aut ex Provincia forte auſugerint, bona Eorum annotentur, & vel Liberis ſi quos habent orthodoxis adſignentur, vel ſi nullos aut Ejusdem Sectæ participes, proximioribus in Provincia cognatis deferantur: qui idonea Cautione præſtita libere ac pacate tantisper hiſ utantur, fruantur, dum illi Eorumve liberi ſeria pœnitundine adducti Errorem ſuum deſtentur, & ad CHRISTIANORUM ſacra ex animo ac ſine ulla ſimulationis ſuſpitione redeant: Eo tamen Temperamento, ne quid Religionis prætextu inſuſtè inquam admittatur: neve adeo pro Anabaptiſta quis habeatur, aut Bona Ejus occupentur: niſi prius talis fuerit Jure declaratus.

Cometes:

IV. Eid. Maji ingens Cometa apparuit, verſus meridiem Caudam tendens, radiis quaſi criſtis ſurſum elevatis, ſed poſt dies XV. evanuit.

VII. Kal.

VII. Kal. Augusti, qui D. ANNÆ: DEIPARÆ VIRGINIS MATRI dictus, Gruneberga Ducatus Glogoviensis Urbecula tota Incendio periit.

Grünberga
conflagravit!

IV. Eid. Septembr. JOHANNES GEORGIUS Dux Lignicensis ac Brigenfis uxorem duxit ANNAM Ducis Württembergici laudatissimi Principis ac vere Christophori Filiam.

Nuptiæ Johannis Georgii
Ducis Lygio-
Bregensis cum
Anna VVür-
tembergica!

Anno

CHRISTI 1583.

Magna Annonæ Penuria hoc anno in Silesia laboratum: ex qua maxima Caritas secuta, ita ut tenuiores qui parum Obsonii comedunt, sed solo fere pane aluntur, eo deficiente, multi interirent, complures herbarum Radices, amara gramina & id Genus alia vescentes vitam infelicem traherent.

Annonæ Pe-
nuria!

Vitam hoc anno cum morte commutavit Laurentius HEUGEL a Polockowitz in Sagwitz: S. C. M. Confiliarius: Vir Stemmata, Virtute & doctrina nobilissimus ac Verbo ut dicam aurei adhuc Seculi insigne Reliquium.

Laurentius
Heugel: S. C.
R. M. Confil.
moritur!

Obiit & Zacharias Ursinus: VVratislaviensis: Academiae Heidelbergensis indeque Scholæ Neapolitanæ in Nemeribus Professor: vir in omni Disciplinarum Genere exercitatissimus, Theologus summus, Vitæ inculpatæ, Judicio admirabili, Labore indefesso: ex hac vita evocatus pridie Non. Martii Ætatis suæ anno XLIX. cum integrum semestrem decubisset, ac sævissimos Colicæ Dolores sustinuisset, neque tamen ab eo quisquam impetrare potuisset, ut Scriptiones ac Meditationes suas intermitteret. Opera Ejus Theologica partim ante hæc non edita, partim ex Germanica in Linguam Latinam modo conversâ, partim emendatius recusa, & illustrata atque in Tomos III. tributa, Reipublicæ bono conjunctim edidit D. Quirinus Reuterus.

item Zacharias
Ursinus!

Ursinum insecutus Lucas Pollio: Ecclesiæ VVratislaviensis ad D. Mariæ Magdalænæ Pastor, Theologus doctissimus & eloquentissimus, quique adeo non Voce duntaxat suos erudit, sed & scriptis quibusdam vernacula lingua editis profuit: inter quæ Palam ferunt Conciones de Vita æterna, superioribus annis ab Abrah. Metzradt: Equite Holsato in Latinum Sermonem translata.

item Lucas Pol-
lio: Pastor ad
D. Mar. Mag-
dal.

Nec denique Silentio prætereundus, qui Peste hoc anno grassante in Marchionatu Moraviæ obiit M. Bernhardus Sturmius: Patiscovius: Iglaviensis Reipubl. Proto-Notarius. Is enim quomodo Dav. Crinitus de ipso cecinit:

item M. Bernh.
Sturmius!

Sturmius Ingenii præclarus acumine, multa

Doctrina, magnæ Sedulitatis Homo:

Publicam in Lucem, Typis expressos, septem Distichorum Centurias edidit, quod opus ipsius Ingenii felicitatem simul atque Velocitatem lectori queat approbare.

Anno

CHRISTI 1584.

Sancta hoc anno Induciarum inter RUDOLPHUM CÆSAREM & Sultanum Turcicum prorogatio quæ a Kalendis Januariis inciperent, & in novum usque Annum durarent.

Induciarum in-
ter RUDOL-
PHUM II. &
Turcam IMPP.
Prorogatio:

Anni novam Emendationem a Pontifice factam sive Kalendarium Gregorianum quod ut a Principibus Imperii Augustanam Confessionem amplectentibus reciperetur, impetrare Cæsar nullo modo potuit, Ejusdem Jussu in Silesia hoc anno promulgatum Ordines omnes cum avitæ tum Protestantium Religioni addicti (non quidem ut Pontifici, sed ut CÆSAREÆ MAIESTATI & Civili Magistratui in re Civili obtemperarent) receperunt: exemptique decem Januarii dies ut qui XIX. dies Januarii erat, XXIX. numeraretur: Idem Boemia, Moravia & Lusatia fecerunt. Libet autem hic subicere Judicium summi Viri Andr. Dudithij ad Nobiliss. Nicolaum Rhedigerum de Strisa, sic scribentis: Fac ut Sculteti Annotationes in Kalend. Gregor. ocyus videre possimus: si necessaria fuit Kalendarii Mutatio, certe a nemine vel institui vel perfici potuit rectius quam a Pontif. Romano. Quis enim tanta ubique Terrarum valet auctoritate? ad hanc rem certe quæ ad omnes pertinere videtur, tali aliquo Opus fuit, qui nationum omnium Consensum exigere posset. Sed profecto nullus hodie Monarcha, hoc excepto, efficere potuisset. Adde quod Pontificum omnibus Ætâibus, imo apud Ethnicos perpetua Kalendarii Cura fuit.

Kalendarium
Gregorianum
in Silesia re-
ceptum:

Hæc

Hæc aut his similia Solatio esse possunt iis, qui mutationem hanc ægre ferunt.

Sygfridus Ribischius : Confiliarius aliquot Imperatorum, Vir & Generis Nobilitate & Animi Pietate & Eruditione, Sapientia, Eloquentia, Æquitate, rerumque plurimarum usu longe præstantissimus diem ultimum Wratislaviæ clausit XVII. mensis Sextilis, quæ in Annum Ejus LXV. incidit.

Abrahamus Bucholcerus :

Ribischium Fautorem suum paucis Hebdomadis præcessit Abrahamus Bucholcerus, Ecclesiæ Sprottaviensis *curans*, inde Freistadiensis Pastor, de utraque Ecclesia præclare meritis: quippe cum pro Suggestu Verba ad Populum faceret, plena ingeniosæ Dexteritatis, sinceræque Pietatis, accommodata insuper ad universæ vitæ Sanctimoniam: cujus vitulo, uti dicitur, multi nostræ Tempestatis Theologi arare consueverunt. Cum Theologia Artium principe historica Studia & utilissimam Temporum Disciplinam sic conjunxit, ut pares in ea paucissimos, superiorem autem videatur habere neminem. Testis Ejus Chronologia, hoc est, Annorum Supputatio, ab Orbis Conditi Primordiis usque ad Exitium Israëlitarum in Babylone, insertis passim Historiæ Græcæ & Romæ Eventibus insignibus, continua Serie deducta: quam loco multorum Commentariorum in BIBLIA SACRA, quibus multi magis impediuntur quam promoventur, esse poterit, præsertim Politicis Hominiibus & circa Rerum Gubernacula versantibus, Vir Illustris ac Generosus Venceslaus Budovecius Baro Bojemus, Confiliarius Cæsareus verissime scripsit. Testis item Index Chronologicus Annorum Seriem, Regnorum Mutationes & Rerum toto Orbe gestarum memorabilium Breviarium a mundo condito usque ad annum NATI CHRISTI 1585 LXXX. complectens, a Filiis Godofredo & Abrahamo diversis Vicibus continuatus, super utroque Scripto Budovecii modo laudati Judicium ad Adamum Filium an. 1603. perscriptum videre licet post præfationem Indicis Chronologici ab Abrahamo Filio tertia Cura emendati aucti & ad Obitum usque RUDOLPHI II. Cæsaris producti. Diem suum obiit Pater pie ac placide XVIII. Kalend. Quintil. Ætatis suæ an. LIV. Mens. IIX. die VI.

**Caspar Hoffmannus :
Martinus Henricus : & Joh.
Birckenhan :**

Fatalis idem Annus fuit Caspari Hoffmanno : Leobergenfi : Medico doctissimo ac peritissimo atque Electoris Brandenburgici Archiatro qui obiit Colonia ad Siveum Kal. Augusti : Ætatis anno LV. Martino item Henrico Saganensi, Theologo ac Professore Academiæ Wittembergenfis, Terris erepto Die S. Lucæ Evangelistæ : Johanni denique Birckenhan : Præposito & Pastori Ecclesiarum in Neapoli Wratislaviana vita functo XIIX. Kal. Quintil.

**Fata Gymnasii
Bregensis :**

In *supplætes* exorta Bregæ IX. Kal. Febr. cum libertatem vitæ ac Religionis rem judicarent inæstimabilem Laur. Circlerus, qui Rectoratum Gymnasii Illustris summa cum Auctoritate, fideque summa summoque Juventutis Nobilis Concurſu per biennium gesserat, M. Beslerus : M. Paulovius : & M. Schröterus Collegæ Bregam reliquerunt: Rectoratus functione commendata Melchiori Tileſio : Eloquentiæ ac Poëſeos Professori.

Anno

CHRISTI 1585.

**Comitia Silesiæ
VVratislaviæ
habita :**

Martio Menſe Principum atque Ordinum Silesiæ Comitia Wratislaviæ habita: in quibus novi prope nihil propositum fuit, sed vetera illa duntaxat de Auxiliis Turcicis, de Teloneo Cerevisiario, de Sumtibus minuendis, de reliquis exsolvendis. Discessere Legati Cæsarei rebus non solum ex omnium Sententia gestis, sed gratis etiam actis, quod in hoc Genere rarissimum esset solet. Accidere his Comitibus duo, quæ non sæpe contingunt Wratislaviæ, ac superstitiosis hominibus nescio quid portendere visa sunt: Civis quidam Astronomiæ studiosus noctu in Ædibus Palatii Ducis GEORGII oppositis, dum nini studiose astra contemplatur, & Corpus e fenestra excitat, in plateam decedit, cerebroque fracto altera die moritur: Postridie Kal. Aprilis sub Vesperam in Ædibus Janholtianis Adoleſcens Hungarus Nobilis Hungari Famulus e Servitio Illustris Domini Popelii, dum ipse quoque, incertum cuius rei causa, in fenestræ non minus laxæ vavis se librat, præceps dilabitur, & Vulnere in Capite accepto una post Casum hora Animam efflat.

JOACHIMUS FRIDRICUS GEORGII DUCIS BRIGENSIS F. Archi-

Archi-Cathedrali Primatus Magdeburgensis Præposituræ a Guilielmo Boclino Coadju-
tor adscitus ab Illustrissimo Collegio Præposituræ illi possidendæ, nec Summo Impe-
ratore refragante, immittitur, exclusis potentibus Æmulis, contra quos Dignitatem eam
quoad vixit, feliciter adseruit.

Pestis Contagio magnam tota fere Regione ut & in Lusatia Bojemia Misnia & Sa-
xonia Stragem dedit, imprimis vero Wratislaviæ: ubi quamplurimi Hominum quotidie
extincti efferebantur, in quibus aut fortuna aliqua, aut Dignitas erat, certatim re-
lictæ Urbe alio commigrantibus. Octies * mille quadringentorum triginta &
unius Capitem omnis Generis cum in ipsa Urbe, cum in suburbis absumpta, scri-
buntur.

CAROLUS DUX MONSTERBERGENSIS ET OLSNENSIS in Sile-
sia nuptias cum Elisabetha Magdalena GEORGII DUCIS Filia magna cum celebra-
te peragit Bregæ pridie Kalend. Octobris: quo & ipsa die HENRICUS DUX LI-
GNICENSIS cum prima luce Custodibus incertum Vino an Pecunia corruptis e Cu-
stodia VVratislaviensi, qua in Curia Cæsaris attinebatur, evasit, duabusque tantum rhe-
dis in ipsa Urbe conductis ad fugam instructus in Poloniam se proripuit.

VIII. Eid. Januar. Wratislaviæ fatis concessit GEORGIUS BRAUN. L. B. in
Wartenberg & Bralin: S. C. M. Consiliarius & Camera Silesiæ Præfès: cui in eo mu-
nere, quod quidem apud Silesios amplissimum est, Auctoritate Cæsarea Successor da-
tus SIGISMUNDUS CZEDLITZIUS: Defuncti Filius Dynastiam Wartenbergen-
sem, inter quatuor illas Silesiæ liberas luculentam & sat magni momenti Ditionem, cu-
jus præsertim Jurisdictionem Nobilitas insignis agnoscit, jure quidem hæreditario obti-
nuit, sed ære oppressus alieno eandem postea Abrahamo Burggravio Dohnensi vendi-
dit: quem Illustri Loconatum sed pauperrimum post DEUM fortuna & femina e Sau-
romannorum Gente nobilissima evexerunt.

BRAUNIUM paulo post secutus est MARTINUS GERSTMANNUS: E-
PISCOPUS WRATISLAVIENSIS: supremus utriusque Silesiæ Capitaneus, Prin-
ceps doctissimus & sapientissimus: qui cum MAXIMILIANO II. & RUDOLPHO
II. IMPP. longe difficillimis ac gravissimis in Negociis, multis obitis Legationibus, fidam
præstitisset Operam, decemque annos ac totidem Menses, tam Episcopatum quam Præfectu-
ram summa cum Laude tenuisset: Podagræ primum ac Chiragræ longo Tempore sed per
Intervalla quædam doloribus implicitus, ad extremum Vitio Stomachi supra integri Annæ
Spacium laborans, eo vel Morbo, vel nimio ut nonnulli putarunt Medicorum Usu
extinctus est Nissæ XI. Kal. Aprilis ibidemque ad D. Jacobi honorifice funeratus, sic
enim Testamento caverat, si Nissæ moreretur, ut ibidem quoque sepeliretur, & qui-
dem sine Pompis: sin Wratislaviæ, haut quaquam alio transferetur. De facultatibus
suis Sacri Collegii Consensu per Testamentum disposuit, hæredibus scriptis ex trien-
te Capitulo & ex triente propinquis suis: triente reliquo per Legata variis relictæ di-
stributa: sed hac tamen Lege, ut siquidem propter Delicta publica vel privata contin-
geret Calamitate aliqua & adversa Fortunæ Tempestate adeo sese opprimi, ut amissis
Fortunis nulla Ecclesiæ, necessariis, Amicis, Familiæ, Pauperibus gratificandi facultas
foret reliqua, in eum Casum juxta Synodales Metropolitanæ Ecclesiæ Constitutiones
& Consuetudines, cum primis vero Extravagantem Johannis XXII. quæ incipit: susce-
pto Regimine &c. beneficium Anni Gratia sibi reservaret. Inter Legatarios fuit Wen-
ceslaus Cromerus: Episcopo a Secretis: cui ad Historiam Silesiæ absolvendam eden-
damque mille Thaleros legavit. In defuncti Præsulis Locum Kal. Jul. a Collegio suc-
centuriatus ANDREAS JERINUS: natione Svevus: Theologiæ Doctor: & Cathedra-
lis Ecclesiæ Præpositus.

Hic & Annus abstulit Magnum Silesiæ Decus JOHANNEM CRATONEM a
CRAFTHEIM: qui Wratislaviæ natus anno CHRISTI clō Io XIX. præceptoribus potis-
simus usus in Germania Luthero ac Melanchthone: in Italia Joh. Baptist. Monta-
no: Medico Excellentissimo, optimus & Theologus & Philosophus & Medicus,
neque minus Poëtica Laude & Litterarum Elegancia vehementer excellens: Cuius sum-
morum suæ Ætatis vel Ingenio vel Dignitate vel Gratia vel fama Populi par: FERDINAN-
DI I. MAXIMILIANI II. & RUDOLPHI II. AUGGG. Consiliarius & archiater
per

* Pohlius in Annal. Wratisl. numerum habet 8931.

per annos XXVI. Sacri insuper Palatii (quam quidem dignitatem ab MAXIMILIANO IMP. novo Exemplo hæreditariam accepit) Comes: utroque Medicorum Principe scriptis suis egregie Illustrato clarus, propter insignem & elegantem Doctrinam cum pari Humilitate erga bonos & eruditos conjunctam Carus omnibus ac venerandus: XIV. Kal. Novembr. in Genitali Urbe sine beato & optato obiit: nec populari tamen illo morbo tunc grassante, sed Marasmo cui Catarrhus suffocativus accessit, extinctus, Annum vitæ agens LXVII. Aduit morienti Johannes Hermannus, Medicus Reipubl. Wratislav. solers imprimis, integer, pius, multumque exercitatus: qui & cum morte conflictantem sedulo consolatus est & mortui tandem extremum Spiritum excepit, Oculosque clausit. Acroama Ejus fuit: Iræ modereris & Ori. Bona moriens reliquit ampla: quæ dein præterita agnatione contra Optimi Senis Voluntatem filius Johannes Baptista in Uxorem suam * Heugeliam devolvit.

Anno

CHRISTI 1586.

Stephanus Rex
Poloniæ mori-
tur:

STEPHANUS Pol. Rex postquam Regnum illud eum in Modum gubernavit, ut per decennium quo imperavit, non solum illud tueretur, sed & dilatis summa cum Laude finibus, Moschis perdomitis, recepta Livonia, Datiscanisque ad officium redactis longe lateque amplificaret, e vivis excessit Grodnæ, d. 13. mensis Decembris, inopinato Epilepsiæ Morbo, imprudentia Nicolai Bucellæ, quo medico utebatur, neglecto, intra paucos dies extinctus fuit, summo sui Desiderio apud omnes relicto. Vixit annis LIII. fuerunt in Eo Virtutes Maximæ, & admirabilis Splendoris, Munificentia, facilitatis, exactissimæque belli scientiæ, disciplinæque, & in Pace Pietatis, ac Justitiæ, ita ut vi bellica magnitudineque Animi ac Victoriarum Cursu ac numero, non tam Eos qui paulo ante ipsum in Polonia regnassent, sed & superioris Seculi Reges gloriæ fastigio supergressus esse videretur.

Comitia VVra-
tislaviæ habita:

Menſe Aprili Jussu Cæsaris Comitia Wratislaviæ habita, in quibus promissa Continuatio Auxiliorum Turcicorum & Tributi Cerevisiarii.

GEORGIUS
II. Dux Silesiæ
Bregensis mori-
tur:

GEORGIUS: DUX LIGNICENSIS AC BREGENIS a Piaſto Exarcho Familia hujus in recta linea profapia descendens XXIV. ab Henrico autem Barbato, Marito S. Hedwigis ex Caroli M. Posteritate oriundæ XII. Princeps Magnificentissimus, Religionis & optimorum Studiorum Cultor atque nutricius beneficus, & Justitiæ Pacis ac Disciplinæ Custos atque Vindex gravissimus vivere in his Terris desiit a. d. VII. Maji Ætatis Ann. Climacterico LXIII. Severe suis edixit, ne quis adstitum si quando occidua Pars Vitæ immineret Celsissimi aut Clementissimi Domini sed chari Fratris nomine adpellaret: Cessare tum quippe omnes Sublimitates & Graduum Differentias, quæ in hoc perituro mundo consueverint, Initium autem sumere Jus æquale Filiorum DEI: quo per CHRISTUM potiti uno Fraternitatis nexu ad meliorem vitam sociamur: Dux optimus FERDINANDI CÆSARIS I. hujus Nominis Acroama indubie fecutus exemplumque fuit. Cum enim is in Morbo cubaret, quo sibi decidendum e vivis, sed non ante Diem Jacobi prædixerat: averſabatur omnes Magnificos Titulos: Mystamque suam hortatus, ut a Granditate Alloquii & Salutationis abſtineret, Ne me, inquit, Invictissimum appella amplius aut potentissimum Imperatorem. Quin me his Verbis identidem adi: FERDINANDE, mi Frater, præſta TE fortem Athletam JESU CHRISTI: milita bonam militiam, ſerva Fidem & Conſcientiam. Sic de Proavo suo Georgius Dux Lygio Bregensis prodidit in Pietate poſthuma Matri Dorotheæ Sibyllæ: Marchioni Brandenburgicæ præſtita. Conditorio defuncti hoc Elogium inſcriptum legitur:

Ejus Elogium:

Hic Divus **GEORGIUS II.** Regia Cæsareaque Stirpe oriundus, Fridrici illius II. Lignicensis & Bregensis Optimi Ducis Optimus Filius: Herus Magnanimus: Princeps re ac Nomine Illustris, avitarum laudum Æmulus, Familia totius Splendor, Patriarum Virtutum Hæres: Imperatoribus Regibus Bohemiæ pluribusque Germaniæ Proceribus Cognatus & affinis: multis ex Regum, Baronum Magnatum & Equestri ordine cum primis charus, Silesiæ Ocellus, beneficium Patriæ Sidus, Religionis orthodoxæ Aſylum, Ecclesiarum Nutri-

Annam Heugeliam, quam Pohllo in Annal. Wratisl. ad annum hunc Teste, viduam morte Joh. Bapt. a Craſſtheim, Abrahamus a Jenckvvitz: Urbis & Ducatus Wratisl. Præſectus, & iterum viduam Paulus Krauſeneck duxit.

Nutritor, Scholarum Auspex, Rerumpublicarum Instaurator, afflictorum Portus, supplicum Opitulator, Dominator pacificus, publice privatimque de multis præclare meritis, ditionis suæ Cultor & Amplificator Augustus, erga vicinos officiose amicus, Ordinis ubicumque assertor accuratus, Custos Disciplinæ Regularis, Linguae Latinæ probe peritus, memoria vivax, in Consiliis prudens, in Responsis cautus, in Armis fortis, in Imperiis æquus, in Transactionibus felix, in Reprehensionibus ingenuus, in Conversatione cum paribus comis & humanus, in poenis clemens, ad ignoscendum facilis, ad juvandum promptus, ad curandum sollicitus, ad largiendum benignus, ad expediendum strenuus, bonis denique omnibus multis nominibus unice dilectus: annum agens vitæ suæ Climactericum Maximum LXIII. nocte IIX. Maji præcedente, intra horam XI. & XII. rebus humanis placida morte exemptus est, ac Diem naturæ debito destinatum obiit: postquam non diu ex Catarrho infesto & doctissimorum in Silesia Medicorum Arte incurabili graviter decubisset.

Gubernationem illius ad se translatam conjunctis animis & operis exceperunt ambo Filii JOACHIMUS FRIDRICUS & JOHANNES GEORGIUS Fratres Germani.

III. Eid. Sextil. satis concessit Johannes Cyrus: Cervimontanus: Monasterii ^{Joh. Cyrus: Abbas ad S. Vincent.} VVratislav. ad D. Vincentii Abbas: qui summis Negociis & maxime insignibus Legationibus pro Cæsare obitis exercitatus magnam Politicæ Prudentiæ & Solertiæ Laudem meruit: cæteroquin Pecuniæ cujus Vim satis magnam Fisco Regio reliquit, fluitat: ^{VVrat. moritur:} diosissimus.

Anno

CHRISTI 1587.

XVI. Februarii Conventus VVratislaviæ habitus Principum atque Ordinum Silesiæ. ^{Comitia VVratislaviæ habitata & quæ in iis acta:} Commissarii S.C.M. erant: Hincko senior: Baro a Wirbena: Sygfridus Promnecius Baro: & Mathæus a Logaw: Præfectus Suidnicensis. Quæ acta in eo Conventu & conclusa sunt, hæc accepimus:

1. Subsidium Cæsari promissum sive Contributio ad formanda Superioris Hungariæ Præsidia in locis Silesiæ vicinis: ea tamen conditione ut si propter imminens aliquod huic Provinciæ Periculum subita defensione Opus sit, Principes cæterique Ordines uti ista subsidiaria Contributione ad Patriæ Tutelam possint: & ut Silesiorum in Præsidiis illis collocatorum præ aliis ratio haberetur. Scitum præterea, ne Contributio septuagies mille Joachimicorum sine ulla diminutione sumptuum qui deduci prius solebant, plene integreque pendatur: sed id ipsum hætenus tamen, ut ne portio non solventium, aut cessantium ad reliquorum Onus accedat, sed unusquisque virilem solvendo Partem liberetur: Cessatores autem eo modo, quo superioribus aliquot Conventibus constitutum est, ad reliqua persolvenda adigantur:

2. Promissa Cæsari Continuatio Tributi sex grossorum in singula Vasa Cerevisiæ: reservatis tamen inde Provinciæ sex millibus florenorum: hac insuper adjecta lege: ut qui Cerevisiam ex Urbibus pro sua familiæque necessitate exportant, immunes sint ab eo Tributo, quod pro Cerevisiæ exportatione pendi solet:

3. De modo Cessatores ad Solutionem Tributorum agendi: Si Principes & Barones moram in conferendi Tributa committant, Captione Pignoris, veluti Prædii alicujus ad Solutionem adigantur: Si alii ordines officio suo defint, Præfectus illius Provinciæ, sive (ut nos loquimur) Ducatus curam supremo Silesiæ Capitaneo se sistito, nec recedito ab Eo loco, donec reliqua omnia plene sunt exsoluta. Si quis Executioni se opponat Præfectus Provinciæ Supremus CÆSAREAM MAJESTATEM de eo certiore facito, & illius Voluntatem ac Consilium qua nimirum ratione cessatores isti morosi & contumaces coercendi exquirito: CÆSAREAM MAJESTAS rogatur: ut rationibus ordinum liquidatis fidem habeat, neque adversus eas Exceptiones ullas admittat. Constitutum insuper, ut qui in Opoliensi & Ratiboriensi Ducatibus Bona hypothecario Titulo possident, aut bona Cæsarea proximis annis emerant, si Tributa illa Prædialiaolvere recusent, certo Die, coram Præfecto istorum Ducatum ac duobus præterea Consiliariis Cæsareis audiantur, & res ad justam Æqualitatem reducat:

Decretum ut ad Diem a S. C. M. præfixum Legati Pragæ mittantur: Illustriss.

Dux CAROLUS Monſterbergius : Sigfridus L. B. a PROMNITZ : & Abrahamus Jennovitz : qui Bojemorum Moravorum & Luſatorum Sententiam de numero Equitum ac Peditum, deque modo quo miles poſtulate neceſſitate ad Provinciarum Regni Bojemix Defenſionem conſcribi & ali debeat intelligant, & ad reliquos Principes atque Ordines Sileſix poſtea referant : qui quidem impetrata a CÆSARE conventus habendi Potestate ipſi quoque deinde hac die deliberaturi ſint :

5. Petitionum, ut Episcopus Olomucenſis Ditionem Frideccenſem, quam a Sileſia & Ducatu Teſchinenſi alienare & cum Moravia conjungere hætenus tentaverit, recepta quam pro ea numeravit, Pecunia reſtituat, neque Sileſiam hoc membro orbet :

6. Idem quoque petitionum de Ducatu Croſinenſi & Zulichienſi Ditione quas Brandenburgici Electores a Sileſia avellere conarentur :

7. Cum Johannes L. B. a SUNNEGK : ſylvas quæ Ducatus Teſchinenſis & Hungariæ Fines attingunt, cædat, maximo harum Provinciarum incommodo : quibus Sylva illæ Propugnaculi inſtar ſint adverſus Turcas : petitionum ut quamprimum mittantur, qui loca illa adſpiciant, interim autem SUNNEGKIUS a ligatione abſtinere jubeatur :

8. Petitionum, ut Controverſia quæ Principi Teſchinenſi cum Nobilitate intercedit, quantocyus dirimatur, ac Principi impuberi Tutores dentur, plurimum enim Reipubl. intereſſe ut Provincia illa Teſchinenſis tam vicina Poloniæ & Hungariæ recte adminiſtretur :

9. Ut Controverſiæ Finales inter Sileſios & Polonos non per Generales Commiſſariatus, quibus nihil hætenus ſit proſectum, ſed per particulares intercedente S. C. M. & Pol. Regis approbatione dirimantur :

10. Ne S. C. M. pro obaratis ac Decoctoribus intercedat aut Commiſſarios ordinet, priuſquam Magiſtratus cujus Jurisdictioni ſubjecti ſunt, cognoſcat de ipſorum conditione, vita & moribus, numve Auxilio CÆSAREO digni ſint :

11. Citetur Dux Lignicenſis HENRICUS, ut intra trium menſium Spatium ſiſtat, ad Deliberationem, quomodo Provincia Lignicenſis gravifſimo illo Ære alieno quo pene oppreſſa eſt, liberari poſſit.

12. Decreta Interceſſio pro Nobilitate Glogoviienſi ut quamprimum Præſectus ei ditioni detur, & Senatus Glogoviienſis compellatur ad ſatiſfaciendum Creditoribus & fidejuſſoribus :

13. Petitionum : ne Bona Eccleſiaſtica vacantia exteris conferantur, ſed Indigenarum habeatur ratio : utque Sacra Cæſarea Majeſtas cum ſummo Pontifice agat, ut & ipſe Beneficia quæ eo Tempore, quo Collatio ipſi competit, vacant, Indigenis conferat :

14. Ut Judæi intra annum ex hac Provincia excedant : neque longius eis Spatium ad migrationem concedatur :

15. Ut Vectigal abrogetur, quod nuper adeo Budoweiffii pro Mercibus quæ inde in AUSTRIAM exportantur, cœperit exigi : Eſſe enim rem novam, & FERDINANDUM AC MAXIMILIANUM IMPER. imo ipſam quoque nunc Regnantem S. C. M. conſtituiſſe : ne pro mercibus quæ ex Provinciis CÆSARI ſubjectis non exportantur, ullum ſolvatur vectigal : contentam eſſe debere S. C. M. quod pro mercibus quæ extra illius Provincias exportantur Vectigal pendant, & Privilegiorum ſuorum in eo nullam rationem habeant :

16. Ne S. C. M. Commiſſarios ad Conventus Ordinum Sileſix mittat eos, qui ipſi ſint ex Sileſix Statibus ſive Ordinibus : quomodo quidem DOMINI PROMNITZII opera uſa eſt aliquoties :

17. Denique petitionum : ut Conventus Provinciarum Bojemix Ordine & ſecundum ſuffragiorum ordinem indicentur, neque prius habeantur in Sileſia, quam in Moravia quæ Provincia in Suffragiis ferendis Sileſiam præcedit.

VII. Kal. Maji JOACHIMUS FRIDRICUS & JOHANNES GEORGIUS Duces Lygio-Bregenſes edicunt : ne Paſtores Eccleſiarum Chriſtianæ Charitatis & moderationis obliti aliquem, qui non manifeſte ſit blaſphemus in DEUM & mini-

ministerium, ab absolute & S. Synaxi arceant, aut pro sua libidine Affectu & persuasione a participatione meritorum & Beneficiorum FILII DEI excludant: sed teneris & infirmis Conscientiis pia moderatione & moderata pietate consulant ac medicentur. Occasionem huic Ediſto præbuerunt importunorum quorundam Pastorum Querelæ de Pastore Rankoviano quod Dominum suum Wenceslaum Czedlitium de Myconismo suspectum ad Communicationem S. Coenæ admisset.

XVII. Kalend. Quinctil. Wratislaviam venit Caspar Peucerus: Philosophus ille Fata Casp. Peuceri: ac Medicus excellens, Philippi Melanchthonis gener: qui posteaquam decem annorum arctam Custodiam magna & hostibus ipsis admirabili Constantia pertulisset, tandem mitigato per Anhaltinum Principem Electoris Saxoniae Animo contra omnium Hominum Spem atque opinionem Libertatem recuperavit: memorabili Exemplo cum Misericordiae & Benignitatis Divinae, tum Inconstantiae Rerum humanarum & fluxae Principum Benevolentiae. Inter alia Amicis Wratislaviensibus commemoravit, calceos suos quos in Custodiam intulisset, perpetuis septem annorum deambulationibus non fuisse detritos: seque adeo tam certum fuisse de sua liberatione, ut Elector quoque variis modis per Jac. Andream & Nicol. Selneccerum ipsum terrenti significari curaverit, fore tandem, ut mutata erga se Principis Voluntate in Libertatem restitueretur.

Mense Octobri in frequenti Conventu Principum Ordinumque Silesiae occasione Forma defendendae Silesiae turbata Sarmatia: Turbarum Sarmaticarum ex factiosa duorum Regum Electione ortarum, certa ratio & forma defendendae hujus Provinciae, si qua Vis ei inferretur est constituta: decretumque ut duo millia Equitum & mille Sexcenti Pedites conscriberentur: ut ante tertium dicti Octobris generalis per totam Silesiam Equitatus Peditatusque lustratio instrueretur: omnesque æque Incolæ ad Defensionem parati esse juberentur: Copiarum Ductor ut esset Illustriss. Princeps CAROLUS DUX Monstherbergenfis, certumque ei Stipendium constitueretur: ut Equestris Ordo Civitatesque numerum & nomina suorum subditorum, Civium, rusticorum, Hortulanorum, Inquilinorum, Molitorum, Cauponum sine fraude ederent: e quibus Necessitate postulante, pro Principum cæterorumque Ordinum Arbitrio supplementum tanto rectius faciliusque scribi posset. Constitutus ad eam Constitutus Senatus Provincialis: Rem Senatus provincialis (Land-Rath) ex cujus Consilio & præscripto, quicquid quocunque Tempore Necessitas & Occasio rei gerendae postulaverit, instituatur. In eum Senatui adscripti sunt Principes omnes, Henricus Baro a Kurtzbach: Sigfridus Baro a Promnitz: Mathæus a Logaw: Georgius a Redern: Dietricus a Mülheim: & Senatus VVratislaviensis: Qui quidem quotiens necesse esset in Provinciae Metropoli convenirent: Cumque Silesia omnis sit divisa Anno Reparatae Salutis M. D. LXX. V. in Partes quatuor, in harum singulis Præfectus quidam Belli (Kreys-Hauptmann) constitueretur: & hæc quidem omnia ad trium mensium spacium ira sunt sancita. Quodsi Reip. Necessitas majorem armatorum numerum, quam bis mille Equitum, ac mille sexcentorum Peditum requireret, de iis alendis ex præscripto formulæ Defensionis, quæ undevigesima Martii Pragæ constituta fuit decerneretur. Petitum a S. C. M. inter alia, ut machinas bellicas, quæque ad eam Rem requiruntur, ad necessarium defensionis Usus benigne suppeditaret: ut Georgius Fridricus Marchio Brandenburgicus & Episcopus Olemucensis ratione bonorum ac ditionum, quas in superiore Silesia possident, ad communia istius Provinciae Onera subeunda Auctoritate CÆSAREA compellerentur. Constitutum præterea est, ut unaquæque Civitas, tam eæ quæ Principibus & Baronibus, quam quæ CÆSARI subjectæ sunt, ad d. 26. Octobr. quanti quæque illorum aestimata sit, ederent, ut de Peditatus conscribendi cum numero tum æquali distributione tanto certius faciliusque aliquid constitui posset, & ut Oppavienſes quoque Decretis hujus Provinciae parerent, quæque æquum est, penderent. Adjecta item Protestatio, ne quicquid Provinciae hujus defendendae causa hoc Conventu est constitutum, extra Provinciam aut Regnum Bojemiae extendatur, neve Principum cæterorumque Ordinum Privilegiis & Immunitatibus, ullo modo obſit, aut Præjudicium ullum adferat. Nominatim autem Principes Ordinesque sibi caverunt, ut si ratio ista defensionis, aliquo Casu necessitatis Executioni sit mandanda, Contributiones, Servitia equeſtria, aliæque his similia præstationes omnes cessarent, & ad Provinciae defensionem eas usurpare liceret. Denique ne quis a communibus istis Oneribus ullo Privilegii aut Immunitatis obtentu esset exemptus: & ut contumaces personali detentione, vel Pignorum Captione ad Officium præstandum adigerentur, aut bonis quæ possident, relictis alio se transferre compellerentur.

Turbas Sarmaticas quod attinet, res breviter ita habet. Stephano Bathorio Pol. Turbarum Sarmaticarum Historia:

Rege superiore anno Eid. Decembr. sine liberis extincto, die Petri ac Pauli Proceres Regni Poloniæ, novo Regi creando, Warsoviæ convenerunt. Misere eo præcipui Monarchæ Orbis Legatos: Imperator Romanus: Pontifex Romanus: Rex Hispaniæ: Rex Suecorum: Moscovitarum Dux Magnus: Imperator Turcorum: Chan Tartarorum & alii. Papæ Nuncius erat Annibal de Capua: MAXIMILIANI ARCHIDUCIS causam agens: Cæsarei Legati: Stanislaus Pacolovius: Episcopus Olomucensis: CAROLUS Dux Monstergensis: Guilielmus de S. Clemente: Regis Catholici Orator: & Johannes Kochtizky a Kochtiz: Camera Cæsareæ per utramque Silesiam Consiliarius. Quorum Orationis summa fuit, ut ex AUGUSTISSIMA FAMILIA AUSTRIACA, vel FERDINANDUM: vel ERNESTUM: vel MATHIAM vel MAXIMILIANUM: ARCHIDUCES: quem ex his velint Regem eligant: Johannis III. Suecorum Regis, Ericus Sparre: Regni Consiliarius: Gubernator Wesmaniæ, Dalekarlorum, & Montanorum: Ericus Brahe: Comes a Wifingsburg: Baro a Kidboholm & Lindholm pro Sigismundo Johannis Filio, tanquam Sanguinis necessitudine Jagelloniæ Familiæ conjunctissimo intercesserunt: cui præter Regiam Viduam a Stephano relictam, Johannes Zamoscius: Regni Cancellarius & summus Exercituum Imperator: nec non plerique ex Episcopis & Proceribus Calculos suos dabant: Stanislaus Comes a Gorka: Sborovii: Stadnicii: & alii præcipuæ Nobilitatis ad Domum Austriacam & ipsi inclinabant. Promiscua Nobilitas in Moscum Suffragia ferebat, quod is genere Slavonico & habitu similis nec idiomate linguæ multum differret a Polonis exemplo adhuc Jagellonis qui cum ad Fastigium Regium eveheretur, Religionem Christianam amplexus Magnum Lithuanæ Ducatum Regno Poloniæ adjecit, per Legatos suos & Religionis Mutationem & omnium suarum Ditionum ad Regnum Poloniæ perpetuam adjectionem polliceretur. Chan Tartarorum per Legatos suos dixit ac proposuit: Potentem se esse & posse Myriades aliquot Equitum educere e suis Terris Poloniæ tuendæ vel augendæ. Item: frugalem se ac continentem esse, ac sine ullis Ciborum Deliciis, sola equina in famē contentum. Tertio quod ad Religionem: Tuus, inquit, Pontifex meus Pontifex est: tuus Lutherus, meus Lutherus esto. Sed quæ legatio haud immerito risu effusissimo excepta fuit. Post longam tandem Disceptationem per Archiepiscopum Gnesnensem (posteaquam nimirum ille ab Austriacis contra fidem datam & juramento cum publice tum privatim aliquoties sanctissime confirmatam defecerat, cui ob id petenti a Legato Pontificio, ut a Levitatis Crimine sese absolveret, respondisse fertur: a levitatis peccato te absolvam, non perjurii) REX POLONIÆ electus & renunciatus est SIGISMUNDUS: Johannis III. Suecorum Regis Filius: ab adversa autem Sboroviorum factione, cujus Caput erat Stanislaus Comes a Gorka: Palatinus Posnaniensis XI. Kal. Sept. sub Occasum Solis per Episcopum Kioviensem MAXIMILIANUS: ARCHIDUX AUSTRIÆ: MAXIMILIANI II. IMP. F. Princeps non tantum Poloniæ sed totius Orbis gubernaculo ob Regias Virtutes dignissimus. Ejus Partes sequebantur: Dux Radzivilius: Cardinalis Episcopus Vilnensis: Jacobus Woroniecicus de Sborras: Episcopus Kioviensis: Johannes Sborovius: Castellanus Gnesnensis: Alexander Dux Prumensis: Dapifer M. Ducatus Lithuanæ: Christophor. Sborovius: Sebastianus Brzozowsky: Decanus Gnesnensis: Andreas Lesczinsky de Lesno: Janussius Woronieczki de Sborras, Franciscus Maslowsky: Notarius Terrestris Velunensis. Ab his ergo Legati ad MAXIMILIANUM missi, decretum illi Electionis X. Kal. Octobr. obtulerunt Olomucii oratione splendida & ornata, quam habuit Episcopus Kioviensis. Ad eam ARCHIDUX breviter: postea Stanislaus Episcopus Olomucensis diserte eleganter ac prolixè respondit: VIII. autem eadem Kalend. Conditiones a Legatis propositas in Templo Olomucensi Juramento confirmavit. Biduo post Olomucio digressus cum firmis beneque instructis Copiis Iter Cracoviam versus suscepit: Interea qui a SIGISMUNDO stabant, & ipsi Legatos ad accersendum illum miserant: ac præterea peculiare Legationes ad Papam, ad Cæsarem, ad Electores Imperii, ad Ordines item Silesiæ & Ungariæ instituerunt, in hunc potissimum finem, ut ostenderent MAXIMILIANI Electionem non fuisse legitimam, quod post designatum a legitimo Archiepiscopo & Primate Regni SIGISMUNDUM REGEM: MAXIMILIANUS biduo demum interjecto nominatus sit ab Episcopo qui in Ordine Episcoporum ultimus, neque adhuc a Pontif. Romano confirmatus sit: testarentur itaque ut mediis omnibus impediatur MAXIMILIANI in Poloniam Ingressus. Palatinus Cracoviensis, Andreas Comes de Tenczyn: Zamoscius: Cancellarius: & Nicol. Zobrzydovius: Capitaneus Cracoviensis nominatim Episcopum Wratislaviensem, totius Silesiæ Præfectum de veteribus inter Gentes vicinas Pactis & foederibus admonent, & suum Pacis Studium significant. Sin vero quis armata manu inde ad Poloniæ fines veniat, ostendunt se communi Jure Gentium usuros ac Vim Vi repulsuros. Cæsar MAXIMILIANI Fra-

ter legatos ad Sveciæ Regem misisse dicitur, qui ipsum monerent, ut filium jam designatum Successorem e Regno pacato in tantas Turbas tantaque Pericula quæ ipsi immineant dimitteret. Sed & ii qui MAXIMILIANUM Regem elegerant, Litteras dedere ad eundem Regem, quibus illum de Electione MAXIMILIANI certiores faciunt: se non privato alicujus, multo autem minus Jagellonici Sanguinis Odio sed Studio Reip. ac communis Salutis ad eam rem adductos ostendunt. Filium Sigismundum per Seditionem & Archiepiscopi Gnesnensis Inconstantiam, nullo Lithuano adhibito, denique extra locum electionis destinatum & consecratum, quem Archiepiscopus paulo ante Sanctuarium appellasset, nominatum demonstrant. Rogant, ut factum hoc ipsorum in optimam Partem interpreteretur, & Filiam suam MAXIMILIANO ARCHIDUCI ad stabiliendam veterem inter Jagellonicam & AUSTRIACAM Familias Conjunctionem in matrimonium collocet. Postremo eo se erga MAXIMILIANUM animo esse ostendunt, ut extrema quæque Ejus causa subire parati sint, sed non obstiterunt qua legationes qua litteræ: quo minus uterque Electus in Poloniam contenderet. Ac MAXIMILIANUS quidem, ut vicinior, prior præsto erat, qui cum amicis primum legationibus, Confirmatione Privilegiorum aliisque Diplomatis ad Conventum Ordinum Vislicensem, litteris adhuc ad Cracoviensem Clerum, Academiam & Urbis Senatum missis, Cracoviam quam Zamo-

Cracovia ferro
expugnata

scius pro Sigismundo tenebat, ac tanquam totius Poloniæ Præfectus defendebat, admitti se postulasset, Vi postea Urbem ea Parte, quam alutarii inhabitant, Gallo Monsieur Garon, qui pridie interceptus fuerat, præeunte & locum Urbis infirmiorum monstrante, adortus est. Verum re detecta MAXIMILIANI Exercitus sive quod aëris Injuria, gelu, morbis & rei frumentariæ difficultate graviter afflictus esset, sive quod occupata Clepardia, quod boreale Suburbium est, nondum explorata Victoria ad Prædam convolasset, sive quod serius quam imperatum fuerat ad Urbem accessisset, cum Clade repellitur: & machinæ insuper aliquot, Ducum (ut vulgo existimabatur) imprudentia in Hostium Potestatem veniunt. Quibus quidem incommodis acceptis, Expugnationi Urbis cum propter hyemem jam appropinquantem, tum propter Militis Paucitatem & Valetudinem diffidens MAXIMILIANUS, exercito ab Urbe deducto Klepicium quod oppidum - - milliariibus Cracovia distat, ad Silesiæ fines in hyberna concedit: novo firmioreque Exercitu contra Hostes se muniturus. Sigismundus interea Svecus caesa partim per Polonos Exercitus MAXIMILIANO adhaerentis, quem præmiserat, parte, postea nemine remoram aliquam injiciente Cracoviam ingressus, solemni more ac modo Corona Regni Poloniæ in festo D. Johanni Evangelistæ Sacro insignitur: cum eodem Mense MAXIMILIANUS Edictum divulgasset, in quo Jus suum in Regnum Poloniæ graviter & fuscè demonstrat, Sveciæ Principis Electionem refutat, Causasque ostendit, quamobrem non statim cum Regnum ingressus sit, Vim adhibuerit, sed adversantes Electioni suæ lenitate potius ad se allicere, quam Vim eis adferre maluerit, rationes etiam aperit, ob quas relicta Cracovia in hyberna concesserit. Postremo protestatur adversus Coronationem Sveci ac Juramento interposito spondet, se neque Causam suam justissimam neque eos qui fidei suæ se atque Regnum commiserint, deserturum, & carissimarum rerum omnium imo etiam Vitæ Periculo Jus suum prosecuturum. Simul etiam suos hortatur, ut eodem in se sint Animo, & dignam Viris fortibus ac nobilibus Constantiam præsent. Sigismundus contra paucis post coronationem diebus RUDOLPHO Cæsari de Corona & Regni Insignibus a se acceptis per litteras significat, & MAXIMILIANUM FRATREM ab Eo quam primum ex Polonia revocari, nec Consilio Auxilioque suo & suorum deinceps juvari, deque damnis contra communia fœdera datis satisfieri petit. Quod ni fiat, testatur se diutius tot suis Regni que sui incommodis deesse non posse, jamque ex hoc Tempore, nullo expectato responso id suscepturum, quod & Dignitas sua & commissorum sibi Populorum Injuriam a se requirant.

SIGISMUNDUS Svecus
Cracoviam ingreditur:

Dum autem in Polonia hæc geruntur MAXIMILIANUS ELECTUS POLONIÆ REX: mense Decembri ad Silesiæ quoque Principes & Ordines Legatum misit Joh. Fridricum Baronem Hoffmannum: Is postulavit, ut Equites Præfidiarios in Finibus Silesiæ passim dispositos agerent, & in proximos hibernis Regiis aut Krepicensi Ditioni Fines collocarent, ut Regi Necessitate postulante opem ferre possent: Ita enim esse istius Provinciæ Salutem cum REGIS incolumitate conjunctam, ut si quid Regi adversi accidat, id non possit non ad istius Provinciæ Periculum redundare. Principes autem & Ordines Silesiæ sese tum excusarunt, ostenderuntque, se Bojemis cæterisque conjunctis Provinciis inconsultis nihil hac de Re decernere posse: Si enim adversus Regem coronatum arma expedirent, fore ut Poloni veterum Fœderum, quæ Compactata vulgo vocant, rescissionem & Violationem causarentur, Occasionemque inde Provinciæ istius vexandæ arriperent: Cui Periculo si se objicerent, Bojemos cæterasque unitas Provincias gravem de ipsis conquerendi causam habituros.

V. Eid.

Henricus : Dux
Monsterb. &
Olsn. moritur:
item Sigismun-
dus a Burck-
haus :

item Nicolaus
a Rhediger in
Strifa :

denique SIDO-
NIA MARIA
Duc. Lign.

Clades prope
Biczynum
MAXIMILIA-
NO Archiduci:
electo. POL.
REGI illata :

V. Eid. Aprilis h. an. ex hac Vita decessit Illustriss. Princeps HENRICUS : Dux Mon-sterbergenfis: & Olsnensis in Silesia: frater Illustriss. Ducis CAROLI apoplexia tactus. III. Eid. Maji obiit Vir Nobiliss. SIGISMUNDUS a BURCKHAUS: Stolzii in Pago suo Ditionis Francosteinensis, qui Monsterbergensem Ducatum ac Territorium Fran-costeinense per multos annos magna cum Justitiæ laude, sed non sine Invidia gubernavit.

Eodem quo BURCKHAUSIUS obiit quoque IV. Kalend. Quintil. in ipso mediæ noctis articulo placidissima morte Terris ereptus Nicolaus RHEDIGER: a Strifa: Nico-lai F. Nicolai Pater: Vir nobilis, prudentia, Utilitatum maximo atque meritis amplissimis in omne hominum genus domitorisque clarus: Præfectus Urbis & Ducatus Wratislav. cui magna cum laude & auctoritate annos XIV. præfuit: post die Kal. Julii D. VIRGINI ab Archangelo salutata sacra amplissimo & honorificentissimo funere elatus & in hæreditario Gentis suæ Sepulcro ad D. Elisabetham sepultus. Exequias ultra tria millia hominum co-honestarunt: certantibus quasi inter se Civibus, ut extremum istud officium Præfecto opti-me merito impenderent: illius ut arbitror, Vocis Q. Cæcilii Martelli Cognom. Macedo-nici memores: Non fore ut in posterum ab ipsis id officium Viro majori præstare possit.

XV. Kal. Octobr. SIDONIA MARIA: Wenceslai Ducis Teschenensis Filia Francisci Ducis Saxonie Neptis, FRIDRICI DUCIS LIGNICENSIS Uxor primi Partus difficilli-mis Laboribus superata decessit.

Anno

CHRISTI 1588.

Incunte Anno Johannes Zamoscus, Regni Poloniæ Exercituum Dux, cui recens a Balthasare Bathoreo & Bornemissa Auxiliares Germanorum, Hungarorum, Tartarorum, Haidonum Copiæ adductæ erant, Sigismundi Regis Jussu Cracovia movet, & MAXI-MILIANUM ex majore Polonia in Silesiæ fines decedentem ad Biczynum Ducum Bri-genfium oppidum assequitur. Cumque nunciato allato Cancellarium per Angustias Ag-geris inter palustria & uliginosa loca sita, per quam vix bini aut terni Equites simul ingredi commodè poterant, Copias suas jam ducere, Melchior REDERN: BARO SILESIUS: litteris & armis clarus, qui Stephano Regi ad Plefcoviam voluntarie magna cum Laude militaverat, & recens nomine MAXIMILIANI Legationes ad Borussos & alios Poloniæ Ordines obierat, inter alios consideret, ut in illos qui Angustias jam transierat, Impetus fie-ret, atque ita reliquorum insequentium Transitus prohiberetur: Consilium Ejus Ducum reliquorum Imperitia & juvenili Insolentia fuit repudiatum. Quamobrem Cancellarius haut difficulter per aggerem Copias suas ex XV. millibus confectas traduxit, aciemque lo-co ad id opportuno instruxit: contra quem MAXIMILIANUS quinque hominum mil-lia quæ expedita habebat, continuo eduxit. Dissuadebant non pauci Pugnam, haud temere summam Rerum in aleam esse dandam arbitrati: & Hungari cum primis sub id Tempus Duce Præposwaro advenientes, quod & ipsi seffi essent ex multorum dierum Itinere, & Equos haberent defatigatos, rogabant, ut unum saltem diem quiescendi & se atque jumenta reficiendi facultas daretur. Sed tanta erat in Proceribus ac imprimis Stanislaò Stadeneccio, qui Johannis Sborovii absentis loco supremus Polonorum Præfectus erat, & Cancellarii Co-pias semper antea parvi fecerat, cum contemptu hostium conjuncta audacia, ut sine mora prælium committendum armisque Victoriæ (nam nec de ea ambigendum) occupandam censerent: Et feliciter quidem Maximilianitæ pugnarunt: sed a Polonis numero longe potentioribus undique circumventi post acre unius Horæ Certamen fusi tandem & dissipati sunt, multis in ea Pugna desideratis, cum ex Polonis numerus longe minor periisset. Cum-que infausto consilio in Oppidum sese MAXIMILIANUS recepisset, in eo obfessus, nec Vim Hostium sustinere diutius valens, eodem adhuc die, qui fuit 25. Jan. Pauli calitus compella-ti & Conversi ad CHRISTUM memoriæ dicatus, certis Pactionibus se dedit. Capti cum Eo Episcopus Kioviensis: Stanislaus a Gorka: Palatinus Posnaniensis: Andreas Sborovius, Marechalculus minor Regni, Alexander Dux Prunskus: Stanislaus Cioleck Zelechowsky: LICHTENSTEINIUS Belli Dux: Johannes Fridricus Hoffmannus: Baro & nonnulli alii insigniores. Milites qui in Oppidum e Pugna profugerant, intercessione MAXIMILIANI salvi & incolumes dimissi sunt, sed prius & pecuniis & Armis traditis Sacramento adacti, ne intra proximos XV. dies adversus Polonos militarent. Oppidum ipsum direptum & ex-usum: Cives crudelissime tractati: multi trucidati: nec pauci in acerbissimam Servitutem a Tartaris præsertim abducti. Cujus Miseriæ cum Spectator esset Ecclesiæ illius Loci Pa-stor in tanto Periculo semetipsum minime deseruit sed Zamoscium fidenter adiens hoc illum disticho allocutus est:

Hofus es an Hospes? Nam quis Te dixerit Hostem

Qui patrio victos Victor amore colis.

Quibus Verbis adeo sibi conciliavit litterati Victoris Gratiam, ut multis aureis Hungaricis ab Eo donatus & Militum Præsidio supatus in loca tuta cum suis sit dimissus. Qua-

Quatriduo post adeptam Victoriā Zamofcius redeunte jam in Poloniam Exercitu scriptis ad Andream Episcopum Wratislaviensem litteris eidem significat: ad Instantiam MAXIMILIANI ARCHI-DUCIS abductum jam a finibus Silesiæ Militem Polonum, ut constitutis interim Induciis vigore Pactorum veterum utriusque Partis Commissarii in finibus convenire deque Pace reparanda ac liberando ARCHI-DUCE consultare queant: Ea Induciæ num Silesiis placeant, cupere se ab Episcopo certiorem fieri, addita gravissima Testatione, CHRISTIANI Sanguinis minime omnium se sitientem esse: quicquid factum coactum fecisse ob Vim Patriæ illatam. Respondit ad ea Episcopus: De Conventu Commissariorum in finibus propter Inducias aliaque nihil sibi constare. Neque enim Silesiam Polonis bellum indixisse, aut quiddam hostile tentasse sed quietam fuisse, cum e converso Exercitus Polonus Fines Silesiæ transgressus, eam Cadibus, Rapinis & Igne absque ulla belli denunciatione devastare cepisset. Quandoquidem vero Exercitum ipse jam abduxerit, tamen sibi ignotum quæ S. C. M. mens ac Voluntas, eo rem directurum ut interea in Silesia omnia sint tranquilla, modo Poloni a Cadibus, Populationibus, omnique Violentia abstineant, de quo tamen Querelæ etiamnum audiantur.

Tractatus de
Pace inter Po-
lonos & AR-
CHI-DUCEM
restituenda:

Sigismundus Rex Poloniæ nuncio accepto de MAXIMILIANO competitore capto Constantiam in Vultu retinens, nullaque lætitiæ gestientis significatione edita, statim datis ad Zamofcium litteris, ne MAXIMILIANUM Cracoviam duceret, vetuit, ne nimirum in Triumphum potius quam in Custodiam tantæ dignationis captivus traheretur: Sic ergo MAXIMILIANUS recta in Russiæ Arcem Crasnostaviam, non procul a Lublino extrema Majoris Poloniæ Urbe per Cancellarium abductus, ibique honori fice aliquamdiu habitus fuit: Quo & proxime sequentibus Bacchanalibus ipse Sigismundus, Regina Seniore & Zamofcio comitatus venit & MAXIMILIANUM perhumane invilit.

Hic exitus pugnae Byczynensis fuit: quam ingens tota hac Regione Trepidatio consecuta est, metuentibus plerisque ne progressi ulterius Poloni extremam huic Provinciæ Perniciem & Vastitatem inferrent: Cui advertendæ cum excubarent Principes atque Ordines Silesiæ, certum ipsi Defensionis modum, CÆSARE haut quaquam abnuente constituerunt, numeroque Equitum ac Peditum haud exiguo ex ipsis Provincialibus confecto, militiæ hujus extemporalis Supremum Ducem JOACHIMUM FRIDRICUM: Principem Brigeum decreverunt: quod & officium ille ad Obitum usque tenuit.

Joachimus Fri-
dricus Dux Ly-
gio-Bregen-
sis
constitutus
Dux Militis
Silesitici:

Annum huic quem universo Terrarum Orbi fatalem fore multis retro annis sed falso prædixerunt Astrologi, vel maxime nobilitavit Sacra Hispaniæ Classis, qua per Jocum & Ludum Anglia se ponturum sperabat: quæ victa, disiecta, fugata, submersa, suo exemplo quod parum momenti & efficacitæ fuerit demonstravit.

Invicta Hispa-
norum Classis
disiecta:

Emortualis idem inter Silesios fuit: HENRICO Duci Lignicensi, Fridrici III Filio: qui in Exilio suo Cracoviensi 3. Martii, in quam tunc ipsa Quadragesimæ dies incidebat, ex febri quam Medici appellant, Synocho obiit: Henricus Dux Lign. obiit:

WILHELMO item ab OPPERSDORFF: Seniori: L. B. in Aich: Fridstein: Herzmannestitz: & Slaventicz, quatuor Augustiss. Roman. Imp. a Consiliis & supremo apud Bojemos mineralium Præfecto, qui magnis pro Rep. bello & Pace exantlatis laboribus clarus ex hac vita migravit prid. E. d. Septembr. anno Ætatis LXX. item V Vilhel-
mus ab Op-
persdorff:

Petro denique MONAVIO: Wratislaviensi: Patricia Familia nato: S. C. M. Medico: Viro trium linguarum & bonarum omnium disciplinarum cognitione cum singulari Pietate ac Probitate conjuncta clarissimo, qui placido & beato fine Vitam in his Terris clausit, Pragæ Bojemorum IV. Eid. Maji Ætatis suæ anno XXXVII. denique Petrus
a Monau:

Anno

CHRISTI 1589.

Menſe Januario cœpta eſt Pacis Tractatio inter IMPERATORIS ROMANI & Regni Poloniæ Commiſſarios ad Bithoniam, Sileſiæ Oppidum, ubi cum primis de MAXIMILIANI ARCHI-DUCIS liberatione actum eſt: Miſſus ad eam a Pontif. Romano fuit Hippolytus Aldobrandinus: Cardinalis: Vir manſuetudine ac Ingenii Moderatione inſignis, is qui poſtea Pontifex factus & CLEMENS VIII cognominatus eſt. Legati Cæſaris fuere: Princeps Guilielmus Urſinus Roſenbergius: Conſilii Præſes & Regni Bojemici Burggravius: Episcopus Jaurinensis, Hungarus: Chriſtophorus L. B. a LOBKOVVITZ: Bojemus: Richardus Stenius: Baro Auſtriacus: Stanislaus Pawlowsky: Episcopus Olomucensis, Moravus, Sigfridus L. B. a PROMNITZ: Sileſius: Nicolaus Jetwanſi de Kitzenſalva: Hungarus: Johannes Kobentzel: Baro Styrius: Legati Polonorum: Hieronymus de Roxdrazow: Comes a Pornsdorff: Episcopus Wladizlaviensis & Pomeraniæ: Stanislaus Goſtomsky: Palatinus Ravenſis: Chriſtophorus Jentzowitz: Palatinus Brſteſenſis: Johannes Drojowsky a Drojow: Caſtellanus Sandoczenſis: Andreas Opalinsky de Bnin: Regni Poloniæ ſupremus Mareſchalcus: Johannes Zamoisky de Zamofcio: Regni Poloniæ ſupremus Cancellarius. Pax inter AR-
CHI-DUCES
AUSTRIÆ &
Poloniæ Re-
gum reſtituta:

Mmm

Con-

Conventum autem inter illos d. 9. Martii his conditionibus, ut non solum superioris Temporis Offensiones suspicionesque & Causæ Offensionum omnes in perpetuum abolitæ & sublatae sint: verum firma etiam, sincera ac constans pax atque Amicitia perpetuis Temporibus in posterum colatur observeturque. **MAXIMILIANUS ARCHI-DUX** Titulo Poloniae Regis & Jure quod ex nominatione ad se quomodocunque pervenisse arbitratus fuit, abstineat, nec in posterum unquam utatur. Præter hunc vero S. C. M. cæterique Serenissimi **ARCHI-DUCES** nullam unquam Controversiam vel hac vel quacunque alia de causa colore seu prætextu, vel Sigismundo præfenti Regi Poloniae vel etiam si Morte Ejus vacare Regnum contingeret, Regno Ejus quocunque Tempore vel per se vel per alios resuscitatuos, neque id facienti Confilium Auxilium seu favorem quemcunque in eam rem se præbituros spondeant ac promittant. Neque ipse **MAXIMILIANUS** Regno iterum vacante Ordines ullo modo impediatur, neque vel armis ac Vi neque largitionibus seu factionibus quicquam contra Electionis Libertatem faciat aut suscipiat, fraude & dolo omni remoto. Lublowa castrum cum Opido villisque ad id pertinentibus in pristinum Usus & Possessionem Regni Poloniae iterum tradatur: Suppellex item reliquumque Instrumentum omne, maxime autem Tormenta tam majora quam minora omnia, quæ in Castro eo Tempore cum occuparetur, fuerunt, bona fide cum ipso Castro restituantur. Traditio vero ista fiet d. 21. mensis Julii. Pacta & foedera quæ ab aliquot Seculis utriusque Regnis atque Ditionibus intercefferunt, ab utriusque Principibus & eorum Ordinibus renouentur iterum confirmenturque, idque hac forma: Serenissimus Poloniae Rex Legatum suum ad **CÆSAREAM MAJESTATEM** cæterosque Serenissimos **ARCHI-DUCES** intra d. 21. mensis Aprilis in Aulam **CÆSARIS** prior mittat: qui ut **CÆSAR** offensiones, quæ utrinque intercefferunt publicæ Tranquillitati & Paci, tum Sanctissimi Dn. Pontificis Auctoritati condonet, roget, Serenissimique Regis sui nomine paratam Majestatem suam Regiam esse offerat, quæ in Transactione continentur, conveneruntque singula confirmare & præstare: Ejus petitioni **CÆSAREAM MAJESTAS** annuat: deinde eadem quoque intra d. 15. mensis Maji similiter Legatum suum ad Regem Poloniae mittat: per Eum gratam sibi Legationem Ejus fuisse ostendat, deinde Legato Præsenti primum Rex Poloniae & Magni Ducatus Lithuaniae sive Ordinum omnium Proceres ad hoc in Comitibus nominati, & sufficienti in eam rem mandato instructi jurejurando solemniter Transactionem confirmant. His perfectis Poloniae Rex alterum Legatum suum intra d. 15. mensis Junii ad **CÆSAREAM MAJESTATEM** cæterosque Serenissimos **ARCHI-DUCES** mittat, qui imprimis Transactionem hanc & Juramenta a Rege Poloniae & Ordinibus subscripta Sigillisque eorundem munita S. C. M. tradet. Utque hanc Transactionem ipsa quoque & cæteri **ARCHIDUCES** similiter confirmant, confirmatamque subscriptionibus & Sigillis, cum suis, tum Ordinum seu omnium Ordinum nomine præcipuorum Procerum edant: Juramentum autem in eandem cum S. C. M. tum Ordines Regnorum Ditionumque Ejus similiter præstent, juramenta quoque eadem **CÆSAREUM** a S. C. M. & Ordinibus, Ordinum autem ab ipsis Proceribus subscripta & signata sibi tradantur postulabit. **ARCHIDUX MAXIMILIANUS** Rhedlo quo in Loco nunc est, ad d. 15. mensis Julii moveatur, ac quam honorificentissime Byczinam, vel si Serenitati suæ ita visum fuerit, Bythoniam Cura Regis Poloniae ad diem 28. Julii deducatur. Prius etiam quam a Regno **MAXIMILIANUS** proficiscatur, Rex Poloniae ipsum invisat, Eique benivolentiam ita declarat, ut eam superioris Temporis Injuria interruptam magis fuisse quam vel tum illi defuisse vel in posterum defuturam ostendat, quamque maximam poterit Dignitatis Ejus Rationem libenter habeat. Cum primum autem **MAXIMILIANUS** ultra Fines Regni Poloniae in S. C. M. ditionis fines pervenerit: Transactionem hanc in omnibus suis Capitulis & articulis ibidem & sua & aliorum Procerum Germanorum quoscunque secum habuerit, Subscriptionibus & Sigillis munitam iis det, qui Regis Poloniae nomine Eum comitabuntur, Instrumentumque ab eo postulabunt. Deinde vero Juramentum corporaliter & ipse præstet, idemque similiter a se & aliquot Proceribus Germaniæ, qui tunc circa eum fuerint signatum subscriptumque tradat. Juramento præstito iis etiam quos ex Natione Polonica Juramento fide aut quocunque modo obligatos antea Serenitas sua habuit, fidem eam jurisjurandique omnem Obligationem remittat, ac liberos plane renunciet.

Transactione in has Conditiones facta **MAXIMILIANUS** ad Silesiæ fines a Polonia ductus d. 28. Julii, a Copiis Equitum Cæsareanorum excipitur: quos cum animadver-

madverteret Polonorum Præsidio, quo venerat comitatus, fortiores esse de Iniquitate Articulorum jam conceptorum conquestus, jurejurando eam confirmare recusavit: dimissisque Polonis Pragam confestim ad Fratrem Imperatorem contendit.

Prid. Non. Decembr. FRIDRICUS IV. Dux Silesiæ Lignicenfis cum DOROTHEA Johannis Ducis Holstatiæ & Sleswici Filia Matrimonium iniit, nuptiis solemniter celebratis Sunderburgi in Cimbria.

Nuptiæ Fridrici IV. Duc. Lign. cum Dorothea Holstatiæ:

Andreas Dudithius de Horehowitz L. B. mortuus:

Ex hac Vita decessit VII. Kal. Martii ANDREAS DUDITHIUS de Horehowitz: L. B. Dominus in Smigla, ex nobilissima Familia Croatica oriundus, Episcopus quondam Quinqueeclesiensis, sed qua ille dignitate cum summis aliis honoribus uxore ducta abdicavit, trium Imp. FERDINANDI I. MAXIMILIANI II. RUDOLPHI II. Consiliarius & orator primarius, Vitæ Innocentia, admirabili doctrinæ Copia, diversissimarum Linguarum excellenti cognitione, maximarum rerum Usu & Legationum amplissimarum apud exteros Reges ac Principes Clarissimus; Idque in primaria Silesiæ, quam sibi ante decennium elegerat Sedem, in qua reliquum ætatis in Otio cum Dignitate transigeret, cum vixisset annos LVI. dies VII. Corpus in Templo primario D. Elisabethæ sacro conditum non sine Monumenti Honore. Orationes Ejus in Concilio Tridentino habitas: Apologiam ad MAXIMILIANUM II. IMP. de mutato Vitæ Statu: Commentarium item pro Conjugio contra Legem Cœlibatus Ecclesiasticis impositam edidit D. Quirinus Rentnerus: Academiæ Heidelbergensis Professor, præfixa ipsius Auctoris Vita.

Eum sequutus XII. Kal. Sept. JOHANNES ULRICUS SCHAFFGOTSCHIUS: item Joh. Ulicus L. B. de SCHAFFGOTSCH: Johannis Hæres unicus: qui cum cælebs vixisset, Testamento condito, agnatum CHRISTOPHORUM L. B. SCHAFFGOTSCHIIUM: omnium bonorum suorum & in his quoque Greifensteiniorum & Kynastiorum Hæredem reliquit. Unde quidem gravis Controversia, inter hunc ipsum & Schaffgotschios, Bobersteinios, Wolffgangum: Danielelem & Ulicum: defuncti gentiles proximiores, qui sibi in bonis feudalibus non potuisse præjudicari contendebant, exorta fuit, post XVI. demum annos amicabiliter composita.

Quin & ultimum hunc Vitæ Annum habuerunt Wratislaviæ ambo defuncti: Esaias Heidenreich: SS. Theol. D. Ecclesiæ Elisabethanæ Pastor ac reliquarum Inspector, VI. Kal. Maji: & Albertus Urfinus a Reichenaw in Herden: JC. patria Lubecensis Reipubl. Wratisl. Syndicus: magnæ fidei & Industriæ laude eo officio functus VIII. Eid. Octobr.

denique Esaias Heidenreich: S. Th. D. & Alb. Urfinus a Reichenaw:

Anno

CHRISTI 1590.

Annus haud modo binorum Pontificum Romanorum Sixti V. & Urbani VII. morte sed & horribili Terræ Motu insignis, quo Austriæ, Moraviæ, Boemiæ ac Stiria multa Loca XVII. Kal. Octobr. concussa, cum primisque Viennæ non exigua cum Clade latera magnarum Turrium & Pilæ subditæ in Ædificiis corruerunt. In Silesia eadem die noctu primum circa ejus ipsum meridiem, deinde horis etiam aliis Wratislaviæ ac locis vicinis, sed certis quibusdam tantum Spatiis partim privatarum Ædium, partim publicarum Motus quidam Terræ, tremoribus Tignis, Parietibus, agitatibus mensis, subsultantibus Sellis, atque lectulis, partibusque præterea aliis manifesto sed leviori malo & sine Injuria a vigilantibus est observatus.

Sixtus V. & Urbanus VII. PP. RR. uno eodemque anno mortui:

Terræ Motus Wratislaviæ:

Poloni de Bello adversus Turcas ducendo solliciti opera Legati Anglici in Aula Ottomannica tunc residentis, confirmationem Pactorum antiquorum obtinent. Quæ res gravissimi Belli motu non Polonos modo sed & Silesios, quorum nimirum res agebatur, pariete tam vicino ardente, liberavit. In Ducatu Lignicensi Territorio Leobergensi aliisque nonnullis locis vagati sunt Concionatores Rusticani, Homines illiterati, & fanatici, qui deliria sua ex Visionibus & Somniis hausta inter agrestes disseminabant: non exigua hominum Colluvie in Societatem eorum pertracta. Sed quibus mature, ne malum latius progrediretur, obviam itum fuit. Quæ ipsorum fuerint Dogmata ex Schickfusio cognoscere licet.

Polonorum metus de Bello Turcico:

Concionatores illiterati:

Franciscus Hotomannus, Senatoria quidem apud Parisienses Domo natus, sed ex antiqua Ottomannorum sive Uthmannorum Silesiorum familia oriundus, Vir magna & excellenti Eruditione Celeberrimus, qui Jus Civile Romanum scriptis suis excoluit, atque illustravit, graviter facundeque in primoribus Galliarum academiis docuit, Legationem Germanicam sub Carolo IX. Galliarum Rege aliquamdiu prospereque gessit, de Summa Reip. consultus bene ac sapienter Lingua Styloque respondit, gravissimas augustissimasque Causas etiam adversus Patriæ Turbatores constanter & cum fructu Ge-

Franciscus Hotomannus: JCtus celebris mortuus:

neris humani defendit, Senior autem Gallicos propter Morus propriamque Pietatem in Germaniam ceu Patriam alteram migravit, & illic Principum Virorum Amicitiam Virtute Doctrina Consilio præcipuisque aliis humani animi Bonis meruit, demum Bafileæ Rauracorum agens ex morbo in Torace obiit pridie Eid. Febr. cum vixisset annos LXIII. menses V. dies XX.

item Jeremias Behm. & Georgius Tilenus: Confiliarii Ducis Monsterberg.

In Silesia ipsa ex Silesiis vivere desierunt Illustrissimi Ducis Monsterbergensis Confiliarii, Viri Sapientia, doctrina, dignitate & Virtutibus omnibus præstantes, Jeremias Behm. Wratislaviæ sepultus in æde D. Mariæ Magdalenæ: & Georgius Tilenus: Aurimontanus: J. V. D. ac Poëta plane eximius: qui cum die 6. Februarii cum Eva Wolfia: Godofredi Scharffii: Medici quondam Cæsarei relicta vidua nuptias celebrasset, colica passione correptus, postquam dies integros septem totidemque noctes insomnes duxisset, septimo ac vigesimo post nuptias die, qui fuit IV. Non. Martii in æde Elisabethana non sine magno luctu Amicorum, & quæ summa quæque sibi de ipso propter Ingenium & Eruditionem pollicebatur, Patriæ totius funeratus anno Ætatis XXXIII. die 22.

denique Hier. Mondel: Theologus:

Quin & hoc anno e vita migravit Hieronymus Mondelius: Suidnicensis: placidissimi Ingenii Theologus ac Scriptis celebris: XV. Kal. Martii: Islebiæ in B. Lutheri Patria, anno Ætatis LXXIII. complero, postquam Ecclesias Comitatus Mansfeldensis annos XXX. pie ac fideliter gubernasset.

Anno

CHRISTI 1591.

Comitia Poloniarum Warfaviæ habita:

Ad Generalia Regni Poloniæ Comitata in maximo Hominum Concurfu & Legatorum externorum Frequentia Warfaviæ habita, missus ab RUDOLPHO IMP. Andreas Episcopus Wratislaviensis, plusquam trecentos Nobiles Silesios in comitatu suo adduxit, & una cum aliorum Archi-Ducum Legatis de Lege in præteritis Comitibus lata, qua MAXIMILIANUS ARCHI-DUX inhabilis ad petendum hoc Regnum, si quando vacaret, fuerat declaratus, & qui suffragia in Eum conferrent, infames declarati, conquestus nullum aliud Responsum retulit, quam Eam legem ex occasione Maximiliani latam ad cæteros AUSTRIÆ Principes ita demum pertinere, si MAXIMILIANO adversus Regnum patrocinarentur, cum interea Sigismundus Rex de ducenda Uxore AUSTRIACA proceribus quanquam invitis Consilia agitare.

Henricus Wenceslaus Dux Moniterb. & Olsn. moritur:

HENRICUS WENCESLAUS: Caroli ex priore Coniuge Catherina Baronissa Berkana F. Dux Silesiæ Moniterbergensis ac Olsnensis: in ipso Ætatis flore annos quippe XVI. duntaxat, mensē I. ac dies XVII. natus: VI. Eid. Octobr. Romæ extinctus est: cujus inimitabilis Obitus non Patri duntaxat Illustrissimo, sed omnibus bonis luctuosus fuit, ob singularem & divinam quandam Indolem, quæ in Eo adolescente elucebat. Adeo optimi quique (ut Quadrigarii Verbo utar) minime diurnant. Corpus exenteratum Romæ primum ad SS. Celsum & Julianum prope Pontem Castelli S. Angeli depositum, anno autem sequenti miro astu in Patriam relatum & Olsnæ in Majorum Tumulo conditum fuit.

item Fabianus a Schönaich: Dynasta Carolathensis:

Abstulit & hic annus IX. Kal. Octobr. Senem LXXXIII annorum Illustrē Equitem Fabianum SCHOENAICHIUM, non modo Toparcham Moscovii in superiore Lusatia, & in Silesia inferiore Wittgendorffii, Hertzogwaldæ: Carolari: Bethaniæ, sed utriusque etiam Oppidi Polckowicii & Parchwicii Toparcham: Freistadii insuper & Sprottaviæ Possessorem hypothecarium, rerum bellica virtute ac laude celeberrimum. Ab extrema certe adolescentia strenue militanter admirati sunt Scythæ, Moschi, Turcæ, Daci, Galli: ipsi etiam Germani fatali illa ad Mulbergam Pugna: qua Celsiss. Germaniæ Principem Luneburgensem non ex Insidiis sed Vultum ipsi in amplissimo Campo obvertens, manu fortissima dedere se coëgit: Merito igitur ornatissimo Campo inspectante magna Principum Ducum Militum Corona aurea Torquem aureum a CÆSARIS Augustissima manu accepit: Sed & ab eodem immortalis auctoramento sui suorumque nominis in Equestrem Ordinem invidenda Solemnitate adscriptus fuit. Mauritius Saxo, ut secure cum Eo Consilia misceret, accubitus sæpe ei uno eodemque lecto fuit: Divi vero Cæsares, iique CAROLUS V. FERDINANDUS I. MAXIMILIANUS II. & RUDOLPHUS II. sibi a sanctioribus Militiæ Consiliis Eundem esse voluerunt.

Anno

CHRISTI 1592.

Turcarum in Crostiam Irreptio:

Amurathes Turcarum Imperator, Christianis inter se digladiantibus, cum opportunitatem propagandi in Europa Imperii sui minime negligendam esse ratus, crebris adhuc

adhuc suorum Vocibus instigatus, Sancto Induciarum Fœdere, quarum prorogatio anno cło lo LXXX. VI. in annos octo ulterior extensa fuerat, pro Barbara Impietate violato, primo vere Hazanem, Bassam Bosnensem, cum valido Exercitu ad Croatiam expugnandam misit: Qui primo Hraslovitzam per Proditionem, paulo post Wihitscham, Situs amœnitate, Soli Fertilitate, & Incolarum Opulentia celeberrimum Oppidum, Vallis & aggeribus munitum, deditione cepit, Morti datis duobus millibus, ceteris in Servitutem ipsa morte tristiores abductis. Hæc Semina atque Initia fuere funestissimi belli, sequentibus annis a Christianis omni Virium Contentione contra Turcas gesti & continuati: in quo quam præclaram fidamque operam Principes atque ordines Silesiæ Cæsari præstiterint, qua militem mittendo, qua Pecuniam & sumptus liberaliter contribuendo, notius est, quam ut multis heic commemorari debeat. Cum autem victoria omnis non nisi cœlitus a DEO concedatur, Supplicationes & publice & privatim ab omnibus haberi jussæ: gazophylacia etiam passim erecta sunt, in quæ stipem quisque pro facultatibus suis ad alendos agrotos & vulneratos milites conferrent.

ANNA AUSTRIACA: CAROLI ARCHI-DUCIS Filia: Sigismundi Polono-
rum Regis Sponsa: Vienna Cracoviam profectura, cum Silesiæ Fines attigisset, magni-
fice ubique habita & ab Episcopo Wratisl. in Poloniam deducta fuit: paulo post Dia-
demate Regio insignita.

SIGISMUN-
DUS III. REX
POL. ducit
ANNAM AU-
STRIACAM:

Prid. Non. Quinctil. pie placideque ex hac Vita decessit Olaviæ **JOHANNES**
GEORGIUS: Dux Silesiæ Lygio-Brigenfis: solemnī ritu Bregæ inhumatus. Ejus
Symbolum fuit: Träuen darff auffschauen.

Joh. Georg.
Dux Lygio-
Bregensis mo-
ritur:
item Stanis-
laus Aichheu-
fer: Patricius
VVratisl.

Nec sine honorifica mentione Silentio prætermittendus Patricius Wratislaviæ no-
bilis Stanislaus **AICHHEUSERUS:** Stanislai Avus: Vir tam inculcata quam longa
Vita memorabilis: ut qui integris animi & corporis sensibus VIII. Eid. Sextil. anno Ætat.
LXXXIV. ad meliorem Vitam migravit.

Anno

CHRISTI 1593.

Bello in Croatia & Hungaria gravius recrudescente missi a Principibus atque Or-
dinibus Silesiæ in Hungariam quingenti Equites, quos vocant, nigri Ductore Henrico
ROTHKIRCHIO & mille Equites rubri ductoribus Melchior **ROTWITZIO** &
Wenceslao CZEDLITIO: in eo vero bello res variis Vicibus hoc anno gestæ. Tren-
zinium, Sisseckum, Vespirinium, Palotta, Papa a Turcis occupata: E contra memorabilis
Pugna ad prædictum Sisseckum Croatiae Monasterium & arcem munitissimam ad Savi &
Cliparis confluenta, X. Kal. Quinctil. commissa fuit: in qua Exercitus Cæsaris vir quatuor
millibus & quingentis partim Germanis partim Hungaris constans (quem Thomas Erdö-
dius: Slavoniæ Banus: Andreas **AURSBERGIUS:** Corolstadio Præfectus: Melchior
REDERN: Baro Silesius: Ruppertus Eggenbergius: & alii Viri nobiles ducebant)
XX. Turcarum millia profligavit, quæ Hassan: Bassa Bosnensis coëgerat. Quo quidem
in loco inter bellatores alios is ipse **REDERUS:** rebus bello Stephani Poloniæ Regis
adversus Moschos, eorumque Principem Johannem Basilium gestis, cui suis stipendiis
inter voluntarios militavit, jam tunc clarus, idemque a litterarum studio minime alie-
nus, egregium Virtutis & Fortitudinis militaris Specimen edidit. Nam cum Prælium
alii dissuaderent, rem summi Periculi esse ac plane extremæ dementiæ dicentes, tam
exiguam manum tantis Hostium Copiis objicere, satiusque esse Exercitum in proxi-
mas munitiones reducere, ipse contra consentiente **AURSBERGIO** ac probante insu-
per Eggenbergio, Turcas omnino adoriendos esse suavit, mortem se cum suo Equita-
tu pro **CHRISTI** nomine & Patriæ Salute fortiter pugnando gloriose obire, quam
Vitam turpiter fugiendo non sine summo dedecore salvam & incolumem retinere, sa-
tius ducere: Unde & reliqui unanimi Consensu ac Viribus conjunctis magno Impetu
in Hostes irruerunt, animoseque confligendo Victoriam de Turcis, inter memorabiles
hujus Ævi numerandam reportarunt. Perierunt hostium multa millia: sed quorum
numerus exacte iniri haud facile potuit. Duodecim tamen millia & amplius interiisse
pro comperto affirmari posse scripsit Nicolaus Isthuanfius: Rerum Hungaricarum Scri-
ptor nobilissimus, eorum puta, qui vel in ipso Prælio ceciderunt, vel qui per Colapim
& Odram Annes rapidissimos evadere conati, aut aquis submersi aut natantes nostro-
rum Telis sunt obruti. Inter cætos ipse Hazanes: Bassa: qui hac clade inusitata ob-
rutus, inauspicati honoris & fractorum fœderum Poenas in ipso Sceleris admissi Ve-
stigio luit: tum Sinanes Begus Clissenfis: Amurathis Imperatoris Turcici ex Sorore
Nepos Filius **Unicus,** vix pubertatis annos ingressus, & alii plures præcipui Nominis

Bellum RU-
DOLPHI II.
IMP. cum Tur-
cis in Hungaria
gestum:

Victoria
CHRISTIA-
NORUM ad
Sisseckum:

Duces: cum e nostris contra non nisi paucissimi aut desiderati aut vulnerati fuerint. Ea tam nobili Victoria per celeres nuncios ex Ducum suorum litteris cognita DEO T. O. M. solemnes gratias agi in suis Provinciis iussit: quod idem & Wratislaviæ V. Eid. Quinctil. in omnibus Templis factum, publicis lætitiæ Signis editis.

Mense Octobri Totissimam obsessurum Sinanem Bassam, REDERUS noster cum mille ac trecentis Equitibus suis adoritur: compluresque Senes, Pueros, aliosque captivos, jam Servituti devotos, liberat.

Victoria
CHRISTIA-
NORUM ad
Albam Rega-
lem:

Nec multo post Prælium ad Albam Regalem commissum: in quo militum Cæsareanorum octo millia, Ferdinando Hardeckio & Georgio Serinio Comitibus ac Francisco Nadaſto ducibus, cum selectis XX. millibus prætorianorum Cohortibus magna laude & gloria concurrerunt. Peditum sex millia: Equitum quatuor ex parte hostili interiisse e Transfugis cognitum est. Janizar Aga captus & Bassa Budensis, qui in Auxilium Albæ Regali veniebat, graviter sauciatus, ex eo Vulnere paulo post Budæ interiit; e nostris perierunt perpauci.

Nec minores Victorias Frid. Tiffenbachius & Nicolaus Palfy in Hungaria superiore iis ipsis Temporibus obtinuerunt, Zabatoa, Tilecko, Palancka, aliisque oppidis & arcibus quas XXX. amplius annis Hostes tenuerant, una expeditione recuperatis.

Fata Ducatus
Lignicensis:

FRIDERICUS IV. Dux Silesiæ Lignicensis ac Brigenſis cum Theologis quibusdam rixosis nimis credulas aures præberet, eorum suasu inculcatuque eo perductus fuit, ut Ægidii Hunnii Doctoris opera & Studio Ecclesiarum Lignicensium reformationem susciperet: exulare iussu Leonhardo Crentzhemio, tunc Superintendente, Viro insigniter docto nec de Theologicis solum sed & Chronologicis Studiis præclare merito: non aliam ob Causam quam quod Calvinismi Crimen Ei impingeretur.

DOROTHEA
Duc. Lign.
moritur:

Ejusdem Principis Coniunx DOROTHEA Holsatica, quarto Matrimonii anno, partus difficultatibus eneſta d. 5. Julii, e Coetu mortalium migravit.

item Sebastia-
nus ab Heugel
in Betlern:
item Joh. Flei-
scher: Inspe-
ctor Schol. &
Eccl. A. C.
Wratisl. Lauren-
tius VVide-
mann: Pastor
Saganensis:
& Caspar Elo-
gius: Pastor
Habelschwerd.

Eandem Viam hoc anno ingressi: præter Sebastianum HEUGEL de Polockowitz in Betlern: qui cum multis annis Secretarium in Cancellaria quam vocant Bojemica egisset, inter Consiliarios inde CÆSARIS receptus, ad Vice-Cancellariatum ascendit: Theologi tres Clarissimi: Johannes inquam Fleischerus: D. Ecclesiarum Wratislaviensium Augustanæ Confessionis Inspector: cui incauta Venæ Sectio mortem accelerasse credita fuit: Laurentius Widemannus: Saganensium Pastor fidelissimus: & Caspar Elogius: Wratislav. Ecclesiæ Habelschwerdensis in Comitatu Glacensi Pastor, primusque ibidem Confessionis laudatæ Concionator.

Historiola de
aureo dente:

Notavit ad hunc Annum Jul. Cæsar Bulengerus: III. Kal. April. in Marningis & Lutihanis (sic Silesiam vocari ait) in Urbe Vechelsdorfio cum puello dentes, ut fieri amant, decidissent, paucis post diebus eidem in inferiore Gingiva dentem molarem ex auro puro puto exortum esse: idque naturæ Vi fieri posse naturæ peritos non nescire & sic in Calvis sæpe aureos dentes repertos. Puer is Christophorus Mollerus fuit, Johanne, Lignariosfabro & Molitore Patre Weigelsdorffii in Territorii Reichenbachensis pago Fridrici Gelehornii Viri Nobilissimi hæreditario (quod Illustris quoque Thuanus certiora edoctus non ignoravit) natus, de cujus aureo dente, cum jam ad communem Scholam cum cæteris Pueris itaret, a puella quadam coætanea primum viso, dein plerisque Silesiæ Proceribus ac Nobilibus Viris aliisque permultis hominibus summa cum admiratione conspecto, ab aurificibus insuper probato, Serram inter se Jacobus Horstius: Johannes Ingolstetterus, Martinus Rulandus, Medici Clarissimi reciprocant. Ad quorum scripta sicut Lectorem rerum naturalium studiosum Thuanus remittit: sic eundem monitum velim vix triennio inde elapso, hoc est, anno CHRISTI cIo. Io. XCVI. XIII. Kalend. Quinctileis evenisse, ut Puero illi, Scholæ novæ Crumloviensis in Bojemia tunc Alumno, aurum quo dens obductus fuit, decideret, dente ipso osseo permanente. Cujus rei testem satis locupletem habeo Johannem Brachmannum, ipsiusmet Scholæ Directorem, qui facti Historiam Versiculis aliquot Latino Germanicis complexus est, ubi sic inter alia: die güldene Schal fällt ab ohne Macht: Vom beinern Zahn daß niemand dacht. Non ergo totus Dens aureus fuerit, sed inauratus duntaxat, sive aureo tectorio quod num arte mangonia, an naturæ quasi quodam lusu inductum fuerit, peritioribus discutiendum relinquo.

Anno

CHRISTI 1594.

In Comitibus Poloniæ Generalibus Cracoviæ sub Initium Anni celebratis SIGISMUNDUS Rex cum Ordinibus Poloniæ diligenter egit, si qua ratione Imperator con-

tra communem Christianitatis Hostem bellum gerens juvari posset, sed Successu plene irritum. In Comitibus contra Ratisbonensibus in CÆSARIS Favorem ad bellum illud continuandum collectæ solito majores concessæ sunt. Inter Provincias Ejusdem, quas vocant, hæreditarias Principes atque Ordines Silesiæ præter Contributiones pecuniarias haud modo mense Aprili M. Equites: ductore ABRAHAMO BURGGRAVIODOHNENSI: Dynasta Wartenbergensi: sed & Augusto mense mille quingentos Equites, totidemque Pedites in Hungariam miserunt. Equites duxit Guilielmus BRAUNIIUS: pedites Godofredus RIBISCHIIUS.

Et vero potiore anni Parte Copiæ Cæsareanæ quarum Supremus Dux Imperatoris Frater MATHIAS ARCHIDUX erat, prosperiore fortuna usæ: Castris quippe munitissimis quibusdam & in his Novogradio, felici Marte occupatis: ipso etiam Strigonio graviter obfesso. At postquam Sinanes Bassa sub finem Junii cum CL. millium ex Turcis & Tataris Exercitu advenisset, non tantum Strigonii obsidio soluta fuit, sed præter Totam sive Totisam, Jaurinum quoque vulgo Raab: urbs quidem exigua sed situ & munitione amplissima atque adeo pro eximio totius Orbis Christiani Propugnaculo habita, cum bimestrem obsidionem fortiter sustinuisset, cum omni apparatu bellico & annona III. Kalend. Octobr. immanissimo Hosti cessit: dedente arcem Ejus Præfecto Ferdinando Comite Hardeckio: qui perfidiæ ob id accusatus sequenti anno XVI. Kal. Jul. una cum Nicolao Perinio, Lotharingo Ædili & Excubiarum Jaurinensium Præfecto, Viennæ capte fuit, dextra prius manu ferro amputata: etsi non desuere, qui innocentiam Comitum, cui nulla spes servandi loci superfuisset, patrocinentur: Maiores Poenas æquiore Judicio promeritos arbitrati, qui castra munitiora, quam erat Arx ipsa, Ignavia & metu amiserunt, arcisque defensionem deseruerunt.

Sub hunc annum Sigismundus Bathoryus: Christophori Filius: Transylvaniæ Princeps a Turcis quibus tributarius fuerat, defecit, Mense Julio convocatis ad Urbem Albam Juliam Provinciæ Ordinibus, Societatem cum RUDOLPHO IMP. initam bellumque adversus Turcam gerendum publico decreto sanxit, & publicavit: multasque postea insignes victorias ab Hostibus consecutus rebus Christianorum tantum non depositis haut parum attulit adjumenti.

Fatis concesserunt hoc anno: Vincētiū SALINUS: ambarum Ecclesiarum Wratislaviensium nec non Collegiæ Glogoviæ Majoris Canonicus, actu Presbyter, cum ultra L. annum continuo circa Cathedralē reledisset, Ætatis autem annum LXXXV. ageret.

Adamus RHEDIGER: in Schönborn: Libenstein & Girbigisdorff: Nicolai Præfecti Wratislaviensis frater: Senator & ipse de Patria quam optime meritis ipsis Nominis Maji anno Ætatis LXII.

Hujusdemque Collega Fridericus Schmidt: Laurentii qui ob res præclare in bello gestas a MAXIMILIANO I. IMP. nobilitatis insignibus ornatus Viennæ vixit, Filius ac primus familiæ suæ in Silesia Propagator: XI. Kal. Jul. anno Ætatis undecimo: octuagesimo:

Johannes item HESSUS in Stein: Johannis Theologi F. J. Ctus eximius: S. C. M. Ducumque Monasterbergensium Consiliarius XV. Kal. Dec. Ætatis anno LXII.

Laurentius denique Ludovicus: Leobergensis: Vir Clarissimus & doctissimus, cum Illustre ac discipulorum numero celebre Gorlicensium Gymnasium magna cum dextertatis fidei & felicitatis laude annis XXX. docuisset & gubernasset: ex eoque tanquam ex Equo Trajano plurimos emisisset Viros doctos, quorum Opera & Consilio fidei Ecclesiæ, Aula Principum, Respubl. ac Scholæ feliciter usæ sunt: XVI. Kal. Maji placida morte Terris ereptus: haut dum admodum Senex: quippe non nisi annis LVII. mensibus duobus, ac diebus duodeviginti vivendo exactis.

Anno

CHRISTI 1595.

Post Comitibus Regni Boemiæ & conjunctarum illi Provinciarum pro communi Defensione Pragæ habita, Principes atque Ordines Silesiæ in particulari suo Conventu, præter subsidium pecuniarium septuaginta mill. Talerorum, Equites mille ac quingentos, Pedites autem bis mille, sumptu suo ad bellum expediendos atque ab XV. Kal. Jun. ad Eidus usque Novembr. h. e. mensibus sex continuis in Hungaria alendos CÆSARI promittunt: Copiis istis præfecto ABRAHAMO BURGGRAVIODOHNENSI: Wartembergæ Domino. Cæterum ut Imperator Societatem cum Transylvano initam stabiliret ac firmiorem in proposito belli contra Turcas continuandi retineret, haut

Transylvania:
Moldavia &
Wallachia ad
IMP. RUDOL-
PHUM II. de-
ficiunt:

Legati CÆSA-
RIS ad Comi-
tia Regni Po-
loniæ:

& ad Magnum
Moscoviæ Da-
cem pro obli-
vendis contra
Turcas Aux-
iliis:

Strigonium ex-
pugnat: AR-
CHI-DUX
AUSTRIÆ
MATHIAS:

Ducatus Car-
niovienſis Fata:
Fata Ducatus
Bregenſis:
Amurath III.
IMP. Turcæ
moritur:
item FERDI-
NAND Sen.
ARCHI-DUX
AUST. & ER-
NEST. ARCH.
AUSTRIÆ:
Ex litteratis in
mortuorum
Censum ve-
niunt:
Mart. Schil-
ling: Patric.
Wrat. Mich.
Neander: Re-
ctor Ilfeld. A-
dam Thilo:
Pastor Freyſtad.

hanc solum Principem illum S. R. I. creavit, ac Serenissimi Titulo insignivit, sed & Vellus aureum ab Hispaniæ Rege impetrandum promisit: Connubium Ei denique cum MARIA CHRISTIANA: CAROLI ARCHI-DUCIS AUSTRIÆ Græcensis Filia conciliavit: hac quidem lege contrahendo: ut Transylvano & Ejus Filiis jus esset in illo Principatu, ipso autem deficiente & nulla ex Lumbis Ejus prole Mascula superstite IMPERATOR in hæreditate Transylvaniæ succederet. Sigismundi Exemplo Aaron Moldavia, & Michael Walachia Transalpinæ Reguli a Turcis & ipsi ad Cæsaris Partes transierunt, ac foederi adversus communem Religionis Christianæ Hostem percussio accesserunt.

Quemadmodum vero non intermisit CÆSAR subsidia tanto bello gerendo undique conquirere: sic Polonorum quoque nec non Theodori: Magni Moscoviæ Ducis Auxilium & bellum Sociale contra Turcas per Legatos suos postulavit. Et in Poloniam quidem ad Comitia Regni Generalia ablegati Stanislaus Pawlowsky: Episcopus Olomucensis & Wenceslaus L. B. a Bercka: Mareſchallus Regni Boemiæ: quibus a Septem-Viris Imperii adjuncti Johannes Costitius, Præpositus Ecclesiæ Mersburgensis: & Nicolaus Reusnerus: Jctus Silesius: Consiliarius Saxonicus. Verum nihil in his Comitibus quanquam & Pontifex Rom. & alii qui Auxilia de suo plerique præstabant non contemnenda, id ipsum enixe urgerent, certi constitutum, quin ea potius, quæ implicata hæere, ad novas rejecta sunt Deliberationes, in Conventu Warsoviensi proximo habendas. Moscovitica Legatio Nicolao WARKOTSCHIO: Equiti Silesio: Præfecto Cruciburgensi: demandata fuit, quem Princeps honorifice exceptum & magnæ spæ plenum dimisit, suam autem vicissim legationem eamque amplissimam ad CÆSAREM expedit. Ea vero cum XVII. Kal. Sept. Pragæ advenisset, III. Kal. ejusdem mensis a RUDOLPHO II IMP. primum audita, Eidem loco auxiliarium contra Turcas pretiosum Thesaurum obtulit, & foedus ac perpetuam Amicitiam Principis sui nomine expetivit. Erat tunc in aula Moscovitica Persarum Legatus, cum quo WARKOTSCHIIUS aliquoties humaniter congressus novæ Amicitia inter CÆSAREM & Ejus Gentis Regem fundamenta jecit.

Carolus Mansfeldia Comes: Petri Ernesti F. e Belgica evocatus, & Pragæ ab Imperatore Equitis Aurati Dignitate & Titulo Principis Romani Imperii insignitus, Vicariusque ARCHI-DUCIS MATHIÆ: bellici quippe Generalis creatus: Strigonium Hungariæ Oppidum munitissimum, Exercitu XX. mill. militum instructo ipsis Kalendis Julii obsidere cœpit: Cumque Mahometes Græciæ Beglerbegus selectissimo XV. mill. exercitu Strigonienſibus obsessis suppetias laturus advenisset a Carolo fortiter profligatus atque in fugam compulsus est: quinque hostium millibus cæsis & Castris eorundem cum 27. signis militaribus in nostrorum Potestatem reductis: Post duos tandem menses Strigonium a MATHIA ARCHI-DUCE deditione occupatum, Carolo Mansfeldio paucis ante diebus præpropere ac cito nimis defuncto.

Quot præterea Successus hoc anno Christiani habuerint, quæ Oppida & bella ab ipsis capta & expugnata, plenius exponunt, qui ex professo de bello hoc Hungarico-Turcico scripsere.

Georgius Fridericus: Marchio Brandenburgensis: Ducatum Jägerndorffium quem Parens Georgius Pius: Titulo emptionis acquisiverat, utpote hæreditarium in Joachimum Fridricum Elect. Brandenburgicum Ejusque posteros donatione causâ mortis, confectis eo nomine Instrumentis authenticis confert, sic attestante Johanne Cernitio.

BARBARA Brandenburgica: GEORGII Ducis Brigenſis ac Lignicensis Vidua, Bregæ postridie Kalend. Januar. nec non JOHANNES GEORGIO: Duce, ejus Filio, Olaviæ pridie Non. Quintil. e viventium numero sublatis, totius Ducatus Bregenſis Possessio ad Joachimum Fridricum fratrem gentilitio Jure translata est.

Fatalis porro hic annus non solum Amurathi III. Turcarum Imperatori: sed duobus quoque ARCHI-DUCIBUS: FERDINANDO Seniori: & ERNESTO: CÆSARIS FRATRI.

Abstulit quoque nobis: Martinum SCHILLINGIUM: Patricium Wratislaviensem, Virum Optimum & Doctissimum prid. Eid. Junias: Michaëlem Neandrum: Soravo-Silesium: Scholæ Ilfeldensis ad Hercyniam ad annos XLV. Rectorem felicissimum: VI. Kal. Maji: jam septuagenarium:

Adamum Thilonem: Lignicensem: Theologum sincerum & Ecclesiæ Freystadiensis Pastorem fidelissimum XIX. Kal. Maji cum inter varias Mundi Satanæ & falso-

rum fratrum insultationes constanter & pure docuisset ac præfuisse annis XXVII. ac viasset caelebs perpetuo annis plus minus LIII.

Vincentium Gerßmannum: Seniore: Senatorem & Consulem Boleslaviensem, octo Filiorum & unius modo Filia, & in illis quidem duorum Juris Doctorum Patrem, apoplexia in pago Ottendorff, mense Decembri anno Ætatis LXXIII. extinctum & monumento marmoreo in Templo parochiali Boleslavia honestatum: Vincentius Gerßmann; Senator Boleslav.

Paulum Holtzbecherum: D. inclytæ Wratislaviensium Reipubl. Syndicum ac Ducatus Pro-Cancellarium III. Kal. Aprilis, nec non Valentem Acidalium, Wistochiensis Marchicum: Philosophum & Medicum, Poëtam quin etiam excellentem, Virum Ingenii & Judicii exquisiti, genuinæque Latinitatis Vindicem: qui cum pleno jam gradu ad Eruditionis & Gloria Culmen contenderet, contracta ex nimis Vigiliis acutissima Febre, eaque cum Symptomatum gravissimo Paraphrenitide conjuncta, quod extremum malorum Animam etiam sua sede eiecit, fatis prævenientibus, annorum quippe XXVIII. duntaxat Juvenem, Nissæ Silesiorum in Ædibus Wackerianis VIII. Kalend. Junii interceptum: multis interea in varios Authores scriptis, quæ partim adfecta, partim confecta, imo & publicata sunt, relictis. Paulus Holtzbecher: Syndicus Wratislaviensis Acidalius: Poeta egregius:

Vere & Æstate hujus Anni in Hollandia, Geldria, Tractu Rheno, AUSTRIA, Boemia, Saxonia, Misnia, Lusatia, Silesia aliisque in locis annes stupendis & insolitis Auctibus creverunt, ruptisque Aggeribus eluvione agros & præta infestant, molerinas, officinas, Ædificia, Pontes, hortos, Vicos, Pagosque destruxerunt: Urbium Propugnacula everterunt: homines denique Vorticibus involutos & magnam Pecorum Multitudinem suffocarunt. Inundationes crebrae:

Anno

CHRISTI 1596.

Principes atque Ordines Silesiæ ut devotionem suam fidelissimam magis magisque testatum CÆSARI facerent, postulata contra Turcas Auxilia adeo non detrectarunt, ut denuo Ei mille quingentorum Equitum ac bis mille Peditum Copiis suo Ære qua colligendos qua alendos decernerent. Auxilia contra Turcas a Silesiis præstita:

CÆSAR iterata Vice Legatos in Poloniam ad Regem & Proceres expedit, qui una cum Pontificis Legato a Latere Henrico Cardinale Gaëtaro: foederis adversus communem Hostem ferendi negotium prius quoque tractatum sed nequaquam confectum, solerti Cura & Industria tractarent atque absolverent, hoc ipsum præsertim Necessitate urgente, quando novus Sultanus Mehumetes: acceptas proximo Anno Clades reparaturus, magnas Byzantii rotaque Europa & transmarinis Asiæ Provinciis apparatus facere, ac ipsemet propediem cum ingenti Exercitu in Pannoniam egressurus nunciaretur. Ivere illuc CÆSARIS nomine: Johannes Jaurinensis & Andreas Wratislaviensis: Episcopi & quidam Proceres alii. Sed Polonos Spe & expectatione duriores invenerunt: neque quicquam diu licet ultro citroque disputando ac laborando proficere, postremoque rebus infectis demissi ad suos redierunt. Legati CÆSARIS ad Regem Poloniæ:

Nec eo minus tamen majores quam unquam CÆSAR copias collegit: ac universalem illius Belli Præfecturam MAXIMILIANO ARCHI-DUCI FRATRI commisit. Tametsi vero fortuna Cæsareanis maxime arridere visa, Hatwano præsertim & Petrinia occupatis, negotium tamen suum heic quoque egit: ut adversis prospera, prosperis adversa misceret. Agria certe amissa rationes illorum vehementer perturbavit, & magnum omnibus metum incussit: Civitas ea est Hungariæ, Titulo Episcopali insignis, & fortissimis muris & propugnaculis, structurisque geminarum Arcium munitissima. Ad hanc ergo cum Mahometes Turcarum Imperator qui Belgradi CC. militum millia & CCC. tormenta campestria recensuerat, & Iter & Vires suas vertisset, oppugnationem illius XII. Kalend. Octobr. inchoavit, ac diurnis pariter ac nocturnis Verberationibus repetitisque aliquoties Irruptionibus eum in modum continuavit, ut & Civitas & Castrum vetus novo vicinum Victoribus accederent, ac quamvis in novo, quo se præsidiani omnes receperant, Impetum Hostis aliquandiu sustinuissent, tamen quod quatuordecim locis id ipsum Cuniculis actis suffossum nossent, nec spes resistendi superesset, III. Eid. Octobr. deditionem facerent, pacta quidem sibi Incolumitate, sed quæ servata iis minime fuit, plerisque postquam unum milliare jam processerant a Turcis Tartarisque contra fidem datam interemptis. Sunt qui tradant, cum nondum Ignis Cuniculis subditus esset, Italos CCL. clam inde elapsos egerata CHRISTI fide, sacra legesque Turcarum induisse, eaque re Ducum animos ad Deditionem flexos fuisse.

Successus Expeditionis in Hungaria contra Turcas:

MAXIMILIANUS interim conjunctis cum Transylvano: Palfy & Tiffenbachio Copiis, quæ ad XX. millia Equitum, XXX. millia peditum erant, de summa rei prælio experiri statuit: a quo nec Turcæ abhorrebant, sic ergo IX. Kal. Decembr. apud Keretschan utrinque acies instruitur, concurritur, Tataři fugantur: campestria Tormenta hosti eripiuntur: Vergente jam Die Transylvanus, Palfus & Hungari omnes in primam Hostium aciem quæ XL. millibus militum constabat, tota vi prorumpunt, obvios proterunt: longius progressi universum Exercitum profligant, ac retrocedere cogunt. Sed dum nostri Prædæ intenti militum munera negligunt & Mahometis ipsius pelles sollicitant, inde ex edito in eos catapultæ fulminant & stragem faciunt: inde Cicula Bassa: Hungaros a latere impellit: tanta omnium Consternatione, ut Equites turpem fugam capefferent, & Peditum Ordines pæne corrumpèrent. Nox Prælium dirimit. Utrunque par Trepidatio fuit, majore tamen Turcarum Strage: Mahometes mane cum suis fuga se proripuit, cujus Tormenta, Sarcinæ, Tentoria passim in agris & castris sine custode jacuere: ARCHI-DUX item abjecta Spe Cassoviam: Transylvanus Toccajam se recepere. Ita nimirum factum, quod Soranzius scripsit, ut dici posset, vel utrumque Exercitum victoria potitum fuisse, CÆSARIS sub principium, Turcarum sub Exitum Pugnæ, vel neutrum ab adversario fuisse victum, quod ambo sese receperint, incerto rerum suarum statu relicto. Cum interea minime dubitaretur, si plus disciplinæ, plus fiducia, plus fidelitatis in nostris fuisset, potuisse eadem nocte & sequenti die de universo illo Turcarum Exercitu deleto Hungariam triumphare.

Andreas:
Episc. Wrat.
monitur:

ANDREAS: EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS: ex Legatione Polonica æger domum reversus ipsis Non. Novembr. præsentibus Consiliariis, Cubiculariis, aliisque aulicis naturæ debitum exsolvit: Episcopatus sui anno XI. Wratislaviæ ex Testamento præscripto ante aram argenteam quam vivus exstruxerat, sepultus: Princeps doctus Sapiens & pacificus: quique RUDOLPHO IMP. quam omnino potuit operam in gravissimis Reip. negociis tractandis sedulo ac fideliter navavit, eamque quinque in Poloniam Legationibus obitis contestatam fecit. In Ejus locum Non. Decembr. electus Bonaventura HAHN: Glogoviensis Silesius: sed cujus Electio per multas contentiones a Pontif. & CÆSARE novo plane exemplo fuit abrogata. Cui rei præcipuam Occasionem præbuisse creditur Canonorum imprudentia, qui CÆSARIS Legatos ad novi Successoris nominationem pro More missos Juribus suis ac Privilegiis & Pontificis Auctoritate consili parum honorifice tractarunt, ac jussa CÆSARIS proponere cupientes audire renuerunt, sed dimisso subito Collegio, neglecta CÆSARIS nominatione ad Electionem GALLI convolarunt.

succedit Bona-
ventura Hahn:
sed rejectus a
CÆSARE &
Pontif.

Fridericus IV.
Dux Lign. mo-
ritus:

FRIDERICUS IV. Illustrissimus Dux Silesiæ Lignicensis, Princeps inter laudatos memorandus e vivis excessit VIII. Eid. April. cujus morte (nam nullam ex tribus Conjugibus Sidonia Maria Teschinenſi, Dorothea Holfatica, Anna Würtembergica masculam Sobolem reliquit) Lignicensis Ducatus ad JOACHIMUM FRIDRICUM Patrualem Jure simultaneæ Investituræ pervenit. In ejus obitum Sim. Grunæus:

Qui Patriam inque animo inque oculis Patris instar habebat,

Heu mortem indignam, Dux FRIDERICUS obit:

Sis Patriæ JOACHIME Pater FRIDRICE vicissim,

Inque Tua maneat Patria salva fide;

Sic, tua Progenies post Te quoque det DEUS olim

Et stemma & Terras stemmatis amplificet!

Joh. Muselus:
Med. D. mori-
tus:

Johannes Muselus: Ph. ac Medicinæ D. clarissimus, dum terrenum sibi Wratislaviæ adornat Domicilium, ita ut cœleste potius illud beatissimum adfectaret suspiriis emblemate peculiari adumbrans, improviso lapidis illapsi Verbere tactus deorsum, subito expirans fursum migravit, VIII. Kal. Junii in ipso Ætatis Flore, annos quippe duntaxat XL. natus: Cui scriptum ab Amico hujusmodi Epitaphium:

Præcipiti lapidis Muselius occidit ictu:

Hæret in incautis Culpa propinqua fabris:

Non cadit in Terram sed enim Passerculus ullus,

Ni Patris æterni provida Cura velit:

Quis putet ergo Tibi clausam sine Numine Vitam

Museli? o nostri fata profunda DEI!

item Sigism.
Svevus:

Decefferunt quoque hoc anno: Sigismundus Svevus: Præpositus ad SPIRITUS SANCTI: & Pastor Bernhardinianus, ut & Xenodochii utriusque Præfectus in Neapoli VVratislavia ipsis Eidibus Junii, Vir scriptis editis clarus cum septies denos viven-

vivendo exegisset annos: nec non M. Martinus Langæus: Gymnasii Elifabethani Professor: Juventutis formandæ Magister egregius ac noster quoque sed vix tribus septimanis Præceptor prid. Kal. Augusti, anno Ætatis undecagesimo, Officii Scholastici XXII.

Anno
CHRISTI 1597.

In Comitibus Ratisbonæ celebratis de Bello potissimum Turcico continuando actum fuit: Quo sine Conventus quoque particulares in Provinciis hæreditariis habiti, neque minor Silesiorum quam annis proxime elapsis in conferendis Subsidiiis solitis apparuit promitudo.

Comitia Ratisbonensia:

In Hungaria ipsa potior anni pars excursionibus & deprædationibus mutuis transacta: ac nihil pene memorabile gestum: Si Papam recuperatam excipias, Jaurinum ab oppugnatione nostrorum liberatum: ac Dotisum, Castellum mense Maio Hosti creptum sed ab Eodem mense Octobri recuperatum: cum quidem Præfectus Ejus Christophorus Weida, Vir fortissimus desperata jam Castelli Defensione, cum reliquo adhuc Præsidio, Tormentis prius omnibus Clavo adacto corruptis ac Pulvere tormentario Cuniculis subdito, unde magnum postea Turcis damnum, noctu per excubias fuga evasisset. Exercitus noster Suppetias obsessis laturus in Ponte prope Comaronum instituendo occupabatur. At ubi altero die cum ponte jam perfecto Duces exercitum transportare & cum Hoste configere constituissent, ex Speculatoribus & crebra Tormentorum explosione cognitum fuit, hostem Dotiso potitum ac novis subsidiiis auctum: ea res tantam trepidationem nostris attulit, ut pontem aliquot dierum labore perfectum una hora interfeciderint, & saluti suæ consuluerint.

Successus Belli contra Turcas:

Noluerant Italicæ Copiæ quas Pontifex & alii Italiæ Principes cum Francisco Adobrandino miserant, sub alio quam Duce Italo militare. Itaque accersitus ab IMP. Vincentius: Dux Mantuæ qui illis præset, cum Titulo Vicarii MAXIMILIANI ARCHIDUCIS. Sed non meliore quam anno præterito fortuna.

Temeswarin obsidere Transylvanus coeperat, obidque copias Silesiacas Stipendiis exeuntibus discedere cupientes invitas quidem, at non invitis Silesiæ Principibus atque ordinibus secum retinebat, sed id ipsum Eventu plane irritum.

E litteratorum Ordine mortalitatem expleverunt: Johannes Reinmannus: Jctus olim Episcoporum Wratislaviensium, postea vero Illustriss. Ducis Lygio-Brigenfis Cancellarius, Vir Consilio & Eloquentia Celeberrimus, lethali morbo Leobergæ in Patria sua deprehensus XII. Kalend. Novembr. cum non nisi LIII. annos vixisset: Martinus Kinnerus a Scherfenstein in Weissag & Lodenitz: Vir doctissimus, Musicus & Poëta egregie præstans, qui Bucholcero Teste, de nulla re magis solitus fuit gratulari in Vita sua, quam quod fuisset per annos multos & Auditor & familiaris B. Philippi Melancthonis: Franciscus denique Martinus: Brigenfis, in Patria primum, post Landeci Verbi Divini Minister fidelis, primusque ibi Augustanæ Confessionis Concionator, Ætatis anno duodecagesimo: Ministerii L.

Joh. Reinmann: Jctus obiit: item Mart. Kinner a Scherfenstein denique Franc. Martinus: Theol.

Anno
CHRISTI 1598.

In Principum atque Ordinum Silesiæ Comitibus exeunte Aprili, inchoante autem Maio habitis decreti sunt CÆSARI præter subsidium pecuniarium LXX. mill. Talentorum hætenus quotannis exolutum, sumptu Provinciæ in sex aut summum septem Menses tenendi, Equites mille quingenti, ilque in quatuor Vexilla sic distribuendi, ut septimus quisque genere esset nobilis, Pedites autem bis mille in totidem vexilla sive Cohortes, quarum una quæque quingentis bellatoribus constet, dispertinendi. Equitum Ductor creatus, REIBNICIO extincto, Melchior ROTWITZIUS: Reibnicii Legatus: Peditum vero Godofredus RIBISCHIUS: cui adjunctus Baro quidam Parchwicensis.

Comitia Silesiæ:

Copie contra Turcas collectæ:

Adolphus Baro Schwartzbergius, Germanicis Copiis, uti Palisyus Hungaricis Præfectus, Vir consilio juxta manuque promptus, Jaurinum sive Raab, fortissimum Orbis Christiani Propugnaculum, per insigne Stratagema Petardæ Portis admoræ recuperavit: eoque facto utilissimam & salutarem CÆSARI universæque rei Christianæ præstitit operam. Quo nomine ob id in Silesia quoque DEO T. OPT. MAXIMO publice actæ sunt gratiæ: ac hymni in Servatoris Laudem magna hominum lætitia decantati.

Jaurinum recuperat Adolphus L. B. a Schwartzberg:

Transylvaniam CÆSAR RUDOLPHUS II. occupat:

At vero Sigismundus Bathorius: Transylvaniæ Princeps: qui XII. Kal. Martii a REGE HISPANO velleris Aurei Torque & adamante immensi Pretii in Pyramidis modum

Transylvanus
vero ex Leg.
Conventioni-
Oppolien-
Ratibor-
Silesia Ducat-
tus:

caso donatus fuerat, mutato Vitæ instituto, Coniugeque AUSTRIACA dimissa, five tranqu-
quidioris Vitæ Studio, five aliis de rationibus adductus, paterno Imperio sese abdi-
cit, omnesque Diriones suas IMPERATORI RUDOLPHO tradit. Contra Oppoli-
ensem & Ratiboriensem Ducatus Silesiacos, in Satisfactionem a CÆSARE accipit, ad-
dita annua L. mill. Thalerorum pensione. Wratislaviam is venit ipsis Eidibus Junii
haut magno Comitatu, & neglecto Hospitio, quod erat ei in Urbe destinatum, in
Aulam Episcopalem trans Viadrum divertit: ibique & aliis locis qua ierat honorifice
acceptus, XIII. Kal. Quinctil. Oppolium pervenit. Ibi tum præsto fuerunt a CÆ-
SARE Legati, qui subditos Juramento relaxarent & in Verba Transylvani adigerent.
Verum vix duos in Silesia menses commoratus, quod Ei præsentia non satis placerent,
sibi in hac permutatione non quiescendum videretur, ob has nimirum Provincias
dominatu suo Transylvanico magno intervallo inferiores, ut Errorem corrigeret, pri-
die Kalend. Septembr. adsumptis duobus tantum Itineris Comitibus, mutato habitu,
quam occultissime celerrimeque per Poloniam ac Czepusium Transylvaniam repetiit,
subditisque de novo in fidem receptis, pro Domino ut ante se gessit, quæ res novo-
rum motuum Turbarumque causa extitit.

Varadinum
Turcæ frustra
obsident:

Hæc inter Totisa Palotta & plura minorum Gentium loca a Cæsareanis recepta,
exeunte autem Septembri ab Omare Bassa: Vezire Turcico: qui C. millibus Pugnat-
rum instructus erat; Varadinum magnum, validum in finibus superioris Hungariæ
Propugnaculum ac Sede Episcopali aliisque Titulis celeberrimum, arctissima Obsidio-
ne cingi coeptum. Verum cum totis XXXVI. diebus viros tormentis Æneis quatien-
do, munitiones & propugnacula per cuniculos rumpendo, aquam divertendo, ex-
trema omnia barbari tentassent, & continuas impressionibus acerrime quidem sed
frustra oppugnassent: tandem summa DEI Benignitate ac Melchioris REDERI Baronis
Silesii heroica Virtute, intrepida animi Magnitudine, germana & indefessa Cura ac
Defensione Ejusdemque Præfidiariorum Silesiorum & præsentium Hungarorum mascu-
la fortitudine & armis adeo fracti & debilitati, omnesque illorum Conatus ita re-
fusi fuerunt: ut actum se agere videntes, vasis collectis III. Non. Novembr. Obsidionem
solverint. Memorabilis hæc est inter paucas Obsidio: in qua hostium XIII. millia, e
nostris mille & trecenti variis Casibus absumpti dicuntur: REDERO quidem toto Ob-
sidionis Tempore, cum æterna Nominis sui Laude, summaque cura peritiaque omnia
administrante.

Aquarum in Si-
lesia Inunda-
tiones:

Cum duraret etiamnum Obsidio Adolphus Schwartzbergius allubescente nupe-
ro Successu Budæ oppugnationem aggressus est, sed irritum molimine nec eo quo spe-
rabatur eventu: tum quod Cælo minus favente imbre continuo October madebat, quo
omnis opera Obsidionis, & machinarum Usus impediabatur: tum quia subsidia undi-
quaque ad urbem confluebant.

Silesia Aquarum Inundatione mirifice hoc anno fuit infestata: Nam imbribus con-
tinuis Amnes præcipue autem Viader, ita creverunt, ut vasto Impetu obvia quæque
prosterntes, agros cum primis pene omnes obruerint, & Segetes corruerint. Qui-
bus sævæ quoque grandinis Procellæ multis in locis infestæ admodum fuerunt. Secuta
Annonæ raritas five Caritas tanta, ut similem vix Silesia nostra noverit, qua & periere
multi, & non pauci adacti, ut in Usus Ciborum quærerent verterentque foedorum
animalium Cadavera.

Christophor.
Gerstmann ad-
ministrat Ep-
iscopatus
Wratislav.
moritur:

Christophorus Gerstmannus: Ecclesiæ Cathedralis Wratislaviensis Custos, S. Cru-
cis Scholasticus: ambarumque earum nec non Glogoviæ Majoris Canonicus, Epi-
scopatus tunc Wratislaviensis Administrator ipsa Vigilia Paschatos mane circa horam
9. religiose Vitam finit. Memoriam Ejus conservat Sacellum in æde D. JOHANNIS:
quod vetustate consumptum, sumptibus ipse propriis instauravit, exornavit & dota-
vit: Gerstmannianum inde appellatum. Ob haut exigua in Ecclesiam suam Merita
monumentum ipsi in Æde eadem procurarunt Johannes SITSCH: Præpositus: Ju-
lius Landus: Archi-Diaconus: & Balthasar Neander: Canonicus: Executores.

Eodem hoc anno Vitam cum morte commutarunt:

Leonhardus
Krenzheim
moritur:

Leonhardus Krenzheim ab Iphosen: Nobilis Francus: Theologus & Chrono-
logus Celeberrimus, qui cum Magni illius Melanchthonis judicio Animum ad Verbi
Divini Ministerium applicasset, illique per annos XLV. bona fide, dextè te summa
vigilasset, exantlatis laboribus multis, difficultatibus gravissimis, ac relictis post se In-
genii Monumentis Fraustadii pridie Eid. Decembr. obiit, postquam vixerat annos LXII.
e quibus XL. Urbis & Ducatus Lignicensis Ecclesiarum tum ministerio tum guberna-
tione salubriter impendit:

Joachi-

Joachimus Spechtius: J. V. D. Illustriss. Principis Joachimi Friderici Ducis Lign. item Joachimus ac Brig. Confiliarius, ab Eruditione, Pietate, Eloquentia, Humanitate & rerum usu bonis Specht: omnibus commendatissimus, Lignicii IX. Kal. Martii:

Petrus Calaminus: Silesius: Theologiæ Doctor ac primum in Leucora, exin in Petrus Calami- Heidelbergensi Academia Professor Publicus, VII. Kal. Dec. anno Ætatis XLII. nus Theol. D.

Laurentius Circlerus: Illustrium Scholarum, Goldbergensis in natali oppido & Bri- Laurent. Cir- genfis Rector, plurimumque Illustris Nominis Discipulorum ac præsertim Baronum in Boje- clerus: Rector Gymnasii Bre- mia & Moravia Doctor & Ductor post multorum annorum varias peregrinationes Spiræ genfis: Nemerum V. Kal. Augusti defunctus.

Jacobus Blumelius: Jauranus: Phil. & J. V. D. Acad. Lipsiensis P. P. Collegii B. Jacobus Blü- M. V. Collegiatus nec non supremæ Curiae Saxoniae Electoralis Advocatus: mel: J. V. D.

Caspar Fridmannus: Glogoviensis: Scholæ Magdaleneæ apud Wratislavienses Re- Caspar Frid- ctor solertissimus VI. Kal. Sept. anno Ætatis LX. man: Gymnasii Wrat. Magda- lenæ Rector & Huldricus, Schober: Gy- mnasii Thora- niensis Pro-Re- ctor:

Huldericus denique Schoberus: Lubenensis: Vir utriusque & Græcæ & Latinæ & Huldricus, Schober: Gy- Linguæ cognitione instructissimus & dicendi facultate in soluta & ligata oratione Arti- mnasii Thora- fex peritissimus, Gymnasii Thoruniensis Pro-Rector, IV. Non. Decembr. niensis Pro-Re- ctor:

Anno

CHRISTI 1589.

Bello Turcico continuando eadem quæ superioribus Annis Auxilia CÆSARIA Si- Belli Turcici lefius promissa, Equites puta mille quingenti & bis mille Pedites: sed hæcenus, ne con- Continuatio: tra alios quam Christiani Nominis Hostes militare cogentur.

In Hungaria nihil hoc anno singularius contigit, præter Excursiones fortuna va-
riante cum Turcis & Tartaris a Præsidio Strigoniensi & Canissiensis commissas. Ten-
tavit quidem Schwartzenbergius semel & iterum Budam occupare, sed nullo operæ
Pretio: nisi quod Bassa Budensis, dum ultra unum milliare incautius ab Urbe prodiit
captus & Viennam missus fuit. Transylvania varias experta est vices: postquam nimi-
rum ad Sigismundum e Provincia ejiciendum Imperator fortiores Exercitus sui Legio-
nes, quibus præerat Georgius Bassa convertit. Is vero tot mutationibus turbatus, ab-
dicatum a se Principatum in Patruelem Andream Bathorium, Cardinalem, paucis pos-
sessionibus sibi ad alimenta reservatis, transfert. Qui cum ab ordinibus ultro rece-
ptus arma armis non sine successu opponeret, a Germanico Malaspina, Nuncio Apo-
stolico Spe conciliandæ Pacis, ut arma deponeret, persuasus, sed paulo post a Michaë-
le Palatino Walachia oppressus, prælio vincitur, & Capite truncatur. Ac ipse vero
Perfidia suæ Præmium non aliud recepit, quam ut a Bassa & ipse Transylvania, cujus
administratio ipsi promissa ejiceretur, ac ipsam quoque Walachiam amitteret, miserabi-
liter tandem interemptus.

Paulus Albertus Suevus in locum Bonaventuræ Galli repudiati, Pont. Romano tan- Paulus Albert. dem adficiente, nominatur a CÆSARE & collegio Canonorum Wratista- Svevus aligitur viensium offertur. Cujus Electioni Principes Silesiæ JOACHIMUS FRIDRICUS: EPISC. W^o A- Lignicii & CAROLUS Monstbergæ Duces: nomine CÆSARIS adesse jussi se TISLAVIEN- excusarunt, nec expectata Electione discesserunt: cum Electionem Juribus ac Pri- SIS: vilegiis Provinciæ adversantem suo suffragio non adjuvarent. Quæ tamen Illustr. Prin- cipum adversatio prohibere non potuit, quo minus Paulus ab Imp. nominatus III. Non. Maji eligeretur, quin ipsi quoque paulo post Principes cæterique Ordines omni gratula- tionis & obsequii honore novum EPISCOPUM sunt prosecuti.

Laurentius Scholtzius a Rosenaw: Doctor: magni Nominis & Eruditionis in- Laur. Scholtz a ter suos Medicus, cujus Diligentia multa Johannis Cratonis, quæ Vir ad publicam Rosenaw Med. Utilitatem natus inedita reliquerat, aliorumque præstantissimorum Medicorum Scri- D. mortui: pta post mortem auctorum ab ipso publicata debemus, ne quid de Horto di- cam, quem intra Patriæ suæ Wratislaviæ Moenia rei medicamentariæ quasi Semi- narium quoddam non sine magnis & laboribus & impensis excolendum suscepit, ac inquilinis exoticisque plantis exornavit immaturo obitu quippe cum XLVII. Ætatis an- num ageret, fatis concessit XI. Kalend. Maji.

Anno

CHRISTI 1600.

Comitia Silesia:

Habitis VVratislaviae mense Februario Comitibus CÆSAR auxilia solita ad Bel-
lum Turcicum obtinuit. Cujus Commissarii a Principibus & Ordinibus Silesiae inter
alia specialiter rogati fuerunt, quo S. C. M. persuaderent, ne in posterum in eligen-
do Episcopo quid contrarium Legibus Patriae permitteretur, sed potius Regio Diplo-
mate provideretur, Pauli Electionem Juribus patriis fraudi non futuram. Antequam
vero hoc ad Commissarios deferrent, ne secretis pulationibus traduci se existima-
ret, Episcopo significarunt: sed qui paucis interjectis Mensibus inter magnarum re-
rum Molimina repentina morte oppressus prid. Non. Maji fati sui Legem imple-
vit. Postquam conditus de more Capituli Suffragiis Canonicorum ad Insulas de-
lectus est JOHANNES SITSCHIUS: Praepositus: nobilis Silesius: XV. Ka-
lend. Sextileis.

PAULUS: E-
PISC. WRAT.
moritur:
succedit JO-
HANNES a
SITSCH.

Successus Belli
cum Turcis ge-
sti:

CHRISTIANORUM res hoc anno in Hungaria non fuerunt loco optimo. Cum
Stipendia militibus solvi non possent, multi ex iis praesertim Wallones secessionem fa-
ciunt, eousque etiam progressi, ut Pappam munitissimum Propugnaculum Turcis tra-
dere, siquidem Stipendia sibi ab Imperatore debita numerarentur, & in Utilitatem adeo
Turcicam describi constituerent: Fama rei dedita ad opprimendos eos Adolphus
Schwartzenbergius, Cætareanarum Copiarum Praefectus octo millia militum magnis line-
ribus illuc rapit & intercluso circumquaque aditu arcem illam graviter obsidet, machi-
nisque verberat, sed dum propter obsessorum crebras excursiones laborantibus suis
succurrere satagit, plumbea glande in Capite percussus occumbit. Nihilominus expu-
gnationem continuavit REDERUS qui vice Schwartzbergici occisi & Jaurinum
ad Sepulturam deducti Munus Praefecti Militaris obibat, Cumque obsessi ad extre-
mam annonae Penuriam redacti, relicta via per stagnum adjacens aqua demissa eva-
dere tentassent, die 9. Augusti in fuga oppressi, plures acerrime resistentes, una
cum Ante-Signano suo de la Morre in pugna cæsi, qui vivi capi potuerunt, alii pel-
le nudati carnificinam omnem experti sunt, alii palis infixi, alii in rotis anfracti per ar-
tus exspirarunt, nonnulli Uncis tracti, aut lento Igne cremati perierunt, ut perfidia in
exemplum traheretur.

Adolphus L.B.
a Schwartzem-
berg occisus:

Turcarum in
Syrriam Excur-
sio:

Paulo post Ibrahimus Vefir congregato centum millium Exercitu sub finem Au-
gusti movens primo Buborscham petiit: eaque intra paucos dies sui Juris facta in Sty-
riam progressus Canisium oppidum natura & arte munitissimum oppugnatum sibi sum-
sit. Post dies quatuordecim, cum frustra Dux Mercurius, cui in Hungaria secun-
dum profecto totus Exercitus circa eas Partes ab Imp. commissus erat (Georgio
nempe Basta cum selectioribus Copiis in Transylvania hærente) suppetias ferre co-
naretur, deditur. Praefectus Paradisus ignaviae est postulatus, quodque citius tradidisset
locum, quam par fuisset, dextrae abscissione qua pacta deditonis signaverat, postea
truncato Capite poenas luit.

MELCHIOR
L. B. A RHE-
DERN: Vir
incomparabi-
lis moritur:

XII. Kal. Octobr. toties laudatus sed nunquam satis laudandus MELCHIOR
a REDERN: Eques Auratus & L. B. Friedlandiae, Reschenbergae & Seidenber-
gae Toparcha: S. C. M. Consiliarius: & Consilii Bellici Praefes: nec non Generalis
per Hungariam Campi Marefchallus & Jaurini Praefectus ac Serenissimorum AU-
STRIÆ ARCHIDUCUM MATHIÆ & MAXIMILIANI Consiliari-
us: VVratislaviae, Patre Fridrico Camerae Silesiacae Praefide: Matre vero SCHOENAI-
CHIA natus: Vir Illustris ac Generosus, cujus Ingenium Palladem, animum vero Mar-
tem ipsum penitus excoluisse Jure dixeris, quique Insignia Virtutis & Fortitudinis
Militaris in Belgio primum, postea in Bellis Moscoviticis sub STEPHANO Rege Po-
loniae, & Hungaricis sub Imperio & Auspiciis RUDOLPHI II. R. I. documenta edidit,
vel ob unam ad Siseckiam de Turcis reportatam Victoriam, aut ob VVaradinum saltem
fortiter defensum immortalis Memoria dignissimus, Budae Teutonicae, Hungariae op-
pido Moravis contermino, morbo, quem in Castris contraxerat, ingravescente oppres-
sus diem obiit supremum, cum vixisset annos XLV. menses octo: dies XIV. Cadaver
Friedlandum deductum, ibique militatibus adhibitis Ceremoniis cum amplissimo Fune-
re est humatum. Memoriam Herois Uxor CATHERINA: COMES SLICCEN-
SIS: insigni ac pretioso Monumento posteris contestatam esse voluit.

Israël Reichel:
Senator VVrat.
obiit:

Decefferunt & hoc anno VVratislaviae VIII. Kal. Jun. ISRAEL REICHEL: Pa-
tricius ac Senator: Oppaviae VI. Non. Mart. febri ardentissima correptus Gregorius
Krent-

Krentschius: Bilicenfis: Med. D. Eliæ ac Hieremiæ Medicinæ Doctorum Frater: Freistadii denique Georgius Vechnerus: Scholæ Saganensis Rector.

item Gregorius
Krentsch. h. Med.
D. & Georg.
Vechner Re-
ctor Saganen-
sis:

Anno

CHRISTI 1601.

Principes atque Ordines Silesiæ mense Martio bis mille Equites in Transylvaniam committunt: quorum Ductor ADAMUS DUX TESCHINENSIS: in obtinenda illa insigni victoria qua & Sigismundus Bathorinus, postquam nimirum ille Principatum suum recuperaverat, profligatus & aliquot millia militum Ejus cæsa & machinæ æneæ quæ grandiores erant viginti, Cæsareanis cesserunt, & loca pleraque amissa ad obsequium Imperatoris facile redierunt, fidelem huic operam abunde satis probavit.

Victoria
CHRISTIA-
NORUM in
Transylvania:

Alba Regalis, Urbs veterum Hungariæ Regum Domicilio ac Sepulcris olim nobilis, ductu atque Auspiciis Philippi Emanuelis a Lotharingia, Mercurii Ducis, Viri bellicosissimi, qui cum præcipue Ductores Bellici Roswurmus: Sigfridus Kolo- nitschius: Staremburgius: Althemius ibant, Septembri mense, paucorum Dierum ob- sidione, nostris est restituta, posteaquam Turcæ quinquaginta eam annis firmissimo Præsidio tenuissent.

Albam Rega-
lem GESA-
REANI recu-
perant:

FERDINANDUS: ARCHIDUX AUSTRIÆ: auxiliis impetratis non contemnen- dis (XX. quippe millibus militum & amplius exercitum constituisse ajunt) exeunte Au- tumno Canisiam obsidet. Franciscus Aldobrandinus: Clementis VIII. Nepos: Copi- is Pontificiis imponitur: Dux Mantuæ ARCHIDUCIS vicarius constituitur: Urbs machinis pulsatur, & deditio imperatur: abnuentibus illis, ut Vis ad ruinam fieret, fossa Ponte sternitur, sed qui brevior & infirmior fuit, quam ut militum insistentium Onera sustineret. Ejus prolapsio nostris cladem intulit, cui privata dissidia accessio- nem quasi Cumulum fecere, Aldobrandino ARCHIDUCIS & Mantuani Imperium detrectante: qui dum in contumacia obdurat, fato concedere cogitur: Eo mortuo hye- me ingravescente ac sæviente indies Cælo, de Consilii Sententia exustis Tabernaculis, machinis & sarcinis amissis, re infecta post magnas Molestias obsidio solvitur.

Canisiam vero
sua obli-
dent:

JOACHIMUS FRIDRICUS Dux Lignicenfis ac Brigenfis, cum Ecclesias suas in- utilibus rixis turbari nollet, sed ad ædificationem potius rudiorum in fide & charitate omnia dirigi, paucis ante mortem mensibus memorabile Edictum publicat: quo prolixè testatur, qualenam a Principio Reformationis in Ecclesiis sonuerit Doctrinæ Genus, exhortans simul & monens omnes Ecclesiarum Scholarumque Doctores gravissime: constantes in recepta Augustanæ Confessionis Doctrina persisterent: veritatem ac Pacem diligenter, ab utra- que ne transversum quidem Unguem sive dextrorsum sive sinistrorsum deflecterent: anilibus rixis & iniquis infectionibus exterarum Ecclesiarum nuncium remitterent: denique ita Muneris sui Partes exsequerentur, ut propria faciant, pure & sinceriter doceant, pie Christianeque vivant, & Spiritus contradictionum quantum lubet mutuo iussigere, inquietari & tranquillari non patiantur. O præclarum vero & memoran- dum Edictum Magistratus pacifici! o studium erga Ecclesias salutare! o Vocem & au- ctoritatem promptissimo Obsequio amplectendam! o exemplum ad omnem deinceps posteritatis memoriam imitandum! Utilitatem hujus Edicti multiplicem recenset Mel- chior Tilesius: Gymnasii Bregensis Rector: Nam primum inquit, doctrinæ receptæ auctoritas stabilitione hac facta tecta conservabitur, quin etiam Veritati e puro DEI verbo rectius agnoscendæ & tutius docendæ Via planior sternetur: 2. Illustrissimus Princeps tam in Aula Imperatoria quam tota Provincia omnem eluet Suspicionem de in- novata aut innovanda Religione: nihil enim sancit, nisi usitatum, nisi paternum, nisi avitum: 3. Mateologis exteris universa Spes de admissu Formulæ Concordiæ præciditur: Hæc enim est illa Helena, ob quam bellum geritur hoc Sacerdotale: 4. Pastoribus nostris qui de Editione Libelli Gesneriani (inscripti Warnung an die Stände in Schlesien) in sinu latentur, potestas exultandi publica excutietur, & maledicis Coaviciatoribus isto Spasmo præceptæ moderationis Os coarctabitur: 5. Interdicto silentio cavebitur il- lis, quos Rabsacus ille Gesnerus aut provocavit aut provocaturus est: Quis enim ex- probrabit illis Silentium, si respondere vetantur? 6. Posteritati denique ita consu- letur, ne mortuo Principe administrator Ducatus obstante hac promulgatione mutare Religionem præsumat.

Elogium JO-
ACHIMI FRI-
DRICI Ducis
Lvgio-Bregen-
sis:

CHRISTO-
PHORUS L.B.
a SCHAFF-
GOTSCH:
DYNASTA
SILESIÆ
TRACHEN-
BERGENSIS
moritur:

succedit JO-
HANNES UL-
RICUS F.

Stanisl. Weis-
kopf Med. D.
moritur:

item Hieron.
Sichoretus:

IV. Eid. Junii CHRISTOPHORUS SCHAFFGOTSCHUS: L.B. in Tra-
chenberg: Dominus in Kinaft: Greiffenstein & Kemnitz: Ducatum Svidnicensis
& Javoriensis Cancellarius: Balthazaris F. Casparis Nepos: Johannes Pro-Nepos:
GOTSCHONIS: Equitis Aurati, Abnepos: Ulrici Burggravii Königsbergensis At-
Nepos; Vir ad Laudem, Gloriam & Virtutem natus: pie ac placide in Thermis
Hirschbergensibus decessit: cum vixisset annis undequingaginta: hebdomadas de-
cem: dies quatuor. Viduam reliquit LEONORAM L.B. PROMNICIAM, præ-
gnantem quæ posthumam peperit cognominem III. Non. Quinteil. sed quæ dies dun-
taxat undeviginti vixit: ex filiis autem duobus GOTTHARDO & * JOHANNE
ULRICO: posteriorem duntaxat superstitem, ut Patris in bonis Kinaft, Greiffenstein
& Kemnitz: sic paulo post agnato quoque ADAMI L.B. hoc ipso anno Kal. Augu-
sti leni Apoplexia extincti, in Dynastia Trachenbergensi Successorem. Sepultus est
Greiffenbergæ in Templo parochiali in novo SCHAFFGOTSCHIORUM Mausoleo.
Stanislaus Weiskopf: Phil. ac Med. D. Episcopi & Civitatis Nissenfis Patriæ suæ
Archiatr: & Physicus Celeberrimus: d. 21. Decembr. fato cessit: aliquot autem an-
te ipsum diebus 8. puta ejusdem mensis, Hieronymus Sighardus: Hirschbergensis:
Lutheri quondam Auditor: qui raro exemplo Scholis & Ecclesiis inserviando con-
sumpsit annos LVIII. Pater: avus & Proavus factus, LXXXV. liberorum, nepotum, ac
pronepotum, cum annum ætatis ageret LXXIX.

Anno

CHRISTI 1602.

Belli cum Tur-
cis gesti Suc-
cessus:

Georgius Basta: Transylvaniam pene omnem ad obsequium CÆSARIS rede-
git: Moysæ etiam Zeculorum Duce iusta acie deleta: Bathorio autem in eas Augusti-
as redacto, ut CÆSARIS fidem secutus legibus acceptis Paci studeret, & duas ab illo
Dynastias Bojemicas Lyfocopitz & Bassenburg utendas fruendas acciperet.

Albam Regalem superiore anno nobili Victoria recuperatum Sardates Purpuratus
celeberrima expeditione obsidet: Capitur Vi Propugnaculum ante Urbem, occupata-
que Insula omni Molimine verberatur Arx, ut Præsidarii necesse habuerint, hosti eam
dedere, non sine sua strage tarditate cumprimis Auxiliorum accusata.

Nostri rursus Budam obsident, insigni fortitudinis documento: Pestum expugnant:
Adoram, munitum quarto ab Buda lapide oppidum, Budensium Horreum Præsidario
diffugiente occupant. Caterum Veziro Basta cum Exercitu Budam accurrente & innu-
meris Tartarorum Copiis adventantibus obsidio solvitur: Pestum autem Præsidio &
operibus munitur.

JOACHIMUS
FRIDRICUS
Dux Lygio-
Bregensis mo-
ritur:

JOACHIMUS FRIDRICUS: Dux Lygio-Bregensis: Archi-Cathedralis Eccle-
siæ Magdeburgensis Præpositus, Ordinum Silesiæ supremus Militiæ Dux, Princeps & pi-
us & pacificus, annum Vitæ agens LII. illa ipsa die cui tantum Honorem veteres ha-
buerint, ut Mundum in ea conditum, CHRISTUM conceptum & passum memorent,
hora septima ferotina. postquam triduum pene totum cum acuta Medicorum Judicio
Pleuritide & periculoso Catarrho luctatus fuisset, placidissime exspiravit, optimeque de
Patria meritam Animam DEO reddidit, relictis ex ANNA MARIA Anhaltina Filiis im-
puberibus: JOHANNE CHRISTIANO & GEORGIO RUDOLPHO, ut ditionum
ita & Virtutum Patriarum hæredibus, quibus Testamento Tutores dati Illustriss. Prin-
ceps CAROLUS Dux Silesiæ Monsterbergensis & Olsnensis: Nobilissimus Wenceslaus
Zedlitzius in Aichholtz: Consiliarius Lygio-Brigenfis & Ducatus Lignicensis Præfectus.
Cadaver defuncti non evisceratum, sed amictu elegante & Vestie damascena indutum
quibuscumque spectare volentibus biduum expositum, postea scædoris arcendi causa li-
gneæ & stanneæ Sandapilæ immissum, ac Vigilibus lectis ex Equestri: Senatorio & Tri-
butario Ordine custoditum: ipsis Eid. Maji Bregæ in utraque & Parochiali & Cathedra-
li æde Exequiis solemnibus in Cryptam illatum est, Reliquiis Illustribus denatam. Inscriptio
Tumuli continens vitæ Curriculum hujusmodi est:

Ejus Vitæ Cur-
riculum:

Conduntur hac Sandapila Exuvie Reverendissimi ac Illustrissimi Principis JO-
ACHIMI FRIDERICI: Georgii II. Ducis Lygio-Bregensis & Barbaræ Marchionis-
sæ Brandenburgicæ Filii: nati Bregæ anno M. D. L. die Septembr. 29. Qui cum a
Puero in Spem Patriæ non falsam educatus esset, uberioris Culturæ studio in Aulam
se contulit Avunculi sui JOHANNIS GEORGII: Elect. Brandenb. ubi sep-
tennium versatus ita emicuit, ut postea Coronationibus tam Henrici Poloniæ
quam RUDOLPHI ROMANORUM REGIS ibi quidem Legatus Electoris
nomine

nomine, huic vero Comes Electoris adhiberetur, pari Gratia & Autoritate, qua Præpositura Magdeburgensis Dignitatem honorificis consecutus suffragiis ab anno LXXXV. ad obitum usque contra potentes Æmulos rite obtinuit. Cum ANNA MARIA: Principe Anhaltina: Joachimi Ernesti Filia Maritus concors, sex susceptis liberis, annos exegit prope XXV. Post decessum Patris laudatissimi Ducatum Bregensem cum fratre JOHANNÉ GEORGIO sexennium: fratre sublato decennium: solus alterum Lignicensem, quia morte Patruelis sui FRIDRICI IV. obtigit ipsi perturbator, sexennium rexit, & in Statum tranquilliorē redegit: adjectis Territorio suo oppidis metallicis duobus Reichsteinensi & Silberbergensi & monetæ cudendæ Regalibus in pristinum Vigorem revocatis: Gubernatione tota sic defunctus ut in Eo nec Amorem orthodoxæ Pietatis Religio, nec Curam pacata Tranquillitatis Respublica, nec fidem Patriæ Commodis devotam ipse Sacratissimus Imperator in Suppetiis ad Bellum hoc decennale Turcicum conferendis & ordines Silesiæ, quorum factus fuit Militiæ Dux, in conatu pro virili præstito uspiam desiderarint. Hoc uno deplorandus nomine quod annum Vitæ agens LII. in ipso spectatæ Gubernationis Flore, magis diffoni suæ exornandæ, & muniendæ, quam Valetudini curandæ affixus, præter Opinionem omnium, contraque totius Patriæ Desiderium Catarrho suffocativo, quali & Pater propere eheu! pie tamen placideque extinctus, impuberes adhuc reliquerit hæredes, cætera fortunatus & tam Re quam Nomine pacificus Princeps qui Bregæ obiit Anno M. D. C. II. XXV. Martii: hora VII. serotina: eo die funeratus quo Pater est ante annos XVI. pie defunctus.

Symbolum Illustre:

V. D. M. I. Æ.

Et manet æternum DOMINI immutabile Verbum

Et Verbo quisquis credidit, ille manet,

Hinc mihi certa Saus: Certa caret ille Salute

Qui Verbo dubitat credere, CHRISTE, Tuo.

Encomiastes nactus est duos: Melchiores Tilefos & Laubanum, illum Gymnasii Rectorem Brigenfis, hunc Goldbergensis tunc ProRectorem: quorum Orationes parentales Typis publicis excusæ.

Joachimum Fridricum Principem paucis diebus præcessit JOACHIMUS A BER-
GE: in Herrndorff & Claden, genere, doctrina, sapientia & Virtute Vir Nobilissimus, JOACH: a BERGE: in Herrndorff & Claden moritur:
Divis Imp. Augustis FERDINANDO I. MAXIMILIANO II. & RUDOLPHO II. a Consiliis secretioribus Imperialibus, qui cum fidam illis in maximis Rebus operam navavit, ac de Glogoviz quoque Ducatu præclare meritis fuisset, Vitæ & Molestiarum Vitæ satur, ad Eum migravit Cui servierat, subinde illud ante mortem repetens: Expecto Resolutionem meam: cui continuo subjecit: o desiderio Tempora longa meo! Cujus vel ob hoc factum nominis memoriam non abdicabit Silesiaca aut quævis Posteritas, quod non modo dum in vivis adhuc esset, suis stipendiis, maximis Impensis, adolescentes quosdam, & hoc sane magno numero, qui Indolem aliquam præ se ferre & Ingenio valere sibi videbantur, quorumque Industriam Patriæ, Ecclesiæ, Scholis, Foro & Curiz profuturam successu Temporis sperabat, quotannis aluit atque illos diversas in Scholas & Academias tanquam ad mercatum bonarum Artium misit, sed & in perpetuum hoc Beneficio Patriæ Ecclesias, Scholas, Civitates frui voluerit: hujusce rei causâ magna Pecuniæ Summa Testamento constituta. Cujus Christianæ Munificentiz Magnitudinem ut gratis reflantur animis eximia præstantissimorum hodieque viventium Ingenia, in biennio ante Mortem magnus ille Vates Paulus Melissus, insigni Alcaico celebravit, quod alibi repræsentavimus. Concionibus funebribus τὸν μακαρίτην laudarunt Martinus Fusselius ac Petrus Titus: Theologi Clarissimi & exstat præterea de Vita & laudibus Ejus Commentarius CHRISTOPHORI GEORGII DE BERGE: agnati Hæredis in Herrendorff & Claden: Freiwaldæ: Buræ & Leipz hæreditarii.

Neque Silentio heic prætereundi, quibus hic ipse annus fatalis fuit atque emortualis:

GEORGIUS a DYHRN: in Deutschkeffel & Ober - ac Nider-Hertzogswaldavv: GEORGIUS a DYHRN moritur:
S. C. M. per Ducatus Glogoviensem ac Sagenensem Quæstor: Regique quod est Glogoviz Judicii assessor inter primos: Vir non solum Majorum Gloria magnus: sed propria quoque Virtute, Eruditione, Prudentia, facundia, Pietatis ac Religionis orthodoxæ studio ac Dignitate Celeberrimus: Fatis defunctus XIX. Kal. Septembr.

BALTHASAR HEUGEL A POLOCKOWITZ: in Schrickwitz: & Sagschütz: Majorum Gente nobilis: cum annum ætatis LXXVI. cælebs ac pie superasset, moriens VIII. Kal. Septembr. prædia hæreditaria familiæ in sui memoriam reliquit.

NICOLAUS REUSNERUS: Leorinus Silesius: Comes Palatinus Cæsareus: item BALTHASAR HEUGEL a Polockowitz. Nicol. Reusnerus: Jctus:

Consiliarius Saxonicus: Antecessor & Senior in Illustri Salana: ejusdemque Dicafterii & Judicii Provincialis Assessor, qui plurimis in omni Doctrina Genere Lucubrationibus tum Philosophicis quam Juridicis imo & Historicis ac Poëticis, domi ac foris notissimus, Academiae secundum Rector Magnificus apoplexia oppressus vivere desit prid. Eid. April. cum vixisset annos LVII. menses II. dies X. funeratus honorifice in Templo Collegiali, ubi & Epitaphium Ejus conspicitur ad Parietem affixum, quod sibi & Conjugi suæ Magdalena Weihomaieræ vivens posuit.

Georg. Thilo:
Consil. Lign.

GEORGIUS THILO: Consiliarius Lignicensis: cujus præter Virtutes alias vel maxime Sobrietas & Integritas aulica laudata fuit, paroxysmo apoplectico extinctus VIII. Eid. Febr. anno Ætatis L.

& Joh. Ferina-
rius: Prof.
Marpurgensis:

Johannes denique Ferinarius: Novosorensis Silesius: Vir excellentissimus & pi-
tissimus, Historiarum in Academia Marpurgenſi Professor Ordinarius: ac Pædagogiarcho-
fidelissimus: defunctus ibidem prid. Kal. Decembr. anno, ætatis undeseptuagesimo.

Anno

CHRISTI 1603.

Buda a Cæsa-
reanis frustra
oblecta:

Tractatus Pacis in Hungaria agitari cœpti: sed qui Successu caruerunt: quod Turcæ nonnisi Strigonio restituto in eam consentire vellent. Inter hæc Tataři ab iis conducti rapinis & Incendiis eam Provinciam longe lateque vastarunt. Cæsareani oppugnationem Budæ denuo tentant: sed ab Ejus Præfidiariis repulsi, ut infecto Negocio recedere cogerentur, ipsi vicissim Turcas ab obsidione Pestensi rejiciunt.

Eundem Eventum sortiti fuere qua nostrorum Canisium, qua Turcarum Strigonium excitato intro per subordinata mancipia Incendio, ac Papam proditione obtinere volentium Conatus: nec quidquam aliud ab alterutra parte gestum, præter leviores excursions & pagorum populationes, quas inter Cæsareani Hatwanum a Turcis derelictum occuparunt.

Moyſes Siculo-
rum Dux in
Transylvania
occisus:

Moyſes Ziclortum sive Siculorum Dux relictis Copiis in Transylvania Wisiburgum, Claudiopolim, ac plura viciniora loca in Potestatem suam redegit: sed qui a Georgio Basta fusus, interque occisos & ipse repertus fuit. Caput a Trunco resectum & Conto sive Hasta infixum Connoſtadienſibus Spectaculum præbuit.

Ducatus Car-
novienſis Ho-
magium Elect.
Brandenb.
præſtat:

GEORGIUS FRIDRICUS: Marchio Brandenburgensis: Borussia: Stettini Pomeranorum, Cassubiorum, Wandalorum & Carnoviarum in Silesia Dux: Burggravius Norimbergensis & Princeps Rugiæ VII. Kal. Maji Onoltzbachii fati concessit improles: prid. Eid. Quinctil. Heilsbrunnæ in Franconia, ubi Illustrem Scholam ὁ μακαρίτης aperuerat, Terræ mandatus. Unde quidem factum: ut Joachimus Fridricus Elector Brandenburgicus justo Titulo possessionem Ducatus Jægerndorffensis apprehenderet, subditis Eum ut legitimum Dominum recognoscentibus & Homagium lubenti Animo præstantibus.

FRIDRICUS a
GELLHORN
moritur:

III. Non. April. decessit Vir Nobilissimus **FRIDRICUS A GELLHORN:** a Royaw: Altengrötgaw: Weigelsdorff & Geraw, sepultura nobili adfectus III. Eid. Maji: Vir pius ac devote religiosus, benignus Ecclesiarum, Scholarum & Pauperum qua Nobilium qua Ignobilium Patruus.

item
SEBASTIA-
NUS a SCHÖ-
NAICH:

Eum secutus V. Eid. Decembr. antiqua Generis Nobilitate, Eruditione, Pietate omni-
que Virtutum Genere Vir præstantissimus **SEBASTIANUS a SCHOENAICH:** & Parchwitz in Aldendorff: **JOH. a SCHOENAICH:** Parchwicii & Milcaviæ Domini: nec non Annæ Bergaviæ F. anno Æt. suæ XLI. pie in CHRISTO obdormivit, sequ. anno VI. Eid. Januar. honorifice funeratus. Memoriam Ejus Threnodiam scripsit.

Jacobus a Mo-
nau: Patric.
V Vratisl.

JACOBUS MONAVIUS: Patricius Wratislav. Consiliarius Lygio-Brigenſis: Vir Ingenii & Judicii præcellentis: Reip. Litterariæ adſertor: Europæ fere totius Oculus: magno bonorum omnium cum luctu denascitur Wratislav. prid. Non. Octobr. cum vixisset annos LVII. unico Filio **FRIDRICO** familiæ hujus postremo relicto.

Melchior Tile-
ſius: Rector
Brigenſis Gy-
mnasii:

MELCHIOR TILESIIUS: Gymnasii Rector Brigenſis meritissimus: atque ob id qua domi qua foris clarissimus obiit Non. April. æt. suæ anno XLIX. Discipulos in officio tenuit non affectata morositate, sed innata quadam Authoritate atque plane singulari & verborum potius penetrantibus auleis quam verberibus vitia serio correxit. Edidit de suo Poëmata varia, quorum pars cum Antonii Tilesii consentiendi Coloribus libello Wittebergæ excusa A. C. cl. lo LXXXIX. Orationes itemque & in his duas parentales in Illustriſſimorum Principum Brigenſium **GEORGII II.** & **JOACHIMI FRIDRICI** Patris & Filii obitum: unde Eruditionem Hominis velut ex Ungue Leonem æſtimare licet.

Andreas Bütt-
ner. Patric.
V Vratisl. &
Andreas Reuß-
ſius: Secret.
Reip. V Vratisl.

Obierunt denique Silesiæ Metropoli: Andreas **BÜTTNERUS** patricia ibi Familia natus: Med. D. Theriacæ Confectione Celebris XIII. Kal. April. anno Ætatis LXXXVI.

Andreas **REUSSIUS:** Reipubl. Wratislav. Secretarius solertissimus: ac præclare admodum de inclyta illa Reipubl. meritis VIII. Kal. Nov. anno Ætatis LXV. officii XXXIV.

Leob-

Leobschuzii quod præcipuum est Ducatus Carnovienfis Opidum, splendidum ac politum, Incendium forte fortuna, in domo quadam existens ita invaluit: ut brevi Temporis Spacio maximam oppidi Partem paucis ædificiis salvis delevit ac deformavit: Eandem Calamitatem Bernstadienfes & Greiffenbergenses hoc quoque ipso anno experti.

Incendia Urbium Silesiæ!

Anno

CHRISTI 1604.

Comitia Principum atque Ordinum Silesiæ bis hoc anno Martio & Augusto Mensibus CÆSARIS Jussu habita, ad quæ ille FERDINANDUM BURGGRAVIUM DOHNENSEM: Senatus Appellationum in Arce Pragenfi Præsidentem: Bohuslaum Joachimum de LOBKOWITZ & Halenstain: in Buntzlavv: Sigismundum CZEDLITZIUM: Camera Silesiæ Præsidentem, adjuncto altera vice Johanne Mertichio: D. Johann. Ordin. Hierosolym. Equite & Commendatore Olsnensi cum mandatis ablegavit: ut inter alia, ad Belli Turcici Continuationem auxilia a Silesiis, quanta rerum status efflagitabat, expeterent. Qui Cæsaris postulata, ut par erat admiserunt: ac primis quidem Comitibus Mille Equites Ductore Melchiore ROTWITZIO: alteris totidem Ductore Illustrissimo Duce Teschinenfi, tum certam pecuniæ summam peditibus cor scriendis aliisque Usibus decreverunt.

Comitia Silesiæ & quædam acta

Pestum, commodissimus Locus, ex adverso Budæ redit in Turcarum Potestatem, nova timiditate adactis nostris, ut quamvis valido Præsidio muniti decederent: Ja reuterus enim veritus, ne improvise obrueretur ab Exercitu Hostili, egressus cum Peditum signis quinque, sex Equitum, Castrum Turcis denudatum reliquit. Inde Strigonium Turcæ sed frustra oppugnant: Hatwanum autem pariter a nostris desertum, imposito Præsidio muniunt.

Pestum occupant Turcæ!

In Exercitu Cæsareano Seditio & Petulantia hinc inde, multo maxime autem certamina Religionis nomine multa turbant plurima impediunt. Neque enim in Transylvania duntaxat novi a Stephano Botscajo de Kismaria: primariæ Nobilitatis Viro, motus excitati, sed & Hungarorum fides erga CÆSAREM exinde nutare cœpit.

Turbæ in Transylvania exortæ!

Iverat Botscajus ipse in Aulam CÆSARIS, si levamen aliquid Hungariæ malis inveniretur: Ejus Consiliis prævertendis Belgiosæ, quæ in propinquo erant Præsidia evocavit, & cum Exercitu instructo non procul ab Adoria Botscajo occurrit. Cumque ad Pugnam sine mora ventum esset, initio statim Hungarorum pedites nefaria Proditione Germanos ac Silesios, quos inter tot Nobiles & fortissimi Viri, circumstant, ac quamvis diu se fortiter defenderint, sed sime sternunt & obtruncant, paucis fuga cum primisque ex Signis Equitum Silesiorum, quos ROTHWITZIUS ducebat, non nisi quadraginta Equitibus, elapsis.

Botscajus hac velitatione defunctus, mox iusto Exercitu ex Hungaris, Ciculis, Tartaris, Turcis confecto Belgiosam in eas conjecit Angustias: ut in Arcem quandam confugiens, ibique obsessus, ægre Haiduicorum manus evasurus fuerit, nisi Basta cum Exercitu ad obsidendam Cassoviam adventante, Botscajus interim a suis Transylvaniæ Princeps renunciatus, Urbi timens suas eo Copias traduxisset. Cum enim Belgiosæ constitutus, uti putabat, rebus & reformata tam Religione quam Republ. Cassovia excessisset, magna Præsidii Parte contra Botscajum secumeducta, Coniuge tamen & liberis in Urbe relictis: cives, audito Haiduicorum successu, ejectis qui ad suas partes transire nollent, oppidum ipsi in suam Potestatem acceperunt. Basta, obsidionem Urbis, uti dictum, molitus, cum militem non solutis st pendiiis parum dicto haberet audientem, re infecta discessit. Quo digresso Haiducci omnia longe lateque populati, quamplurimas Civitates, oppida, Castraque occuparunt, a Basta & Cæsareanis non semel accepta, aliquando etiam repensâ clade.

Stephanus Botskay de Kismar Transylvaniæ Princeps dictus!

Mense Octobri Stella nova prodigiosa conspectu fuit post Solis Occasum in dodecatemorio Sagittarii: cui acclamavit Johannes Weidner: M. D. Senior: Sprottaviensium Poliater Carmine Heroico ad Carolum: L. B. a KITTLITZ: in Malnitz & Euserberg: Hæreditarium in Spremberg: Ducatus Saganensis Præfectum.

Novum Sydui

Fatis hoc anno concesserunt: in Silesiæ quidem Metropoli: Nicolaus Prausius: SS. Theol. D. Ecclesiæ Cathedralis Canonicus & Scholasticus Glogov. VIII. Kal. Septembr. Martinus Krumbkrügerius: JCtus prænobilis: Consiliarius Cæsareus: & Fisci Silesiæ Procurator: IV. Eid. Decembr.

In mortuorum Censum veniunt: N. & Prausius: action.

Petrus Sprembergerus: dictæ Reip. Patriæ Syndicus: VII. Eid. Junii: anno Ætatis XLVII. officii XIV.

Mart. Krumbkruger. JCtus: Petrus Spremberger: Synd.

Sebald, Geb-
hard: Secret.
Wrat.

Joh. Monta-
nus: Med.
celeberr.

&
Joh. Kindler-
Theol.

Sebaldus denique Gebhardus: Namslaviensis: Nobiliss. Senatui Wratisl. a Secretis: Ejusdemque Ducatus Notarius Provincialis, Vir Eruditus, industrius, ac si quis alius Mufices amantissimus X. Kal. Febr.

Extra Wratislaviam obierunt: Johannes Montanus: Philosophus ac Medicus eximius, cumprimisque artis Chymicæ peritissimus, Terræ Sigillatæ Strigenfis Inventor III. Non. Junii: anno Ætatis supra LXIII. nec non Johannes Kindlerus: Leob. Theologus pacificus & Orthodoxus: Linguarum cognitione insignis: Javoranæ Ecclesiæ Pastor: IX. Kal. Novembr. Ætatis vero LXXV. postquam Scholarum Hallensis: Leobergenfis ac Brandenburgensis: Ecclesiarum autem Fischbachienfis & Jauraviensis Ministerio annos impendisset unde quinquaginta.

Anno

CHRISTI 1605.

Successus
BOTSKAJI
in Hungaria:

Partibus CÆSARIS in deterius declinantibus Botscajus magnos in Hungaria facit Progressus, publiceque editis Scriptis, ac missis Legationibus apud externos Principes ac Republ. speciosis excusationibus factum suum, quasi nihil aliud quæreret, quam Religionis, Libertatis Patriæ & Privilegiorum Conservationem purgare, & omnem, quæ ipsi tanquam rebelli intentabatur Ignominiam a se depellere satagit: allegans inter alia, jam olim ab Andrea Hungariæ Rege, anno puta τῆς χριστογονείας supra mille ducentos secundo ac vigesimo cautum ac sancitum esse, ut si quis Regi Ejusve Posteris contra Privilegia aliquid tentantibus resisteret, id ipsi fraudi & infamiæ non cessurum. Quamvis autem nihilominus Pragæ publica Præconis voce rebellis, infamis ac nefarius Proditor fuerit proclamatus, ipse tamen non in litteris tantum, sed monetæ quoque a se percussæ Inscriptionibus: Hungariæ Transylvaniæque Principem & Comitem Siculorum se indigitavit: post Cassoviam, Sagmariam, Vileccum, Vesprinum, aliaque oppida & arces passim occupatas Transylvaniam pene totam in suas Partes pertraxit, adeo quidem, ut jam non de hac, sed de Hungaria superiore conservanda Georgio Bactæ laborandum esset. Instituto de Pace Colloquio cum nihil fuisset effectum, Botscajus Sultani Turcici Auxilia sollicitavit, qui non illi modo subsidia pecuniaria submisit, sed Regia Eundem Corona, quæ WLADISLAI olim fuerat, hætenus vero post Budam expugnatam in Turcarum manibus permanferat, donavit: hac ipsa autem intestini Belli occasione in rem quoque suam usus Vacuum, Vicegradum, Novogradum, ac ipsum denique Strigonium, ab Halim Purpurato in suam Potestatem redegit: idque non sine istius honore & gloria, quod quam ante annos decem Mansfeldio Germano dedere vi coactus fuerat, eandem nunc ipse Urbem per Conditiones dedentium se Germanorum feliciter recuperasset.

Turcarum auxi-
liis adjuti &
Corona ab
ipsis donati:

Neque vero Incendium istud uno loco circumscriptum intra Hungariæ fines constitit, sed longius progressum vicinas Provincias corripuit, quas & rebelles ac seditiosi Heiducci & Tartari a Botscajo conducti, cum in Hungaria crudeliter & licentiose multa perpetrassent, & in Catholicos potissimum miserandum in modum sæviissent, per Litteras primum ad Defectionem sollicitarunt. Cum vero minime id eis succederet, in Moraviam Impetu facto, incendiis eam & Cædibus immane quantum defœdaverunt, ultra quatuor mille homines in Servitutem miserrimam abductis. In Austriam quoque ad Viennam usque excurrentes miserabili illam devastatione afflixit, omniaque infesta reddidit.

Quanto autem in Discrimine quantaque in Trepidatione hoc rerum statu perditissimo Silesia, gentibus illis contermina, Injurixque ob id proxima, constituta fuerit, facilius unicuique æstumare licet, quam mihi scribere, sed quæ tamen inter hæc non solum mense Martio CÆSARI auxilia hætenus quotannis præstari solita postulanti bis mille Equites sub Imperio Ducis Teschinenfis: ac mille quingentos Pedites, sed & mense Decembris totidem quæ Equites quæ Pedites decreverit, nec quicquam quæ Patriæ ac Sociorum nihil defensionis conducere videbantur, prætermisit.

Tractatus de
Pace cum Tur-
cis faciendâ:

Eodem Decembri mense Pacis Tractatio cum Turcis juxta & Botscajo inchoata iterum fuit: ad quam & Turcæ, recepto jam Strigonio, cujus restitutionem semper urgebant, visi prouiores, sed non nisi anno demum sequenti conficiendam.

Anna Maria
Duc. Lygio-
Bregenfis
Vidua obiit:

XVIII. Kal. Dec. placide ac beate mortalitatem cum immortalitate commutavit ANNA MARIA Princeps ANHALTINA: JOACHIMI FRIDRICI Ducis in Silesia Lignicensis ac Bregenfis: Archi-Episcopatus Magdeburgensis Præpositi Conjux Illustrissima, sex liberorum atque ex iisdem quatuor superstitem mater: per annos

tres: Menses septem, ac dies undecim Vidua: in Gymnasio quidem Brigenfi pridie Funerationis Illustris, quæ in IV. Eid. Jan. anni sequentis incidit, a Jacobo Schickfusio Rectore: in Aurimontano autem a M. Daniele Vechnero: Eloquentiæ & Poëtices ibidem Professore ipso Exequiarum die publice laudata.

Ipsis Nonis Maji decessit Venerandus Senex: Johannes Hermannus Senior: Philosophiæ ac Medicinæ Doctor: Academiæ olim Wittenbergensis Professor: & Electoris Saxoniæ Augusti, Archiater: hæcenus vero ex quo nimirum ob recusatam Concordiæ Subscriptionem dimissus fuit, Wratislaviensium Poliater, Ducumque Silesiæ Lygio-Brigensium ac Monstherberga-Olsnensium Archiater: postquam cum exquisita artis suæ scientia Pietatis sincera Studium perpetuo conjungens, de multis præclare merendos annos Ætatis supra LXX. septem: menses sex: dies undecim complevit, sequ. Epigrammate a Simone Grunæo cohonestatus:

Sat superum obsequiis, simul officiisque bonorum;

Sat Pietate illis: arte sat hisce datum est.

Et jam parva Quies: Quid enim nisi Præmia restant,

Dixit, & Hermannum mors tulit ad superos:

Salve salve anima o cælo decus addita: Tanti est

Demeruisse Homines, demeruisse DEUM:

Fatalem præterea hunc annum habuerunt.

Julius LANDUS: Comes Placentinus: Ecclesiæ Cathedralis Wratislaviæ Decanus: S. C. R. M. Consiliarius: XVI. Kal. Dec. defunctus, cui Auctoritate Pontificia, quam Juvenis adhuc non sine Canonicorum Seniorum Invidia successor datus Nicolaus Troilus a Lessoth.

Fabianus de REICHENBACH in Petrowitz: Quickendorff: Scharffeneck: Turt-schendorff: S. C. R. M. Consiliarius: Ducatus Monstherb. ac Territorii Francoleinenfis Præfectus IX. Kal. Apr. defunctus: & Successorem nactus Johannem a Mettich: in Schrebsdorff.

Georgius Ashelm in Born: Benckwitz & Oldern: Patricius & Senator Reip. Wratislav. VI. Non. Quincteil. vivis exemptus.

Christophorus denique Rumbaum Javoriensis Med. D. Practicus Wratislav. felicissimus, sed calculi ipse Doloribus diu noctuque tortus ac tandem confectus III. Non. Sextileis.

Anno

CHRISTI 1606.

Menſe Martio Principum & Ordinum Silesiæ habita Comitia in quibus CÆSAR Comitiæ Silesiæ: auxiliares Copias bis mille Equitum ac sexcentorum Peditum obtinuit. Mille Equitum ductor erat Johannes Sneckenhaus: totidem Joannes Braun: Peditum Wilhelmus Blumberg.

At vero in Hungaria ad Interitum omnia spectabant Turcis Tartarisque una cum Haiduccis agros longe lateque populantibus, oppidaque & arces plurimas occupantibus, adeo quidem ut Periculum esset, ne propediem omnes miseræ Hungariæ Reliquiæ in tristem Servitutem præcipitarentur: Pacis Negotium cum Botscajo Ierio agi coeptum, quam Stephanus Illieshaczius magnæ inter Hungaros Auctoritatis modis omnibus promoveri laboravit: sed quæ mense demum Septembri post longas disceptationes nec sine maxima difficultate Viennæ conclusa & confirmata fuit. Cum enim cæteris Pacis Articulis omnibus jam compositis liberum quoque Religionis Exercitium Hungaris permissum esset: ii tamen generale illud Religionis Vocabulum ad Speciem revocantes id egerunt: ut Catholicæ, Lutherianæ & Reformatae, quæ hodie vocantur, Religionum Exercitium liberum esset: nec Pacis finiri Tractatio potuit, donec ipsorum Petitioni satisfactum fuit. Capita Pactorum conventorum, præter Religionis, quum quisque ex tribus illis profiteri vellet, autonomiam, præcipua fuerunt, ut Botscajus ad usque Vitæ Terminum, qui non longe aberat, Titulum & Principatum Transylvaniæ cum Cassovia, Toccajo & aliis quibusdam locis retineret, eam tamen esse Partem Hungariæ recognosceret: Hungaris Electionem Palatini remitteret: ARCHIDUX MATHIAS non administratoris sed Pro-Regis Hungariæ Titulum gereret, & Corona cum Insigniis in Potestate CÆSARIS permaneret: Episcopi & Ecclesiastici illi tantum, qui essent genere Hungari Nobiles, & Possessiones ac fundos Juris Nobilis suos proprios haberent, consiliis publicis adesse, iureque suffragii in illis uti possent, non vero illi qui Episcopatus solos & sola Ecclesiastica bona vel Titulos tenerent: Amnestia denique esset damnorum utrinque illatorum. Miserunt ad hanc Pacificationem Status atque Ordines Bo-

jemæ, Moraviæ, Silesiæ & Lusatia, suos & ipsi Legatos, qui & Sigillis ac subscriptionibus suis Tabulas conventionis confirmarunt, litteris tamen prius Serenissimi ARCHIDUCI MATHIÆ in Eum qui sequitur Tenorem exhibitis:

Ordinum Regni BOHEMIÆ Litteræ ad ARCH. AUSTRIÆ MATHEAM:

Serenissime Archi-Dux Princeps ac Domine Gratosissime: Status & Ordines Inclyti Regni Boemiæ: Marchionatus Moraviæ, Ducatus Silesiæ, nec non Marchionatus Superioris & Inferioris Lusatia Serenitati Vestrae Studia sua & Obsequia promptissima deferunt: Cum S. C. M. DOMINUS NOSTER CLEMENTISSIMUS prædictis Statibus & Ordinibus in Comitibus diversis clementissime significandum juraverit, Serenitatem Vestram ex Plenitudine S. C. M. in id incumbere, ut motus & Tumultus intestini superioribus annis in Hungaria oborti certis Conditionibus sopirentur & componerentur, pariterque conclusum sit, ut Articuli Transactionis instituta non solum a S. C. M. verum etiam a Statibus & Ordinibus Regni Boemiæ, Marchionatus Moraviæ, Ducatus Silesiæ & Marchionatus utriusque Lusatia, majoris fidei gratia confirmarentur, eamque ob causam Legatos suos ad Comitatus quæ d. 24. præteriti Mensis Aprilis Pisonii celebranda erunt, mitterent: prædicti Status & Ordines nobilis hoc negotium conficiendum commiserunt. Nos equidem Clementissimæ Voluntatis S. C. Mtis observantissimi, Statuumque ac Ordinum communibus suffragiis morem gerentes ad præfixum Tempus in loco supra denominato haud dubie comparuissimus, nisi certas ob causas comitia illa dilata, & istud Negotium in hoc usque Tempus & locum fuisset reservatum, jam illud enim in Effectum DEO cooperante deducendum sit, lubentes meritoque huc tempestive accessimus, præstolaturi quid Serenitas Vestra, nobis ad exequendum hoc magni Ponderis Negotium porro sit benignissime demandatura. Quia vero S. V. imo toti mundo satis superque cognitum & perspectum est quanta amicitia & fide vicinitatis necessitudo a multis retro Seculis inclyto Regno Boemiæ huicque conjunctis Provinciis cum Regno Hungariae intercesserit, quamque sæpe Numero, cum in summa necessitate Regnum Hungariae ob immanis & truculentissimi fidei Christianæ hostis Turcæ frequentissimas IncurSIONES & Irruptiones constitutum esset, firmissima Auxilia nulla Obligatione sed sola Christiana Pietate moti, ne instar torrentis alicujus in cæteras orbis Christiani Provincias barbaræ illæ gentes latius sese diffunderent, Status & Ordines Regni Boemiæ conjunctaque membra subministraverint, quibus freti Serenissimi olim Reges Hungariae sese & Regnum suum tutati sint, & sæpe numero præclaras Victorias de Inimicis DEO AUXILIANTE reportarunt. Non libet hic veteres historias attingere, eaque quæ Serenissimorum Principum CAROLI & LUDOVICI Hungariae & JOHANNIS nec non hujus filii CAROLI IV. ROM. IMP. Boemiæ Regum Temporibus acciderint, commemorando fusius persequi, Arbitrantur enim inclyti Regni Boemiæ unitarumque Provinciarum Status & Ordines, nemini ignotum esse posse, cum Sereniss. quondam Princeps ac Dnus WLADISLAUS felicitis memoriæ ad Regni Hungariae Gubernacula accessit, bellisque Turcicis implicaretur & obrueretur, quam strenuam Operam Regni Boemiæ & conjunctarum Provinciarum Ordines missis tempestive Auxiliis in occurrendo Hosti eoque debellando navarint: adeo ut conservati Regni Hungariae juxta DEI MAXIMI opem profecto nonnulla etiam ex Parte inclyto Regno Boemiæ eique conjunctis membris procul dubio adscribenda sit. Quam fortiter vero in Pugna Mohacziana (ubi de summa Capitis & Regni agebatur) nostrates sese gesserint, & potius præclararam in Conspectu Regis LUDOVICI mortem oppetere voluerint, quam ut aliquid avita sua Virtute indignum committerent, non putamus necessum esse pluribus ea exponere, cum id ipsum Regnicolis Hungariae probe constare sciamus. Eandem animi promptitudinem sub DD. ROM. IMPP. FERDINANDO I. & MAXIMILIANO II. HUNGARIÆ BOEMIÆQUE REGG. inclyti Regni Boemiæ & incorporatarum Provinciarum Ordines toti communitati Regni Hungariae declarasse, auxiliaque voluntaria frequentissime ad tutandam Hungariam misisse patet & in promptu est. Quod si hoc magnum ut merito sit judicatur, quod de hoc ultra XIII. Annos continuato bello testis omnium Terrarum & sincera Posteritas judicabit, in quo S. C. R. M. RUDOLPHUS II. DOMINUS NOSTER CLEMENTISSIMUS contra rabiem & indefessas Turcarum Irruptiones nil Virium, nil paternæ defensionis intentatum reliquit, quod saltem ad Hungariae Salutem plurimum momenti collaturum certo æstimabatur. Quid vero inclytum Regnum Boemiæ & unitæ Provinciae hac in fortunæ Vice præstiterint, non calamo comprehendi potest, dum vix ulla heroica, nobilis aut patricia inveniri poterit in his regionibus Familia, quæ non pro Salute Hungariae suos carissimos se amisisse conqueratur. Ne quid hic dicatur de impensis Sumptibus quorum computatio recitata forsân plures auri myriades excederet, quam multorum opinio assequer-

Merita BOHEMORUM in Regnum HUNGARIÆ:

assequeretur. Et an reliquæ Christianorum Suppetiæ hisce præfatis Auxiliis majores, an vero hæ nostratium pares illis merito censendæ sint, communi in affectato Judicio relinquitur. Quæ cum ita se habeant, Regniq[ue] Bojem[i]æ, Marchionatus Moraviæ, Ducatus Silesiæ, Marchionatus utriusque Lusatiæ de Regnicolis Hungariæ tam præclare meriti sint, non possunt Status & Ordines dicti Regni & Provinciarum intermittere, quin in præsentî Statu animorum ægritudinem detegant, & quasi laceßiti resciscere cupiant, quibus de Causis Jura Vicinitatis, pacta & fœdera, olim inter Regem LUDOVICUM Hungariæ Poloniæ & CAROLUM IV. ROM. IMP. & BOJEMIÆ REGEM & JODOCUM Moraviæ Marchionem, atq[ue] ultimò inter MATHIAM HUNGARIÆ & WLADISLAUM BOJEMIÆ REGES sancita & hætenus a nostratibus semper sancte & inviolabiliter culta ab Hungaris proxime elapso anno violata, amicitiaque tam arcta inter vicinas nationes prædictas quodammodo soluta sit. Idque eo magis dolendum, quod nulla Injuria a nostratibus Incolæ Regni Hungariæ adfecti, multo minus provocati, sine omni justa & legitima Causa nulla præcedente belli & Inimicitia apertæ (ut solet apud Christianos Populos fieri) denunciatione Impetum in amplissimum Marchionatum Moraviæ magnis Copiis adjunctis sibi Turcis & Tataris, CRUCIS CHRISTI apertissimis hostibus fecerint, & provinciam illam sicut & Silesiam non solum litteris ut ab Unione SACRATISSIMI NOSTRI REGIS ET REGNI BOJEMIÆ quo cum inseparabiliter conjunctæ & copulatæ sunt abscederent, illisque sese jungerent, persuadere conati sint: cum vero illud non succederet, Moraviaque tum temporis milite quem S. C. Æ. S. M. una cum Regno Bojem[i]æ & reliquis Provinciis in ipsa Hungaria alebat, nudata esset, plane tum inopinato hostiliter aggressi & crudeliter depopulati sint, cædes passim promiscue in illa, nec sexus nec Ætatis habita ratione multis in locis immanissime perpetrarint, magnam hominum numerum abduxerint, magnamque eorundem partem Turcis & Tataris vendiderint, civitatem Stracnicium aliosque vicos, opidula, plurimasque villas vi adorti devastarint, & injecto Igne omnia corruerint, in favillasque redegerint, atq[ue] adeo toti Marchionatui irreparabile damnum intulerint, prout Vestigia tam funestæ Invasionis abunde testantur. Quo tam hostili Incurfu oborto Moravia perterrita quasvis Copias ad resistendum dicto celerius colligere & inclyti Regi Bojem[i]æ, Ducatus Silesiæ & utriusque Lusatiæ suppetias implorare coacta fuit: unde partim ex Regno Bojem[i]æ & contermina Silesia Exercitus magno illorum Sumptu conscriptus & in subsidium missus, partim in eadem provincia & utraque Silesia contra ulterius grassantes Hostes ad Mandatum parati promptique Equites & Pedites non sine grandi Patriæ Dispendio intra fines per aliquot Menses sustentati & nutriti sunt. Sane Status & Ordines Regni Bojem[i]æ & conjunctarum Provinciarum sibi persuasissimum habuere, majorem Gratiâ ab Hungaris, quos in summa & extrema necessitate & periculo inter ferme desperata remedia creberrimo Milite ingentibusque Impensis fidelissime promptissimeque adjuvare, se consecuturos quam insperatus postea Eventus docuit. Justissimam igitur de tam insigni vel potius atroci illata Injuria conquerendi causam nos habere: ecquis inficiabitur? Cum itaque V. S. jam hoc unicum sibi habeat propositum, ut hæc diffidia æquissimis Conditionibus componantur, & omnia in pristinam Integritatem restituantur, nomine Statuum & Ordinum Regni Bohemiæ, Marchionatus Moraviæ, Ducatus Silesiæ, & Marchionatus utriusque Lusatiæ a S. V. nos debita reverentia officiosissime petimus, Eadem V. S. pro sua erga Regnum Bojem[i]æ conjunctasque Provincias propensissima affectione & gratia hujus tam arduæ Causæ Negotium clementi Patrociniò ita suscipiat & moderetur: ne illatorum damnorum æqua compensatio & reformatio tam passis Regionibus aliquatenus abscindatur, sed hæc de re non solum ipsis plenissime satisfiat verum etiam Auctores horum facinorum judicio nobis exhibeantur aut justis Poenis ab ipsis Statibus Hungariæ plectantur, captivi Christiani qui in Servitutem Turcarum & Tatarorum durissimam abducti aut venundati sunt, mediantribus Regnicolis Hungariæ pristina libertati bonisque restituantur, possessiones quoque Johannis Madaczianii & Benedicti Palasti & aliorum in Hungaria sitæ ipsisq[ue] ademptæ una cum fructibus perceptis reddantur, nostratibus omnibus & singulis libera Commercium in Regno Hungariæ concedantur, si qui in eodem Regno nostratibus ære alieno obligati & obstructi fuerunt, illis absque Tergiversatione & mora solutio imponatur, subditis nostris profugis in Hungaria posthac receptacula nulla præbeantur, ibique jam commorantes Dominis ad Requisitionem illorum remittantur, atq[ue] in posterum sine litteris testimonialibus nunquam recipiantur: In controversiis præterea finium quæ a S. C. R. M[aj]est[atis] Resolutione dependent, nemo quicquam propria Auctoritate attentare

BOJEMO.
RUM de illis
us sibi ab
HUNGARIIS
Querela:

aut innovare audeat: sed æquiff. S. C. R. M. Sententiam exspectet, quam etiam Status & Ordines Hungariæ diligentissime procurare debebunt. Et quanquam nos Jure Belli Sagotzium, Branitium, Tschaffium & Hollitium a nostro milite hostibus erepta & præfidiis firmata retinere possemus: ea tamen S. C. Mti tanquam Regi Hungariæ restituere parati sumus. Ne vero in futurum Marchionatui Moraviæ ex iisdem ejusmodi Invasiones metuendæ sint, jure meritoque postulare videmur, ut prædictum Oppidum Sagolczium & reliquorum Castrorum Possessores Regno Bojemix & adjunctis Provinciis Homagio præstito sese religiose obstringant & sancte polliceantur: ut quotiescunque Seditiones in Hungaria oriri intellexerint, vicinum Marchionatum Moraviæ de his certiore reddere eumque commune facere debeant & teneantur. Cæterum cum castrum Vywar (Newheuslin) non solum propriis Regni Bojemix & conjunctarum Provinciarum sumptibus constructum, verum etiam gravissimis Impensis jam tum sanctum tectum conservatum defensumque fecerit, æquissimum esse ducimus, ut posthac illud præfecto ex Regno Bojemix aut eidem conjunctis Provinciis oriundo propugnandum committatur: Tandem vero cum Amplissimi Ordines Regni Hungariæ tam accurate sibi caveant & prospiciant, ut transactionis Diploma a Statibus & Ordinibus Regni Bojemix, Marchion. Moraviæ: Ducat. Silesiæ & Marchion. utriusque Lusatix corroboretur, æquissimum item ab eisdem indicatur postulare, ut in posterum majore Securitate gaudere certique esse possint, nullas sibi deinceps Invasiones, irruptiones, depopulationes, Rapinas, aliasque hostiles aggressiones & in præjudicium Ejusdem Regni Bojemix adjunctarumque provinciarum quascunque machinationes metuendas, expectandasque esse, utque omnes Causæ quod vel levissimæ suspiciones de non observanda, sancte & inviolabiliter pace publica alere possint, plane removeantur: S. Vra pari quoque benignitate curare dignetur, ut a Statibus Hungariæ, Regno Bojemix conjunctisque Provinciis hisce de rebus idonea sufficiens & firmissima Cautio præstetur: In his omnibus & singulis Status & Ordines Regni Bojemix, Marchionatus Moraviæ, Ducatus Silesiæ & Marchionatus superioris & Inferioris Lusatix, pro singulari erga S. Vram observantia Ejusdem Consilium & Auxilium implorant, non dubitantes totum hoc Negotium pro DEI OPTIMI MAXIMI Gloria, S. C. R. M. auctoritate & Dignitate, nec non Regni Bojemix & unitarum provinciarum honore & Salute per S. V. compositum iri: Qua in re S. Vra non tantum immortalis Nominis Gloriam & apud omnes Christianos Populos dignissimam laudem promovebitur, eandemque gratissima celebrabit Posteritas, verum etiam Status & Ordines supradicti sedulo elaborabunt, quemadmodum & nos pro Viribus enitemur, ut promptissima grati animi nostri officia studia & Obsequia erga SERENITATEM VESTRAM promptissime constent, Ejusdem gratiosissimæ Benignitati & favori nos etiam atque etiam commendantes. Viennæ d. 11. Septembr. 1606.

Legati Silesiorum fuere JOACHIMUS MALCZANIUS: L. B. in Militseh: Fridricus a Ratzbar & Przibor: Consiliarius Electoralis Brandenburgicus & Ducatus Carnovienfis Capiraneus: nec non Christophorus Hentscherus: JCrus: inclutæ Wratislaviensium Reip. Syndicus.

Pax inter D.
RUDOL-
PHUM II.
AUG. & Im-
peratorem Tur-
carum sancita:

Sub initium Mensis Novembris Cæsarei, Hungarici & Turcici Legati pacis negotio operam daturi ad destinatum locum sesquimiliaris itinere Comorra distantem convenerunt: ubi cum variæ ab utraque Parte præmissæ fuissent Tractationes, Cæsariani autem pro Agria & Canisia recuperandis magnopere contendissent, nono tandem Novembr. negotium tandem confectum & Induciæ annorum viginti inter CÆSAREM & Mahumetem pactæ sunt, præstito utrimque Juramento Obsidibusque in confirmationem utrinque traditis. Articulos sive Conditiones Pacis Nicol. Isthuanfius sic expressit: Primo ut Achemetes Turcarum Princeps, CÆSAREM PATREM appelleret, ipseque a CÆSARE Filius appelletur: ac in Litteris, quas CÆSARI scribet ac in Legationibus cunctisque actibus, eum nomine CÆSARIS PATRIS saluter. Tatari hoc fœdere comprehendantur, ne liceat illis quicquam detrimenti Principum Christianorum ditionibus ac Provinciis inferre: omnia hujus fœderis Jura, Terra marique utrimque observentur: Excursiones mutuæ interdican- tur, & milites qui furtim larrocinari ausi fuerint, capi, puniri- que a Præfectis debeant, rebus restitutis ut captivis dimissis: Arces & oppida occupare, aut clam vel palam invadere nemini liceat: Quæ vero Botscajo concessa sunt, ea maneant, juxta Vires Viennensis Transactionis: Captivi qui intra coeptum Transactionis Tempus capti sunt, utrimque gratis restituantur: qui vero antea in Servitutem incidissent jamque de redemptione cum Dominis transegissent iis promissum solvant. Si quæ Controversiæ inter milites ambarum Partium subo-

suborirentur, eas Jaurinenſis Civitatis Præfectus cum Budenſi purpurato ac in Illyrico Banus, dirimendi Potestatem habeant. De gravioribus, quas hi decidere non poſſent, rebus, uterque Imperator requiratur: Arces in ſuis veteribus locis quælibet Pars reſtaurandi & ædificandi poteſtatem habeat: de novo autem ædificare nequaquam poſſit. Legatus Caſareus nunc ſtatim deferat Conſtantinopolim, Achmeti Principi Turcarum munus honorarium CC. millium Talerorum juxta promiſſum antea factum, idque hac ſolum vice, nec amplius ullo Tempore. Quando is Legatus Conſtantinopolim ad confirmandam ab Achmete Pacem venerit: indeque quoque Achmetes mittet Pragæ Legatum ſuum ad CÆSAREM cum muneribus majoris quam antea Pretii: nunc vero Murates purpuratus & ſummus Exercitus Præfectus, quem Serdarium vocant, ARCHI-DUCI MATHIÆ per nuncios ſuos munera dabit & accipiet: Cum munus honorarium Byzantium adferetur, poſtea per integrum Triennium a mittendis mutuo Legatis & Muneribus, ceſſabitur: elapſo autem triennio mittet uterque Imperator invicem absque obligationis & nomine vel numero, munera pro ſuo quilibet arbitrio per homines utrinque condignos & condecētes. Et ſub hoc XX. annorum Spatio, ſub fœdere comprehenſi intelligantur cum CÆSARE hæredes quoque Ejus, ac Succeſſores legitimi Ungariæ Reges, itemque Fratres Nepotes & Adſines Ejus, illudque idem ex altera Parte intelligendum. Legatis CÆSARIS Byzantii liberum ſit proponere, petereque quæcunque voluerint: Oppida & Pagi dedititii, qui cum Arcibus recuperatis Jugum Turcicum excuſſere, illi nec in poſterum ad pendendum Tributum cogantur. Ea tamen loca quæ poſt captam Agriam ſemper fuerunt tributaria, maneat in eo Statu: nec tamen Agrienſes Turcæ alios Pagos ac Colonos ad deditiōem compellant: Strigonio quæ ſe antea Villæ ſubdiderunt, nec modo Turcarum Imperium detrectent: Vetitum autem ſit Turcis Villas plures ad Deditiōem cogere aut ad eas egredi, novisque ſubinde Oneribus & exactionibus gravare.

JOACHIMUS FRIDRICUS Elector Brandenburgēſis, Filio ſecundo genito JOHANNI GEORGIO ſub finem anni Ducatum Jägerndorffium cum omnibus Juribus ac pertinentiis ad ſe devolutis ceſſit, qui & poſſeſſionem Ejusdem paulo poſt, nemine contradicente, apprehendit.

Ducatus Caſſanovienſis ad Joh. Georgium March. Brand. Elect. F. ſecundogenitum delatus:

Exeunte anno d. 30. puta Decembris Stephanus Botſcajus Caſſoviæ extremum diem ſuum obiit, Januſſium Cancellarium (quem in Cataji quod veneno ab ipſo potitus eſſet cuſtodixit mancipati ac poſtea ab Haidonibus fruſtillatim diſcerpti locum ſubſtituerat) & univerſam ſuarum Partium Nobilitatem noviffimis Verbis ad Turcici Fœderis Repudium & fidem atque obſequia CÆSARIS cohortatus: ad quem Coronam Hungaricam a Turca Botſcajo reſtitutam Regni Ordines poſtea deportandum curaverunt. In Botſcaji Locum, præterito Valentino Humainiano, ſubſtitutis ab Ordinibus Princeps ac Gubernator Sigismundus Ragorzius.

Stephanus Botſkay Transylv. Pr. moritur: ſuccedit Sigismundus Ragoczy.

Francoſteinam Urbem Sileſiæ haud ignobilem Peſtis graviffima afflixit maleficorum hominum, Veſpillonum maxime & ſandapilariorum, perditorum nebulonum Veneficio non tam excitata, quam propagata: qui Venationibus lethalibus Januas, & earum Anſas ac peſſulos atque alia loca, miſeris hominibus interficiendis illeverunt, ac pulveres venenatos paſſim in Plateis ſparſerunt: ut ex majore ægrotantium ac morientium Copia plura congererent acquirerentque ſibi, & ſic publico malo privatum bonum facientes, ditiffimas domos cum pulvisculo converterent. Cujusmodi Venefici utriusque Sexus comprehenſi complures: e quibus ſeptendecim ſequenti anno graviffimis Suppliciis prout meriti, fuerunt adfecti. Vide Hiftoriam Laquei Venatoris Samuelis Heinnitzii.

Peſtis graviffima Sileſiam vexat:

Wratiſlaviæ Viam univerſæ Carnis hoc anno ingreſſus eſt, præter Abrahamum JENCOWITZIUM: Ducatus & Urbis Wratiſlaviēſis Præfectum, cujus memoriam Sileſia noſtra Togata Lectori exhibet: VII. Eid. Junii Carolus ab HOHBERG & Guttmannsdorff: Vir Nobilitate Generis clarus, ſed Dotibus Animi, multoque rerum Uſu longe præſtantior: eaque Commendatione a RUDOLPHO II. IMP. in Fiſcalem Sileſiæ Senatum ſub Titulo Conſiliarii Caſarei in Camera Sileſiaca cooptatus. Quam ille Provinciam ea cum dextertate & diligentia obiit, ut majori ſemper honore dignus judicaretur. Funeratus eſt Wratiſlaviæ in Æde D. Mariæ Magdalenæ. Conjugem habuit nobiliſſ. Catherinam de Rudelsdorff: ſub initium anni 1605. deſunctam.

Abraham Jencowitz Capit. Wratiſl. moritur: item CAROLUS ab HOHBERG:

Ex Theologorum celebrium Ordine XIV. Kal. Martii deceſſit Johannes Urſinus: Svidniēſis, Pantenovianæ Eccleſiæ totis ſeptendecim annis Paſtor, exinde Eccleſiæ Lubenſis ultra quadriennium Diaconus, Vir divinarum humanarumque litterarum, ac trium linguarum Principum probe peritus, doctrina ſincerus, Vita inculpatus, climacterico Ætatis ſeptimo currente: quem hujusmodi Epigrammate honeſtavit Simon Grunæus:

Joh. Urſinus: Diaconus Lubenſis:

Janus Amor Sophiæ fitus hoc Urfinus in Urna est,
 Idem Amor Eulæbiæ: at non nisi purus Amor:
 Doctorum unde Amor in vita, unde Amor ille Bonorum,
 Unde erat in vita & morte Amor ille DEI.
 Fidus CHRISTI olim Servus: nunc Æthere in ipso
 Præmia confecto digna labore capit.

& Jerem. Gott-
 wald: Pastor
 Frideberg.

Eum secutus XI. Kal. Septembr. Jeremias Gottwaldus: Hirsbergenfis: per annos XXXIII. Fridebergæ ad Quissum Pastor, cum vixisset annos LXXIV. in Conjugio egisset septem ac triginta dimidiumque annos: liberos inde suscepisset sedecim in quibus filii sex, filia decem: nepotes autem ex iis vidisset duodequingenta. In Examine Ordinationis clolo. LXX. Philippus ad ipsum inter alia dixit: Valde bonum cognomen habes, quale nunquam in vita mea audiui: Gottwald: vocaris: posthac δεοτύχιος: Bene Te novi: sedisti enim multoties ad Pedes meos.

Anno CHRISTI 1607.

Comitia Sile-
 siæ:

Reliquiæ belli graviter hoc anno Silesiam afflixerunt: ex quo nimirum Cohortes quædam Cæsarianæ ob non soluta Stipendia turbidæ, Silesiam prætextu transitus ac brevioris Commorationis ingressæ direptionibus, minis, concussionibus omnia late territarunt, ac quicquid miseris Incolis tot jam labentibus annis continuatæ Contributiones reliquerant, penitus absumserunt. Quod indigne ferentes Principes atque Ordines Silesiæ ad Securitatem Provinciæ Armis procurandam, animum adjecerunt, conscriptis eam in rem bis mille Equitibus ac mille sexcentis Peditibus. Enimvero postulaverat AUGUSTISSIMUS CÆSAR in Comitibus Wratislaviæ mense Februario habitis per Commissarios Eosdemque Confiliarios suos Carolum L. B. de Wartenberga: Johannem L. B. a Tsetſchavv & Mettich: minoris Olsnæ Commendatorem: Sigismundum a Czedlitz: Cameræ Silesiæ Præsidem: Georgium Gersdorfium, & Adamum de Lest: Ducatum Suidnicensis ac Javoriensis Præfectum: ut pro exauctorandis Buchainianianis Militibus trecenties nonagies sexies mille Taleri sibi a Silesiis numerarentur: sed qui rei pecuniariæ Angustias & alendi militem juxta ac Pecuniam contribuendi Impossibilitatem causati non nisi centum millia promiserunt. Quibus cum non acquiesceret IMPERATOR, aliis Comitibus in Julium Mensem indictis, Johannem Georgium Baronem de Schwanenberg: Supremum Judicem Provinciale Regni Bojemæ: Johannem Mettichium: Sigismundum Czedlitzium & Nicolaum a Burghaus ad ea cum mandatis ablegavit, quorum Exhortationibus eo se Principes atque Ordines Silesiæ perducere passi sunt: ut trecenta Talerorum millia promitterent, sed his maxime Conditionibus, ut in eam summam priores illi centies mille Talerorum, vel minus septuagies mille, conservandis superioris Hungariæ Propugnaculis destinati, imputarentur: ut miles extraneus, quem ipsi non conduxissent, intra mensem amoverentur, stipendia sua extra Provinciam acceptari: ut integrum denique sit, si Necessitas urgeat, tum his ipsis Contributionibus tum Vectigalibus Cerevisiariis ad Patriæ Tutelam manus adhibere: neve adeo Cæsar suspectum defensionis modum, in quo nihil commissum, quod aut a Jure naturali aut a Majorum institutis, aut a prioribus CÆSARIS conditionibus alienum esset, improbaret.

Oppaviæ Ca-
 lamitas:

Erant inter Milites quos dixi extraneos, Geisbergici quoque: qui ex vicina Moravia irruptione in Silesiam facta, suburbium Oppaviense occuparunt: eumque inter Cives ac Milites crebræ exorirentur lites, atque adeo Cædes haud paucæ, Magistratus conscripto in Præsidium Exercitu, Vexillo muris imposito, multa tormentorum displotione, globorumque ignitorum ejaculatione suburbio cedere Geisbergios coegerunt: At illi Castra ad alteram Civitatis Partem metati, Itinera omnia infestaredebant, nihil quod ad Victum & sustentationem Vitæ pertineret, in Urbem deferri permittentes. Cives ubi se resistendo impares vident, frustra præsertim aliunde speratis Subsidiis, ad Deditionis Necessitatem compulsi d. 22. Septembr. his cum Geisbergio paciscuntur Conditionibus: Civibus nempe ut parceret, & Vitæ ipsorum Damnum nullum inferret: milites quos conscripserant, incolumes dimitteret: Templorum Usus & Religionis Exercitium saluum Urbi relinqueret: direptionibus abstinere: in Auctores denique Turbarum ne inquireret. Ex Conditionibus hæc, Religionis Negocio ad CÆSARIS arbitrium rejecto, primum & secundum obtinuerunt: de reliquis etiam, quantum quidem fieri posset, spem acceperunt. Ita Geisbergus cum suis Urbem ingressus, dimissis Copiis Præfidiariis suos in Civium Ædes distribuit, & auctores Tumultus sibi tradi postulavit: sed qui magna ex Parte habitu muliebri induti, ac præfidiariorum Uxoribus permixti, inde se jam subduxerant.

Fata Duæatus
 Carnoviensis:

VIII. Eid. Januarii Wratislaviam venit Illustriss. Princeps JOHANNES GEORGIUS: Marchio Brandenburgensis: Joachimi Fridrici Elect. F. Episcopatus Argentoratensis quondam Administrator a Parte Canonorum Evangelicorum electus, indeque digressus

gressus Carnoviensis Ducatus Possessionem adiit, tametsi non deessent, qui CÆSARI persuasum cupiebant, Ducatum illum Jure feudi ad CÆSAREM rediisse, quem Jure hæreditario GEORGIUS Pius: Marchio Brandenb. a Georgio Schellenbergio sibi ac Hæredibus suis comparaverat.

In Abrahami Jenckvitzii locum Ducatus & Urbis Wratislav. Præfectus legitima Collegarum suorum Electione constituitur Adamus a DOEBSCHUTZ: prid. Kal. Mart.

ADAM A
DOEBSCHUTZ:
Præfectus
Duc. Wratisl.
constituitur:

Monachi Dominicani ad S. Adalberti Wratislavia CÆSLAI ante annos CCC.LXXXI. inibi inhumati Canonizationem Offibus Ejus e Tumulo levatis, sed frustra, tentant.

Inter vivos esse hoc anno desierunt:

1. V. Eid. Junii Vir Generis nobilitate Doctrina & Virtute Clarissimus: Johannes a Mülheim: Dominus in Pleswitz: Suidnicensis & Novoforensis Arcium Hæreditarius: prid. Non. Julii Tumulo illatus solemnî Pompa Pleswicii:

In mortuorum
numerum veni-
unt Joh. a Mül-
heim:

2. XIX. Kalend. Januar. Henricus Pförtner: Dominici Pförtneri: Conf. Suidn. de patria sua præclarissime meriti, obidque Fr. Fabro in Sabotho eximie laudati F. Senator & ipse Suidnicensis inter primos, Ætatis anno LXXIII.

Henr. Pförtner;
Senator Svidna

3. III. Eid. Septembr. Vir Nobiliss. & Virtute ac litteris meritissimus David Gerstmannus in Schreibersdorff: Dohna: Schweinitz & Janowitz: Bartholomæi Gerstmanni in Schonochwitz, & Sigersdorff: Reip. Lign. Consul frater: pro lata nuptiarum quas tertium jam Sponsus meditabatur, solemnitate, tristem sepulturæ honorem a morte pientissime beatissimeque obita fataliter adeptus: anno Ætatis XLVI.

David Gerst-
mann:

4. XVII. Kal. Aprilis Sigismundus Woysselius: Senior. Med. D. ac Physicus Wratislavientis, anno Ætatis LXXV. de quo in Silesia nostra Togata:

Sigism. Woyss-
el: Phys. Wrat.

5. Pridie Kal. Aprilis Crispinus Reuterus: Javoriensis: Reip. primum Glogovien- sis Archigrammatevs, inde Lignicensis a Secretis. Vir Jurium Scientia & politica prudentia præstantissimus. Lapis illius Sepulchralis, tum & monumentum Ejus Conjugisque Catharina Flaterionæ marmoreum, CHRISTI Imagine ex Lapide alabastrite facta conspicuum visitur in Æde Petro-Paulina. Acceptorum a DEO haut immemores beneficiorum, magnam bonorum Partem Ecclesiis Lignic. Javor. & Glogov. nec non pauperibus constituerunt:

Crispinus Reu-
ter: Secret.
Lign.

6. III. Non. Aprilis Francisc. Rothe: Patria Lignicensis: Professione Theologus: ac Pastor Strigoviensis: anno Ætatis LXII.

& Franc. Ro-
the: Pastor Stri-
goviensis:

Anno CHRISTI 1608.

Anni primordia Sævitia & Pertinacia Frigoris, exitio Segetum, Vitium, Arborum, memoranda fuerunt.

Sævitia Frigo-
ris:

MATHIAS: ARCHIDUX AUSTRIÆ: HUNGARIÆ PROREX: cum paulo ante Posonii cum Ordinibus Hungariæ & utriusque Archi-Ducatus Austriæ foedus pro tuenda Viennensi Pacificatione iniisset, subita versus Bojemiam suscepta Expeditione cum Exercitu XXc. equitum peditumque Znoimam usque in Moraviam progreditur: ac deinde in ipsam Bojemiam Exercitum ducit, atque ad Urbem pene Regiam Castra metatur, trepidantibus adhæc imparatisque Bojemis. Ad quos Legati missi Javarinensis & Vesprinien- ses Episcopi: Nicolaus Thurzo: Hungarus: Eustachius a Kunen & Georgius a Stahrenberg: Aufriaci: Carolus Zerotinius Moravus: qui MATHIÆ propensissimum in CÆSAREM Fratrem Bojemumque animum testarentur, ac quia Imperio duobusque Regnis jam inclinans ad Senium CÆSAR ipse superesse non posset, ut Regni Bojemici Successor declararetur, postularent. Id cum annuissent Ordines certis Conditionibus, ARCHIDUX eas minus probavit, viribus nimirum suis confusus, ut qui adversus detrectantes Cæsareanum illud, Ensem contrectans, uliupare posset: Hic faciet. CÆSAR de fraternis Copiis non satis securus, delectus militares in provinciis fieri arcesque muniri jussit, ipse autem Pragæ omnibus munimentis & bellico Apparatu se instruit, eo Progressu, ut repente collecto milite Exercitu ARCHIDUCIS exæquaret. Sed hic Virtute bellica longe superior quam CÆSAR, in cuius Castris non nisi homines gregarii & ab aratro & ligonibus ad Signa tumultuarie evocati: cum e contra ARCHIDUCI veterani omnes Turcicis Bellis tam diu exercitati militarent. Reserat sub ancipiti Marte, Hungaris Bojemum laceffentibus, ita ut Praga obfessæ Urbi non esset dissimilis, fraternaue illa odia non nisi gravi Bello conciliari posse viderentur. Post multas tandem ultro citroque missas Legationes, Pontificis & Hispaniæ Regis Oratorum, Saxonorum & Brandenburgicorum Legatorum interventu, his pacis res transacta & composita est: CÆSAR causatus Senectutem, variasque Curas quas Imperii moles ingerebat, desiderio Viræ quietioris MATHIÆ FRATRI futurisque liberis Ejus ma- sculis Archi-Ducatum AUSTRIÆ utriusque supra & infra Onasum sive Anasum cum omnibus Latifundiis, dominiis, Filci & Camera Juribus plenarie cedit & abdicat, remisso Subditis Juramento, ut MATHIÆ novo & Clientelari obsequio se devincerent. Quod ad Regnum HUNGARIÆ CÆSAR penitus omni illius Juri se exuit, solvitque Sacramento

MATHIAS
ARCH DUX
AUSTRIÆ
BOHEMIAM
cum Exercitu
ingreditur:

REX dictus
BOHEMIÆ
pauloque post
HUNGARIÆ:

subditos, assentiturque Inaugurationi MATHIÆ ex Decreto ordinum Regni promittens simul auxilia ad coercendos fidei Christianæ Hostes, tutandosque Hungariæ Limites: MORA- VIÆ præterea administratio eidem ARCHIDUCI una cum Marchionis Titulo conceditur, quoad Imperator vixerit quo mortuo is Marchionatus ad Eum qui REX BOHEMIÆ fuerit devolvatur. Denique ex CÆSARIS assensu MATHIAS Bojemici Regni Successor ab Ordinibus designatur, si modo nulla prole mascula relicta CÆSAR decesserit. Quod si nascantur Mares, hisque impuberibus moriatur, ad MATHIAM tutela & procuratio Regni, adhibito in Consortium Senatu pertineat. Ne tamen CÆSAR tot insignibus Titulis proventibusque exutus nimium Dispendium pateretur, ac superstiti Vi ablata Hereditas videretur, MATHIAS Tyrolensem Comitatum & quod singulari Jure in vicinis Regionibus possidebat, remittit CÆSARI. Hoc foedere vicissim ab armis discessum est, pluribus frementibus, queis victus in præda & diuturnitas Belli Vindemia quædam est. Novis Honoribus cumulatus MATHIAS Regno Hungarico proxime inaugurandus Vindiciam ingreditur, stupendo ibi Apparatu exceptus, totaque Urbe in publicam effusa lætitiâ. Dies Coronationi Regiæ præstitutus est Dies D. ELISABETHÆ Reginæ quondam Hungariæ Sacer: ad quem cum Imperator Coronam & Insignia Regalia quæ apud se Pragæ tenebat, misisset a Cardinale Forgatschio Inauguratio Posonii peracta fuit solemnibus Ceremoniis, quas Johannes Jessenius a Jessen: Regius Medicus fufius descripsit.

Comitia Sile-
siæ.

In hoc tam periculoso rerum Statu quid Silesii nostri? an otiosos tantum spectatores rebus suis minime cavisse existimabimus? Minime gentium. Indictus ipsis erat jussu Imperatoris a Carolo Duce Monstherbergenfi-Olsnenfi: Conventus generalis d. 20. Maji Wratislaviæ celebrandus, quo cum ventum esset, de modo Provinciæ adversus quamcunque Vim defendendæ, de Lustrationibus Equitum ac Peditum per universam Silesiam instaurandis, de Stipendiis denique militi Buchainico qui Hospitium sibi in Silesia per Vim sumpserat, ac relinquere eam nisi numeratis sibi Stipendiis reculabat, ex ea ipsa Pecunia, quæ CÆSARI superiore anno promissa fuerat exsolvendis, consultatum fuit. Ad ea ergo Comitia a MATHIA ARCHIDUCE & foederatis Provinciis legati missi, ex Hungaris quidem Stanislaus Thurezo & Paulus Aponi Barones: ex Austriacis Georgius Fridricus Comes Hardeccius & Reichardus de Stahrenberg: L. B. ex Moravis autem Weickardus Comes Salmensis: Ladislaus de Kaunitz: Johannes Kobilky & Guilielmus PROSKAVV: ad commune foedus sive Unionem invitarunt. Quibus eam ad rem prætextibus usi, appareret maxime ex Instructione Legatis Hungariæ data, quam integram heic adscribere vilum:

Legati REGIS
MATHIÆ ad
Comitia Sile-
siæ:

MATHIAS DEI GRACIA REX HUNGARIÆ &c. &c.

instructio pro Magnificis sincere nobis dilectis Stanislao Turzo de Bethlem Falva, Comite perpetuo Comitatus Sepusienfis & L. B. ac Paulo Aponi L. similiter B. in Apo Kerletko a Statibus & Ordinibus inclyti Regni Hungariæ in Silesiam ad Diætam ordinatis Commissariis super iis quæ apud Status & Ordines inclyti Ducatus utriusque Silesiæ illorum nomine referenda & peragenda erunt, data & expedita:

Imprimis post debitam Salutationem & perpetuam eorum Commendationem Credentiales ab ipsis corroboratas summa Reverentia exhibebunt, & quanta pericula inclutum Regnum Hungariæ ab anno 1606. ob pactatorum Viennensium Violationem pertulerint nec non periculosum & maxime formidabilem Ejus & vicinarum provinciarum statum, quo Heidones ex nuperrima & rediviva cum Turcis & Tartaris inita conjuratione afflictissimis his Provinciis pestem atque Exitium machinati sunt, explicatis ad vivum Circumstantiis accurate exponent, & quod Conventum quem Pisonii in propria persona adjunctis nobis Hungariæ atque inferioris & superioris AUSTRIÆ statibus die 14. mensis Januarii præsentis anni celebravimus, indicare atque cogere compulsi sumus, & quæ ibidem in medium allata, quodque tractatum & conclusum est, id ad Conservationem tam Regni Hungariæ quam vicinarum Provinciarum factum fuisse ostendent. Qui sane Conventus nisi præ mature coactus, atque hæc Remedia & Consilia tempestive adhibita fuissent, haud dubie Res Hungariæ atque adeo vicinarum Provinciarum in extremum fuissent conjectæ Discrimen, omnibus denique præsentanea ruina atque exitum incubuissent. Cum itaque ipsa Æquitas postulare videatur, ut quod unanimi Consensu inter nos, Status Regni Hungariæ, cæterasque Provincias primo Viennæ, deinde in nuperrimo Pisonienfi Conventu conclusum atque manuum subscriptionibus & Sigillorum nostrorum impositionibus confirmatum & corroboratum firmiter & inviolabiliter observetur, sique ab eo saltim minime discedere & contrarii quid statuere cogitaremus, cogitandum Nobis & verendum Nobis erit, quam malam de Nobis suspicionem & Ignominiam omni Posteritati relinqueremus, quamque summa Pericula hinc inde oriri possent, ut id quod ferro & vita nostra fortiter defendere unanimiter constituimus, una cum iis deferere & contrarium

amplecti compelleremur. Accedit præterea huc, quod immanissimus Christiani Nominis Hostis Turca, qui potiorē indyti quondam Regni Hungariæ Partem possidet, si Pax semel conclusa & confirmata rescindatur, Terram Hungaricam, vicinasque Provincias (id quod facere potest) invadet, omnesque ferro & flamma extinguet. Præterea durum foret, ut Regionēs & Provinciæ inter se Consanguinitate & amicitia conjunctæ arma caperent, & proprium Sanguinem funderent. Cumque DEUS graviter in Eos animadvertere soleat, qui fidem semel datam rescindunt, Legati nostri apud Status & Ordines Ducatus Silesiæ instabunt, cum in præfato Pisonienſi Conventu tantum ad Divinum honorem conservandum, S. C. R. M. Autoritatem & Existimationem tuendam, & indyti Regni Hungariæ, vicinarum Provinciarum & Regnorum atque adeo totius orbis Christiani incrementum propagandum omne nostrum Studium atque Industriam obtulerimus, ut Conclusiones Viennenses quas Jussu Sux S. C. R. M. per suos legatos confirmarunt, & nuperrimam nostram Confœderationem inter Nos & Status Hungariæ ac utriusque AUSTRIÆ & nunc denuo etiam Marchionatus Moraviæ initam confirmare, & nostram hanc tam bonam Prætensionem acceptare velint, neque se ab Ejusmodi exteris & Pacis Turbatoribus decipi patiantur, qui proprii Lucelli ergo Suam MAJESTATEM pravis suis Consiliis ad bellum incitare dies noctesque laborant. Posteaquam vero Status & Ordines Ducatus Silesiæ assensum nostræ Confœderationi præbuerint, poterunt Legati nostri illis nostro & Statuum Regni Hungariæ nomine omnem nostram Curam & laborem, quodque illis etiam cum Vitæ nostræ Periculo, nunquam deesse velimus. certo promittere, cum etiam id ad Effectum perducendum nos in propria persona cum Statibus & Ordinibus tam Regni Hungariæ quam Archi-Ducatus AUSTRIÆ atque etiam Marchionatus Moraviæ penes selectum Exercitum ex Equitatu & Peditatu consistentem ad confines Bohemiæ (cum Capitaneum Tilly in armis esse eumque indies quamplurimos milites conscribere & Status Bohemiæ ad arma capeſſanda hortari intelligamus) iter continuare benigne constituimus: Quare Legati nostri in id sedulo incumbunt, ut cum nos & confœderatæ Provinciæ nihil contra S. C. M. & Status Bohemiæ hac nostra Intentione attentabimus, ut nobis & nostris militibus tam Hungaris quam Germanis & Moravis liberum Accessum & Transitum permitterent, ac suas Copias, quam possunt firmissimas ad propriam ipsorum permanſionem & Salutem nostris adjungant. Quæ itaque desuper Legati Regni Hungariæ cum præfatis Statibus & Ordinibus Ducatus Silesiæ egerint, tractaverint, & concluserint, Nos & Status omnia ea, rata, grata & accepta habebimus & observabimus. De reliquo Legatis Gratia nostra propensi manemus. Dat. in Civitate Kolin Bohemorum d. 16. Maji 1608. MATHIAS.

At vero cum Principes atque Ordines Silesiæ hujusmodi Confœderationem eo quod petebatur modo, non unis de Causis renuissent, paulo post Legatos suos ad CÆSAREAM quidem MAJESTATEM; Weickardum PROMNICIUM: Baronem: Joannem Georgium a Czedlitz: Sigismundum a BURCKHAUS; Andream Geislerum: J. V. D. & Venceslaum Otterum Senatorem Svidnicensem, ad ARCHIDUCEM vero Hertvvichium a Stitten: Melchiorum a Senitz: Joachimum a Franckenberg & Samuelem Roth ablegarunt, qui & querelas suas de violatis Provinciæ Privilegiis aliisque Gravaminibus utrique exponerent, & ut CÆSAR jussis Silesiorum Petitionibus Opere tandem ipso satisfaceret, ARCHIDUX autem vel intercessionem suam vel aliis quibus posset modis promoveret, submissis rogarent. Cum autem in eo quod ad Legatorum postulata CÆSAR haud pro illorum Votis responderet, minime acquieturi Principes atque Ordines Silesiæ viderentur, & ob id CÆSAR male animatos in se suspicaretur, non parum eam Suspicionem augente interposita jam ante a Legatis ad Commissarios Cæsareos in arce Lubinenſi protestatione, ut nisi Principum atque Ordinum Silesiæ Querelis satisfiat, juramenti olim CÆSARI cum Imperium capeſſeret, præstiti nexu soluti MATHIAM ARCHIDUCEM Protectorem Dominumque cæterarum instar Provinciarum sibi eligendi Jus haberent: Legatos illico suos Johannem METTICHIIUM: L. B. Sigismundum CZEDLITZIUM: Cameræ Silesiacæ Præsidem: Ottonem NOSTITZIUM: & Johannem Plateisium Secretarium ad Ordines quosdam Silesiæ destinavit, qui allaudatis eorum meritis & fidelitatis erga CÆSAREM perpetuo præstito Obsequio, Responsi autem minus expectati Invidia, in præproperam Legatorum avocationem rejecta omnem Operam adhiberent, ut bona Spe impleti, CÆSARISQUE qui Privilegia Provinciæ facta tecta conservaturus, et si quid contra illa factum putent, in integrum restitutus sit: Clementiæ consili in fide Ejus constanter perseverarent. Quam paratos autem ad S. C. R. M. obsequium Principes atque Ordines Silesiæ se ostenderunt, tum instantur urserunt, ut tandem aliquando habita querelarum suarum ratione, gravamina quibus premerentur & de quibus toties conquesti essent, tollerentur. Eamque in rem nova ad CÆSAREM Legatio decreta est, iisdemque qui nuper a CÆSARE redierant, cum iisdem fere mandatis, paucis quibusdam additis, denunciata.

VII. Kal. Maji e Seculo migravit JOHANNES a SITSCH: EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS: in cujus locum, ubi Conventus Electioni indicti Tempus appetiit, post Sacrum peractum pluribus Sodalium Suffragiis postulatus cunctisque e numero Sodalium prælatus fuit SERENISSIMUS ARCHIDUX AUSTRIÆ CAROLUS: Caroli F. posthumus: FERDINANDI I. IMP. Nepos: Canonicus Salisburgensis & Passaviensis.

Eandem Viam ingressi oculos morti clauſerunt: Paulus Fridlandus: Med. D. Episc. Wratislav. a Cura valetudinis & Poliater Urbis XIII. Kal. Maji, anno Ætatis LXXXI. Jeremias Serferus: Svidnicensis: J. V. D. Academiæ Francofurtensis Professor Publicus ac Judicii Regni in infer. Luftatia adſessor mense Octobr. Nicolaus Antherus: Superintendens Brigenſis: nec non Johannes Johannis Theologi Wratislav. F. Med. D. in oppido James Tuvone in Virginia media Æstate.

Sub finem anni cum in natalitiis CHRISTI feriis Monachus quidam ad S. ADALBERTI contumeliose admodum de Lutheranis pro Concione locutus esset, furore quasi percitum opificum

Legati Silesiorum
ad IMP. AUG.
RUDOLPHUM
II.

Johannes a Sitsch:
Ep. Vratisl. moritur: succedit
CAROLUS: ARCHIDUX AUSTRIÆ:

Paulus Fridland:
Med. D. moritur:
item Jeremias
Serfer: J. V. D. &
Nicolaus Anther.

Tumultus Wratislavie ortus & sedatus:

cum & operariorum commune Vulgus, bigis ad Monasterii Portas fortius adactis a. d. 27. Dec. irruunt, Statuas disijciunt, subvertunt Altaria, Vestimenta & ornamenta Sacra discerpunt, lacerant, comminuunt, ac diripiunt, ad alia etiam Monasteria progressuri, nisi singulari Magistratus, cum primisque Adami Döbschützii Praefecti Vigilantia Tumultus ille sedatus ac sopitus fuisset. Cujus rei plenior narrationem Breslographia nostra innovata Lectori repræsentabit.

Anno CHRISTI 1609.

Preces AU-
STRIÆ & MO-
RAVIÆ ad RE-
GEM MATHI-
AM delatæ:

MATHIÆ HUNGARIÆ REGI ET ARCHIDUCI AUSTRIÆ UTRIUSQUE nec non Moraviæ Ordines de libero suo Religionis Exercitio in eum Statum restituendo in quo MAXIMILIANI II. Temporibus fuerat, instanter supplicarunt, nisi morem gereret, tantum non palam ei Obedientiam omnem renunciaturi. Magnis Studiis utrinque res acta fuit: Nuncius quidem Apostolicus Clöselius: ac LEOPOLDUS quoque AUSTRIACUS: Episcopus Passaviensis multis Verbis ac sæpe minis MATHIAM REGEM monuerunt, ne quid in Catholicæ Religionis Detrimentum annueret, sed potius si quid antea concepisset retractaret; Augustanæ vero Confessioni addicti Homines, Germaniæ Electorum ac Principum quorundam, ut Saxonis, Palatini, Würtembergici &c. intercessione usi sunt: qua tandem (non obstantibus contrariis aliorum Consiliis & Studiis) ut & dictorum Ordinum Perfinacia id effectum est, ut REX Ordinum petitioni, Articulis quibusdam conceptæ subscriberet.

Turbæ in Bojemia
exortæ:

Neque vero minores in Bojemia Turbæ: in qua cum Ordinum Conventum Pragæ IMPERATOR edixisset, isque Kalendis Februarii inchoatus esset, Hussitæ & qui diversam a Catholica sequuntur Religionem (sub utraque vocant) semotis Catholicis V. Eid. Februarii in Causa Religionis Sententiam suam publice ac libere exposuerunt, utque Religio eo modo, quo DD. FERDINANDI & MAXIMILIANI Temporibus libera relinqueretur, enixe postularunt.

Comitia Silesiæ:
CAROLI AR-
CHIDUCIS AU-
STRIÆ: EPI-
SCOPI WRA-
TISLAV. pro Ec-
clesiæ Wratislavi-
ensi Litteræ:

In Silesia vero Mense Maio Principum & Ordinum Conventus indictus: in quo cum Cæsar per Legatos suos Tributi Cerevisiarii Continuationem ad Triennium petiisset, procul dubio id ipsum impetrasset, nisi allate eodem Tempore a SERENISSIMO ARCHIDUCE CAROLO: EPISCOPO WRATISLAVIENSI: litteræ rem omnem turbassent: his litteris palam profitebatur ARCHIDUX: cum Augustanæ Confessioni addicti nulli suis in ditionibus Antiquæ Religionis Usus & Professionem permitterent, se Eodem Jure in suis quoque ditionibus usurum: eo quidem majore & apertiore Æquitate, quod secundum Boemiarum Regem, primum inter Silesiæ Principes locum obtineat, & Ecclesiarum in Silesia Inspectio atque Emendatio sibi tanquam Episcopo Wratislaviensi a Summa Ecclesiæ Capite sit commissa: addidit præterea: iniquum sibi videri, quod Summam Silesiæ Præfecturam solis Secularibus Principibus deberi contendant, & Episcopos ab ea dignitate plane excludi velint: cum Privilegium Wladislai Regis ab Ecclesiasticis & Secularibus Principibus pariter sit impetratum, eo quod expresse caveatur: ne summa Silesiæ Præfectura alii cuiquam quam Silesiæ Principi committeretur, negare autem non possent, se non modo Silesiæ Principem esse sed & principem inter Principes tenere locum. Quod tamen hautquaquam ita sit accipiendum, quasi Dignitatem istam Ecclesiæ propter Onera adjuncta magis damnosam quam fructuosam ambiat, vel solis eam Ecclesiasticis Principibus deberi existimet, sed quod, & Conscientiæ & Muneris sibi impositi Causa pati neque possit neque debeat, ut Jura Ecclesiæ ullo modo minuantur aut labefactentur. Ceteris in Rebus se Consilia sua cum Principum atque Ordinum deliberationibus libentissime conjuncturum & quæ ad Salutem & Commodum hujus Provinciæ pertinere videbuntur, omni studio & fide procuraturum.

Dux Tessinensis
ad Romano-Catholicam Ecclesi-
am transit:

Subidem Tempus Oppavienfes assidua Principum atque Ordinum intercessione tandem & Religionem & libertatem & jura pleraque ac Privilegia proscriptio ante paucos annos amissa recuperarunt: sed Catholicis vicissim animum addidit DUCIS TESSINENSIS a Reformata Religione defectio: qui quidem ipso Natali SERVATORIS primum Missæ Sacrum Teshinii audit, moxque Filium Jesuitæ cuidam erudiendum tradidit.

Andreas ab Heu-
gel: Cancell. Ly-
gio-Bregentis
moritur:

Magnificus ac Nobilissimus Dn. Andreas Heugel a Polokovvitz in Dreska & Kotvvan: S. C. R. M. Consiliarius & Cancellarius Lygio-Brigenfis, nostri Ævi Nestor prid. Kal. April. ex hujus mundi Salo in Cælum migravit: Vir Pietate: doctrina, magnitudine Animi, summa in Principes fide, & variis pro Republ. exantlatis laboribus, vel æmulorum ipsius Testimonio clarissimus.

item Daniel
Scheps Proto-
Physicus Suidni-
ensis

Eum post aliquot mensium Intervallum secutus, Medicus celeberrimus: Daniel Schepsius in Pontzlavvitz: Patriæ suæ Reipublicæ Svidnicensis Proto-Physicus ordinarius, XI. Kal. Novembr. beate obiit, cum vixisset annos LXXV. menses IV.

Mart. Weinrich:

Martinus Weinrichius: Vir & ipse rara & recondita doctrina, quam scripta ab eo edita tam Philosophica quam Medica testantur, præditus, quique ad excellentem Eruditionem summam Animi Pietatem adtulerat, Doctorem olim meum, nunquam sine honestissima præfatione mihi nominandus, Wratislaviæ, ubi quam plurimos annos in Gymnasio Elisabethano docuit, in ipsa Natalis CHRISTI παρασκευῇ ad meliora loca abiit, tam blanda & miti ἀποπλεξία, ut mori neque ipse se, neque ipsum alii fenderent. Magnam profecto in præstantissimi Viri Decessione jacturam fecit Respublica litteraria.

Andreas Calagi-
us: Poeta:

Andream etiam Calagium Poëtam non incelebrem aut tralatitium lenta febricula αἰδὶ πρῶτα-
δευ: qui dum famæ miser studet, pene fame, fatali Poëtarum malo interit, cum paucis ante ipsum mensibus decessisset.

& Joh. Vences-
laus a Blancken-
burg: Magister
ad S. Mathiam
Wratislav.

Johannes Wenceslaus a BLANCKENBURG: Philosophiæ Magister Francofurti ad Viadrum solemniter creatus, exinde vero postquam ad Romano-Catholicam Religionem transiisset Supremus per Poloniam & Silesiam Crucigerorum cum rubea Stella Wratislaviæ ad S. Mathiam Magister: ille non Calagii tantum sed & aliorum Vatum vere mundanus Apollo Quique meant recta

per Sophos omne via: & cujus adeo nomen si nulla res alia vel sola Metaphrasis Poëtica Psalmodiæ Davidicæ variis Carminum generibus a Casp. Cunrado D. adornata & Hencsejo dedicata, immortale facit.

Marchio: Dux Carnoviensis cum Illustrissima Würtembergica Duce EVA CHRISTINA XVIII. Kal. Quinteail. nuptias Carnoviæ celebravit tanta magnificentia, ut Silesia nostra splendidiore vix viderit.

Dux Teschinerensis in primum Oppidi sui Templum prisce Religionis sacra induxit, ac præsidium ex Cosacis & Haiduccis, perditissima hominum fere, conscriptum Oppido imposuit, HENRICUS contra KURTZBACHIUS: BARO, is qui ære oppressus alieno Dynastiam Trachenbergensem ADAM SCHAFFGOTSCHIO vendiderat, sive pœnitentia, sive alia ratione adductus, relicta Catholica ad pristinam Religionem rediit. Quem Illustrissimus Monstbergensium Dux CAROLUS non modo in Familiam suam sed & in Senatum Silesiæ honoratis Conditionibus adscivit.

JOHANNES CHRISTIANUS: Dux Silesiæ Lygio-Brigenfis, cum DOROTHEA SIBYLLA Joh. Georgii Elect. Brandenburgici & Elisabethæ Anhaltinæ Filia nuptias celebrat Colonia ad Svevum prid. Eid. Decemb. Stylo novo, quas hujusmodi Tetraſticho honoravit Simon Grunæus:

Illustres Animæ! quas non sine numine fas est

Credere legitimi Jura subisse Thorii!

Felices Animæ! quas tot vestigia patrum

Contigit optata conditione sequi!

Brandenburga Domus, Lygia & Domus inclita vivat:

Vivat & æternis floreat aucta bonis:

Silesia gratatur: sibi florequæ sperat ab isto

Non cessaturæ Prosperitatis opes.

Fatalis & ultimus hic Annus fuit Nicolao Steinbergero: Scholarum Wratislaviensium Rectori: & Caspari Franck, Camerae Cæsareæ Wratisl. a Rationibus, Poëtis ambobus egregiis: quorum iste 4. ill. d. 18. Martii die decessit.

Abstulit & hic Annus e Silesiis Sago illustribus JOHANNEM A BRAUN: L. B. de Wartenberg & Bralin: Dominum in Cnôdis: Principum ac Statuum Silesiæ Consiliarium & Legatum Bellicum IV. Eid. Martii pie defunctum, ac solemnibus Ceremoniis XIV. Kal. Jun. Glogoviæ funeratum: in quem sequens exstat epigramma Johannis Lindneri:

Qui Mahometigenas eques acer abibat in Hostes:

Hoc & apud magnos nomine magnus erat:

Occidit is: Silesiæ Cladem deplorat Equestris

Ordo: dolent Proceres: oppida quæque gemunt:

Corpus humatur: Olympon adit mens: magna supersunt

Gesta: Viri laudem postera Secla ferent.

Anno CHRISTI 1611.

Recrudescantibus inter CÆSAREM & REGEM odiis sub anni exordium motus in Boemia novi sunt exorti, qui Regnum illud vicinasque Provincias in maximas Calamitates conjecerunt. Deductus erat a Juliaco & eo usque in Passaviensi Territorio in Gratiâ, ut rumor erat, LEOPOLDI ARCHIDUCIS AUSTRIÆ: EPISCOPI ARGENTINENSIS & PASSAVIENSIS, qui Successionem in Regno Boemiæ favore ipsius Imperatoris ambire putabatur, aliquot millium (equitum puta quatuor, peditum novem) Exercitus: qui cum circa AUSTRIÆ ac Moraviæ fines prædabundus per hyemem ob frumentariæ Rei Angustias vagatus fuisset, quasi tumultuans stipendia solum emerita ab Imperatore peteret, superatis subito Boemiæ promontanis, Budovicum, Thaborem, aliaque oppida, frustra renitentibus Incolis, Philippo Ramœn, Belga Duce, occupavit. Quibus tamen non contentus miles, prædæ avidus, ipsam Regni Metropolim PRAGAM XV. Kal. Martii in ipsis bachanalibus, albescente die, non obscuro jam Consiliorum Indicio, postquam LEOPOLDUS denunciari fecisset, ut in tota Urbe reciperentur, quodque venissent non hostili animo, sed ut Dignitatem IMPERATORIS defenderent, hostiliter invasit, & quamvis acriter resistentibus Civibus, multis jugulatis, inque Vultavam amnem, qui Pragam interlabitur, demersis, ea Urbis Parte, quæ minor Praga dicitur, potitus est. Et erat is quidem longius progressurus, nisi Ordines Regni, qui MATHIÆ magis favebant, veterem Urbem firmo Præsidio muniissent, vimque hostilem acriter repulissent, MATHIAM denique HUNGARIÆ REGEM in auxilium advocassent.

Hæc tam inopina & cruenta in Boemiam irruptio, cum quo spectaret Silesiis haud satis exploratum, omniaque adeo diffidentia, metus ac trepidationis plena essent, Principes atque Ordines Bojemorum fœderatorum periculo permoti, maximis Sumptibus exercitum quater mille peditum & mille quingentorum Equitum sub militari Imperio Illustrissimi Marchionis conscripserunt, sic quidem ut mille Equitibus cataphractis JOHANNES POSER: quingentis archibugieris DAVID ROHR: bis mille peditibus ABRAHAM TSCHIRNHAUS: totidem denique JOHANNES KREUSELWITZ præficerentur. Lustratæ eæ Copiæ Reichenbachii, Neostadii, Parchvicii & Reichensteinæ, adeoque partim in Polonia, partim in Moraviæ & Boemiæ Finibus dispositæ in miseros agrestes pro more admodum acerbe grassatæ sunt. Quin & Wratislavienses ne demissis quidem manibus sedentes periculum commune insuper habere viderentur, non modo excubias Urbicas & stationes in Portis Mœnibus ac Vallis diligentissime disposuerunt, sed & pro majore Urbis Defensione quingentos Pedites contraxerunt,

Præfecto

Nuptiæ Ducis Carnoviensis cum Eva Christina Würtembergica:

Dynastia Trachenbergenfis ad SCHAFFGOTSCHIANAM GENTEM pervenit:

Joh. Christiani Ducis Lygio-Brigenfis nuptiæ cum Dorothea Sibylla Brandenburgica:

In mortuorum Censum veniunt: Nicolaus Steinberger: Rector Gymn. Wratisl. & JOHANNES a BRAUN: L. B. in Wartenberg & Bralin:

Motus in Boemiæ novi:

Silesiorum Miles conscriptus pro defendenda Præfecto:

Legati Silesio-
rum in BOHE-
MIAM:

qui MATHIAM
REGEM:
SILESIAE DU-
CEM adpella-
runt:

MATHIAE RE-
GIS Wratislavi-
am Adventus:

MATHIAE RE-
GIS cum ANNA:
AUSTRIACA
nuptiae:

In mortuorum
nunerum ve-
niunt:
Wenc. Eckher ab
Eghofen:
Joh. Ferfius:
Canon. Wrat.
Francisc. Virlin-
gus: Archidia-
con. Wrat.
Carolus Greufer:
Med. D. &
Joach. Hoff-
mann: Jctus.

RUDOLPHUS
II. IMP. moritur:

Succedit MA-
THIAS: HUNG.
& BOH. REX:
omnium Votis
ROM. IMP.

Præfecto iis constituto JOHANNES LANGENAV. Exitus illorum motuum hic tandem fuit: ut exactis post soluta Stipendia Passaviensibus (centum septuaginta tria florenorum millia est qui scribat) ὁ ἀποκέρτατος MATHIAE FRATRI HUNGARIAE REGI qui magnas & ipse Copias adduxerat, post multas Querelas, longasque & graves de Abdicationis Conditionibus Disceptationes BOHEMIAE quoque REGNUM traderet, pactis sibi inter alia quotannis quoad viveret ex Boemia Vectigalibus trecenta numerorum aureorum millia & Praefecturas Bardoviciae, Brandisiae, Lissaviae & Petscaviae una cum Arce Pragensi in Vita retinendas. Ad eas vero Deliberationes cum Silesii quoque a CAESARE atque Ordinibus Boemiae vocati essent, splendidissimam eo Legationem miserunt, cujus praecipue Duces: JOH. CHRISTIANUS Illustriss. Lignicensium & Brigenfium DUX: JOACHIMUS MALCZANIUS: & WEICKARDUS PROMNITIUS: Barones. Quibus alii quidam ex Equestri & Togato Ordine adjuncti: quos inter etiam Vir Clarissimus: Christophorus Hentscherus: Jctus: Reip. Wratisl. Syndicus & Ducatus Pro-Cancellarius. Hi a CAESARE & MATHIA benigne auditi novo & memorabili Exemplo in ipsis Regni Comitibus MATHIAM REGEM: SILESIAE DUCEM adpellarunt: his tamen Legibus atque Conditionibus, tum ut CAESAR eos sacramento, quo ipsi obstricti essent, liberaret atque absolveret, tum ut REX NOVUS de Religionis Libertate, de Privilegiorum Confirmatione, denique de Reipublicae Emendatione ante Inaugurationem ipsis caveret. Et illud quidem licet CAESAR initio plane recusaret, deinde vero sub certis conditionibus & protestatione adfentiretur, tandem tamen pure & absque conditione Diplomate super ea re confecto Homagii Remissionem fecit. Rebus ergo hunc in modum constitutis secunda ΠΕΝΤΕΚΟΣΤΗΣ FERIA Inauguratio MATHIAE REGIS magna pompa & magnificentia peracta est, Diademate per Manus Cardinalis DITTRICHSTEINII REGI imposito. Inaugurationi neque Dux Brunsvicensis, neque quisquam ex Legatis Imperii Principum, quorum aliqui paulo post a Dominis suis vocati fuerunt, interfuit. Peracta Inauguratione quendam ex nobili Klenoviorum Familia & alium praeterea, Equestri Dignitate cohonestavit. Tunc Epulum more Majorum praebitum: cui praeter Pontificis, Hispani & Magni Hetruriae Ducis Legatos & Episcopos quosdam Hungaros, & Duces duos Gallos adhibiti fuerunt CAROLUS ARCHIDUX: EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS: & JOH. CHRISTIANUS: DUX LIGNICENSIS ET BRIGENSIS: Et CAROLUS quidem ARCHIDUX tum contracta cum Lignicensium Duce interiore familiaritate eum Annulo aureo, qui tribus florenorum millibus vulgo aestimatus, donavit.

Rebus in Boemia constitutis sub Finem Augusti Praga digressus, Lusatos primum inde Silesios fidelitatis Juramento sibi obstrinxit: WRATISLAVIAE quidem XV. Kal. Octobr. a Principibus atque Ordinibus Silesiae, ipsaque adeo hujus metropoli eo Splendore & Apparatu, ea Magnificentia & pompa exceptus & habitus: ut similem Silesia vix viderit & quam adeo in Breslographia nostra plenius descriptam Lectori exhibere voluimus.

Ineunte Decembri MATHIAS Viennae cum Serenissima Principe ANNA: AUGUSTAE MEMORIAE FERDINANDI ARCHIDUCIS TYROLENSIS FILIA: solemnes nuptias celebravit, splendidis & luculentis Muneribus a totius Germaniae Legatis donatus: sicque annum pane totum latus transegit: Etiam non tamen sine mixtura aliqua tristitum ex Transylvania nuntiatorum.

E vivis hoc anno excefferunt (1) VI. Kal. Mart. Wenceslaus Eckherus ab Eghofen: Pilsnensis: Eques Bojemus: S. C. R. M. supremus per Silesiam Vectigalium Praefectus, Vir eruditus ac Poeta Elegans: (2) ipso Parasceves die Joh. Ferfius: Wratislav. Theol. Philosoph. ac Medicin. Doctor. Ecclesiae Cathedralis in Patria Canonicus: Vir Ingenio praeditus admirando: & omni scientiarum Genere instructus: (3) VI. Non. Maji Franciscus Virlingus: qui Praeceptore Philippo Breslea sonuit fidus in Urbe docens: Ecclesiae quippe Magdaleneae Archidiaconus: (4) XI. Kal. Octobr. Carolus Greuferus: Wratislaviensis: Med. D. Poliater in laudatissima Patria sua, magni Cratonis ex Sorore Nepos. (5) X. Kal. Decembr. Joachim Hoffmannus: Vir Nobilis, Jctus & Poeta Laureatus: & Practicus in Rep. Wratislaviensi felicissimus, cum fuisset aliquot annis Cancellarius Wartembergensis. Amico desideratissimo elegia doctissima parentatum voluit Casp. Cunradus.

Anno CHRISTI 1612.

RUDOLPHUS II. IMP. cum annos LV. & menses VI. vixisset, & XXXVI. imperasset, Viribus Corporis jam inclinantibus IV. Eid. Januarii ad metam Mortalitatis omnibus constitutam & ipse animose decurrit. Et ut fuerat in Vita modestus & placidus, sic in morte sua non dissimilis summa Tranquillitate decessit, Exitum prorsus placidum sortitus, qualem olim AUGUSTUS CAESAR optavit & habuit. Princeps Rebus & Pace & Bello, etsi per Legatos duntaxat administrato Inclytissimus, idemque felicissimus, nisi ad ultimum, Otia Ejus, Fraternalia turbassent odia: quae & mortem ipsi accelerasse credita fuerunt. MATHIAS REX sub finem Januarii Pragam una cum Coniuge profectus, funus FRATRIS in Templum arcis Regiae efferri ex Palatio fecit, solemnibus Exequiis in aliud Tempus dilatis. Novo Caesari creando cum ad Comitibus Francfurtum ab Archi-Episcopo Moguntino in Majum Mensem indicta Septem Viri convenissent, post habitas Consultationes III. Non. Junii ille ipse MATHIAS HUNGARIAE ET BOHEMIAE REX unanimis omnium Votis IMPERATOR renunciatur, ac pauculis diebus interjectis celebri pompa inauguratus fuit, Anna simul Coniuge Diademate Augustali redimita. Pragam inde reversus Funus RUDOLPHI solemniter Apparatu transferri atque in Templo Cathedrali sepulcro includi iussit, ipsemet illi Celebritati una cum ARCHIDUCE MAXIMILIANO & Ambrosio Spinola assistens.

IX.
TABULÆ GENEALOGICÆ
SERENISSIMÆ GENTIS LOTHARINGICÆ:
ET
CELISSIMÆ LICHTENSTEINENSIS:
LOBKOVVITZIÆ

AC
AURSBERGICÆ FAMILIÆ:
EX MONUMENTIS FIDE DIGNISSIMIS:

QVARUM
LOTHARINGICA: DUCATUM SUPERIORIS SILESIE
TESSINENSEM:

LICHTENSTEINENSIS: DUCATUS SILESIE SUPERIORIS
OPPAVIENSEM ET CARNOVIENSEM:

LOBKOWITZIA: DUCATUM SILESIE INFERIORIS
SAGANENSEM:

AURSBERGICA: DUCATUM SILESIE INFERIORIS
MONSTERBERGENSEM HABET:

PRÆMITTUNTUR TABULA I. ACCESSIONES QUÆDAM AD
HISTORIAM GENEALOGICAM DUCUM SILESIE
PIASTÉORUM

TOMO I. SCRIPTORUM NOSTRORUM INSERTAM.

I. TABULA GENERALIS,

Accessiones quasdam ad Historiam Ducum Silesiæ
Piaſteorum Tomo I. Scriptorum noſtrorum inſertam
ſiſtens.

Ad Tab. II. Genealog. No. 6.

HENRICUM III. Hæredem Regni Poloniæ: Ducem Zleſiæ: Dmnum Glogovie & Poznanie: an. 1309. 9. Decembr. deſunctum, filios quinque reliquiſſe Diplo-
matis imprimis XCV. Spec. C. noſtri D. Teſtimonio dixi, eandem affirmat Sen-
tentiam Tomo hoc II. coævi Archi-Diaconi Gneznenſis brevior Chronica Cracoviæ
his verbis:

„Item anno MCCCIX. obiit idem DUX HENRICUS: dimiſſis quinque Filiis:
„videlicet: HENRICO: CUNRADO: JOHANNE: BOLESLAO & PRZE-
MISLONE.

No. 27.

ANNAM: HENRICI V. cogn. Ferrei: Ducis Zleſiæ: Dni Glogovie: Conju-
gem: Wankonis Ducis Maſoviæ: Dmni Plocenſis F. dixi: duplici quidem Argumen-
to perſuaſus:

α.) Inter Ducatus Maſoviæ Litteras Communes, in Archivio Regio Cracoviænſi
extantes, de quibus nos Stanislai Lubiensky & Mathiæ Lubiensky Inventarium Mſtum
certiores reddit, occurrunt BOLEZLAI: DUCIS MASOVIÆ: DMNI PLO-
CENSIS, Litteræ, an. 1349. d. 21. Octobr. in Wiſkithy editæ, quibus mediante Do-
mino Alberto Epifcopo Poznanienſi concedit ad Vitam Dominiæ Elyzabeth: Matri ſuæ
Civitatem Wyſogrod, cum toto ſuo diſtrictu certis Limitibus in eodem Privilegio cir-
cumſcriptis: item ratione ſeptingentorum viginti marcarum in Dotem DUCI ZA-
GANENSI cum SUA SORORE ANNA: per eandem matrem expoſitam, ei-
dem inſcribit certas villas in Diſtrictu Goſtinenſi fitas: unde Ducis Maſoviæ Bolezlai
Sororem Annam, Duci Saganenſi in matrimonium collocatam fuiſſe eluceſcit:

β.) Dlugoffus Autor eſt Lib. IX. ad an. 1351. Boleslaum Ducem in Expeditione in
Lithuanos obiſſe: „abſumptus eſt ex vita in ea Expeditione XIII. Kalend. Septembris
(d. 20. Auguſti) „BOLEZLAUS: MAZOVIE & PLOCENSIS DUX: FILIUS
„VANKONIS: & in Eccleſiam Plocenſem relatus, illic ſepultus. „ Is cum nec fra-
trem nec Liberos relinqueret, (vid. Tab. Genealogicam Ducum Maſoviæ Tom. I. Scri-
ptor. noſtror. p. 381.) excluſis agnatis Ducatum Plocenſem ad Annam Sororem, Ejus-
demque Maritum HENRICUM V. Ducem Sileſiæ Saganenſem tranſire paſſus eſt
CAROLUS IV. Rom. Imp. Bohemiæ Rex, eo Jure Dominii uſus, quod Regibus Bo-
hemiæ in Regnum Poloniæ competit, ſi a Transactione Trencinenſi reſceſſerint Polo-
niæ Reges, uti (a) Frauſtadienſem Terram an. 1343. occupans Caſimirus III. Rex Po-
loniæ meruit: (adde quæ cumulatiſ Theſin hanc affirmant Argumenta ex ipsis Scri-
ptoribus Polonis deſumpta, Tomo I. Scriptorum noſtrorum pag. 258.) Hinc CARO-
LI IV. IMP. & BOH. REGIS, quem in Italiam profiſcentem comitabatur HEN-
RICUS V. DUX SAGANENSIS: ſeſe Vaſallum ratione Ducatus Plocenſis hoc Di-
plomatæ confeſſus eſt: quod omnem Rei geſtæ Seriẽm cumulatiſ exponit;

„Nos HENRICUS: DEI GRACIA: DUX GLOGOVIE ET DMNUS SA-
„GANENSIS: notum facimus tenore preſentium univerſis: quod quia Sereniſſimus
„ac Inviſtiſſimus Princeps & Dmnuſ: Dmnuſ KAROLUS: Romanorum Imperator
„ſemper Auguſtus: & Boëmiæ Rex: Dmnuſ noſter generoſus: nobis nec non ILLU-
„STRI DMNE ANNE: CONTHORALI NRE LEGITIME: heredibus &
„Sueceſſoribus nriſ: DUCATUM PLOCENSEM qui per mortem ILLUSTRIS
PRINCI-

(a) Vid. Schickfuſii Chronicon Sileſiæ Lib. I. Cap. XXIX. pag. 72.

„PRINCIPIS DMNI BOLKONIS: OLIM DUCIS IBIDEM: SOCERI NOSTRI
 „DILECTI: vacavit & ad Coronam Regni Boëmie noscitur devolutus, de singulari
 „sue Majestatis Gratia cum suis Dominiis & Pertinentiis omnibus duxit liberaliter con-
 „ferendum, prout in litteris Ejus Regalibus desuper editis plenius & lucidius est expre-
 „sum: Idcirco Animo deliberato & nostrorum fidelium accedente Consilio, suscepto
 „præfato Ducatu five Principatu in feculum insigne, dicto Dmno nro Regi, heredibus
 „& successoribus suis Regibus Boëmie & Corone Regni Ejusdem in perpetuum fide-
 „litas, Homagii, Obedientie ac subjectionis solite prestitimus & prestamus virtute
 „presentium Corporalia Juramenta. Promittimus etiam pro nobis, heredibus ac Suc-
 „cessoribus nris, Regibus Boëmie & Ejusdem Regni Corone fideliter assistere & parere
 „& obedire, sicut Vassalli Principes naturalibus & ordinariis suis Dominis noscuntur ex
 „debito obligari. Presentium sub nro Sigillo Testimonio Litterarum: Datum Pier-
 „nis anno DMNI M. CCC. LI. in Vigilia Nativitatis B. M. V. Gloriosæ.,

Jus vero illud Regis Bohemiæ in Ducatum Mazoviæ & Plocensem quod attinet,
 duplex illud fuisse constat:

(1) Hereditarium in Regnum Poloniæ universum, cum VVenceslaus IV. Cogno-
 mine Bonus: BOHEMIÆ REX: an. 1300. RIXAM five ELISABETHEN: Fi-
 liam olim Przemislai Polonorum Regis, VERAM AC UNICAM POLONIÆ
 REGNI HÆREDEM: (quæ non mea, sed ipsius Dlugossi Verba sunt Lib. IX. pr.
 ad an. 1300.) duceret: & Nuptiis hujusmodi rite peractis OMNIUM TERRARUM
 REGNO POLONIÆ SUBJECTARUM PLENAM NANCISCERETUR
 POSSESSIONEM: uti l. c. iterum Dlugossius, postquam altera Vice RIXAM five
 ELISABETHEN FILIAM OLIM PRZEMISLAI REGIS POLONIÆ: EJUS-
 DEM REGNI POLONIÆ UNICAM HÆREDEM dixisset. Itaque Prælato-
 rum & Procerum Regni Poloniæ Consensu, connubio hoc Bohemiæ Rex FELIX
 JUSTUMQUE IMPERIUM REGNI POLONIÆ adeptus est, uti l. c. ipse testa-
 tur Dlugossius: Successit ergo Patri an. 1305 IX. Kal. Julii defuncto, VVENCES-
 LAUS V. FILIUS, tam in Bohemiæ quam Poloniæ Regno Hæres, cumque hic ex-
 peditionem in VVladislaum Locticum Cujaviæ Ducem rebellem parans, an. 1306. d. 3.
 Aug. Olomucii interemptus esset, post RUDOLPHUM AUSTRIÆ & * HENRI-
 CUM CARINTHIÆ Ducem, Johannes: Comes Lucemburgicus: ELISABETHÆ
 Sororis Annæ Maritus: quam Henricus Carinthius, VVenceslai IV. Bohemiæ & Polo-
 niæ Regis Filiam natu majorem duxerat, in Bohemiæ & Poloniæ Regnum optimo Ju-
 re successit. Et Albertus quidem I. Rom. Imp. VVenceslaum V. Bohemiæ & Poloniæ
 Regem Norimbergæ an. 1305. XV. Kal. Septembr. a Banno Imperiali egregio absol-
 vens ** Diplomate, Successores Ejus plus una vice conjunctim BOHEMIÆ ET PO-
 LONIÆ REGES vocat, vinculo itaque hereditario Regna hæc unita esse indicans:
 præterea „coram Johanne XXII. P. R. & Consistorio Apostolico Avinione an. 1319. agen-
 „te, VVladizlaus Locticus Cujaviæ Dux dubium Regis Bohemiæ in Poloniæ Regnum
 „Jus reddere ausus, Decretum pro obtinenda Corona nullo modo impetrare potuit,
 „P. R. se hoc concessio Injuriam molestam Regi Bohemiæ inferre agnoscentem, Dlu-
 „gosso Auctore: imo cum Casimirus III. postea Poloniæ Rex an. 1335. Trencinium Le-
 gatos mitteret, pro restituenda inter Bohemiam Poloniamque Pace, hi Transactione
 ex Voto confecta (vid. Dipl. I. C. Silesiæ D. Tom. I. p. 774.) in festo B. Bartholomæi
 Apostoli ipsi consentitur:

„Johannem Bohemie Regem & illustrem Dominum Carolum Primogenitum
 „Ejus Marchionem Moraviæ pro se & suis heredibus sponte ac libere renunciasse
 „OMNI JURI ACTIONI EXCEPTIONI PROPRIETATI DOMINIO ET
 „TITULO REGNI POLONIE EIS IN EO COMPETENTIBUS:

* Et hunc, Regis Poloniæ Jus & nomen ob Conjugem Annam, Wenceslai IV. Bohemiæ &
 Poloniæ Regis Filiam natu majorem habuisse Diploma testatur apud Balbinum Miscell.
 Histor. Dec. I. Lib. VIII. volum. I. Epist. XXVII.

** Apud Goldastum in Appendice Documentorum no. XXVI.

Ita Poloniae Proceres de Jure Regis Bohemiae & Successorum in Regnum Poloniae locuti sunt: simpliciter nempe, & pure, de Jure & Titulo, in Regnum Poloniae ipsis competentibus: quare summus ille Polyhistor C.S. Schurzfleischius Disputat. Historica XIX. Lemmata Historica ad Silesiam pertinentia explicans §. 23. hac addidit optime: „Casimirus assensu Regni Procerum Juri suo in Silesiam renunciavit, pactoque remisit Jus, & callidum animosumque Regem Johannem ad accipiendam approbandamque Conditionem Poloniae utilem persuasit & inflexit, ut vicissim omni Jure cederet, quod in quantum Bohemiae Rex in Poloniam habebat, propter Connubium „RICHSAE Wenceslao Bohemorum Regi nuptae, quae insignem Poloniae Partem ipsi „in Dotem attulit, quam inita hac pactione pro Silesia libenter & consulto dimisit. „Quod dissimulant Scriptores Polonici & hujus rei causa arguuntur merito, & tacentes „urgeri, negantes refelli convincique possunt, quia non libri solum sed publica quoque „actorum Documenta suppetunt, quae dictis fidem afferant, Cessionemque confirmant. „ Dubravius Auctor est, Polonos Pacem quadragies mille aureum numum summa redemisse, quod & in Annalibus sive originibus Wratislaviensibus MStis affirmat Franciscus Faber vulgo Köckritz. Agnovit ergo hoc Regis Bohemiae JOHANNIS in Poloniam Jus hereditarium.

2. Wenceslaus sive Wanko: Dux Mazoviae & Dominus Plocensis, & Rege ipso in Poloniam an. 1329. adveniente, cum Virtutem Ejus Bellicam pertimesceret, Masoviam antea Provinciam non Feudum Regni, sponte tamen ac libere resignavit, & Vassallus Regis factus est, uti Diplomata testantur sequentia:

Nos Wenceslaus DEI GRACIA Dux Mazovie & Dmnus Plocensis: constare volumus tenore presentium universis: quod nos post habitos inter Magnificum Principem Dmnem Johannem Bohemie & Polonie Regem ac Luxemburgensem Comitem: DOMINUM & affinem NOSTRUM charissimum ex una & nos parte ex altera varios anfractus & discordias, Status & Honoris nri commodum attendentes, de Consilio & Favore Amicorum & fidelium nrorum nomine concordavimus in hunc modum: quod videlicet, nos, heredes & successores nostri predicti Terram nram Mazoviensem hereditariam, & ex Gentilium Manibus ereptam, sicut ad nos deducta est penitus liberam, & a nullo unquam Imperatore aut etiam Rege in feudum prius receptam, cum Castris nris Ploczick, Wyseherahdo, & Cosnick, Civitatibus & Villis locatis meis, aut circa ea locandis, Nobilibus, Baronibus, Militibus, Vassallis & Homnibus aliis ac ceteris omnibus & singulis pertinentiis suis & appendiis, in quibuscunque consistant, aut quocunque censeantur nomine, ac bonis aliis quae nunc possidemus vel impofterum possidebimus, titulo sub quocunque, Eis Regi Heredibus & successoribus suis, sponte & libere ex Causa subscripta resignare, ac eam seu ea, ab ipsis Rege, Heredibus, & successoribus suis Boemie Regibus & Polonie in feudum perpetuis a data presentium in antea Temporibus, prestito per nos, heredes & successores nros fidelitatis debite homagio & corporali nihilominus Juramento recipere & habere, dictisque Regi, Heredibus & Successoribus suis, ad requisitionem eorundem de bonis supradictis parere & intendere tanquam VERIS NOSTRIS DOMINIS, ipsisque serviendo juvare, contra quemlibet Mundi Principem, vel hominem fideliter, pro totis nris Viribus teneamur. Promittentes omnia & singula supradicta, bona fide, dolo & fraude quibuslibet exclusis firmiter & inviolabiliter conservare, nec contra ea, vel eorum aliqua, Jure vel facto, ullo unquam Casu vel Tempore facere, vel venire: Renunciantes expresse in omnibus his Exceptioni doli mali, in factum actioni, Beneficio Restitutionis in Integrum, Constitutioni & Consuetudini, quibuslibet omnibus Litteris Apostolicis, & aliis quibuscunque nobis concessis vel concedendis, omnique Juris tam Canonici quam Civilis Auxilio, quo vel quibus contra praemissa, vel eorum aliquod nobis, heredibus & successoribus nris praefatis quocunque Tempore vel modo posset in aliquo suffragium generari. Imo & si fortasse (quod DEUS avertat) Nos Ipsi, heredes & Successores nostri predicti, contra dicta vel eorum aliquod, modo aliquo aut Tempore excefferimus, volumus ex tunc prout ex nunc, omnia & singula bona nra quaecumque habuimus, ut predictum, ipso facto fore perdita & ad ipsos Regem, Heredes & Successores suos legitime & rationabiliter devoluta: Testes sint Illustres Princeps Dmnus Bolko: Dux Falckenbergenfis: Venerabilis in CHRISTO Pater Dmnus Florianus Episcopus: Andreas Sub-Camerarius & Johannes Dapifer Plocensis,

sis, quorum sigilla una cum nro presentibus sunt appensa. Et quia plura inter fideles nros Sigilla non invenimus: Spectabiles & Nobiles Viros Joffridum de Liningen: & Henricum de Wilnoꝝ: Comites: Ultricum Dmum in Hanav: Petrum de Rosen-berg: & Henricum de Lipa Testes ad premissa invocavimus, qui etiam ad preces nras sigilla sua appendi fecerunt, in Testimonium & Cautelam omnium Premissorum. Datum in Ploczk Anno DMNI M. CCC. XXIX. IV. feria post Dominicam: Oculi mei semper.

Nos Wenceslaus DEI GRACIA Dux Mazovie & Dmnus Plocensis: notum fore volumus universis, quibus presentes exhibite fuerint, quod quia nos ob specialis amoris affectum quem erga Magnifici Principis Dmni Johannis: Bohemie & Polonie Regis ac Comitis Lucemburgensis: DOMINI & affinis NOSTRI KARISSIMI: gerimus Celsitudinem, & Statum nrum inantea pacificum, Princeps suus ac Regnorum suorum Bohemie & Polonie fore decrevimus, Terram nram Boridiciensem & Dominatum Plocensem cum Castris nris Ploczko, Wyſcherahdo & Costnick, Civitatibus quoque, oppidis, Villis, & prediis locatis per nos, aut locandis, cum Nobilibus, Baronibus, Vassallis, & hominibus, ad ipsas aut ipsa spectantibus, cum pertinentiis suis ac aliis bonis universis, quas, & que nos omnia possidemus vel in posterum quocunque possidebimus Titulo, nostro, heredum & successorum nostrorum Ducum Mazovien- sium & Dmnorum Plocensium nomine in Regis ipsius sponte & libere designantes manibus, ab ipso in feudum recepimus, & facto per nos debite fidelitatis Homagio, prestito per nos prius corporali nihilominus Juramento, ipsi Regi, Heredibus & Successoribus suis, tanquam veris Dominis nostris, velut Princeps & fidelis suus & Regnorum suorum Bohemie & Polonie prefatorum, promissimus parere & intendere, ac servire, fideliter pro Viribus de eisdem & contra quemlibet Principem & hominem efficaciter juvare: Harum Testimonio Litterarum, quas Sigillo Majori nostro communiri fecimus: Datum in Ploczk Anno DOMINI M. CCC. XXIX. quarta feria, post Dominicam: Oculi mei semper.

Nos Wenceslaus DEI GRACIA Dux Mazovie & Dnus Plocensis: ad universorum tenore presentium ducimus notitiam, quod licet nos Principi Magnifico Dmno Johanni Bohemie ac Polonie Regi: ac Comiti Lucemburgensi: Domino & Affinino- stro Charissimo, debitum fidelitatis obsequium & adjutorium contra quemlibet de mundo hominem teneamur prestare, specialiter tamen & nominatim Regi Eidem ac Heredibus & Successoribus suis bona fide, absque reſragatione qualibet totis nostris Viribus presencialiter assistere contra Dmum Wlatislaum: Regem Kracovie: Terras: Homines & Adjutores suos quoslibet, omni loco & Tempore, Vita nobis Comite, fideliter & efficaciter volumus & tenemur Consiliis & auxiliis opportunis: Harum quas Sigillo nostro Majori communivimus Testimonio Litterarum: Datum in Ploczk: Anno DOMINI M. CCC. XXIX. feria IV. post Dominicam Oculi mei semper.

Wenceslaum hunc an. 1330. vita defunctum Lib. IX. ad annum hunc testatur Dlugossus: „XVI. Kalend. Julii Wenceslaus alias Wanko: filius Junior Boleslai Masoviae „Ducis ex Bohemia susceptus, crudelis & severus in Milites & subditos, in Vischegrod „moritur, & in Plocensi ecclesia sepelitur, filium unicum BOLEZLAUM, quem ex „filia Gedimini Lithuaniae Ducis suscepit, relinquit. „ Itaque Boleslaus hic Patris Successor non solum se Bohemiae & Poloniae Regis Johannis Vassallum, verum etiam CAROLI Primogeniti Ejus professus est sequentibus Litteris: 1330. 1331.

Nos Bolezlaus DEI GRACIA Dux Mazovie & Dmnus Plocensis: recognoscimus pro nobis & nris heredibus tenore presentium & successoribus universis: quod ad requisitum & mandatum Serenissimi Principis & Dmni nri Karissimi: DMNI REGIS BOHEMIE nobis presentibus litteris factum Magnifico Principi DMNO KAROLO: ipsius Dmni Regis Primogenito: Marchioni Moravie: Consanguineo nro Karissimo & suis heredibus & successoribus fecimus & presentibus facimus promissum, bona & sincera nostra fide in eum Casum, si (quod absit) predictum Dmnum nrum Regem Bohemie decedere contigerit ab hac Vita, ex tunc ipsum Dmnum KAROLUM & non alium ratione primogeniture sue, vel eo non extante, heredes & Successores suos pro Dominis nostris legitimis & naturalibus habere volumus & debemus, Eisque ex tunc Homagium fidelitatis prestare solitum & consuetum: harum nostrarum Testimonio Littera-

Litterarum, quibus nostrum Sigillum duximus appendendum. Actum & Datum Poznaniae in Craſtino S. Michaelis Archangeli sub anno DOMINI M. CCC. XLI.

Mortuo deinceps, exacto abhinc decennio, Boleslao, ut superius dixi, Anna soror superſtes, Uxor Henrici V. Ducis Sileſiae Glogoviensis, CAROLUM IV. IMP. in Italiam profiſcentem comitantis, Diplomate Imper. antea allato, una cum Marito Ducatum Plocensem ſive Maſoviae, feudi vacui ad Bohemiae Regnum devoluti nomine eodem anno 1351. obtinuit: cum vero an. 1356. in die BB. Philippi & Jacobi Apoſtolorum Pragae Caſimirus III. Pol. Rex Terram Byczinensem & Cruciburgensem CAROLO IV. IMP. tanquam Bohemiae Regi redderet, ipſumque & Bolconem II. Ducem Svidnicensem ab omnibus Debitis abſolveret, omni Juri in Ducatum Mazoviae & Plocensem ſibi competentem CAROLUS IV. renunciavit: vid. Diploma apud Goldaſtum in append. Documentorum No. XLI.

Ad Tab. II. No. 36.

Johanni I. Duci Sileſiae Saganenſi tres filias fuiſſe probavi: HEDWIGEN: Bernhardi VI. Pr. Anhaltini: MARGARETHAM: Henrici Ducis Brunſuicensis: & ANNAM: Alberti Com. Ruppinenſis Conjugem: quartam nunc addimus: SCHOLASTICAM: nomine Matrem referentem, quam Henelius in Annalibus Sileſiae hoc Volumine editis ad annum 1439. CAESARIS aulam ſecutam, & Virginem mortuam fuiſſe affirmat.

Ad Tab. VI. Genealog. No. 8.

Wladizlai Ducis Sileſiae Opolienſis Conjugem ZUSANNAM dixi, Teſtimonio Diplomatis Cœnobio Ord. Ciſterc. a Marito an. 1258. d. 21. Octobr. conceſſi, ſed an una eademque cum Euphemia Przemislai Ducis Poznanienſis & Califfienſis Sorore fuerit, quam Wladizlaus Dux Opolienſis Dlugoffo Auctore duxiſſe ſcribatur, dubitavi: omnem vero hanc dubitationem ſuſtulit Boguphali Epifcopi Poznanienſis Chronicon cum Continuatione Baczkoniſ Cuſtodis Poznanienſis coævi, hoc Volumine editum, quod ad an. 1251. Przemislaum hunc, Poloniae Ducem, Sororem ſuam ENSENNAM, id eſt: SUSANNAM: Wladislao Duci de Opol in Uxorem dediſſe teſtatur.

Ad Tab. Ejusdem Genealog. No. 11.

KAZIMIRUM Ducem Sileſiae Bythomienſem, non an. 1306. ut Annales noſtri, ſed an. demum 1312. VI. Id. Martii obiſſe affirmat, Archi-Diaconi Gneznenſis coævi brevior Chronica Cracoviae hoc Volumine.

✱

Tab. Genealog. Germanica quæ Duces Monſterbergenſes & Olsnenſes ſiſtit, Henelii Chronico Monſterbergenſi Tomo I. præfixa, pag. 120. SERENISSIMI PRINCIPIS: CHRISTIANI ULRICI: DUCIS WURTEMBERGICI: TECCENSIS AC IN SILEſIA OLSNENSIS Liberos hos eſſe ſuperſtites ſcias:

1. ULRICAM LUDOVICAM: nat. 1715. 21. Maji.
2. CAROLUM CHRISTIANUM ERDMANNUM: nat. 1716. 26. Oct.
3. WILHELMINAM PHILIPPINAM: nat. 1719. 10. Nov.
4. FRANCISCAM CHARLOTTEN JACOBINAM: nat. 1724. 1. Jun.
5. FRIDERICAM JOHANNAM: nat. 1725. 17. Oct.

Inde pag. 116.

Urſulam: Alberti Achillis Elect. Brandenb. Filiam, alteram HENRICI SENIORIS: S. R. I. PRINC. ET DUCIS MONSTERBERGENSIS Conjugem: an. 1508. d. 25. Nov. defunctam, in Cœnobio S. Clarae Wratislaviae ſepultam dixi, Lapide Teſte, tranſlatos vero Glacium fuiſſe Cineres, ſequentis Inſcriptio in Templo Parochiano ibidem obvii affirmat:

SUB HOC MONUMENTO SEPULTA JACET ILLUSTRIS
OMNIQUE LAUDE DIGNISSIMA PNCES AC DNA DNA UR-
SULA: PNCIPIS ALBERTI: MARCH. BRANDENB. ELECT. F.
CONJUX ILLUSTR. PR. AC DNI DNI HENRICI SENIORIS: DU-
CIS

CIS MONSTERBERGENSIS: IN SILESIA OLSNENSIS: COMITIS GLACENSIS: &c. QUE SINGULARI PIETATE AC VITE SANCTIMONIA ET INTEGRITATE PEDITA: OMNIBUSQUE VIRTUTIBUS EXORNATISS. EXISTENS OBIT ANNO DMNI MCCCCVIII. IN DIE S. CATHERINE: QUE FUIT D. XXV. NOVEMBR. ET IN MONASTERIO VIRGINUM S. CLARE IN AMBULACRO SEPULTA FUIT. &c.

Ibidem pag. 118.

SALOMEAM: Henrici II. Ducis Munsterbergensis & Olsnensis Filiam, Georgio: Comiti de Thurn nuptam, Goritii sepultam dixi, verum ex „Oratione in Funere Illustrissimæ & Excellentiss. Principis & Dnæ Dnæ SALOMEÆ: Ducis Munsterbergi & Olseni: in Silesia: &c. edita Venetiis apud Vincentium Valgysium an. 1568. 4. Auctore Mario Piclorio: Utinensi: cognoscere licuit, in oppidum S. Crucis translata, splendidissimoque Mausoleo illatam fuisse, Cujus hæc Inscriptiones:

I.

SALOMEÆ: HENRICI FILIÆ
DUCI MUNSTERBERGI ATQUE OLSSENI IN SILESIA:

Longe Excellentissimæ atque Illustrissimæ Principi:

Comiti Glacii: Comiti & L. B. a Turri & S. Cruce:

Dominæ Lipnici & Teutschenbroti: Matronæ humanis pariter & divinis dotibus ornatissimæ: Cujus præclara Corporis & Animi Ornamenta tota Provincia laudando comprobavit: Georgius Francisci F. Turrianus Comes; Conjugi Optimæ: ac Bene merenti: cum qua conjunctissime vixit Annis VII. D. II. Horis VI. Eodem Amoris Impulsu quo viventem persecutus est post Obitum, Honoris Pietatisque Causa vix consolabili Doloře confectus MAUSOLEUM HOC F. C.

Abcessit Patavii XIV. Kal. Junii M.D. LXVII.

Annos Nata XXVII. Mensē I. Dies X. Horas VI. &c.

II.

GEORGIUS: FRANCISCI F.

Illustriss. Comes & L. B. a Turri & S. Cruce:

Dnus Lipnici & Teutschenbrodti: Incltyti Ducatus Carniolæ & Marchionatus Slavoniæ: perpetuus Hæreditariusque aulae Præfectus: qui vixit annos

M.D.H. sibi & SALOMEÆ: Uxori dulcissimæ & Incomparabili: HENRICOque & MARGARETHÆ Communibus Liberis, vivens, volensque M. H.P.C.

Obit Anno Salutis - - -

III.

HENRICO FILIO:

ORTO ANNO SALUTIS M.D. LXI.

X. Kal. Octobr. ac eodemmet anno: Pridie Kal. Decembr. erepto: Francisci F.

GEORGIUS de la Torre:

Pater afflictissimus:

Doloris miserum Solatium Dulcissimæ Ejus Memoriam

M. H. P. C.

IV.

MARGARITHÆ FILIÆ:

Altero quo nata est anno vitæ defunctæ, nunc in Cœlestium Virginum Cœtu

Degenti Georgius de Turre; Pater: Francisci F. ob immaturum Ejus Interitum profusis Lacrymis P. C.

Orta est anno M. D. LXV. V. Id. Novembr.

Obit anno M.D. LXVI. Kal. Febr.


SERENISSIMÆ GESSLOTHARINGICÆ
 cujus nunc SUPERIORIS quoque SUDUCATUS TESSINENSIS Possessio
 TABVLAE ALOLOGICA
 ex monumentis dignissimis.

LEUTHARIUS ALEMANNIÆ, † 554.

LEUDEFREDUS ALEMANNIÆ, † circa an. 600.

LOTHARIUS ALEMANNIÆ, †

ETHICO I. f. ALDE DUX ALEMANNIÆ, †
 Beromünster, †.




A

B

(B)

C



A

B

(C)

81

A					B				
FRIDRICUS II. DUX LOTHARINGIÆ, Comes Romaricensis, (vulgo Remiremont) an. 1258. prid. Id. Martii Toleti ab Alphonso Romanorum Rege, & Castellæ Rege quinque vexillis investituram accepit, †. AGNES, Theobaldi, Comitis Barri F. †.					HENRICUS IV. Comes de Vaudemont, †. Margaritha, Comes de Vaudemont, uxor Anselmi, Dni de Joinville, †. HENRICUS V. Comes de Vaudemont, Dn. de Joinville, †. MARIA de Luxembourg, †. MARGARETHA, Comes de Vaudemont, nupta 1. Joh. Burgundi, Dn. de Monragu, 2. Petri Comitis Genevæ, 3. FRIDRICI de Lotharingia, Caroli I. Ducis Fratræ, qui †. 1415. in prælio ad Azincourt gælo.				
THEOBALDUS I. DUX LOTHARINGIÆ, †. Gertrudis, Alberti Com. de Dagsbourg & Metz, F.					MATHÆUS II. DUX LOTHARINGIÆ, † 1259. Catherina, Walrami Ducis Limburgensis F. †. Alifa, uxor N. Com. Kiburgi, inde Gualtieri de Vignory, †. Alifa, uxor N. Com. Kiburgi, inde Gualtieri de Vignory, †. Alifa, uxor N. Com. Kiburgi, inde Gualtieri de Vignory, †.				
FRIDRICUS III. DUX LOTHARINGIÆ, † 1303. Margaritha, Theobaldi, Com. Campan. R. Navarræ F. †.					Alifa, uxor N. Com. Kiburgi, inde Gualtieri de Vignory, †. Buchardus, Episc. Metens. †. Alifa, uxor N. Com. Kiburgi, inde Gualtieri de Vignory, †. Alifa, uxor N. Com. Kiburgi, inde Gualtieri de Vignory, †.				
THEOBALDUS II. DUX LOTHARINGIÆ, † 1312. Isabella de Rumigny, †.					Mathæus de Lotharingia, aquis submersus an. 1281. Alifa, Theobaldi II. Com. Barri F. †.				
FRIDRICUS IV. DUX LOTHARINGIÆ, † 1328. ISABELLA, ALBERTI I. AUSTRIACI, ROM. IMP. F. † 1352, sepulta in Königsfelden					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
RUDOLPHUS, DUX LOTHARINGIÆ, occis. in prælio Cressiacensi 1346. 1. Leonora, Henrici IV. Comitis Barri, F. †. 2. Maria de Chatillon, Guidonis Com. de Blois F. †.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNES, DUX LOTHARINGIÆ, † 1382. 17. Sept. I. SOPHIA, Eberhardi Com. Würtembergici F. †. II. Margaretha, Ludovici C. de Chincy & Los F. † 1372.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
CAROLUS Audax, DUX LOTHARINGIÆ, † 1430. MARGARETHA, Ruperti, Elect. Palatini, Rom. Imp. F.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
Ludovicus, †. Rudolphus, †. Carolus, †. Catherina, uxor Jacobi Marchionis Badensis, † 1439.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
ISABELLA, uxor Renati Andegavenfis, & Ducis Barrenfis, quem IMP. SIGISMUNDUS non obstante Domino Comite Vaudaniontis in REGALIBUS DUCATUS LOTHARINGIÆ honorifice recepit, (sunt verba Guilielmi Chaney, Canonici Virdunensis, in litteris an. 1434. d. 27. April. ad Virdunense Capitu- lum Basileæ datis, ap. Chiffetium in Lotharingia masculina) Ipsa † 1453.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNES II. DUX LOTHARINGIÆ, † 1470.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
RENATUS, DUX LOTHARINGIÆ & BARRI, † 1508. 8. Dec. I. JOHANNA de Harcourt, Wilhelmi Comitis de Teneraville F. † 1471. II. PHILIPPA, Adolphi de Egmond, Ducis Geldriæ 1485. †.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti C. Flandriæ F. †.				
JOHANNA, conjux CAROLI Andegavenfis, Regis Neapolitani, qui † 1481.					Mathæus, Dn. de Fleurines, †. Mathildis de Bethune, Roberti				

II. Carolus, & Franciscus, obierunt infantes.	ANTONIUS, DUX LOTHARINGIÆ ET BARRI, nat. 1489. 4. Jun. † 1544. 15. Jun. RENATA de Bourbon, Gilberti de Bourbon, Com. de Montpensier F. nupta 1515. Kalend. Januar. †.	Anna, Nicolaus, Isabella, Claudia, Catherina, obierunt infantes.	CLAUDIA LOTHARINGIA, de Guile, nat. 1498. 12. Apr. † 1550. 12. Apr. ANTONIA, de Bourbon, Vendome F. † 1583.	JOHANNES de LOTHARINGIA, R. E. Cardinalis, Archi-Ep. Narbonn. Ep. Alb. & Tull. nat. 1498. 9. Apr. † 1550. 10. Maji.	Ludovicus de Lotharingia, Comes de Vaudemont, nat. 1500. 27. Apr. † 1527.	Franciscus de Lotharingia, Comes de Lambesque, nat. 1503. 23. Jun. † ad Paviam 1525. 24. Febr.					
FRANCISCUS, DUX LOTHARINGIÆ & BARRI, nat. 1517. d. 23. Aug. † 1545. 12. Jun. CHRISTINA, Christierni, R. Danicæ F. Vidua Francisci Sfortia, Ducis Mediolan. nupta 1541. † 1590. 10. Dec.	Anna, nat. 1522. 25. Jul. nupta 1) 1540. Renato Nassovio, Principi Arausionensi, 2) PHILIPPO de Croy, Duci de Arschort, † 1558.	NICOLAUS, Comes de Vaudemont, Dux de Mercoeur, nat. 1519. † 1577. 23. Jan. I. Margaretha ab Egmond, Principis de Gavre F. nupta 1549. 1. Maji, † 1554. 10. Martii, II. JOHANNA de Sabaudia, Philippi Ducis de Nemours F. nupta 1555. 24. Febr. † 1568. 4. Jul. III. Catherina de Lotharingia, Claudii Ducis de Aumale F. nupta 1569. 11. Maji, †.	MARIA, nat. 1515. 22. Nov. nupta 1) 1533. Ludovico Duci de Longueville, 2) JACOBO V. REGI SCOTIÆ 1538. † 1560. 10. Januar.	FRANCISCUS, Aloyfia, nat. 1520. 19. Jun. nupta Carol. de Croy, Pr. de Chimay, † 1542.	Renata, Abbatissa de Remiremont, †.	CAROLUS, R. E. CARD. Archi-Ep. Remorun, Abbas S. Dionysii, nat. 1524. 17. Febr. † 1574. 23. Dec.	CLAUDIUS, Dux de Aumale, nat. 1526. 1. Aug. occisus 1573. 14. Martii, Aloyfia de Brezé, Ludov. Com. de Maulevrier F. & hæres, †.	LUDOVICUS, R. E. CARD. Arch. Se-non. Ep. Me-tenfis, nat. 1527. 21. Octobr. † 1578. 28. Martii.	Antonia, Abbatissa de Faremouster, nat. 1531. 31. Aug. † 1561. 14. Mart.	FRANCIS-CUS, Equ. Melit. M. Prior Franciæ, nat. 1534. 17. Apr. † 1563. 6. Mart.	RENATUS, Marchio de Elboeuf, nat. 1536. 14. Aug. † 1566.
CAROLUS II. DUX LOTHARINGIÆ & BARRI, nat. 1543. 18. Febr. † 1608. 10. Dec. CLAUDIA, Henrici II. Regis Gallie F. nupta 1558. † 1575. 20. Febr.	Renata, nat. 1543. nupta 1567. Wilhelmo, Duci Bavarie, † 1602. 23. Maji.	De rothea, posthuma, Erico, Duci Brunswicensi, † 1587.									
HENRICUS, DUX LOTHARINGIÆ ET BARRI, nat. 1563. 8. Nov. † 1624. 30. Jul. I. CATHARINA de Bourbon, ANTONII de Bourbon, Regis Navarra F. nupta 1599. † 1604. 30. Julii, II. MARGARITHA GONZAGA, Vincentii Gonzaga, Ducis Mantuae F. nupta 1606. † 1632.	CHRISTINA, nat. 1565. 6. Aug. nupta 1589. FERDINANDO, Magno Duci Etruriae, † 1637. 19. Jan.	CAROLUS, R. E. Cardinalis, Episc. Metensis, & Argentoratensis, nat. 1567. 1. Julii, † 1607. 30. Nov.	ANTONIA, nata 1568. 26. Aug. nupta 1599. WILHELMO, Duci Juliae, Cliviae & N. † 1610. 18. Aug.	Anna, nat. 1570. † c. 2.	FRANCISCUS, Comes de Vaudemont, nat. 1571. 27. Febr. † 1632. 15. Oct. CHRISTINA, Pauli Comitis Salmenfis F. & Hæres, †.	ELISABETH, nat. 1573. nupta 1595. MAXIMILIANO, Duci Bavarie, † 1636. 4. Jan.					
II. NICOLÆA, nat. 1608. nupta 1621. CAROLO III. DUCI LOTHARINGIÆ, † 1657. 20. Febr.	CLAUDIA, nupta 1634. FRANCISCO, DUCI LOTHARINGIÆ, † 1648.	CAROLUS III. DUX LOTHARINGIÆ & BARRI, nat. 1603. † 1675. 18. Sept. I. NICOLÆA Agnata, nupta 1621. inde separata, † 1657. 20. Febr. II. Beatrix de Cuslance, Eugenii Leopoldi de Cuslance, Principis de Cantacroix Vidua, †. III. MARIA, Caroli Com. ab Asprenont F. nupta 1665. † 1692.	FRANCISCA, nat. 1606. nupta 1) 1616. Pr. de Pfalzburg, 2) Grimaldi, 3) Moura, 4) Co, 5) Xheim, Mantelon, 1660.		MARGARITHA, nat. 1616. nupta 1632. CASCONI JOHANNI BAPTISTÆ, Duci Aurelianensis, † 1672. 13. Apr.	NICOLAUS FRANCISCUS, R. E. Cardinalis & Episcopus Tullensis, sed polita Tiara DUX LOTHARINGIÆ & BARRI, † 1670. 26. Jan. CLAUDIA Agnata, Henrici Ducis Lothar. F. nupt. 1634. † 1648.					
		II. CAROLUS HENRICUS, Princeps de Vaudemont, nat. 1649. 24. Febr. † 1723. 14. Januar. ANNA ELISABETH de Lotharingia, Caroli III. Ducis ab Elboeuf F. nat. 1649. 6. Aug. nupta 1669. 17. Apr. † 1714. 5. Aug. CAROLUS THOMAS de Lotharingia, Princeps de Vaudemont, nat. 1670. 7. Martii, † in expeditione Italica 1704. 11. Maji.	nat. 1694. Febr. Princeps, vidua 19. Febr.		Ferdinandus Philippus, nat. 1639. 29. Dec. † 1659. 1. Apr.	CAROLUS IV. LEOPOLDUS, DUX LOTHARINGIÆ & BARRI, natus 1643. 3. Apr. † 1690. 18. Apr. ELEONORA MARIA, FERDINANDI III. ROM. IMP. F. LEOPOLDI M. ROM. IMP. SOROR, MICHAELIS KORIRUTH, REGIS POLONIÆ, Vidua (1673. 10. Nov.) nat. 1653. 21. Maji, nupta 1678. 6. Febr. † 1690. 18. April.					
		LEOPOLDUS JOSEPHUS CAROLUS, DUX LOTHARINGIÆ, REX HIEROSOLTMORUM, DUX CALABRIÆ, GELDRIÆ, MONTISFERRATI, CAROLOPILIS ET TESSINI, MARCHIO PONTIS MONTIS &c. nat. 1679. 11. Sept. ELISABETH CHARLOTTE, Philippi de Bourbon, Ducis Aurelianensis F. nat. 1676. 13. Sept. nupta 1698. 22. Oct. (Ex numerosa Prole supersunt.)	JOSEPHUS NATIUS, LOTHARINGIÆ BARRI, DUCIS TREVIRENSIS, & EOLOMUCENSIS ET BRUGENSIS, nat. 1674. 24. Novembr. † 1705. 4. Dec.		FERDINANDUS JOSEPHUS PHILIPPUS, DUX LOTHAR. ET BARRI, nat. 1683. 17. Apr. †.	JOSEPHUS INNOCENTIUS EMANUEL, DUX LOTHAR. ET BARRI, nat. 1685. 20. Octobr. † 1705. 25. Aug. in Expeditione Italica.	FRANCISCUS JOSEPHUS, DUX LOTHAR. ET BARRI, Abbas in Stablo & Malmedy, nat. 1689. 11. Dec. † 1715. 27. Jul.				
FRANCISCUS STEPHANUS, DUX LOTHAR. AC BARRI AC IN SILESIA TESSINENSIS, EQVES AUREI VELLERIS, nat. 1708. 8. Dec.		ELISABETH THERESIA, nat. 1711. 15. Octobr.	CAROLUS DUX BARRI, nat. 1711.		ANNA CHARLOTTE, nat. 1714. 4. Maji.						

(E)

I. Maria, Catherina, Henricus, obierunt infantes.
 ALOYSIA, nat. 1553. nupta 1575. HENRICO III. Regi Gallie, † 1601. 29. Jan.
 II. PHILIPPUS EMANUEL de Lotharingia, Dux de Mercœur, nat. 1559. † 1602. 19. Febr.
 MARIA de Luxembourg, Sebastiani de Luxembourg, Ducis de Pontievre F. & Hares, † 1627.
 Carolus de Lotharingia, R. E. Cardinalis, nat. 1562. 2. Februar. † 1587. 11. Octobr.

Philippus, nat. 1591. † 1592.
 FRANCISCA, Ducissa de Mercœur & Pointievre, nat. 1592. nupta 1609. CESARI, Ducis de Vendosme, † 1669. 8. Sept.

C

HENRICUS, Dux de Guise, nat. 1552. nupta 1570. 4. Febr. nat. 1550. 31. Dec. occisus 1588. 13. Dec.
 CATHERINA, Ludovico de Bourbon, Ducis de Montpensier, † 1596. 6. Maji.
 CAROLUS, Dux de Mayenne, nat. 1554. 24. Maji, † 1611. 3. Oct.
 LUDOVICUS, R. E. CARD. ARCHIEP. REMORUM, nat. 1555. 6. Jul. occisus 1588. 14. Dec.
 Antonius, Franciscus, & Maximilianus, obierunt infantes.
 HENRICA de Sabaudia, Honorati de Sabaudia, March. de Villous F. Melchioris Dn. de Monpescat vidua, †.
 HENRICUS, Dux d'Aiguillon, nat. 1578. 20. Dec. occisus ante Montauban 1621. 16. Sept.
 CAROLUS EMANUEL, Comes de Sommerive, nat. 1581. 19. Oct. † 1614.
 CATHERINA, nupta 1599. CAROLO Gonzaga, Ducis de Nevers, † 1618.
 RENATA, nupta 1613. Mario Sfortia, Ducis de Ognano, † 1638. 23. Sept.
 MARIA, Ludov. Gonzaga, Ducis de Nevers F. nupta 1599. † 1601.

CAROLUS, Dux de Guise, nat. 1571. 20. Aug. † 1640. 30. Sept.
 HENRICA CATHERINA, Henrici Ducis de Joyeuse F. & Hares, vidua Henrici Ducis de Montpensier, † 1656.
 Henricus, Catherina, Carolus, Maria, Christina, Franciscus, obierunt infantes.

Franciscus, Princeps de Joinville, nat. 1612. † 1639. 7. Nov.
 HENRICUS, Dux de Guise, nat. 1614. 4. Apr. † 1664. 2. Jun.
 MARIA, Ducissa de Guise, nat. 1615. † 1688. 3. Martii.
 FRANCISCA RENATA, Abbatissa ad S. Petr. Rem. † 1682. 5. Dec.
 LUDOVICUS, Dux de Joyeuse, nat. 1622. 21. Martii, † 1644. 27. Sept.
 FRANCISCA MARIA de Valois, Lud. Emanuelis de Valois, Ducis de Engoulesme F. & Hares, nupta 1644. 3. Nov. †.
 LUDOVICUS JOSEPHUS de Lotharingia, Dux de Guise, Joyeuse & Engoulesme, nat. 1650. 7. Aug. † 1671. 30. Jul.
 Isabella, Gastonis Joh. Baptistae Ducis Aurelianens. F. nupta 1667. 15. Maji, † 1696. 17. Martii.
 FRANCISCUS JOSEPHUS de Lotharingia, nat. 1670. 27. Aug. † 1675. 16. Martii.

Johannes & Franciscus, ut adolefcentes.
 MARGARITHA, nat. 1564. 14. Maji, nupta 1) Anna, Ducis de Joyeuse, 1589. 2. Francisco de Luxembourg, Ducis de Piney, †.
 III. HENRICUS de Lotharingia, Comes de Chaligny, nat. 1570. 31. Jan. † 1601. Claudia, Caroli L. B. de Moy F. & Hares, †.
 ERICUS, Episc. Verodunensis, inde Capucinus, †.
 Christina, Antonius, Aloysia, obierunt infantes.

CAROLUS, Episc. Verodunensis, postea P. S. d. †.
 HENRICUS de Lotharingia, Comes de Chaligny, † 1670.
 FRANCISCUS, Episc. Verodunensis, nat. 1595. 15. Jan. † 1661. 11. Aug.
 Aloysia, nupta Florentio de Ligne, March. de Roubaix, † 1667. 15. Nov.

D

Cat. ux. de Lo. Vau.
 Diana, nat. 1558. nupta 1576. 13. Nov. Francisco Lucemburgensi Ducis de Piney, †.
 CAROLUS, Dux de Aumale, nat. 1555. 25. Jan. † 1618.
 MARIA, Renati, M. de Elbocuf F. †.
 Claudius, Eques Melitenensis, nat. 1564. 10. Febr. occisus 1591. 3. Jan.
 Antonia, Abbatissa de Faremonstier, †.
 Aloysia, Abbatissa Cœnobii B. V. Sveffion, † 1634. 24. Aug.
 MARIA, Abbat. Chellenfis, nat. 1585. † 1627.
 Henricus, Carolus, Diana, & Antonius, obierunt infantes.
 CAROLUS, de Aumale, †.
 ANNA, Dux de Aumale, nupta 1618. Henrico de Sabaudia, Ducis de Nemours, † 1638.
 Henricus, Magdalena, & obierunt infantes.

CLA. Dux de Aumale, nat. 1578. 5. Jun. Caroli d'Als. de Luynes, nupta 1599.
 Aloysia, nupta 1605. Francisco de Bourbon, Principi de Conty, † 1631. 30. Apr.
 Renata, Abbatissa S. Petri Rem. †.
 Johanna, Abbat. Jovarræ, †.
 ALEXANDER PARIS, Eques Melitenensis, nat. 1589. † 1614. 1. Jun.

E

Anna, Abbat. aux D. † 1652.
 Carola Maria, nat. 1625. † 1652.
 Henrica, Abbat. Jovar. †.
 Aloysia de Ricux, Comes de Harcourt, †.
 MARIA, nat. 1555. 22. Aug. nupta Carolo Ducis de Aumale, †.
 CAROLUS de Lotharingia, Dux de Elboeuf, nat. 1556. 18. Octobr. † 1605. Marguerite, Helionori Chabot, Com. de Charny F. †.

US II. de Elboeuf, nat. 1596. 1. Nov. IN A. CA, Regis F. 1519. 63.
 Claudia Leonora, uxor Lud. Gouffier, Ducis de Rouannois, † 1654.
 Francisca, & Catherina, obierunt infantes.
 Henrica, Abbat. B. M. V. a Soiffons, † 1669. 24. Jan. æt. 77.
 HENRICUS, Comes de Harcourt, Armagnas, nat. 1601. † 1666. 25. Jul.
 Marguerite Philippine de Cambout-Coislin, Vidua Antonii de Laye, Ducis de Puy-Laurens, nupta 1640. † 1674. 9. Dec.

G

(F)

CAROLUS III. Dux ab Elbocuf, nat. 1620. † 1692. 4. Maji, I. Arca Elisabeth de Lannoy, Vidua Henrici de Pleſſis, nupta 1648. 5. Mart. † 1654. II. Catherina de la Tour, Fridrici Mauritiū de la Tour, Ducis de Bouillon F. nupta 1656. 20. Maji, † 1680. 23. Octobr. III. Francisca de Mont- taud, Francisci Ducis de Navailles F. nupta 1684. 25. Aug.	Henricus, Abbas Hombie- renſ. † 1649.	FRANCISCUS, PRINCEPS de Harcourt, nat. 1623. † 1694. 6. Jun. Anna Ornaria, Francisci Alphonſi, Com. de Montlaur F. nupta 1645. † 1695.	Catherina, Abb. Portus Regii Pariliis, † 1645.	Maria, nat. 1620. † 1679. 7. Aug.	FRANCISCUS Ma Princeps de Lilibet nat. 1624. 4. Apr. † 1694. 9. Jan. I. Chriſtina, Hannibali Eſtreēs F. nupta 1658. 8. Apr. † 1658. 18. Dec. II. Anna, Caroli III. Lotharingia F. nat. 1639. nupta 1660. † 1720. 19. Febr.
	ALPHONSUS HENRICUS, Princeps de Harcourt, † 1719. 19. Oct. MARIA FRANCISCA, Caroli M. de Brancas F. nupta 1667. 18. Febr. † 1715. 13. Apr.	Ceſar, Pr. de Mont- laur, † 1683. Nunnio Alva- rez Ducis de Cadaval, † 1674. 7. Jul.	Maria Angelica, nupta 1671. † 1699. 29. Octobr	Maria Anna, Abbatiffa N. † 1699. 29. Octobr	N. de Harcourt, Abbas.
	ANNAS MARIA JOSEPHUS, Princeps de Harcourt, nat. 1679. 30. Apr. Maria Louyſe, Caſp. March. de Monion F. nupta 1705. 2. Jul.	FRANCISCUS, N. Eques de Harcourt.			

I. Anna Eliſabeth, nat. 1649. 6. Aug. nupta 1669. 17. Apr. CAROLO HENRICO Principi de Vaudemont, † 1714. 5. Aug.	CAROLUS de Lotharingia, Eques Melitenſis, nat. 1650. 2. Octobr.	II. Maria Eleonora, nat. 1658. 24. Febr. Sanctimonialis	FRANCISCA MARIA, nat. 1659. 6. Maji, Sanctimonialis.	HENRICUS de Lo Dux ab Elbocuf, nat. 1661. 7. Aug. † 1718. Anna Charlotte de Rochecouart Lud. Viſt. de Rochec Ducis de Vironne nupta 1677. 28. Jul.
---	--	--	---	---

Philippus,
†
Armande
Charlotte,
†
nat. 1695. 21. Jun.
Filia.

II. Beatrix Hieronyma de Lotharingia, nat. 1662. 1. Jul. Domicella de Liſſbonne & Abbatiffa Romariſenſis.	CAROLUS de Lotharingia, Princeps de Commercy, nat. 1661. 11. Jul. † 1702. 15. Aug. in Prælio ad Luzaram in Italia ſeliciter geſto	ELISABETH THERESIA de Lotharingia, Domicella de Commercy, nat. 1664. 5. Apr. nupta 1691. 7. Oct. Ludovico de Melun, Principi d'Epinoſ, vidua 1704. 24. Sept	PAULUS de Lotharingia, nat. 1672. † 1693. 29. Jul. in Prælio ad Neerwinden geſto.	HENRICUS de Lotharingia, Comes de Brionne, nat. 1661. 15. Nov. † 1712. 3. Apr. Magdalena, Ludovici d' Eſpinay, M. de Biou F. nupta 1689. 23. Dec. † 1714. 14. Dec.	Margaretha, nat. 1662. 17. Nov. nupta 1675. 25. Jul. Nunnio Alvarez de Mello y Pereira, Duci de Cada- val, vidua 1727. 29. Jan.
	LUDOVICUS de Lotharingia, Princeps de Lambefc, nat. 1692. 13. Febr. JOHANNA Henriette de Durefort, Jacobi Henrici de Duras, Ducis de Durefort F. nat. 1691. nupta 1709. 22. Maji.			Maria Louyſe de Lotharingia, Domicella de Brionne nat. 1693. 24. Octobr. † 1724. 18. Oct.	
	Domicella de Lambesque, nat. 1711. menſ. Dec.	Filia, nata 1724. m. Jul.	N. de Lotharingia, natus 1725. menſ. Sept.		

LUDOVICUS, Comes de Harcourt- Armagnac, nat. 1641. 7. Dec. † 1718. 13. Jun. CATHERINE de Neufville, Nicolai de Neufville, Ducis de Villeroy F. nupta 1660. 7. Oct.	Philippus, nat. 1643. † 1702. 8. Dec. Abbas de S. Jean de Vignes a Soiffons.	Alphonſus Ludovicus, nat. 1644. † 1689. Eques Militenſis,	Raimundus Berengarius, nat. 1647. † 1686. Abbas de S. Faron de Meaux,	CAROLUS de Lotharingia, Comes de Marſan, nat. 1648. 31. Dec. † 1708. 13. Nov. I. Maria Francisca, Caſaris Phœbi Mareſchallis d' Albret F. nupta 1682. † 1692. II. Catherina Theresia de Matignon, Henrici Com. de Thorigny F. nupta 1696. 22. Febr. † 1699. 2. Dec.
	II. CAROLUS de Lotharingia, Princeps de Pons & Mortagne, Comes de Marſan, nat. 1696. 20. Nov. ELISABETH, Gaſtonis Joh. Bapt. Ducis de Roquelaure F. nupta 1714. 1. Martii.	JACOBUS de Lotharingia, Princeps de Lixin, Dux de Joyeuſe, nat. 1698. 24. Martii, Margaretha Gabriele, S.R.I. Principis de Beauveau- Craon F. nupta 1721. 19. Aug.	Filia, nata 1699.	
	Domicella de Marſan.	Filius, nat. 1721. 8. Febr.	Filius, natus 1724. 5. Jul.	

Ludovicus, nat. 1662. Abbas, † 1693.	EMANUEL MAURITIUS de Lotharingia, Dux ab Elbocuf, nat. 1677. 30. Dec. THERESIA Stramboni, N. Ducis di Salta F. nupta 1713. 25. Octobr.	III. Sufanna Henrica, nat. 1686. 1. Febr. nupta 1704. 11. Nov. Carolo IV. Duci Mantua, † 1710. 19. Dec.	LOUYSE ANNA, nat. 1689. 10. Jul. nupta Emanueli Theodofio de la Tour, Duci de Bouillon 1725. 8. Martii, † c. 2. menſe Decembri.
---	---	---	--

CAMILLUS de Lotharingia, Princeps de Chamilly, nat. 1666. 26. Oct.	MARIA, nat. 1674. 12. Aug. nupta 1668. 14. Jul. Antonio Grimaldi Duci de Monaco † 1724. 31. Oct.	Ludovicus Alphonſus de Lotharingia, Eques Melitenſis, nat. 1675. 14. Aug. † 1704.	Charlotte, Domicella de Armagnac, nat. 1677. 6. Maji.	Annas Maria de Lotharingia, Abbas de Montier en Der & de la Chaize de Dieu, nat. 1681. 23. Sept.	CAROLUS de Lotharingia, Comes de Armagnac, nat. 1684. 22. Febr. FRANCISCA ADELHEYD, Adriani Mauricii, Ducis de Noail- les F. nat. 1704. Kal. Sept. nupta 1717. 22. Maji, ſeparata 1721.
--	---	--	---	--	---

CELSISSIMÆ GENTI LICHTENSTEINIÆ
 Quæ Silesiæ Ducatu Osnii & Carnoviensi gaudet
 TABVLAE AEOLOGICA
 ex Monumentis dignissimis.

Mareschalchus AUSTRIÆ,
 1086.

ANSHELMUS, †

HADEMARUS de Cuopharn,
 Fundator celeberrimi Monasterii
 ZWETLENSIS, an. 1138.

† 1155.
 GERTRUDIS, †.

ADALBERG, †.

ADALBERO de Cuopharn
 f. de Chunring,
 cujus Auspiciis Monasterium ZWETLENSE
 dedicatum A. C. 1159.
 MARESCHALCUS & PINCERNA AUSTRIÆ, †.

Leopoldus de Chunring,
 Pincerna AUSTRIÆ,
 †.

HADMARUS de Chunring,
 profectus in Terram sanctam, ibidem defunctus 1147.

HADMARUS de Chunring,
 Dominus in Tyernstein & Lichtenstein,
 cui Rex Angliæ prope Viennam captus traditur
 custodiendus A. C. 1212. †.

HENRICUS I. de Chunring,
 de Lichtenstein & Niclasburg, † 1305.

Hadmarus de Chunring,
 sepultus in Monasterio Zwettlensi, †.

HARTNEIDUS I. de Chunring,
 de Lichtenstein & Niclasburg, † 1293.
 Agnes ---- † 1357.

Henricus II. de Chunring,
 Dominus in Niclasburg,
 †.

Ulricus de Lichtenstein,
 castris quibusdam a Rege Bohemiæ
 Ottokaro privatus an. 1253. †.

Fridricus de Chunring, †.
 N. de Heinberg, †.

OTTO de Lichtenstein,
 Prælio RUDOLPHUM inter IMP. & Ottoka-
 rum Boh. Regem an. 1278. gesto interfuit, †.
 Adelheydis de Pottendorff, †.

Anna,
 nupta N.
 de Kranich-
 perg,
 † 1357.

HARTNEIDUS II. de Lichtenstein,
 Dominus in Neudorf,
 & nobilissimarum in
 Maidberg, Wisteritz,
 Weissenstein, Glompitz,
 Pachmalitz, Mutschitz,
 Neidegg, Eisgrub, Urgitz,
 Milnitz, † 1375.

FRIDRICUS II.
 de Lichtenstein,
 Consiliarius Ducis AUSTRIÆ, †.

Petrilla de Lichtenstein,
 † 1380.

Agnes.

Johannes de
 Chunring, †.
 Leutoldus de
 Chunring, †.
 Agnes,
 Comes de Habs-
 purgk,
 nupta 1300. †.

Rudolphus de Lichtenstein,
 cui an. 1327. cum agnatis Johanne & Leutholdo
 fratribus de Chunring Lis de Monasterio
 Zwettlensi, †.

GEORGIUS I. de Lichtenstein,
 Dominus in Niclasburg & Ulrichskirchen,
 † 1392.
 DOROTHEA de Puchhaim, †.

IOHANNES Dominus a Lichtenstein,
 † 1399.
 nullam ex tribus uxores habuit,
 itaque GEORGIUS I. reliquit.

Hartnides de Lichtenstein,
 Capitaneus Silesiæ, †.
 Afra de Waldsee, †.

Hartnides de Lichtenstein, †.

GEORGIUS Dominus de Lichtenstein,
 Episcopus Tridentinus,
 & Princeps aulae Imp. Sigismundi,
 † 1419.

MATHÆUS Dominus a Lichtenstein,
 bellica laude insignis, †.

JOHANNES Dominus a Lichtenstein,
 Capitaneus Silesiæ,
 Agnes, †.

HENRICUS Dominus a Lichtenstein,
 Magister Curie Archi-Ducis Austriæ
 LEOPOLDI PROBI, † 1418.
 Anna de Zelking, †.

Ulricus
 Dominus a Lichtenstein, †.
 Ursula de Strubenberg, †.

Dominus a Lichtenstein, †.
 Hedwig, †.

GEORGIUS II. Dominus a Lichtenstein,
 † 1444.
 HEDWIG de Pottendorff,
 Agnati Johannis de Lichtenstein vidua,
 ex qua numerosam Sobolem suscepit,
 ex Filiis illustre nomen fortiti sunt.

CHRISTOPHORUS Dominus a Lichtenstein,
 † 1445.
 Amalia de Puchhaim,
 ex qua tres Filios suscepit,
 sed turbato mortalitatis ordine ante
 ipsum defunctos.

HENRICUS V.
 Dominus a Lichtenstein & Niclasburg in Steyereck,
 cogn. Claudus,
 ARCHIDUCIS AUSTRIÆ ALBERTI VI.
 Consiliarius intimus,
 & an. 1463. ad Georgium Boh. Regem Legatus,
 a MATHIA postea Hungariæ Rege Capitaneus Moraviæ
 constitutus, † 1483.
 AGNES L. B. de Stahrenberg, †.

Georgius & Erasmus,
 quorum Progenies statim interit.

Johannes Dominus a Lichtenstein,
 cujus Nepos interit.

Wolfgangus Dominus a Lichtenstein, †.
 L. B. de Schaumburg,

Leonhardus I.
 Dominus a Lichtenstein, †.

Leonhardus II.
 Dominus a Lichtenstein, †.

Christophorus
 Dominus a Lichtenstein, † 1585.

GEORGIUS III. Dominus a Lichtenstein
 in Niclasburg, † 1484.
 AGNES ab Eckharthau, †.
 Ex quinque filiorum numero, quorum nomina:
 Johannes, HARTMANNUS, Georgius, Sebastianus,
 ac Erasmus,
 solus liberos masculos genuit.

HARTMANNUS Dominus a Lichtenstein
 in Niclasburg, † 1530.
 1. AMALIA, Comes ab Hohenloë,
 nupta an. 1507. † 1510.
 2. Johanna L. B. de Mainberg, nupta 1511. †.

GEORGIUS HARTMANNUS Dominus a Lichtenstein in Niclasburg, nat. 1513. † 1562. Sufanna de Lichtenstein, †.			Christophorus Lichtenstein, †.	Sebastianus Dominus a Lichtenstein, †.		
HARTMANNUS IV. Dominus a Lichtenstein in Niclasburg, nat. 1544. 6. Maji, † 1595. ANNA MARIA, Caroli Comitis ab Ortenburg & Maximilianæ Comitis ab Haag F. † 1596.	Sebastianus Dominus a Lichtenstein, nat. 1545. †. Amalia a Puchheim.	Georgius Lud. Dominus a Lichtenstein, Præfectus Jaurini bellica laude m. nat. 1547. † 1591.	HENRICUS Dnus a Lichtenstein, S. C. R. M. ad Portam Ottomannicam Legatus, nat. 1554. † 1585. Byzantii.	Johannes Septimius Dnus a Lichtenstein, nat. 1558. † 1595. Anna Maria, Com. de Salm. †.	Georgius Hartmannus Dnus a Lichtenstein, Comes Itineris fratri Byzantium proficienti, † ibidem 1585.	
CAROLUS S. R. I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, DUX SILESIE CARNOVIENSIS & OPPAVIENSIS, S. C. R. M. CONSILIARIUS INTIMUS, natus 1569. † 1627. 12. Febr. ANNA MARIA, Johannis L. B. de Boskowitz & Czernahora & Anna L. B. de Krayg F. †.	CATHERINA de Lichtenstein, nata 1572. nupta 1592. Wolffgango Wilhelmo Comiti de Wolckers- dorff, † 1643.	MANUS EPS AUSTRIÆ nat. 1572. † 1611. 12. Sept. Joh. Boskowitz a F. †.	JUDITH de Lichtenstein, nupta 1595. Johanni Joachimo L. B. de Zinzendorff, †.	GUNDACKARUS S. R. I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, S. C. R. M. CONSILIARIUS INTIMUS, nat. 1580. †. I. AGNES, Ennonis III. Comitis Frisæ orientalis & Annæ Ducis Holstatiæ F. nupta 1604. † 1616. II. ELISABETH LUCRETIA, Adami Wenceslai Ducis Silesiæ Teflinensis & Elisabethæ Principis Curlandiæ F. nat. 1599. 1. Jun. nupta 1618. † 1653. 19. Maji.		
ANNA MARIA S. R. I. PRINCEPS de Lichtenstein, nat. 1597. 7. Dec. nupta MAXIMILIANO S. R. I. PRINCIPI DE DITRICH- STEIN, †.	FRANCISCA BARBARA S. R. I. PRINCEPS a Lichtenstein, nat. 1604. nupta Wernhero Comiti de Tilty, † 1655.	CAROLUS S. R. I. PRINCEPS AUSTRIÆ, DUX SILESIE OPPAVIENSIS & CARNOVIENSIS, SUPREMUS UTRIUSQUE CAPITANEUS, nat. 1611. 12. Sept. JOHANNES S. R. I. PRINCEPS AUSTRIÆ, Soror.	B			
JOHANNES ADAMUS ANDREAS S. R. I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, DUX SILESIE OPPAVIENSIS ET CARNOVIENSIS, S. C. R. M. CONSILIARIUS INTIMUS, ET AUREI VELLERIS EQUES, nat. 1656. 30. Nov. † 1712. 16. Junii Vindobonæ, ERDMUTH THERESIA MARIA Ferdinandi Josephi S. R. I. PR. de Ditrichstein F. nat. 1662. 17. Apr. nupta 1681. 16. Febr.			MARIA ELIZABETH ROSA S. R. I. PRINCEPS AUSTRIÆ, TENSIS nupta 1668. JOHANNES S. R. I. PRINCEPS AUSTRIÆ, † 1711.	MARIA THERESIA S. R. I. PRINCEPS de LICHTENSTEIN, nupta (1) 1667. Jacobo Comiti de Lesle, (2) 1692. Joh. Balthasari Comiti de Wagensperg, † 1716. 4. Febr.	JOHANNA BEATRIX S. R. I. PRINCEPS de LICHTENSTEIN, nupta 1669. MAXIMILIANO JACOBO MAURITIO S. R. I. PRINCIPI DE LICHTENTSEIN. † 1671.	
Carolus Josephus S. R. I. PRINCEPS DE LICHTENSTEIN, nat. 1684. 15. Octobr. † 1704. 16. Febr.	MARIA ANTONIA S. R. I. PRINCEPS de Lichtenstein, nat. 1687. 10. Apr. nupta 1704. 24. Jan. MARCO ADAMO COMITI DE ZOBOR, qui † 1728. mensis Julio.	Franciscus Dominicus S. R. I. Princeps de Lichtenstein, nat. 1689. 1. Sept. † 1711. 19. Martii.	MARIA ANTONIA S. R. I. PRINCEPS AUSTRIÆ, nupta (1) 1703. 21. Apr. S. R. I. PRINCEPS AUSTRIÆ, 1703. 21. Apr. Duci Holstatiæ in 1713. d. 5. Martii.	Gabriela, S. R. I. Princeps de Lichtenstein, nupta 1712. 1. Dec. JOSEPHO S. R. I. PRINCIPI de Lichtenstein, † 1713. 8. Octobr.	THERESIA ANNA FELICITAS S. R. I. PRINCEPS DE LICHTENSTEIN, nat. 1694. nupta 1713. 24. Oct. EMANUELI PRINCIPI SABAUDIÆ.	Dominica S. R. I. Princeps de Lichtenstein, nat. 1698. nupta 1719. 21. Maji. HENRICO JOSEPHO S. R. I. PRINCIPI AB AURS- BERG, DUCI SILESIE MONSTER- BERGENSI, † 1714. 2. Junii.
I. Juliana S. R. I. PRINCEPS de Lichtenstein, nat. 1605. nupta NICOLAO Comiti Fuggerio, †.	Maximiliana Constantia S. R. I. PRINCEPS DE LICHTENSTEIN, nat. 1608. nupta MATHIÆ S. R. I. PRINCIPI de la Tour & Tassis, †.	HARTMAN S. R. I. PRINCEPS AUSTRIÆ, nat. 1613. 15. Febr. SIDONIA ELIZABETH Ernesti Fridrici Reifferscheidt & Mariæ Ursulæ Comiti Daxbourn, nupta 1640. † 1681. (Mater XXIV. liberorum infantes hinc solum	Anna, S. R. I. Princeps de Lichtenstein, nat. 1615. nupta HENRICO WILHELMO SCHLICK. COMITI IN PAS- SAU & WEISKIRCHEN, †.	II. FERDINANDUS JOSEPHUS, S. R. I. PRINCEPS AUSTRIÆ, nat. 1622. 27. Dec. † 1666. DOROTHEA, Philippi Jacobi Comitis de Ladron & Victorie Comi- tis de Colalto F. vidua Celebrissimi Ducis bellici Mathiæ S. R. I. Comitis de Gallas, †.	Maximiliana, †.	Antonia, †.

<p>MAXIMILIANUS JACOBUS MAURITIUS, S.R.I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, COMES A RIETBERG, nat. 1641. 25. Julii, † 1709. 21. Apr.</p> <p>I. JOHANNA BEATRIX, Caroli Eusebii S.R.I. Pr. a Lichtenstein & Johanna Beatricis S.R.I. Pr. a Dietrichstein F. nupta 1669. 1. Maji, † 1671.</p> <p>II. ELEONORA MARGARETHA, Philippi Ludovici Ducis Holstiae in Wiefenburg & Annae Mariae Landgr. Hassiae in Homburg F. nat. 1665. 28. Maji, nupta 1674. 1702. 16. Aug.</p> <p>III. MARIA ELISABETH, Johannis Adami Andreae S.R.I. Pr. de Lichtenstein, & Erdmuth Theresiae Mariae S.R.I. Pr. de Dietrichstein F. nat. 1683. nupta 1703. 21. April.</p>	<p>THERESIA MARIA S.R.I. PRINCEPS de Lichtenstein, nupta 1667. Michaeli Johanni S.R.I. Comiti ab Althann, †.</p>	<p>SIDONIA AGNES S.R.I. PRINCEPS de Lichtenstein, nupta 1669. CAROLO Com. Palffy, vidua 1694. † 1721. 20. Martii.</p>	<p>ANNA MARIA S.R.I. PRINCEPS de Lichtenstein, nupta 1667. Rudolpho Wilhelmo S.R.I. Com. de Trautmannsdorff vidua 1689. † 1704. 4. Maji.</p>	<p>ANTONIUS FLOKIANUS S.R.I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, DUX SILESIAE OPPAVIENSIS ET CARNOVIENSIS, COMES IN RIETBERG, R. CATHOL. M. CONSILIARIUS INTIMUS, SUPREMUS AULAE PRAEFECTUS, EQUES AUREI VELLERIS, & MAGNAS HISPANIAE, nat. 1656. 4. Maji, † 1721. 11. Octobr.</p> <p>ELEONORA BARBARA, Michaelis Oswaldi Comitis de Thun F. nupta 1679. † 1723. 10. Febr.</p>	<p>MARIA MAXIMILIANA S.R.I. PRINCEPS de Lichtenstein, nupta 1680. Maximiliano Comiti de Thun, † 1686. 23. Sept.</p>	<p>PHILIPPUS ERASMUS S.R.I. PRINCEPS de Lichtenstein, Dux belli fortissimus, nat. 1664. 14. Sept. † 1704. 13. Jan. in Expeditione Italica.</p> <p>CHRISTINA THERESIA, Ferdinandi Caroli S.R.I. Principis de Löwenstein-Wertheim & Annae Mariae Principis de Fürstenberg F. vidua Alberti Ducis Saxoniae in Weissenfels. nat. 1665. nupta 1695.</p>	<p>HARTMANNUS VI. S.R.I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, nat. 1666. 3. Nov. † 1728. 2. Junii.</p>
<p>I. LUDOVICA JOSEPHIA S.R.I. PRINCEPS de Lichtenstein, nupta (1) 1691. Francisco Wilhelmo Comiti de Hobenembs, qui † 1692. (2) Jacobo Ernestio Com. de Lesle.</p>	<p>MAXIMILIANA BEATRIX S.R.I. PRINCEPS de Lichtenstein, nupta Johanni Sigismundo Comiti de Rothal,</p>	<p>III. Maria Josepha, nat. 1706. 27. Nov. † 1723. 13. Febr.</p> <p>Carolus Josephus, nat. 1707. 25. Nov. † 1708. 7. Julii.</p>	<p>Maximilianus Antonius, nat. 1709. 13. Apr. † 1711. 4. April.</p>	<p>MARIA ANNA JOSEPHA S.R.I. PR. A LICHTENSTEIN, nat. 1699. (1) 1716. 9. Sept. Joh. Ernestio Comiti de Thun, † 1717. 10. Martii. (2) 1718. 19. Apr. SEPHO WENSLAO LAURENTIO (AGNATO) S.R.I. PR. DE LICHTENSTEIN.</p>	<p>JOSEPHUS WENCESLAUS LAURENTIUS S.R.I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, nat. 1606. 19. Aug. MARIA ANNA S.R.I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, Antonii Floriani S.R.I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN F. nata 1694. 21. Octobr. vidua Joh. Ernestii Com. de Thun, nupta secunda vice 1718. d. 19. Apr.</p>	<p>EMANUEL S.R.I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, nat. 1698. MARIA ANTONIA COMES A DITRICHSTEIN, nupta 1226. 14. Janu. filius, natus 1726. mense Decembri Mediolani.</p>	<p>JOHANNES ANTONIUS S.R.I. PRINCEPS A LICHTENSTEIN, nat. 1699. † 1724. 14. Martii Mediolani.</p>
<p>Maria Antonia S.R.I. Princeps de Lichtenstein, nata 1683. 12. Jan. nupta 1) 1704. Jacobo Adamo Comiti de Lamberg, qui † 1708. 2) Eusebio Comiti de Rufflein, 1712. † 1715. 19. Dec.</p>	<p>JOSEPHUS JOHANNES ADAMUS S.R.I. PRINCEPS AC REGENS DOMUS LICHTENSTEINIENSIS IN NICOLSBURG, DUX SILESIAE OPPAVIENSIS AC CARNOVIENSIS, COMES RIETBERGENSIS, S.C. R. CATHOL. MAJ. CONSIL. ACTUALIS INTIMUS, CAMERARIUS, MAGNAS HISPANIAE PRIMI ORDINIS, EQUES AUREI VELLERIS, natus 1690. 27. Maji. I. GABRIEL, Joh. Adami Andreae S.R.I. Princeps a Lichtenstein F. nat. 1695. nupta 1712. 12. Nov. † 1713. 8. Oct. II. MARIA ANNA, Maximiliani Comitis a Thun & Mariae Maximilianae S.R.I. Pr. a Lichtenstein F. nupta 1716. d. 3. Febr. † 20. e. m. & an. III. MARIA ANNA CATHERINA, Francisci Alberti Comitis Oettingensis F. nupta 1717. 3. Aug. † 1729. 15. Apr. IV. MARIANNA FRANCISCI CAROLI, Comitis Kottulinsky, S.C. R. M. Consilarii intimi, Camerarii, & Capitanei ducatus Glogoviensis, Filia natu major, nupta 1729. d. 22. Aug.</p>	<p>Innocentius Antonius, nat. 1693. 2. Oct. † 1707. 21. Nov.</p> <p>MARIA CAROLINA S.R.I. PR. A LICHTENSTEIN, nat. 1694. 21. Oct. nupta 1719. 14. Maji, Francisco Wilhelmo Comiti in Salm-Reifferscheid.</p>	<p>Carolus Josephus Cajetani, nat. 1697. † 1704. 16.</p>	<p>ELFONORA S.R.I. PR. A LICHTENSTEIN, nat. 1705. nupta 1719. 5. Febr. Fridrico Christiano Comiti de Harrach, cujus Parens ALOTHIUS THOMAS RATMUNDUS, S.R.I. COMES AB HARRACH, AUREI VELLERIS EQUES, an. 17. 8. d. 1. Maji ab AUGUSTISSIMO CAESARE PROLEX NEAPOLITANUS constitutus est.</p>	<p>Philippus Antonius Josephus, natus 1720. † 1723. 15. Apr.</p> <p>FILIUS natus 1726.</p>		
<p>I. Carolus Antonius Josephus, nat. 1713. 6. Oct. † 1715. 5. Martii</p>	<p>III. Josephus Antonius, nat. 1720. 17. Apr. † 1723. 29. Nov.</p>	<p>MARIA S.R.I. PR. A LICHTENSTEIN, nata 1721. 28. Decembr.</p>	<p>JOHANNES NEPOMUCEN CAROLUS, S.R.I. PR. A LICHTENSTEIN ac in SILESIA OPPAVIENSIS AC CARNOVIENSIS, natus 1724. 6. Jul.</p>				

(K)


IV. CEL-

CELSISSIMÆ GENS LOBKOWITZIÆ

quæ SILESIAE DUCATUS AGANENSEM habet.

TABULA GENEALOGICA

ex Monumentis dignissimis.



5

A

WENCESLAUS EUSEBIUS,
S. R. I. PRINCEPS A LOBKOWITZ,
DUX SILESIAE SAGANENSIS,

† 1677. 24. April.

I. Johanna Miskya de Zlonitz,

nupta 1638. † 1650. 17. Jan.

II. AUGUSTA SOPHIA, Augusta Comitiss Palatini
Sultzbacensis F.

nupta 1653. d. 20. Januarii, † 1682. 30. April.

II. FERDINANDUS AUGUSTUS
LEOPOLDUS

S. R. I. PRINCEPS A LOBKOWITZ,
DUX SILESIAE SAGANENSIS,
nat. 1655. 7. Sept. † 1715. 3. Octobr.

I. CLAUDIA FRANCISCA,

Mauritii, Principis Nassovii de Hadamar & Ernestinae,
Principis Nassovia de Siegen F.

nat. 1660. 6. Jan. nupta 1677. 17. Aug.

† 1680. 6. Maji.

II. MARIA ANNA WILHELMINA,
Wilhelmi, Marchionis Badensis, & Mariae Magdalene
Comitiss ab Oettingen F.

nat. 1655. 28. Sept. nupta 1680. 17. Aug.

† 1701. 22. Sept.

III. MARIA PHILIPPINA,

Michaelis Wenceslai Francisci Comitiss ab Althann
&

Annae Mariae Comitiss ab Aspermont
& Reckheim F.

nupta 1702. 3. Dec. † 1706. 2. Jun.

IV. MARIA ALOTSIA,

Ferdinandi Wilhelmi S. R. I. Principis de
Schwartzenberg F.

nat. 1689. 16. Dec. nupta 1706. 16. Nov.

I. PHILIPPUS

S. R. I. PRINCEPS AC REGENS
DOMUS DE LOBKOWITZ,
DUX SILESIAE SAGANENSIS,
PRINCEPS COMES IN STERNSTEIN,
DTNASTA IN CHLUMITZ,
& RAUDNITZ &c.

S. C. R. CATHOL. MAJ. CAMERARIUS,
nat. 1680. 2. Febr.

I. Eleonora Charlotta

Comes a Lobkowitz, nupta 1703. 17. Oct.
† 1720. 3. Martii.

II. MARIA WILHELMINA,

Michaelis Ferdinandi Comitiss ab
Althann F.

nupta 1721. 25. Aug.

II. WENCESLAUS
FERDINANDUS
CAROLUS
S. R. I. Princeps

a
Lobkowitz,
ac Silesiae SAGANENSIS,
nat. 1723. 9. Jan.

FERDINANDUS
PHILIPPUS
JOSEPHUS
S. R. I. PRINCEPS

A
LOBKOWITZ,
nat. 1724. 20. Apr.

Filia,
nata 1725.
20. Aug.

Filia,
nata 1726

B

II. WENCESLAUS ANDUS
POPEL

S. R. I. COMES itz,

S. C. R. M. in Hispaniam

Legatus

reduz † in Italia

MARIA SO

Maximiliani S. R. I. Palatini

Vidua Francisci Eusebii Pötting, †.

LUDOVICUS
PHILIPPUS

S. R. I. COMES
A

LOBKOWITZ,

nat. 1687.

† 1707. 19. Maji.

NORA

OTTE,

PHILIPPI

PR.

AGENTIS

DUX A LOBKOWITZ,

† 1707. 19. Maji.

DUX SILESIAE SAGANENSIS,

nupta 17. Octobr.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.


† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

† 1707. 19. Maji.

CELSISSIMÆ GENIS AURSPERGICÆ
quæ SILESIAE DUCATUM MNSTERBERGENSEM habet
TABVLA GNEALOGICA
 ex Monumentis dignissimis.



58

A							B							C							D							
							Georgius II. Dnus ab Aursperg, † 1428. Barbara de Kreig, †. Georgius IV. †.	Wilhelmus III. Dnus ab Aursperg, captus 1369. a Mainhardo Comite Goriciensi, †.	Johannes VIII. † infans.	Herbardus V. Dnus ab Aursperg, † 1413.	Volckardus V. Dnus ab Aursperg, †.	Diethelmus, Dnus ab Aursperg, †.								Volckardus IV. Dnus ab Aursperg, † 1429. BARBARA, Comes de Nidda & Bernegk, Vidua Georgii de Dicht- tenberg, †.	Sigismundus I. †.	Adelheydis, Conjux Eberhardi de Gronach, †.	Judith, † monialis.	Sophia, nupta Bernardo de Weiff, †.				
Herbardus III. †.	JOHANNES V. DNUS AB AURSPERG, † 1353. die S. Barbara, Cymburgis de Scheyerbeck, †.							Liebhardus I. †.	Wolffgerus I. N. de Khünnaag, †.	Elisabeth, nupta 1) Reinero Pincernæ de Otterwitz, 2) Joanni de Raittenaw, †.	Clara, monialis in Malliten, †.								Wilhelmus IV. Dnus ab Aursperg, † 1460. Æmylia de Töcher- nembl, †.	Andreas I. Dnus ab Aursperg, †. Margaretha ab Hohenwarth, †. Barbara, uxor Sigismundi de Gallen- berg, †.								
MANHELMUS III. DNUS AB AURSPERG, † 1385. die S. Blasi, Anna de Kazenstern, †.	Ottolophus, sub Johanne Boh. Rege stipendia recit, †.							Fridricus II. † 1330. in Italia.	Henricus I. †. Martha de Saurau, †.	Barbara uxor Ulrici de Gruben, †.	Elisabeth, uxor Reimberti de Gradenek, †.								Herbardus VII. Dnus ab Aursperg, † 1480. Dietmundis de Silberberg, †. Dietmundis, uxor Pancratii de Kiesling, †.	Caspar, †.	Jacobus Dnus ab Aursperg, primus Prepositus Rudolphswertensis, † 1508.							
THEOBALDUS I. Dnus ab Aursperg, † 1423. d. 12. Octobr. Ursula de Leichtenegg in Rasbachsty, nupta 1397. †.	Herwardus I. †.							Joannes VI. †. Anna de Scheyr, †.	Ottolophus f. Adolphus III. †. Catherina ab Alben, †.	Bernardus, †. Maria, an. 1424. Abbatiſſa in Minckendorff, †.	Anna, nupta Erhardo de Tschembel, †.																	
ENGELHARDUS I. DOMINUS AB AURSPERG, Supremus Hereditarius Camerarius, CARNIOLÆ, natus 1404. † 1466. die Martis ante S. Elisabetham, sepultus Sitticii in Coenobio Cisterciensi. SCHOLASTICA de Königsperg, † 1466. Sabbatho ante festum S. Acharii.														VOLCKARDUS VI. DNUS AB AURSPERG, nat. 1401. † 1451. die S. Johannis Evangel. auctor Lineæ Schön- bergicae, BARBARA de Wildhausen, †.							Georgius II. Dnus ab Aursperg, Párochus ad S. Bartho- lomæum prope Plettriach in Carniola inferiore, †.	Elisabeth, uxor Erasmii de Wildhausen, †.	Pancratius I. †.	Margaretha, nupta Wilhelmo L. B. de Kevenhüller, qui in prælio cum Turcis egregia virtute gesto ocubuit, †.	Ursula, †.	Anna, †.		
Engelhar- dus II. † infans.	PANCRATIUS II. Dnus ab Aursperg, Supremus hereditarius Camerarius CARNIOLÆ, nat. 1441. † 1496. Sabbatho post Triburtii, sepultus Sitticii. ANNA, Trojani Comitissæ de Frangepan F. nupta 1459. †.	Laurentius II. † 1479. N. ab Humel- berg, †.	Wolfgangus II. †. Elisabeth de Zinzendorff, †.	Ulricus II. †.	VOLCKARDUS VII. DNUS AB AURSPERG, Auctor lineæ Austriacæ, † 1495. Margaretha de Wolffstein & Chlan, †.	Margaretha, uxor Joh. de Lengheim, †.	Magdalena, uxor Wolfgangi de Neuhauß, †.	Anna, †.								GEORGIUS IV. Dnus ab Aursperg, † 1489. sepultus Sitticii, I. Catherina de Khünburg, †. II. Barbara de Floytin, †. III. Elisabeth de Graben, †.	Wilhelmus V. † juvenis.	Johannes V. Dnus ab Aursperg, supremus hereditarius Mareschalcus Carniolæ, † 1461.	Susanna, Conjux Andrea ab Hohenwarth, † 1486.									
							SIGISMUNDUS III. L. B. ab Aursperg, † 1541. Sabina L. B. de Raubern, †.	Valenti- nus I. †.	Wilhel- mus VI. †.	Engelhardus III. Præsidio in Nassfels impositus, †.	Cunegundis uxor Erasmii de Perekheim, †.	Polonia, uxor Nückler, †.								III. JOHANNES IX. DNUS AB AURSPERG, Supremus Capitaneus Carniole, IMP. MAXIMILIANI I. Dux Belli adversus Venetos, † 1529. cum ad Viennam liberandam occurreret, Cunegundis de Tschernau, †.	Christopho- rus I. †.	Wilhelmus VII. †.	WILHELMUS VIII. cogn. dives. vexillum CARNIOLÆ portat an. 1493. inter Exequiarum solemnia IMP. FRIDRICO III. soluta, †. Margaretha de Kreigh, †.	Sigismun- dus II. †.	Sigismundus III. † 1594. d. 8. Sept. sepultus in Præposi- tura Rudolphswertensi, & vexilli funebri hæc Inscriptio: Hier liegt begraben der Edle und Veste Herr Sigmund von Aursperg, Ritter, der gestorben ist d. 8. Sept. An. 1594.	Margare- tha, †.		
														WOLFGANGUS ENGELBERTUS L. B. AB AURSPERG, † 1557. I. Felicitas de Kentschuch, †. II. Anna de Lamberg, †.							Johannes XI. †.	Franciscus I. †.	Georgius V. L. B. ab Aursperg, †. Catherina L. B. de Wolckenstein, †.	Anna, uxor Francisci de Stubenberg, †.	Barbara, uxor Fridrici de Gallenberg, †.	Leonhardus L. B. ab Aursperg, †. Cunegundis de Ratmannsdorff, †.		
TROJANUS, L. B. AB AURSPERG, supremus hereditarius Camerarius Carniolæ, S. C. R. M. Consiliarius, nat. 1495. † 1540. maximam in obsidione Vindobonensi cui interfuit laudem consecutus. Anna ab Egk in Neuburg, ducta 1520. †.							Octavianus, Caspar, Hercules, Davius, Catherina, decesserunt Infantes.	Godofredus, † 1487.	Barbara, Sanctimonialis in Michelfeten ord. S. Domi- nici †.	Sophia, uxor Joh. de Tattenbach, †.	Anna, --- Andreae de Lamberg, †.	Rofa, Georgii de Perckham, †.								I. JOHANNES XI. L. B. ab Aursperg. † 1580. Anna ab Eck & Hungersbach, †.	Georgius VI. Dnus ab Aursperg, †. Anna ab Aursperg, Trojani L. B. ab Aursperg F. †.	Margaretha, †.	Anna, †.	II. Wilhelmus IX. †.	ANDREAS I. L. B. ab Aursperg, Dux belli contra Turcas incomparabilis, an. 1593. Prælio contra Wassan Bassa feliciter gesto immortale nomen nactus, †.			
HERBARDUS VIII. L. B. ab Aursperg, supremus hereditarius Camerarius Carniolæ, an. 1566. supremus Capitaneus Carniolæ, & Generalis Croatia contra Turcas Præfectus, nat. Vindobonæ 1528. † 1575. 22. Sept. in Prælio ad Budatſchkum egregia virtute cum Barbaris gesto.	Christophorus Georgius, † infans.	WEICKARDUS L. B. AB AURSP. supr. Capitaneus Carniolæ, nat. Vindobonæ 1533. † 1577. Dorothea de Lomnicz & Mefericz, †.	THEODERICUS I. L. B. AB AURSPERG, nat. 1534. † 1571. Justina Comes de Ladron, †. Cujus Progenies interiit.	Polyxena, nat. 1524. nupta Jodoco de Gallenberg, † 1568. 17. Jan.	Maxentia, uxor Erasmii de Obritſchen, †.	Esther, †.	Anna, nupta Georgio ab Aursperg, Patrueli, ex Linea Schönbergica.																					
MARIA CHRISTINA L. B. de Spaur, †.																												

SIGISMUNDUS NICOLAUS I. L. B. AB AURSPERG, † 1581. I. Sophia de Wolckersdorff, nupta 1544. † 1570. 16. Maji. II. Sidonia L. B. de Schiffer, nupta 1573. †.	Volckardus III. L. B. ab Aursperg, nat. 1530. † 1591. ELISABETH L. B. de Hoffkirchen, nat. 1552. nupta 1565. † 1614.	Alexander Bartholomæus I. †.	Johannes Andreas I. †.	Erasmus I. †.
	Erasmus Sigismundus II. †.	Mathias I. †.	Carolus Herbardus I. †.	Anna Sabina, uxor Wilhelmi L. B. de Hofkirchen, †.

I. WOLFF SIGISMUNDUS II. L. B. ab Aursperg, nat. 1545. † 1598. FELICITAS L. B. de Windischgrätz, †.	Sigfridus I. nat. 1547. † 1571.	Johannes XII. nat. 1549. † 1598. Amaleyd de Neydeck, †.	David I. †.	Melchior I. †.	Apollonia, †.	Anna, †.
--	---------------------------------------	--	----------------	-------------------	------------------	-------------

Wolfgangus Nicolaus I. L. B. ab Aursperg, †. Anna Justina de Stubenberg, †.	Paulus Volckardus I. L. B. ab Aursperg, † adversus Turcas frenue rem gerens,	Weickardus III. L. B. ab Aursperg, † 1660. N. de Sefinow, †.	Georgius Jacobus I. L. B. ab Aursperg, †. Elisabeth de Scherffenberg, †.	Carolus I. †.	Joannes Stephanus, †.
--	--	---	---	------------------	-----------------------------

SIGISMUNDUS ERASMUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, †. EUSEBIA BENIGNA COMES de Kaunitz, †.	Georgius Bartholo- maus, †.	Wolfgang Mathias, †.	Sigfri- dus II. †.	MAXIMILIANUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1633. † 1705. SUSANNA ELISABETH, L. B. de Pollheim, nat. 1647. nupta 1670.	CAROLUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, † 1680. MARIA MAGDALENA COMES AB HENCKEL, †.
---	--------------------------------------	----------------------------	--------------------------	--	--

RUDOLPHUS SIGISMUNDUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1644. ANNA ELISABETH L. B. de Kirchberg.	WOLFFGANGUS EHRENRICUS S. R. I. Comes ab Aursperg, nat. 1671. MARIA CATHERINA L. B. ab Hochburg. JOHANNES VOLCKARDUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1711. 10. April.	FRANCISCUS JOSEPHUS MELCHIOR S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1682. JOHANNA SIDONIA, Georgii Wilhelmi L. B. de Leyfer F. Vidua L. B. de Fraipont, nata 1682. nupta 1705.
---	--	---

WOLFFGANGUS FERDINANDUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1672. 23. Jan. † 1711. THERESIA, COMES de Zinzendorf.	Regina Justina, nat. 1676. d. 23. Dec. nupta 1) Davidi L. B. de Kresser, 2) Fridrico Philippo Comiti de Wolfstein, qui † 1716. 1. Oct. 3) 1722. Christiano Comiti de Wied, d. 2. Nov.	WOLFFGANGUS AUGUSTINUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1677. 19. Oct. MARIA ELEANORA, Hectoris Fridrici Comitis de Kornfäll F. nupta 1706.	WOLFFGANGUS EHRENRICUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1680. 14. Jul.
---	---	--	---

WOLFFGANGUS FERDINANDUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1672. 23. Jan. † 1711. THERESIA, COMES de Zinzendorf.	Regina Justina, nat. 1676. d. 23. Dec. nupta 1) Davidi L. B. de Kresser, 2) Fridrico Philippo Comiti de Wolfstein, qui † 1716. 1. Oct. 3) 1722. Christiano Comiti de Wied, d. 2. Nov.	WOLFFGANGUS AUGUSTINUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1677. 19. Oct. MARIA ELEANORA, Hectoris Fridrici Comitis de Kornfäll F. nupta 1706.	WOLFFGANGUS EHRENRICUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1680. 14. Jul.
---	---	--	---

WOLFFGANGUS MAURITIUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1707. 29. Dec.	Sufanna Elisabeth, nat. 1709. 3. Jul.	Sufanna Francisca, nat. 1712.
---	---	-------------------------------------

Adamus I. † 1540.	Patientia. †.	Cæcilia, uxor Wilhelmi de Neydegk, †.	Kyburgis, uxor Christophori L. B. de Traun, †.	Anna, Catherina, & Severina, decefferunt Infantes.
----------------------	------------------	---	--	--

Engelbergis, nat. 1556. nupta 1572. Wolfgangus L. B. de Lamberg, in Ortenegg, †.	Maria, nat. 1552. nupta 1569. Johanni Bernhardo L. B. de Traun, †.	II. Georgius, Ehnrucus, nat. & † 1577.	Anna Maria, †.	Joanna, nat. & † 1579.	Georgius Ehnrucus, nat. 1578. † 1590. 10. Jun. Paravii.
---	--	--	----------------------	---------------------------	---

Andreas III. L. B. ab Aursperg, nat. 1597. †. BARBARA L. B. AB HERBERSTEIN, nupta 1623. † 1654. 23. Apr.	Sophia, nat. 1580. nupta 1603. Joachimo L. B. de Bercka & Duba, †.	Anna Maria, †.	Elisabeth, †.	Felicitas, †.	Sidonia, †.	Apollonia, †.
---	---	-------------------	------------------	------------------	----------------	------------------

Wolfgangus Sigismundus S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1624. † 1665. 29. Maji. BARBARA REGINA ab Amstern, nupta 1654. †.	Felicitas, nat. 1627. †.
--	-----------------------------

Christophorus Ferdinandus S. R. I. Comes ab Aursperg, nat. 1657. †.	Wolfgangus Georgius Leopoldus S. R. I. COMES ab AURSPERG in Wallen, nat. 1664. 10. Jun. † 1719. 30. Sept. I. Maria Theresia de Raitenau, †. II. Anna Theresia Comes ab Enckenwirt.
---	--

I. WOLFFGANGUS WILHELMUS HECTOR S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1685.	II. Maria Theresia Joseph, †. nat. 1715. 6. Sept.	Wolfgangus Aloylius, nat. 1717. † 1724.	Maria Anna Antonia, nat. 1719. 7. Febr.
--	---	---	--

I. Christophorus Albertus S. R. I. Comes ab Aursperg, nat. 1688. 11. Jul. † 1717. EBERHARDINA, Eberhardi Fridrici L. B. de Neuperg F. nupta 2) N. L. B. de Spiegel.	Charlotta Constantia, nat. 1690. 1. Jul. nupta 1715. Georgio Fridrico Comiti de Lasberg.
--	--

Wolfgangus Sigismundus S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1700.	Wolfgangus Carolus Ehrenreich, S. R. I. Comes ab Aursperg, nat. 1704.	Wolfgangus Wilhelmus S. R. I. COMES AB AURSPERG.	LUDOVICA.
--	---	--	-----------

Emerentiana Sophia nat. 1678. Conjux Wolfgangi Engelberti S. R. I. Com. ab Aursperg.	Anna Christina, nat. 1683. 15. Jul. nupta EHRENRICO Comiti de Windischgrätz.	Maria Magdalena, nat. 1688.	WOLFFGANGUS GODOFREDUS, S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1689. ESTHER, COMES a Roggendorff, nupta 1714.
--	--	-----------------------------------	---

Wolfgangus Sigismundus S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1700.	Wolfgangus Sigismundus S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1700.
--	--

Wolfgangus
Engelbertus III.

Josephus I.
†.

Georgius VII.
L. B. ab Aursperg,
natus 1570. † 1586. d. 26. Jun. Wratislaviae,
sepultus in Aede Magdalena
hoc sub Elogio:
Der Wohlgebohrne Herr Herr Christoph,
Freyherr von Aursperg,
Erb - Cammerer in Crain und der Windischen
Margk,
Fürstl. Durchl. Erczherzogs CARLS zu Oesterreich
Rath und Land-Verweiser in Crain,
hat dieses Epitaphium aufrichten lassen
seinem lieben Vetter
dem Wohlgebohrnen Herrn Herrn Georg:
Freyherrn von Aursperg und auf Saissenberg,
welcher allhier in Breslaw seelig verschieden
den 26. Junii 1586.
seines Alters 16. Jahr.

CHRISTOPHORUS II.

L. B. AB AURSPERG,
supremus hereditarius Camerarius
&

Præfectus CARNIOLÆ,
expeditione contra Turcas an. 1589. ex Voto gesta
celeberrimus,
nat. 1550. 27. Oct. † 1592. 14. Maji, Labaci.

I. ANNA L. B. de MALTZAN,
nupta Vindobonæ 1573. 4. Oct. † 1583. 29. Octobr.
Wratislaviae,
sepulta in Aede Magdalena, cujus Tumuli hæc
Inscriptio:

Im 1583. Jahre den 29. Tag Decembris allhier zu Breslaw
ist in GO T seelig verschieden

die Wohlgebohrne Frau Frau Anna gebohrne Maltzanin,
Freyin von Wartenberg und Pentzin,
des Wolgebornen Herrn Herrn Christofen Freyherrn
von Aursperg,

Erb - Cammerer in Crain und der Windischen Marck,
Fürstl. Durchl. Ertzherzog CARLS zu Oesterreich
Rath und Verweiser in Crain,
Ehliches Gemahl.

II. ELISABETH L. B. de Tannhausen,
nupta 1589. †.

Wolfgangus Engelbertus II.

L. B. ab Aursperg,
nat. 1553. † 1590.

ELISABETH,
L. B. ab Aursperg
lineæ Schönbergicæ,
†.

Trojanus II.

nat. 1555.
† 1569. Faravii

Wilhelmus X.
†.

Elisabeth,
uxor Wolfgangi
Engelberti
L. B. ab Aursperg,
Nepotis
Trajani I. †.

Felicitas,
nupta
1) Georgio Orsini
Comiti de Blagay,
2) Johanni Georgio
L. B. de Lamberg,
†.

Anna,
uxor Wilhelmi
L. B. de Lamberg
in Saurstein,
†.

Sabina,
in Rottenbüchel.
†.

Joannes Thomas I.

nat. 1556.
† infans.

I. HERBARDUS

L. B. AB AURSPERG,
supremus hereditarius Camerarius
&

Præfectus CARNIOLÆ,
nat. 1574. 4. Octobr. † 1618. 24. Martii.

FELICITAS,
Georgii Andreae L. B. de Kazenstcin
&

Elisabethæ Comitissæ de Thurn F.
Vidua Johannis Jacobi L. B.
de Lamberg,
nupta 1609. 4. Maji,
† 1615. 27. Septembr.

Weickhardus
L. B. ab Aursperg,
nat. 1575.
† Pragæ 1607.

Johannes
Bernhardus,
†.

Johannes,

Maria
Dorothea,
nata 1580. † 1611.

ELISABETH
L. B. ab Aursperg,
uxor
Stephani Ursini,
Com. de Blagay, †.

THEODERICUS
S. R. I. COMES AB AURSPERG,
Supremus Camerarius hereditarius,
&
Mareschallus CARNIOLÆ,
nat. 1578. † 1634. 25. Augusti.
SIDONIA,
Cosmi Galli de Graffenberg F. †.

Anna
Elisabeth,
nata 1610.
d. 8. Maji,
†.

Maria
Dorothea,
nata 1611.
d. 23. Sept.
†.

CONCORDIA,
nata 1612.
nupta
JOHANNI
FERDINANDO
S. R. I. PRINCIPI
DE
PORTIA.
† 1638.

Sabina,
†.

Sidonia,
†.

JOHANNES
ANDREAS
S. R. I. COMES
AB
AURSPERG,
nat. 1615. 16. Julii.
† 1664. 4. Octobr.
ANNA ELISABETH,
Herwardi L. B. de
Lamberg
&
Mariæ Salomæ L. B.
de Lamberg
in Stein F. †.

WOLFGANGUS
JACOBUS
S. R. I. COMES
AB
AURSPERG,
nat. 1656. 25. Julii
Reichenburgi.

Wolfgangus
Engelbertus
S. R. I. Comes ab
Aursperg,
CAPITANEVS
CARNIOLÆ,
nat. 1610. d. 21. Dec.
† 1673. 28. April.

Johannes
Christophorus
nat. & † 1612.

HERBARDUS
S. R. I. COMES AB
AURSPERG,
nat. 1613. 8. Novembr.
† 1668.
ANNA ELISABETH
L. B. de Moschkon,
nupta 1652. †.
(Mater VIII. liberorum,
ex quibus supersunt:)

JOHANNES
WEICKARDUS
S. R. I. PRINCEPS
AB
AURSPERG,
Dux in Silesia
Monsterbergenfis,
nat. 1615. 11. Martii,
† 1677. 5. Nov.

MARIA CATHERINA,
Georgii Acharii Comitissæ de
Losenstein
&
Franciscæ S. R. I. Com.
de Mansfeld F. †

FRANCISCUS
ANTONIUS
S. R. I. COMES
AB
AURSPERG,
nat. 1659. 16. Jan.

JOHANNES
HERBARDUS
S. R. I. COMES
AB
AURSPERG,
nat. 1660. 11. Decembr.

THEODERICUS
S. R. I. COMES
AB
AURSPERG,
nat. 1662. 16. Martii.

Andreas S. R. I. Comes ab Aursperg, nat. 1640. † in praelio	Wolfgangus Engelbertus S. R. I. Comes ab Aursperg, nat. 1641. 8. Nov. Catherina Elisabeth, Georgii Achatii Comitis de Trilleck F. nupta 1669. † 1724.	Johannes Herbardus S. R. I. Comes ab Aursperg, nat. 1643. † 1701. 31. Aug. Maria Constantia, Georgii Christiani S. R. I. Com. de Trautmannsdorff & Mariae L. B. de Rindsmaue F. † 1722.	Ferdinandus Weickardus, nat. 1644. 2. Jul. † 1646. 6. Octobr.	Johannes Weickardus, nat. 1647. † 1649.	MARIA ISABELLA nat. 1649. nupta 1) Johanni Caff Comiti de Aty 2) Theophilu Comiti de Bar 3) Julio L. R. de Werneck.
--	---	---	--	--	---

Anna Elisabeth, nat. 1674. 30. Julii.	Adamus Siegfridus S. R. I. Comes ab Aursperg, nat. 1675. 15. Sept. †. Maria Anna, Henrici Francisci S. R. I. Principis in Mansfeld F. † 1724. 17. Jan.	GEORGIUS SIGISMUNDUS S. R. I. COMES AB AURSPERG. MARIA THERESIA, Ferdinandi S. R. I. Principis ab Aursperg F. nat. 1684.	MAXIMILLA S. R. I. COMES AB AURSPERG. Praefectus Car EQVES MEL ENSIS.
---	--	--	---

Sigismundus Ferdinandus, nat. 1706. 7. Jun. † 1707. d. 14. Martii.	Franciscus Carolus, nat. 1707. d. 11. Martii, † 1708. d. 2. Martii.	Francisca.	Josepha.
---	--	------------	----------

FERDINANDUS S. R. I. PRINCEPS AB AURSPERG, DUX SILESIAE MONSTERBER- GENSIS, † 1707. 6. Aug. ANNA MAGDALENA MARIA, Johannis Maximiliani S. R. I. Comitis ab Herberstein & Mariae Theresiae S. R. I. Com. de Thurn F. nupta 1678. † 1726. 1. Febr. MARIA ANNA THERESIA, nata 1684. nupta GEORGIO SIGISMUNDO S. R. I. COMITI AB AURSPERG.	FRANCISCUS CAROLUS S. R. I. PRINCEPS AB AURSPERG, DUX SILESIAE MONSTERBER- GENSIS, nat. 1660. 22. Novembr. † 1713. 6. Nov. MARIA THERESIA, Caroli Ferdinandi S. R. I. Com. de Rappach; & Mariae Theresiae Com. de Brandeis F. nupta 1685. 25. Febr.	LEOPOLDUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, S. C. R. M. ad Sabaudiae Ducem & Angliae Regiam Legatus immortale nomen nactus † 1705. mense Julio. SUSANNA THERESIA, Leopoldi S. R. I. Com. Martiniz F. vidua Thomae Com. Cz nupta 1703. 20. Febr. † 1717. 6. Febr.
--	---	--

Maria Anna, nat. 1690. 8. Sept. †.	MARIA FRANCISCA, nat. 1691. 4. Dec. nupta 1721. 18. Aug. JOSEPHO S. R. I. Comiti de Breuner, † 1725. 6. Jul.
--	---

LEOPOLDINA RENATA nat. 1650. 21. Maji. nupta 1) Bernhardo Comiti de Barbo & Wachstein, 2) Ferdinando Comiti de Saurau.	SIBILLA CATHERINA nat. 1652. 1. Sept. nupta Francisco Adamo Comiti de Blagay.	Johannes Carolus nat. 1654. 4. Aug. ord. Cisterciensis.	ANNA MAXIMILLA nat. 1656. 6. Octobr. nupta Carolo Comiti de Turri 1672.
--	--	--	---

MAXIMILLA S. R. I. COMES AB AURSPERG. Praefectus Car EQVES MEL ENSIS.	DITMAS COMES AB AURSPERG, N. Comes ab Erdody.
---	---

Maria Anna.	JOHANNES JOSEPHUS S. R. I. COMES AB AURSPERG, nat. 1718. 9. Junii.
-------------	---

Theresia, † in Coenobio quodam Vindobonensi.	Aloyfia, † in Coenobio Neostadii Austriac.	FRANCISCA, nupta 1693. HENRICO FRANCISCO, S. R. I. COM. DE MANSFELD, PRINCIPI DE FONDI.
---	---	---

Maria Anna,
† 1704.

Leopoldus Johannes, nat. 1694. † 1704.	HENRICUS JOSEPHUS JOHANNES S. R. I. PRINCEPS AB AURSPERG, DUX SILESIAE MONSTERBERGENSIS, PRINCEPS COMES IN THENGEN ET MITTERBURG, COMES IN GOTSEHE ET WELS, DYNASTA IN SCHOEN-ET SEISENBERG, SUPREMUS HEREDITARIUS MARESCHALLUS ET CAMERARIUS CARNIOLAE AC VINIDORUM MARCHIAE, S. C. R. CATHOL. MAJ. CAMERARIUS, nat. 1696. 24. Junii. I. DOMINICA, Johannis Adami Andree S. R. I. Pr. de Lichtenstein F. nat. 1698. nupta 1719. 21. Maji, † 1724. 2. Junii in arce Bohemiae Rothenhaus, II. MARIA CHRISTINA, Joh. Leopoldi Donati S. R. I. Pr. de Trautsohn F. nat. 1702. 6. Sept. nupta 1726. 7. Maji.
---	--

I. CAROLUS JOSEPHUS
ANTONIUS
S. R. I. PRINCEPS AB AUERSPERG,
ET
SILESIAE MONSTERBERGENSIS,
nat. 1720. 17. Febr.

JOHANNES
ADAMUS
JOSEPHUS,
nat. 1721. 27. Aug.

MARIA
THERESIA
JOSEPHA,
nat. 1722. 16. Aug.

JOHANNES
ADAMUS,
nat. 1723.

X. STATUTA CIVITATIS SVIDNICENSIS

Ex
Vetusto Cod. MSto Membranaceo.

Notandum quod ista sunt Jura & constitutiones Civitatis Suidnicz & per consequens officia Consulium ejusdem sibi data pariter & concessa per que de provido & maturo Consilio Seniorum & Rectorum Officialium singulorum Civitatis ejusdem provident & providere debent fideliter in omnibus Civitati : §. Primum enim annis singulis in festo B. Mychaëlis convocatis Senioribus & officialium Rectoribus prout est moris & Consuetudinis novi Consules eliguntur similiter & Scabini quibus jam electis & confirmatis Consulibus sub sacramento fidei & juramento committitur distincte & jungitur taliter providere Civitati ut de eorum provisione sollicita & condigna se commodis & utilitatibus & honoribus gaudeant anno finito salubriter profecisse : §. Similiter & eodem Tempore de Consilio Consulium ac officialium singulorum uniuscujusque Operis secundum sui exigentiam & Virtutem novi Rectores & Magistri eliguntur quibus etiam sub Juramento committitur & jungitur taliter suis officialibus providere nihilominus & prodesse ut ex eo Civitas profectus & honoris suscipiat Incrementum. §. Sunt autem ista Officia Consulium Civitatis specialiter ipsis annotata , quod de Consilio Seniorum & rectorum Officialium singulorum, Vigiliis Civitatis ponunt secundum Exigenciam Temporis & deponunt. §. Item omnes Insolencias hominum quorumcunque noctis tempore interdicto vagantium & excessus similiter Consules ex Parte Civitatis habent corripere & punire pariter Sanguinis effusionem & id quod ad amplius se extendit. §. Item omnes Excessus temere factos in municionibus , in valvis, in feris, fossatis, propugnaculis & aliis quibuscunque defendiculis Civitatis Consules ex Parte Civitatis habent corrigere & punire. §. Item omnes offendentes Vigiles vel famulos Civitatis id est Consulium ipsi Consules habent corrigere & punire pariter sanguinis effusionem ut prehabitu est. §. Item ista sunt Officia Consulium quod solum Vina ponunt & medonem secundum sui Exigenciam & Valorem & proinde de quolibet Vase Vini posito forciuntur Ollam Vini pro se vel pro Sacramento Ecclesiastico largituro. §. Preterea notandum generaliter quod de omnibus Mensuris per Ollam per Ullam, per modium aut per libram habitis Consules ex Parte Civitatis habent regere & providere & eorum defectus corrigere & punire. §. Item notandum quod ista est Constitutio Consulium inter se voluntarie posita & optata quod quicumque ipsorum neglexerit horam conveniendi sibi deputatam & editam , legitima non obstante, in dimidio fertone proinde punietur. §. Item Consules ponunt & eligunt Personas aptas & ydoneas ad exactionem Principis colligendam & de ipsa una cum collectoribus finita & completa Collecta in posterum coram Civibus faciunt rationem. §. Item Consules Censum Civitatis & redditus tollunt & in Usus Civitatis una cum denariis ab Officialium excessibus proventus convertunt & de iisdem finito Consulatus sui anno, tenentur reddere Civibus Rationem. §. Item notandum, quod Consules sui Consulatus Anno & Prefecti Valvarum id est habentes Claves & exactores id est exactionem tali tempore colligentes a nocturnali Vigilia sunt exempti. §. Item *quicumque temerarie Consules Verbis vel factis offenderit id ipsum Principi se sentiat fecisse, cum & ipse se sextum dicat Consulem & affirmat.* §. Item ista sunt Jura & constitutiones ex parte Civitatis ad ipsos Consules pertinentes. §. Quod omnis hospes vel Civis Vinum habens & propinare volens si secundum positionem Consulium sibi factam Vinum idem propinare noluerit, proinde in Marca satisfaciet Civitati. §. Et si idem Vas positum deducere voluerit, & similiter in marca satisfaciet Civitati. §. Si secundo, similiter: si tertio in eodem Vitio inventus fuerit & convictus similiter, Marcam dabit & Jure suo, civili Anno integro carebit & amplius ei Vinum propinare non licebit, nisi de hoc secundum Consilium Consulium & Seniorum competenter satisfecerit Civitati. §. Et si *Vinum sibi possum misceuerit vel aliquo modo deterioraverit , proinde graviter satisfaciet Civitati secundum quod gratiam Consulium & Civium poterit obtinere :* §. Notandum quod ista sunt Officia Scabinorum ex Parte Civitatis: quandocunque Magister Monete suos denarios eis optulerit ut est moris & consuetudinis excutiunt de consilio Consulium & seniorum Civitatis secundum Exigenciam denarii & Valorem rerum venalium vescendarum mensuras imponunt ut eorum ipsos edocet conscientia & confirmat & amplius in eorum defectibus nihil habent providere sed solummodo Consules quorum Officii est talia providere. §. Preterea notandum quod ista sunt Officia rectorum & magistrorum officialium quorumcunque; quicumque sunt rectores & Magistri & sunt Prefecti Officialium suorum: §. Ex tunc accitis & convocatis omnibus Officialibus suis cujuscunque Operis fuerint in suo concilio quod Morgensprache dicitur de Consilio Consulium duorum vel tum personaliter ibidem existentium dictant & ordinant ea que ipsis Officialibus bene competunt & quod etiam Civitati fuerit proficuum & honestum nec quicquam

quam ultra ipsis dictare vel ordinare imponere vel remove licebit Consulibus absentibus & eorum consensu benivolo accedente. §. Item notandum quod ludus prohibitus est in Cerevisia & medone : si quis ludum admiserit & de eo convictus fuerit secundum decretum quod Kur dicitur satisfacet Civitati. §. In Vino ludus admittitur tempore debito & statuto, videlicet usque ad pulsum campane Civium & non ultra. Si quis concessum hoc presumpserit & ludum admiserit, proinde in marca satisfacet Civitati. §. Item notandum generaliter quod omnis admittens ludum, hospitem sive Civem, filios vel famulos Civium amplius ludere non admittat quam sibi confidat, & ultra quam Vestis sua superior se extendat. §. Quod si quis secus fecerit & aliquem Vinculis addixerit secundum gratiam Consulium & Civium satisfacet Civitati : §. Item Civitas pro Jure habet quoscunque excessuum penales denarios rectores Officialium quorumcunque secundum suum Decretum sustulerint ex hiis duas Partes offerent Civitati, terciam vero partem pro ipsis officialibus conservabunt ut ex ipsis comparent quicquid velint aut in Usus quoscunque voluerint convertant. §. Item cujuscunque Operis Artifex in officium suum receptus fuerit proinde offeret fidejussoriam Cautionem ut anno integro perseveret : Sin autem medio tempore profugus fuerit factus, legitima non cogente Causa, fidejussores in una marca satisfacent Civitati : & quidquid alienigena sive extraneus pro receptione quod vulgariter Innunge dicitur integre dederit, hujus summe quanta fuerit indigena sive intus alitus mediam Partem dabit, & ex illa summa receptionis prima pars cedit Judici hereditario, secunda Civitati, tertia ipsis Officialibus : §. Item notandum generaliter quod omnibus officialium rectoribus seu Magistris nichil dictare nec adinvenire, ponere vel remove licebit nisi de consensu Consulium & consilio eorundem. §. Item Consules farmacopolis penesticis oleum vendentibus mensuram suam ponunt & eisdem tollunt & secundum exigenciam temporis ipsis augmentant & minuunt quando volunt : §. Item Civitas pro Jure habet & Constitutione quod omnis hospes quovis tempore Anni pisces adducens, intra triduum manualiter sive particulariter vendere potest Pisces suos libere si voluerit : tertia vero die massam Piscium remanentem vendat simpliciter aut deducat. §. Item nulli hospitem licet emere ferrum erga alium hospitem feria quarta seu feria quinta die forensi. §. Item quicunque Civium viam vel pontem ante domum suam non emendaverit secundum preceptum sibi datum aut finum non eduxerit de hoc tenetur satisfacere Civitati. §. Item nulli mansi finandi sunt de Civitate nisi Civitatis servicio subjacentes. §. Item Civitas pro Jure habet quod omnis Curia ubicunque in Civitate vel extra sita est secundum valorem Aree quantum solvetur edificiis omnibus lapideis seu ligneis penitus remotis in Exactione est obligata. §. Item macellum Carnium in XII. marcis est exactioni obligatum. §. Item scampna panis inferiora in tribus marcis : scampna superiora in duabus marcis : Scampnum calcificum in una marca. §. Item notandum quod quilibet mansus deserviens cum Civitate in XII. marcis ad exactionem obligatur & continebit sub se tantum pecoris videlicet XXX. oves & XVIII. porcos : duas Vacas & quatuor Equos. Similiter & duo mansi solummodo quatuor equos continere debent & non amplius & sic de ceteris mansis : §. Si quis plures mansos habuerit videlicet tres mansos sex equos ad hos habebit & non plures : de reliquis vero Equis & pecoribus suis sub juramento dabit exactionem possessor eorum sicut de reliquis facultatibus suis mobilibus. §. Item Civis habens equum unum pro necessitate Civitati concedendum aut unam Vaccam pro pueris suis de hiis non tenetur dare Exactionem. §. Item Civis habens bernas aut porcos aut latera Carnium vel Annonam pro Victualibus suis de hiis non dabit exactionem : si vero vendiderit aliquid predictorum aut vendere voluerit causa lucris jam attritus est possessor ex eo ad exactionem vel quicquid reliqui talium fuerit. §. Item molendina Vecturas ad Civitatem habentes secundum sui Valoris Exigenciam & loci situm ad exactionem sunt obligata : §. Item omnis Civis de rerum suarum facultatibus tempore absencie earundem in medietate ad exactionem obligatur. §. Item Civitas pro Jure habet quod quilibet Civis de omnibus debitis suis sibi debentibus non que personaliter tenetur attritus est exactioni ad duos Annos & non amplius ab eo die & Termino solutionis quem concessit & dedit suo debitori. §. Item omnis alias habitans & in Civitate aut cum Civitate hereditates censuales habens ad ipsas se conferat penitus sive vendat. §. Item omnis qui se affirmat habere in Civitate aut cum Civitate hereditates liberas hoc ostendat sive comprobat alioquin de ipsius ut alter Civis deserviat Civitati. §. Item monetarii non sunt attriti exactioni nisi habentes hereditates aut Cerevisiam aut aliquid talium vendentes aut brasium facientes vel alia negocia extra monetam exercentes de hiis ut alter Civis obligati sunt ad exactionem. §. Item nulli Sculteto : Advocato : Thelonatori aut forestario licet habere thabernam. §. Item Joculatores plures esse non debent quam Cives elegerint & habere voluerint & hiis non est plus dandum sed unus scotus in nuptiis cuicunque aliquis missus fuerit sed affiniores sponso vel sponse quatuor vel sex tunicas dare possunt : si quis contra hoc presumpserit in marca satisfacet Civitati : §. Item nulla Curia vel hereditas in Civitate vendi debet nec conferri Judeis, nisi fuerit de mandato vel Verbo Principis aut monialibus vel Viduis nisi prius hereditates majores in Civitate habuerint, quibus preesse secundum sui exigenciam poterant quia per tales modicum Juris vel Utilitatis confertur Civitati. §. Item Civitas pro Jure habet quod omnis Judeus in Civitate hereditatus, de ipsa hereditate una cum Civibus ad exactionem est obligatus & ad nocturnales Vigilias & ad alia commoda Civitatis. §. Item Civitas pro Jure habet

habet quod budellus in Civitate a quolibet Cive hereditatem habente annuatim non magis exigere debet sed unum denarium semel pro precio de ceteris vero hereditatem non habentibus quantumcunque sui necesse habebunt. §. Item notandum quod Camere cremantium Aurum vel argentum libere sunt & nullius tributarie. §. Item Civitas pro Jure habet quod nullus Artificum infra milliare morari debet nisi refectores calceorum in propendiis & soleis & fabri ferrimenta acuentes nec taberne nec macella Carnium nec panis scampna esse debent nisi tales taberne quibus Jure suo licitum est haberi. §. Item nulli Civium licet vendere Cerevisiam alteri ut ibidem in domo sua propinetur nisi sit infirmus vel absens vel Uxorem habuerit egrotantem, quicumque contra hoc presumpserit secundum Decretum satisfacet Civitati. §. Item nulli Civium liceat braxiare plus cerevisie marcialis quam XXX. Karratas qui vero plus fecerit de qualibet Karrata superflua in una marca satisfacet Civitati: §. Item nulli liceat facere brasium post festum Beatorum Apostolorum Philippi & Jacobi usque ad festum B. Bartholomæi hujus pena sive satisfactio est una marca. §. Item nulli extra septa sive muros Civitatis manenti licet vendere panem Cerevisiam vel Carnes nec aliquid talium: quicumque de hoc convictus fuerit secundum gratiam Consulum satisfacet Civitati. §. Item quicumque temere sibi usurpaverit vel atraxerit ea que sunt Civitatis videlicet pascua nemora vel rubeta vel quid talium & de eo convictus fuerit mediante juvamine Principis consuli- bus Civitatis exhibentibus restituet & secundum gratiam ipsorum satisfacet Civitati. §. Item nulli plane extra confinia Civitatis habitantibus licet pascere Greges suos in pascuis Civitatis neque Civibus allodia habentibus nisi e converso defalcatis suis frugibus greges Communitatis in suis pascuis pascuantur. §. Item Carnifices in pascuis Civium greges suos pascentes medietatem prebende dare debent. §. Item nullus Civium colligere debet personas inhonestas seu suspectas de aliquo Crimine nec ipsis potum debet ministrare videlicet mulieribus publicis burfiadis visoribus nec aliis quibuscunque Vitam suspectam habentibus & pro quibus hospes domus respondere Civibus non presumat. §. Item quilibet hospes adducens vel habens Aurum vel Argentum semipurum sive non dativum secundum sui Valorem exhibere poterit magistris monete ad emendum si voluerint aut possint. §. Sin autem modo prehabito exhibere potest libere unicuique emere volenti aut potenti. §. Item omnes humulum vendentes ipsum bene purgare debent a restibus & foliis: alioquin tanquam falsum cremari debet. §. Item nullus emere debet humulum in Civitate nisi qui personaliter ipsum expendat braxando alioquin in una marca satisfacet Civitati. §. Item Civitas pro Jure habet quod cuicumque relaxata fuerint ab Actore in Judicio juramenta propter Verba Objurgationum solummodo prestita & ipsi Judices relaxare tenentur nullam inde penam sumendo. §. Item de Verbis Objurgationum admitti debent testimonia & non Juramenta. §. Item nulli textorum licet vendere stamina qui personaliter facit particulariter per Ulnam nisi pro sua familia tunicalia vel pallialia & si quid residuum fuerit nulli vendere debet. §. Item nulli textoribus licet vendere stamen pluribus personis nisi tribus. §. Item nulli textorum seu cujuscunque conditionis fuerit homo licet incidere pannos preter pannicidas habentes Cameras mercimoniales.

Ex eod. Cod. Membranac.

Vom Zoll.

WEr Gevvant durch die Stadt vüret mit voller Last der gibt von dem Pferde ein Loht: undir dem Laste von acht Tuchin ein Scot. §. Wer Win durchvüret der gibt von dem Vazze einen halben Virdinne: verkaufft her in der Stat her gibt von vir Marken ein Scot. §. Wer mit Salze durchvert der gibt von dem Pferde ein halb Scot: kommet her zu ringe her gibt halbi Zuol ob her nicht verkaufet: verkaufft her aber her gibt von vir Pferdin ey- nen Schefil Salztes und vver da versiczt eynen halben Schefel: und eyn Gast von czvveen Pferden eynen halbin Schefil und vver da versiczet ein Virtel. §. Wer mit Blie odir mit Vischen odir mit Heringen odir mit Yfin durchvert der gibt von dem Pferde ein halb Scot: §. Was Yfins inne blibet daz gibt zu dem Jare ein Schar und ein Sech. §. Wer Mulfteyne durchvü- ret der gibt von dem Steine ein halb Scot. §. Wer aber kauft Steine vvider einen Bürger odir vvas ein Bürger Steine kauft der gibt davon keinen Zuol. §. Welcher hande Kouffschaz ein Mann odir ein Gast bringet vor syns Wirts Tür verkauft her nicht und zihet zu demsel- ben Thore vvidir von hinver denselben vvec den her quam der gibt nicht. §. Wer Hop- pin oder Chuppier odir Cremerei oder Burat durchvüret der gibt von dem Pferde ein Loht: §. Wer aber mit Burathe ufbricht in der Stadt Weichbilde und blibet in dem Weichbilde der zollet nicht: §. Wer in dem Weichbilde der Stadt gefessen ist verkaufet her Pferd odir Rinder Weit odir Wolle odir vvelcher hande Kauffschatz der zollet nicht: §. Wer mit allir hande Kornen mit Bire odir mit Brote durchvert der gibt vom Pferde czvvey Pfenning: §. Wer in der Bür- gere Vorvvercht Korn kauft und leit der zollet nicht. §. Welcher hande Kouffschatz ein Mann undir der Marck davon zollet her nicht: §. Ein ritender Mann durch die Stadt gibt czvvene Pfenninge. §. Ein gender einen Pfenning ob her gevordert vvid. §. Wirt her abir nicht gevordirt und veritet odir vorget her den Zuol und vvidr ufgehalten ob her daz bevvyset hat her gibt nicht me denn synen rechten Zuoll: §. Welch gende Mann mit Kevil synin Zuoll

untreit und vvird ufgehalten der buzet darinne drie Schillinge und nicht me. §. Welch Mann fynen Zuoll vorvert her vure fvvaz her vure der buzet dreiflik Schillinge und nicht me dez ift gerichtes das trittel ob iz darzu helft die zvvei Teil des Zolles. §. Wer ritet und geit betevvart zu Kirchmeffen nach bruten zu teydingen odir fucht des Vürften Houf der zullet nichts. §. Wer leydirodir Wiltvverch odir Wachs durchvüret der gibt von dem Pferde ein Loth. §. Wer Schafvel durchvüret der gibt von dem Pferde ein Loth. §. Wer Vi durchtreibet der gibt von dem Rinde eynen Pfening: von allerhand cleyne Vi eynen halben Pfening. §. Welcher hande Kauffchaz ein Burger breuchet der Recht und Raht tut der Stadt der gibt keinen Zuol davon fundir von Saltze gibt her halben Zuol. §. Welcher hande Kouffchaz von Vremden in die Stadt bracht vvirt binnen des Zuolles Zeit ob her nicht vvird ufgeschlagen her ift ym doch Zuolles pflichtigk und nicht feyme Nachkomelinge. §. Der Zollnir foll feines Zuolles an dem Thore vvanen und nirgen andersvvo.

XL

MANTISSA DIPLOMATUM.

I. BOLCO II. Dux Silesiæ Suidnicensis acquirit Aurifodinas Reichsteinenfes.

Bolco II. Dux
Silesiæ: Dnus
in Fürsten-
berg & Suid-
nitz fese Auri-
fodinas Reich-
steinenfes ca-
lege emere
confecturur
se defuncto ad
REGEM BO-
HEMIÆ
Ejusque Do-
minum
transcant:
Actum
Prage 1356.

Wir Bolke von GOTIS Gnaden Herczugk in Slezien: Herr von Fürstenberg und zur Schwveidnitz: thun kund und bekennen öffentlich mit diesem Brief allen den die ihn sehen odir hören lesen: Wann der Allerdurchlauchtigste Fürst und Herr Herr Karl: Römischer Kayser, zu allen Zeiten Merer des Reichs und Konigk zu Beheimb: Unser lieber gnädiger Herr seinen Willen, Laub und Gunst mit rechter Wissen durch sonderliche Lieb und Freuntschafft vvillen, die Er gnädiglich zu uns trägt dazu gegeben hat das vvir das Goldvvergk zum Reichenstain in seinem Land bey Franckstain gekauft haben vveder die Edlen Svvideger und Heinrich Gebrüdere von Hugvvicz zu unserm Leibe zu halten, so meinen und läutern vvir an diesem Briefe das das obgnante Goldvvergk mit Herrschaft, Nuz und Rechten, und mit seiner Zugehörunge an den vorbenannten unsern Herrn den Kayser seine Erben und Nachkommen Konige zu Beheimb nach unserm Tod gefallen soll lediglich ungehindert und ohn alle Widerrede: Mit Uhrkund dies Brives: dehne vvir versiegelt haben lassen vvenden mit Unserm anhangenden Innseigel: Geben zu Prag an dem nechsten Donnerstag nach Mittfatten: nach GOTIS Geburt 1356. Jahr.

II. PRZEMISLAUS: Dux Tescinensis & Bythomiensis fese Vasallum REGIS BOHEMIÆ profitetur.

Przemislaus:
Dux Tesci-
nensis & By-
thomiensis:
fese hosce Du-
carus quorum
Urbes & op-
pida recenset,
Wratislavia
ante aliquot
annos a CA-
ROLO IV.
IMP. tan-
quam BO-
HEMIÆ RE-
GI feudi no-
mine recepisse
testatur:

Wir Przemick von GOTIS Gnaden Herczogk czu Tescchen und czu Büthom: bekennen und thun kund öffentlich mit diesem Briefe allen den die ihn sehen oder hören lesen: Dafs vvir vor etlich Jahren in der Stadt zu Breslavy kommen seyn vor den Aller-Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn Herrn CARLN: Römischen Kayser czu allen Zeiten Mehrer des Reichs und Konigk czu Beheimb Unsern lieben gnädigen Herrn und haben an Ihme gemuret, das er als ein Konigk czu Böhaimb Uns alle Unser Fürstenthumb Herrschaft und Gutt die von dem Konigreich und der Cron czu Behaimb Lehen sinnt Verleihen geruhte, und haben ihm dieselbe Fürstenthume Lanud und Herrschaft benannt; das ist das Herczogthumb czu Tescchen mit seinen Zugehörungen, Bütom halb, Toft, Bisenkrezim, Klibicz, Sovcr, Zobs, Sivil, und vvas darzu gehöret: das hat Er angefehn Unfre demütige Bitt und Begehrung und hat uns dieselben Herczogthumb und Fürstenthumb mit allen ihren Herrschaften, Ehren, Würden, und Nutzen, nach Unser Fürgab als ein Konigk zu Beheimb recht und redlichen verliehen: das haben Wir in den Zeiten do Wir die Lehn von Ihme empfiengen vor Uns Unfre Erben und Nachkommen Herczoge czu Tescchen und zu Bütom dem obgnannten Unserm Herrn dem Kayser als einem Konigk zu Behaimb seinen Erben und Nachkommen Konigen und der Cron desselben Konigreichs bedachtlich und mit rechter Wissen gehulden gelobt und geschvvoren, als Unser rechten natürlichen ordenntlichen Herrschaft und Lehn-Herden, das Wir Ihme getreu gehorsam und auch unterthenig sein vvollen und sollen ihren Schaden zu vvenden, und ihren Frommen zu vverben, zu allen Stunden, und darumb hat Er als ein Konigk czu Beheimb Uns und Unsern Erben und Nachkommelingen dieselben Lehn bestetiget mit allen ihren Zugehörungen als zuvor geschrieben stehet: Mit Uhrkund dis Brives versiegelt mit Unserm anhangenden Innseigel: Der geben ist zu Prag nach CHRISTI Geburth 1366. Jahr am nechsten Dinstag vor S. Georgen-Tag.

Prage 1366.

III. PRZEMISLAUS Dux Silesiæ Tescinensis fese alteram Urbis Glogoviensis Partem: præterea Stinaviam & Goram feudi nomine accepisse testatur.

Wir Przemislavy von GOTTIS Gnaden Herczogk czu Tescchen: bekennen und thun kund öffentlich

offentlich mit diesem Brive allen den die ihn sehen odir hören lesen vor Uns Unser Erben und Nachkommen Herzoge zu Teschen: Wann der Aller-Durchlauchtigste Fürst und Herr Herr Wenzlaw von GOTTIS Gnaden Römischer König zu allen Zeiten Meerer des Reichs und König zu Beheimb Unser lieber gnädiger Herr Uns und Unsern Erben und Nachkommen Herzogen zu Teschen durch mancher Handel Sachen die in den Briefen die mit Ihrer Kön. Maj. Innsiegel besiegelt seyn seinen Theil an Grossen-Glogavv und der Burgk daselbst die Stinavv und Gor mit allen ihren und ieglicher Zubehörungsk als ein König zu Beheimb für sich und seine Erben und Nachkommen Könige zu Beheimb gnädiglich verliehen hat und gegeben: Als das dieselben Unsers lieben gnädigen Herren des Königs Briefe vollkömlich ausweisen und sagen: so geloben Wir in guttem Trevven und ohn alles Gefehrde vor Uns die Vorgenannte Unser Erben und Nachkommen Herzoge zu Teschen das vvir und dieselben unsre Erben und Nachkommen dem ehgnannten Unserm gnädigen Herrn dem König zu Beheimb, seinen Erben und Nachkommen Königen zu Beheimb dem Königreich und der Cron desselben Königreichs zu Beheimb mit dem vorgenannten halben Theil an Grossen-Glogavv der Burgk daselbst, mit Stina und Gor den Schloffen vvarthen sollen und vollen also das sie ihre offen und aufgethane Schloß als digk sich das gebühret zu allen ihren Nöthen Nothdurften und Willen niemands ausgenommen ohn alle Widerrede arge List und Gevhrde doch ohne unsern Schaden seyn sollen: Were auch Sache das es zu Schulden keme das vvir die vorgenannte unsre Erben und Nachkommen Herzoge zur Teschen die vorgenannte Schloße den halben Theil zu Grossen-Glogavv: Stina und Gor vorsetzen verkauffen verpfänden oder verwechsell solten und müsten so geloben vvir aber in guttem Trevven ohn alle arge List und Gevhrde als vorgeschrieben stehet das vwann vvir Herzog Przemislavv unsre Erben und Nachkommen Herzogen zu Teschen vorgenannt dieselben Schloffen versetzen verkauffen und verpfänden odir die verwechsellten mit demselben odir denenselben also zu bestellen zu schaffen und zu schicken das der odir die dem odir der vvir Herzog Przemislavv Unser Erben und Nachkommen Herzoge zur Teschen offgnannt, die vorgenannten Schloß also versetzt verkauft und verwechsell hetten dieselben Schloße mit allen ihren Zugehörungen von dem vorgenannten Unserm lieben gnädigen Herrn dem König zu Beheimb seinen Erben und Nachkommen dem Königreich und der Cron desselben Königreichs zu Beheimb haben und halten und Ihnen auch damit vvarthen soll und sollen: in aller der Mas und Weyße als vvir Herzog Przemislavv ehgnannt die izundt von ihnen haben halten und in damit vvarthen und vvir und unsere Erben und Nachkommen Herzoge zu Teschen die hernachmahls haben halten und och damit vvarthen sollen und mögen als vorgeschrieben stehet: Dievveil vvir aber die vorgenannten Unser Erben und Nachkommen Herzogen zu Teschen die innen haben und sollen auch dieselbe Vorfazunge Verkaufunge Verpfendunge odir Verwechslung vvenn odir mit vvene vvir die theten dem vorgnanten Unserm liebengnädigen Herrn König Wenzlaw zu Beheimb seinen Erben und Nachkommen Königen zu Beheimb dem Königreich und der Cron desselben Königreichs zu Beheimb keinen Schaden bringen an allen vorgeschriebenen Artickeln und an ihren ieglichen besonder ohn alles Gevhrde: Des zu Urkund und mehrer Sicherheit so haben vvir Herzog Przemislavv vor Uns Vorgenannte Unser Erben und Nachkommen Herzoge zu Teschen Unser eigen Innsiegel an diesen Brief gehangen: Der geben ist zu Luzemburgk: nach CHRISTI Geburth 1384. Jahr des nechsten Dienstags vor S. Michaelis Tag.

Przemislaus
Dux Tefsi-
nensis
alteram se Ur-
bis Glogo-
vientiis Par-
tem:
denique Sti-
naviam & Go-
ram feudi no-
mine obti-
nuisse testa-
tur:
salvo in singu-
lis Arcibus
Regi Bohe-
mie Jure
Aperturæ:
Lucemburgi
1384.

IV. Ducum Pomeraniæ cum JOHANNE: BOHEMIÆ & POLO- NIÆ REGE foedus an. 1337. sancitum.

NOs Otto, & Barnym Filius noster unigenitus DEI gracia Stetinenfes: Pomeraniæ, Slaviæ & Cassubiar Duces tenore presentium publice profiteamur inspectores universis: Nos Otto Dux Pomeraniæ & cum Glorioso Principe ac Dno Johanne Bohemiæ Rege ac Lucemburgenfi Comite, vota nostra Barnym: mutuo ad Amicitiam Considerationis perpetuis Temporibus duratura inivisse, astrinxisse & al- Filius Ejus legasse, Promittentes ipsi Dno Regi Tempore & loco ad Ejus requisitionem in Subsidium & Unigenitus Juvamen ad Terras suas Viros Centum Galeatos destinare quorum Virorum Damna quæ rece- cum JO- perint debemus nos sufferre: in expensis autem prædictis Rex Bohemiæ dictis galeatis provi- HANNE Rege- debit, ad quas videlicet expensas dictus Rex omnes depactiones recipiet atque tollet: Lu- foedus incurr- crum autem quod in Campis receperimus dividi debet juxta virorum galeatorum Munitiones, & centum Ga- si quas expugnaverimus si fuerint in Dominio nostro, nostræ esse debent: si autem in Domi- leatos in Au- nio Regis fuerint ipsi Regi remanebunt, si non in neutro fuerint Dominio sed in dominiis alio- xilium pro- rum terræ mediæ nobis & mediæ Regi cedere debent, omnes etiam munitiones Regis nobis li- mittunt: bere patere debent intrandi & exeundi, ac Operam efficacem exhibere & munitiones nostræ contra quos- prædicto Domino Regi vice versa, quæ vero Munitiones prædicti Regis si obsessæ per Inimi- cunque Ini- cos fuerint seu circumvallatæ, ex tunc ipsi Regi cum tota nostra Potentia tenemur Juvamina micos exce- exhibere, & ipse Rex nobis idem faciet pari casu: Ex utraque autem Parte Imperio excluso & ptis exempto, contra quod nihil contrariæ agemus actionis, pro Parte vero nostra specialiter exclu- 1) Episcopo Caminenfi: sis & exceptis, videlicet: Venerabili in CHRISTO Patre & Domino Kaminensis Ecclesiæ Epi- 2) Ducibus Brunsvicensibus: scopo & suo Capitulo: & Illustribus Ducibus de Brunsfvig & Lunenburg: ac Magnificis Do- minis

&
3) Comitibus
Holfatiæ:
Posnaniz 1337.

minis Comitibus Holfatiæ ac Dominis de Werle. Ceterum sepedictus Rex Bohemiæ concordiam five compositionem cum Imperatore non attentabit quin placitis nostris nos in omnibus tueatur, & defectis nostris ordinet nobis finem adoptatum. In quorum omnium Testimonium munimine nostrorum Sigillorum duximus roborare prefens Scriptum: Datum Posnaniz feria IV. in festo B. Gregorii: Anno DMNI M. CCC. XXXVII.

V. GVNTHERUS: COMES SCHWARTZBURGICUS testatur
Henricum olim Silesiæ Ducem Javoriensem: Ducatum hunc ab IMP. LUDOVICO
BAVARO feudi nomine accepisse.

Güntherus
Comes
Schwarzbur-
gicus:
Henricum
olim Ducem
Javoriensem:
se présente
Ducatum
hunc Franco-
furti feudi no-
mine ab IMP.
LUDOVICO
BAVARO
accepisse te-
statur:
Pirn: 1351.

Wir Günther von GOTTES Gnaden Graf czu Schwartzburg: Herre czu Sprembergk: verjichen und thuen kund öffentlich mit diesem Briefe: daz uns vvisentlich ist und vvir dobey gevest seyn daz einer seeligen Gedechnüß der hochgeborne Fürst und Herr Herr Heinrich Herzogk von Schlesien und Herr czu dem Javver seine Fürstenthume Herrschafft und Lchen vormahls dievveil er lebte von einer seeligen Gedächtnüß dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten und Herrn Herrn LUDWIGEN etvvenne Römischen Kayser in der Stadt czu Franckenfurth genommen und empfangen hat mit den Vannen als Fürsten czu rechte ihre Lehen empfahe sollen: Mit Urkund dis Brifes der geben ist czu Pirn nach CHRISTI Geburth M. CCC. Jar und darnach in dem LI. Jahre: des nehesten Monttags nach unsrer Vrovven Tag als sie geboren vvard.

✱

Similes extant Litteræ Fridrici Landgravii Thuringiæ: Marchionis Misniæ & Osterlandiæ: Rudolphi Senioris: Elect. Saxoniz: Ludovici Comitis Ottingensis: Johannis Burggravii Norimbergensis: Gerlaci Comitis Nassoviæ: Ludovici Marchionis & Electoris Brandenburgici: ac Henrici Comitis ab Hohenstein.

VI. Litteræ Foundationis Templi Vratislaviensis * S. DOROTHEÆ
Sacri.

Carolus IV.
Imp. eorum
commodis fa-
vens qui Secu-
li Vanitate di-
missa REGI
REGUM fa-
mulantur:

fratribus Ord.
Heremitarum
S. Augustini

Aream quæ
olim Johannis
Stille fiterat
prope flumen
Olaviam
Vratislaviæ
concedit,
pro Conven-
tu, Inhabita-
tione & Ec-
clesiæ:

CAROLUS DEI GRACIA Romanorum Rex semper Augustus & Boëmie Rex ad perpetuam rei memoriam: Etsi Regiæ Majestatis circumspecta Benignitas, tum Prelationis Fastigio, tum ex innata Virtutis Clementia omnium Subditorum commodis dignatur intendere, tanto felicioribus Auspiciis status sui conditionem adaugeri confidens, quanto uberius munificentie dona distribuerit in subiectos: ad illorum tamen jucunde Prosperitatis augmenta singulari quadam prerogativa Favoris aciem sue mentis non improvida deliberatione convertit, qui Seculi Vanitate dimissa Regi Regum & Domino Dominantium, cujus ope magnifica regnant Reges & Principes dominantur de sincero devocionis affectu nituntur in simplicitate Mentis & Corporis jugiter famulari: Sane Religiosorum fratrum Ordinis Heremitarum S. Augustini: devotorum nostrorum preclare devocionis Insignia, Vite Mundiciam, Doctrinas Evangelicas quibus tam Verbo quam Exemplo per Orbis universa spatia CHRISTI plebem illuminant, clare nostre mentis intuitu preclarius intuentes, ad ipsorum Quietes & Commoda nec non dilatationem & felicem Propagationem Ordinis antedicti, eo utique majoris effectus flagrantia nostre Celsitudinis Cura vigilanter intendit, quo procul dubio nobis & clare memorie Illustribus quondam Boëmie Regibus: Progenitoribus & Predecessoribus nostris exinde speramus amplioris Salutis omnia provenire: Quapropter intuitu premifforum & ad Religiosi Nicolai S. Theologie Magistri: Provincialis in Regno nro Boëmie & Polonie Ducatibus Ordinis supradicti, devoti nostri supplicationum Instanciam supradictis Fratribus & eorum Successoribus imperpetuum ad Honorem S. Augustini, quem inter ceteros Catholice Veritatis Doctores specialis Devocionis ardore precipue delectacionis studio veneramus, ut felix illa Religio Nobilem Civitatem nram VVratislaviensem sui & suorum honoret prefencia, Aream illam que olim fuit Johannis dicti Stille: Civis VVratislaviensis sitam inter duos muros & duas Valvas Civitatis VVratislav. in latere dextro dum in Via versus Ecclesiam Corporis CHRISTI proceditur, prope flumen Olaviam, cum omnibus metis, Limitibus, Gradibus, Circumferenciis & pertinentiis suis, prout in suis graniciis circumferencialiter est distincta, sicut eandem suo Pretio comparasse noscuntur: pro Ecclesia Conventu & Inhabitatione fratrum ipsorum animo deliberato, sano nostrorum Principum Procerum & Consulum dicte Civitatis VVratislav. precedente Consilio, damus, conferimus & donamus prefatam Aream, nec non Edificia & structuras tam Monasterii Ecclesie & commodorum dum auxiliante DEO inchoari instaurari seu consumari continget, eadem ab omni Jurisdictione Civili, Collectis, Steuris, Lozungis, Exactionibus, Tallis, Subsidis, Custodiis, Vigiliis, & quibuslibet Civitatis nre VVratislav. impositionibus & oneribus,

* Stenus Bregensis „id S. WENCESLAO & DOROTHEÆ sacrum, quasi montis Speciem altitudine præferre, testatur: pag. 156. ea collectione, quæ Regnum Vannianum exhibuit, an. 1722. a nobis editus.

oneribus, auctoritate Regia penitus eximentes ut Fratres qui pro Tempore inhabitaverint Locum predictum, plena gaudeant Ecclesiastica Libertate: Nulli ergo penitus Hominum liceat hanc nre donacionis collacionis & exactionis paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire: Sub poena mille Marcarum grossorum Pragens. Polonici & VVratislav. pagamenti, Quas a quolibet contraveniente irremissibiliter exigere volumus: & earum medietatem nostri Regalis Aerarii sive Fisci: residuum vero partem Injuriam passorum usibus applicari: Il-
 lustribus Bolezlao Brigenfi: Conrado Olesnicensi: Kazimiro Teschinenti: Bolkone Opolienfi: Ducibus Bolkone Svidnicensi: VVenceslao Lignicensi Ducibus Principibus nec non Nobilibus VValthero de Meysemburg: Bernhardo de Czimbura: Magistris Curie: Botzkone de VVilhartitz: Hascione de Sverczetiz, Magistris Camere: Boczkone de Cunstadt, Magistro Pincernarum Regalis Curie nostre: & quam pluribus aliis nostris fidelibus Testibus ad premissa: presencium sub nre Majestatis Sigillo Testimonio Litterarum: Datum VVratizlaviae per manus Ven. Precz-
 lai: VVratizlaviensis Episcopi: Aule nostre Regalis Cancellarii, Vice Venerabilis Gerlaci Moguntini Archi-Episcopi S.R.I. per Germaniam Archi-Cancellarii, qui presenciam specialiter habuit in commissio: Anno DMNI M.CCC.LI. Indict. 4. VIII. Kl. Decembr. Regnorum nostrorum Anno VI.

Testibus:
 Ducibus
 Silesiae:
 &
 Proceribus
 Bohemiae:
 1351.
 VIII. Kal. Dec.

VII. Litteræ HENRICI ab HAUGWITZ: quibus Pignoris Titulo se Terram Francosteinensem habere testatur.

Ich Henrich von Hugvitz verjiche und thu kunt offentlich mit diesem Brife allen den die
 In sehen hören oder lesen: daß der hochgeborne Fürste Herczog Niclas von Schlesien und
 Herre zu Monstirbergk mir und meinen Erben die Stadt zu Franckenstein mit dem VVeich-
 bilde dem Closter zu Camenz, Mannen, Mannschafften und aller Zugehörung nichts auszu-
 nehmen recht und redlich versetzt hatt, als in seinem Briefe volkommlichen begriffen ist der
 von VVort zu VVort geschrieven sthet in solchem laute: vvir Herczog Niclas von GOTTIS-
 Gnaden ein Fürst von Schlesien: Herre zu Mönsterberg: thun kund allen die diesen Brief an-
 sehen, daß vvir Uns mit guttem VWillen und mit bedachtem Mutte und mit Raht unsrer ge-
 trevven Manne und auch unsrer Bürger zu Monstirbergk haben mit Herrn Heinczen von Hug-
 vvicz unserm lieben und getrevven, freuntlich und lieplich berichtet und entscheiden umb
 alle Sache und umb alle Bruch der zwischen Uns beyderseit ist gevest, und mit Nahmen
 umb alle Schuldt, die vvir ym seyn schuldigh gevest, beyde von Unsers Vaters vvegen und
 och von Unsere vvegen, vvelcherley die sie von bereytem Gelde, von Pferden, von Schaden, von
 Verfarzung, von Pfandtlösung vwie sie herkommen seyn, damit Er Uns mocht haben gemannt
 bis an diesen heutigen Tag, Also daß vvir ym Herrn Heinrich und allen synen Erben han
 verfaßt Unfre Stadt Francksteyn mit irem VVeichbilde, und alle die mann die darin gehören,
 das Closter Camenz mit alle dem Gutte dos dazu gehöret, und in denselben VVeichbilden ge-
 legen ist, und das Hofegericht daselbst mit aller Herrschafft, mit allem Rechte und mit Namen
 mit alle dem Nutze der von der Stadt Francksteyn und dem VVeichbilde bekommen mag,
 alls vvir es gehabt haben, schlechtlichen nichts unzunehmen vor tavvsend Marg polnischer
 Zahl Pragerischer Pfening vor unser Fravven Tag Lichtvveyh der nehest kompt über zvvey
 ganzte Jahr, und globen darzu zu geben sechzig Margk Groschen Herrn Heinrich und synen
 Kindern, das sie die Stadt und das VVeichbildt gehalten mögen, dieselben sechzig Margk sol-
 len sie uff Schaden gevvinen, uff den werden Pfening, also das ir achtzig vvorden, die sollen
 sie uff dasselbig Pfant schlon zu dem Havvptgutt: VVer aber das vvyr in der Zeit der Satzung
 Herrn Heinrich und seynen Kindern icht Geldes geben viel odir vvenig: oder ab ime vom
 Anfallen eines Gutts das da ledig vvird icht gevele, ob sie es verkeufften, oder selber vvoll-
 ten behalten, für also viel Geldes, als das Gutt vvert vvere, aber ab ym vom todtschlagen die
 Er und seine Kind selber richten vvollen icht gevele, vvenn sie den Lanttrechten zehn Margk
 and yn Lott davongeben, das sollen sie Uns zumal abschlachten: VVer auch ob vvir in dem
 irsten Jahre die Stadt Francksteyn mit dem VVeichpilde nicht einlöften, so sollen sie Herr Hein-
 rich und seyne Kind das vorgenannte Geld tavvsend Margk und achtzig Margk on alls VVille
 ob In der icht gevele als hie vorschrieben sthet gevvinen uff Schaden uff den vierden Pfen-
 ning und sollen aber beyde schaden und Havvptgutt und Müh achtzig Margk die vvir ime zu
 der Kost geben sollen in dem andern Jare uff das vorgenannte Pfant schlon: vver auch ob
 vvir dieselbe Stadt Francksteyn mit dem VVeichbilde in dem andern Jahre nicht einlöften, so
 soll der vorgenannte Heinrich und seyne Kind die Stat mit dem VVeichbilde verkeuffen, oder
 versetzen umb die tausend Margk und umb allen Schaden der darauß gehet als davon ge-
 schrieben sthet und auch umb zvvir achtzig Margk die von dem Kostgelde zvvey Jahr darzu
 geschlagen sint, vvo oder vvenne sie mögen do alleyn die mann des VVeichbildes nicht gein-
 dert vverden, doch in solchem Unterscheide das Herr Heinrich und seyne Kinnt vvenne die
 Stadt mit dem VVeichbild verkaufft vvirt ir Gelt tausend Margk und zvvir achtzig Margk und
 auch den Schaden der uff die tavvsend Margk gegangen ist, davon nehmen sollen und vvas
 denn übrig ist, das soll uns vverden und gevallen und globen vvir Hertzog Niclas vorgenannt
 one arge List, daß vvir den odir die denen die vorgenannte Stadt mit ihrem VVeichbilde von
 Herrn

sed eodem
Jure ac Ti-
tulo
CAROLO IV.
IMP. tanquam
BOHEMIAE
REGI reddi-
diffe testatur:

Wratislaviz
1348.

Herrn Heinrich und seynen Kindern verkeufft vvirt odir verfatzt nicht hindern solln mit key-
nen Anspruche: Geben zu Monstirbergk am Sannt Marien Magdalenen Abent nach GOT-
TIS Geburt M. Jar: CCC. Jar und in dem XLVI. Jar: unter unserm grossen Innriegel: Dar-
nach bekenne ich offenbahrt mit diesem Briefe, das ich dieselbe Stadt czu Francksteyn mit
dem Weichbilde, dem Closter czu Camentz, Mannen, Mannschafften und aller Zugehörung
nichts auszunehmen, dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten und meinem Gnädigen Herrn
Herrn CARL Böemischen Kunig czu allen Zeiten Mehrer des Reichs und Kunige czu Behem
seyne Erben und Nachkommen Kunigen czu Behemb zu rechtem Pfande gefatzt habe und
setze mit Gezeuge dis Briefes mit alle dem rechten Ehren und Nutzen als dieselbe Stadt meyn
Pfandt vormals gevefen ist von Wort zu Wort als in dem vorgenannten Briefe des vorge-
henden Herzogen geschriben stehet: Mit Urkunde dis Briefes versiegelt mit meynem
Innriegel der geben ist zu Breslavy nach CHRISTI Geburth: M. CCC. und XLVIII. Jahr: an
der nechsten Mitvvoch nach S. Martens Tag.

VIII. Ladislaus Dux Opoliensis & Palatinus Hungariae pollicetur Terminos suos Domus Boleslaviensis dimittere sicuti ab antiquo fuerunt.

Wratislaviz
1372.

Wir LADISLAW von GOTTIS Gnaden Herzogk zu Opul und czu Welyn und GrosGraff czu
Ungern bekennen und thun kund öffentlich mit diesem Briefe allen den die ihn sehen oder
hören lesen, das vvir für Uns und unsere Erben gelobt haben und geloben in guten trevven
one Geferde dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten und Herrn Herrn CARL Römischen Kayser
czu allen Czeiten Mehrer des Reichs und Kunige czu Behemb als eynem Kunige czu Behem, sey-
nen Erben und nachkommenden Königen, das vvir all die Güter und Zugehörunge des Her-
zogthumbs zu Schlesien die do gelegen sint gegen dem Buntzlavy unserm Hvyse bey all ih-
rem Grentzen und Gernercken, als sie vor alters gevest seyn und noch seyn, vollen lassen
bleyben und sie daran nicht hyndern in keinevvegs: mit Urkund des Briefes versiegelt mit
unserm anhangenden Innriegel. Geben czu Breslavy nach CHRISTI Geburth M. CCC. LXXII.
Jare: an dem Tage nach Judica in der Fasten.

IX. Landgravii Leuchtenbergenses: Arces Pleynstein & Reichen- stein: Feuda Regni Bohemiae esse testantur.

Ulricus & Jo-
hannes: Land-
gravii Leuch-
tenbergenses
sefe Arces
Pleynstein &
Reichenstein
Feudi Regni
Bohemiae no-
mine obtinere
affirmant:

Testibus:
1) ArchiEpi-
scopo Pragensi:
2) Episcopis
quibusdam
Germaniz:
3) Ducibus Si-
lesiz: Olsnensi
& Tescinensi:
4) Burggravo
Norimberg.
5) Comitibus
ab Oettingen:
Hohenlohe &
Wertheim:
6) Equitibus
quibusdam:

Wir Ulrich und Johannes Landgraven czu Leuchtenberg verjichen hiermit das vvir dem
Allerdurchleuchtigsten Fürsten und unserm Gnädigen Herrn Herrn CARL Römischen
Könige &c. als eynem Könige cze Beheimb unser Haus Pleynstein und Reichenstein mit aller
Zugehörunge recht und redlich unbetzvvungen und mit guten Willen aufgelaßen haben, und
lediglich czu seinen Gnaden gesezt, das Er damit thun und lassen mag, vves er zu Rathe vvirt,
das hat der vorgenannte unser Herr mit vvohlbedachtem Muthe mit Rathe seiner Fürsten
und Herrn czu der Chron Behemb gehörend gnediglich betrachtet, von sunderlichen Gnaden
und angeborenen Güte und hat Uns Unsern Erben und Nachkommen evviglichen die vorge-
nannte Häuser und ire Zugehörung mit seyner Königlichen Gevvalt als ein König czu Be-
hemb geben und verlygen czu eynem evvigen erlichen Lehn in allem dem recht als ander
Herren Lehn besitzen und haben, die under yme und der Chron czu Behem in Deutchen
Recht sitzen und dieselben Hevvser haben vvir also selbst zu rechter Mannschafft von Ihme
empfangen und haben yme seynen Erben und Nachkommen Konigen czu Behem und der
Chronen czu Behemb gehuldet gelobet und geschvvoren, hulden globen und schvvoren vor
Uns Unfre Erben und Nachkommen evviglich gevvehr gehorsam und unterthenig czu seyn
als Unsern rechten Lehn Herren nach deutschem Recht, und das vvir, Unfre Erben und Nach-
kommen dieselben Häuser und ire Zugehörunge von dem obgenannten unserm Herrn, sey-
nen Erben und Nachkommen Kunigen zu Behemb und der Chron daselbst empfaßen sollen
und vollen czu rechter Mannschafft in Jares Frist, als vorgeschriben steht, und das vvir Un-
ser Erben und Nachkommen, Kunigen cze Behemb und der Cron daselbst alles daz thun vvoll-
en ongeverlich das vvir unsern rechten Lehnherren billich und czu recht pflichtig seyn czu
thun nach deutschen Rechten und allein von Rechte und Gevvohnheit, und ordentlichen Ge-
setzen, die in dem Kunigreich czu Behemen von langer Zeit gehalten seyn, alle Lehnfachen
und Ding in Latein beschriben vverden, und deutliche Brive daselbst untruglich und oncreff-
tig seyn: Doch meynen vvir das dieser gegenvvertige Brief in deutsch geschriben umb
die vorgenannte Sache und Lehn alle Krafft und Tugend haben soll, als ob er in Latein geschrie-
ben vvere, und des seynt Gezeugen die Ehrvvürdigen und Hochgebohrnen Fürsten und Herrn
Herr Ernst der Heiligen Kirch czu Prag Ertzbischof; Herr Fridrich czu Bamberg: Herr Al-
brecht czu Würtzburg: Herr Marquart czu Augspurg: Herr Niclas czu Navvmburg: die Bi-
schofe: und Herr Conrad: Hertzog czu der Olffen: Herr Wladislavy Hertzog czu Tescen
und die Edlen Herrn Herr Johannes Burggraf czu Nurmberg unser lieber Oheimb: Herr Lud-
vvig Graf czu Oettingen: Herr Rudolph Grafe czu Wertheim: Herr Ludvvig Grafe von Ho-
henlohe: Herr Heinrich von Nevvhause, unser lieber Schvvager: Herr Russe von Luticz:
und

und Burckardt Seckendorff: Die bey den vorgenannten Sachen alle gegenwertig sint gevefen, die auch ire Siegel czur Vestung gelegit haben an diesem Briefe: Mit Urkund dis Brifes Norimbergæ der geben ist zu Nüremberg nach CHRISTI Geburth M.CCC. L. Jar: den Sonnabend nach 1350. GOTTES Leichnambs Tage.

X. Index Litterarum Regnorum Hungariæ & Bohemiæ: ut & DUCATUS SILESIE: ex Diplomatario MSto Poloniæ.

CAP. V.

REGNI HUNGARIÆ LITERÆ.

Transumptum Litterarum ternarum LUDOVICI REGIS HUNGARIÆ sub nomine Janussii Doctoris Decretorum, Decani & Cancellarii Cracoviensis, in forma vidimus editum:

Primis Litteris promittit LUDOVICUS REX non repetiturum se debitum, quod CASIMIRO ratione Regni Russiæ debebat, priusquam idem integram Ejusdem Regni possessionem adeptus fuerit: Budæ d. 24. Januarii Ao. DNI 1355.

Alteris dat Facultatem Increatoribus, ut Sal ex Regno Poloniæ in Regnum Hungariæ usque ad Civitatem Sanis advehere possint: Budæ in Festo Confessoris S. Pauli Apostoli A. D. 1355.

Ternis Litteris: LUDOVICUS REX pollicetur CASIMIRO REGI contra Lithuanos in Subsidium venturum, vel ipse si venire non potuerit, majores quam antea Copias missurum: Datum Budæ d. 24. Januarii Ao. DMNI 1355. Transumpti Anno eodem Kalend. Septembr.

Transumptum binarum Litterarum sub nomine Janussii, Decretorum Doctoris, Decani & Cancellarii Cracoviensis, quarum

Primis: LUDOVICUS HUNGARIÆ REX donat CASIMIRO I. Regi Regnum Russiæ, hac Conditione, quod si Rex Poloniæ Prolem masculinam susceperit, tunc Filius Regis, acceptis centum millibus florenis Hungaris Regi cedere Russiæ tenebitur: Sin vero CASIMIRVS absque masculina prole decesserit, Regnum Russiæ, ita quemadmodum & Poloniæ devolvetur secundum priora pacta ad REGEM HUNGARIÆ: Datum Budæ infra octavas Festi Paschæ Ao. DNI 1352.

Alteris Litteris, cum ipse ad recipiendum Juramentum Fidelitatis a Proceribus Regni Poloniæ in Poloniam venire non posset, Matrem suam ELISABETHAM plena cum Potestate ejus rei causa in Poloniam mittit. Datum Budæ die 12. Mens. Aprilis Anno supra scripto. Transumpti vero datum Cracoviæ Kalend. Septembr. A. DN. 1357.

Transumptum Litterarum sub nomine subscripti Decani Cracoviensis, quibus Proceres Regni Hungariæ approbant Contractum inter Casimirum Poloniæ & CAROLUM Hungariæ Reges: Occasione Successionis Filiorum Ejusdem Regni Hungariæ in Regnum Poloniæ, si Rex Poloniæ absque Prole masculina decesserit: factum. Datum in Zaloch in vigilia SS. Philippi & Jacobi An. DNI 1355. Data vero Instrumenti Cracoviæ V. Kalend. Octobr. A. DNI 1357.

LUDOVICUS REX HUNGARIÆ licet jam a CASIMIRO Successor Regni Poloniæ declaratus, si tamen idem Rex Prolem masculinam ex Principis alicujus Filia legitime susceperit declarat se hoc Jure suo cessurum. Dat. Cracoviæ in Festo S. Stanislai Ao. DN. 1364.

LUDOVICUS idem cum Casimiro Budæ convenientes foedus inter se contra omnes hostes præcipue vero contra CAROLUM Romanorum Imperatorem faciunt: Budæ feria IV. Cinerum An. DNI 1369.

HELISABETH HUNGARIÆ REGINA pollicetur se Regem Wladislaum materno affectu profecuturum & contra omnes hostes Opem laturum excepta MARIA FILIA sua REGINA HUNGARIÆ: Budæ Ao. DNI 1386.

SIGISMUNDUS REX HUNGARIÆ inducias facit cum WLADISLAO Rege Poloniæ a festo S. Michaëlis Archangeli ad annum duraturas: Datum Budæ die Dominico post festum S. Petri ad Vincula: Ao. DNI 1388.

Proceres Regni Hungariæ foedus faciunt cum Proceribus Regni Poloniæ, quo non solum veteres Conventiones sub Casimiro & Ludovico firmatas approbant, verum etiam Regem quem noviter electuri sunt, easdem observaturum promittunt, quod si is Polonis Bellum inferre voluerit, eidem Auxilium non ferent, idem quoque Poloni se facturum pollicentur. Datum in Zalathfack. d. 4. April. Ao. DNI 1403.

Idem Proceres promittunt se daturos duodecim Commissarios, qui cum Polonicis Commissariis Conventu in nova villa habito ad festum S. Martini proxime futuri omnes Controversias, quæcunque inter SIGISMUNDUM REGEM HUNGARIÆ & WLADISLAUM

(T)

Pol.

Pol. Regem, Regnaque eadem intercedunt, vel amicablem componendi, vel in forma Juris & Justitiæ definiendi plenam habebunt Potestatem. Datum in Iglavio alias nova villa fer. III. ante Dominicam Ramis Palmarum Ao. Dni 1411.

Instrumentum Publicum Notarii, quo fidem facit Proceres Regni Hungariæ, qui cum Proceribus Regni Poloniæ in villa nova Wies convenerant, stipulata manu promississe Regem Hungariæ Pacem cum Regno Poloniæ habiturum indissolubilem, ad festum Nativitatis Domini proxime venturi, si Magister & ordo Cruciferorum cum Rege Poloniæ Pacem similiter perpetuam constituet. Præterea promississe eos refert, dare Commissarios secundum formam in Litteris superius scriptis contentam: d. 30. Martii Ao. DNI 1411.

Vladislaus Rex approbat transactionem per Commissarios utrinque in antiqua villa factam quæ continet Inducias, inter SIGISMUNDUM HUNGARIÆ & VLADISLAUM POLONIÆ REGES ac Vitoldum a data præsentium ad festum assumptionis B. M. V. servari debere: pro facienda Pace Reges SIGISMUNDUS in Kierzmarck: Vladislaus in Sadecz pro die Carnis privii venire debeant, & ibidem personali Conventione statuere: Quod si tunc de Pace inter eos convenire non potuerit, iterum Barones Hungariæ Regni in antiqua & Barones Poloniæ in Szyamovvicze villis conveniant, differentias tollent, vel per modum Concordiæ vel vigore Justitiæ secundum præscriptum Iglaviensis Tractationis: Ita tamen hæc Transactio firma futura est, si Rex Poloniæ cum Cruciferis Pacem servabit: Data Transactionis die S. Helisabeth An. DMNI 1411. Data vero Confirmationis Cracoviæ fer. VI. ante festum S. Andreæ Ao. DNI 1411.

Proceres Regni Hungariæ dant Salvum Conductum Proceribus Regni Poloniæ ad Conveniendum antiquæ Villæ venturis: Datum in crastino Cinerum die: Anno 1412.

Idem salvum Conductum dant Vladislao Regi veniendi in Liblo ad conveniendum Regem Hungariæ, pro Securitate cavent: Datum in Liblo fer. IV. post Dominicam Oculi: An. DMNI 1412.

SIGISMUNDI ROMANORUM & HUNGARIÆ REGIS cum WLADISLAO Pol. Rege & Vitoldo Duce Lithuaniz Pacis Transactio: Imprimis Pacem inter se faciunt, fœdusque contra omnes hostes nemine excepto: Russiam Rex Poloniæ teneat, quemadmodum tenet. Inducias durantibus in Terra Podoliz, SIGISMUNDUS ROMANORUM & Hungariæ Rex Regem Poloniæ non turbabit: Inducias altero eorum præmoriens quinquennio post mortem durabunt, quo Tempore de Jure utriusque Partis agnoscatur: Moldavus quandoquidem Regi Poloniæ fidem suam obligavit, si forte Rex Hungariæ contra Turcas bellum moverit, ei jussu Regis Poloniæ cum toto suo Exercitu præsto esse debet, quod si parere noluerit, ex tunc ambo Reges ditione cum exuere, & inter se eam dividere debent, Pacis Turbatores utrinque punientur Judicibus ab utraque Parte datis: Datum in Liblo 1412.

Quas Litteras Proceres quoque Hungariæ appensis Sigillis muniverunt.

SIGISMUNDUS REX ROMANORUM jurat Pacem & amicitiam Vladislao Regi Poloniæ ipsiusque Liberis, eumque hoc Juramentum observaturum fidejudent Episcopus Strigoniensis: Comes Ciliæ & Nicolaus Gara Palatinus: Ao. Dni 1412. Simile aliud Exemplar fœderis sub eodem Sigillo & eodem dato.

Concilium Constantiense hortatur Regem Vladislaum ut absente Rege SIGISMUNDO & Causam Ecclesiæ in Concilio promovente Regnum Hungariæ contra Turcas illud invadentes una cum Fratre tueatur: Constantiæ XVI. Kal. Septembr. A. D. 1412.

SIGISMUNDUS REX HUNGARIÆ dat salvum Conductum Prælati & Baronibus Regis Poloniæ ad continuandam Conventionem in Villa Slamovice componendasque discordias venturis. Datum in Kierzmarck: Dominica Latere Ao. DMNI 1423.

Idem Rex dat salvum Conductum WLADISLAO Regi Poloniæ & Proceribus ipsius secum conveniendi in Villa Slamovice vel ubivis: Datum Anno D. 1423.

Proceres Regni Hungariæ dant Salvum Conductum Regi Vladislao ad conveniendum secum & cum SIGISMUNDO Rege ad quæcunque loca Hungariæ & Poloniæ & specialiter ad finem Pontis in Parte Regni Hungariæ qui pendet inter antiquam villam & Slamovice: Ao. Dni 1423.

SIGISMUNDUS Rex Hungariæ: Vladislaus Rex Poloniæ ac Vitoldus Dux Lithuaniz convenientes in Kierzmarck Pacis fœdera in Liblo inita renovant & confirmant, Rex Hungariæ Fraternitatis Pacta se observaturum perpetuo pollicetur, ad stipulantibus Proceribus Regni Hungariæ & Sigillis Diploma Pacis approbantibus. Datum in Kierzmarck fer. III. post Dominicam Ramis Palmarum Ao. DNI 1423.

VLADISLAUS Rex dat Facultatem certis Commissariis ad fines regendos inter Poloniæ & Romanorum & Hungariæ Reges. Datum in Illedica d. 5. Maii Ao. Dni 1427.

Johannes Episcopus Seginensis Eugenii IV. P. Nuncius: inducias facit inter ALBERTUM Romanorum & Hungariæ Regem & Vladislaum Jagellonidem Poloniæ Regem ac Casimirum Fratrem Ejus ad festum S. Joh. Baptistæ duraturas & ut interim Conventus eorundem Regum ad festum ASCENSIONIS DOMINI in locis antea observatis fiat, ac de Pace perpetua faci-

fancienda ibidem tractetur: Interim captivi honeste habeantur, matrimonia libere exercentur: Datum in Namyslovv d. 10. Febr. A. Dn. 1439.

ALBERTUS IMPERATOR mittit Oratores suos ad Conventum de Pace cum Wladizlao Rege & Casimiro Duce tractanda ex præscripto Induciarum in Namyslovv factarum instituendum, quibus dat plenam Potestatem de omnibus agendis sive perpetuam Pacem sive Inducias statuendi: Posonii die 3. Maji Ao. 1439.

Idem dat Potestatem plenam Oratoribus suis cum Vladislao Rege conveniendi, Inducias statuendi, super Pace perpetua tractandi, alium Conventum indicendi: Strigonii post festum S. Pauli Sabbatho Ao. DNI quo supra.

Proceres Regi Hungariæ ex præscripto responsi Joannis de Koniecpote: Regni Poloniæ Cancellario & Petro de Kurovv: Castellano Sandecenfi dati, mittunt Oratores suos ad Vladislauum Regem Poloniæ eosque sufficientibus Mandatis instructos ea expedire jubent, quæ in Commissis habent: Budæ in festo S. Priscæ Virginis Ao. DNI 1440.

Oratores supra scripti nomine Procerum Regni Hungariæ & REGINÆ HELISABETHÆ Wladizlauum Regem Poloniæ publice Regem Hungariæ declarant: promittentes cum Corona Regni Hungariæ die 1. Maji insignire. Cracoviæ d. 9. Martii Anno quo supra.

Proceres Regni Hungariæ ad deducendum Regem in Regnum mittunt Oratores suos ab eoque petunt ut quam celerrime in Hungariam veniat: Budæ in festo S. Gregorii Papæ 1440.

Ordines Regni Hungariæ in Conventu Budensi post Mortem ALBERTI IMP. & HUNGARORUM REGIS cum Consensu ELISABETHÆ REGINÆ posteaquam accepissent Oratores suos quos ad Regem Poloniæ Regnum ei delaturos miserunt, omnia secundam datam Informationem expedivisse atque Regem Poloniæ Regem quoque Hungariæ renunciassent: Non obstante quod ELISABETH Æ Filium peperisse intinaverit, hanc eorum renunciationem publico Regni Scito approbant: Budæ die SS. Petri & Pauli Ao. DNI 1440.

Cum REGINA ELISABETH Infantem trimestrem clam sublata Corona Regni coronasset, coronamque abscondisset, Proceres Regni ad coronandum Regem Electum Budæ collecti, imprimis hanc Pueri Coronationem uti sine consensu suo factam reproborunt, deinde in Defectu Coronæ Regiæ aliam ex reliquiis S. STEPHANI REGIS detractam, Electo Regi imponunt, declarantque Eum Regem coronatum censerì deberi, omniaque Jura regalia illi ita coronato competere. Datum Budæ d. 17. Jul. Anno quo supra.

VLADISLAUS Rex Poloniæ Hungariæque assignat mille florenos Ungaricales Joanni de Olesniza Castellano Sandomiriensi ex Proventibus Scepusiensibus per Georgium Gralum solvendos: Budæ fer. II. Rogationum Anno quo supra.

CASIMIRUS REX cum Casimiro Filio Naturali Hærede Regni Hungariæ recipiunt in Protectionem Stephanum & Johannem de Wibus cum Castro ipsorum Gilavva: Datum Cracoviæ infra octavas S. Martini Ao. DNI 1471.

MATHIAS Rex Hungariæ mittens Oratores suos ad Conventum cum Polonis in Locis consuetis celebrandum, dat illis plena mandata ad transigendum cum Ordinibus Regnis super quibuscunque Negotiis Regnorum Hungariæ & Bohemiæ: Datum Eperiecz Fer. IV. infra octavas Festi Epiphan. Ao. DNI 1471.

Oratores a Rege MATHIA ad confinia Regni missi cum Commissariis Regni Poloniæ in antiqua Villa convenientes hæc de Pace statuunt: hanc perpetuam inter Regna & Reges esse debere, ne quis prædandi Causa ex uno in alterum Regnum audeat transire, Transgressores puniantur, una cum eorum Receptatoribus, res ablata restituantur, privata Injuriæ Jure componantur, Stipendia militibus retenta solvantur, repressalia inhibeantur, si quæ majores differentia intercesserint, eas ex More veteri Proceres utriusque Regni dirimant. Datum fer. II. ante festum Cathedralis S. Petri Apostoli Ao. DNI 1474.

MATHIAS REX articulos superscriptos in toto approbat die Dominico post Festum S. Mathiæ Apostoli Ao. DNI 1474.

Ordines Regni Hungariæ Pacis supra scriptam Conclusionem in Villa antiqua factam suo approbant Consensu: Budæ die festo S. Georgii A. quo supra.

Commissarii Regis MATHIÆ cum Commissariis Regis Poloniæ in antiqua Villa Conventum peragunt, infra scriptos Articulos concludunt, primo Castrum Zmigrod per Hungaros interceptum dimittendum vero esse Domino, Præsidarii secure excedant, Castrum Muszyne Episcopo Cracoviensi restituant, de Injuriis in Conventu utriusque Regni ad Festum Nativitatis B. M. V. Anno sequenti indicendo transigatur. Palatinus Valachiæ & Moldaviæ ad duos Annos Inducias habeat, neuter Regum Bello illum infestet: De Juribus utriusque Regni super istam Provinciam in Conventu supra dicto statuatur: Inscriptiones tredecim Civitatum omni ex parte ratae sint: Datum in antiqua Villa Fer. IV. ante Festum Cathedralis B. Petri: Ao. 1474.

Idem Commissarii Regni Hungariæ cum Commissariis Poloniæ triennales Inducias statuunt, inter MATHIAM Hungariæ & Bohemiæ Regem & WLADISLAUM Casimiri Regis Poloniæ Primogenitum super differentiis de Regno Bohemiæ, ita ut si alter eorum Pacem violare

voluerit, subditi eum non juvent, Transgressores puniantur, Induciæ Ejusmodi per omnia ista tria Regna publicentur: Rex uterque vero Bohemos sibi subditos continebit: In villa antiqua: Anno quo supra.

CASIMIRUS REX supra scriptam Induciarum Conclusionem approbat: Datum in nova Civitate Kœrcin: feria II. post Dominicam Invocavit: Anno quo supra.

MATTHIAS REX HUNGARIÆ Conventum cum WLADISLAO: Bohemiæ Rege Olomucii celebraturus, venientibus eo Oratoribus CASIMIRI REGIS Poloniæ dat saluum Conductum: d. 8. Januarii: Ao. 1479.

Præscriptum eorum quæ in Conventu Siradiensi de Pace cum Prusiæ Magistro & Nicolao Jungen, Episcopo Varmienfi mediante Rege Hungariæ agi & tractari debebant: item de componendis differentiis inter Regnum Poloniæ & Silesiæ Ducatum omnia transacta sunt per Oratores Regis Poloniæ & Regem MATHIAM. Budæ fer. VI ante Dominicam Palmarum A. D. 1479.

JOHANNES ALBERTUS Regni Hungariæ Electus Stephanum Rosgonii ultro se illi subicientem recipit in Tutelam & Patrocinium. Datum in Campo juxta Villam de Mesky fer. V. post festum S. Mathæi A. D. 1490.

* Concordia inter WLADISLAUM HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ REGEM & Johannem Albertum Fratres occasione Regni Hungariæ per Oratores CASIMIRI Regis Poloniæ confecta his Conditionibus: Imprimis Rex Wladizlaus dat Fratri certas Ditiones in Ducatu SILESIAE, deinde si absque Prole decesserit, & Præ-Inscriptionales, quas Ordines Hungariæ Imperatori Romanorum & Ejus Filio de eligendis illis in Reges Hungariæ dederant, recuperari aliquo modo possint, se effecturum pollicetur, ut Ordines Hungariæ eum in Regem eligant. Proceres Hungariæ qui JOANNI ALBERTO in hac dissensione adhæserunt immunes ab hac Culpa pronunciantur, Juramentum quod Johanni Alberto præstiterunt, relaxetur: Damna recompensentur: Intercepta Castra restituantur: Debita Cracoviensibus & Cassoviensibus Mercatoribus persolvantur: Bona Civium Cracoviensium Cassoviæ arrestata restituantur, antequam Castra Johanni Alberto in SILESIA tradantur, Civitates Eperies & Zeben retinebit, cæteras omnes dimittet. Articulus Pacis præsentis Rex Poloniæ confirmat: Datum inter Exercitus utriusque Partis penes Civitatem Cassoviensem A. D. 1491. Dominica Invocavit: Id ipsum Proceres Regni Hungariæ appensis suis Sigillis confirmant.

WLADISLAUS Rex Hungariæ & Bohemiæ fœdus init cum Johanne Alberto Rege Poloniæ non solum contra Turcas, verum etiam contra Subditos utriusque per secretam Cointelligentiam, si aliqui rebellarent, vel Proventus & alia Jura Regalia indebite extorquerent: Datum in Arce Budensi in Vigilia S. Nicolai A. D. 1492.

WLADISLAUS Rex Hungariæ & Bohemiæ mittens ad Johannem Albertum Regem Poloniæ ad reintegrandam & firmandam fraternam Unionem, dat facultatem Oratoribus suis id Negotium tractandi: Budæ in festo Conceptionis B. V. M. A. D. 1498.

Inter WLADISLAUM Hungariæ & JOHANNEM ALBERTUM Poloniæ Reges fœdus interventu mutuorum Oratorum iunctum his conditionibus: Rex Poloniæ Stephanum Palatinum Moldaviæ armis non infestet: Injurias condonet: Regibus præfatis bellum contra Turcas moventibus in propria Persona Stephanus cum omni Potentia iisdem assistet, vel si Ægritudine detentus fuerit, filium Bohdan mittet & ad idem Successores Ejus teneantur: Turcis Transiitum per Ejus Terram habere volentibus prohibebit & de eo Reges præfatos certiores reddet: Inter Reges Fratres & Alexandrum Ducem Lithuanie fœdus perpetuum fit, quo Regna & Dominia illis subjecta contineantur, neuter sine alterius Voluntate Pacem cum Turcis faciat, de Subsidiiis sibi mutuo ferendis in Comitibus futuris statuent, injuriæ Subditorum per Commissarios decidentur: De modo belli Turcis inferendi tractatus Reges in Personis suis convenire debent: De finibus mutui Commissarii statuunt: A Principibus Christianis per communes Oratores Subsidia petenda: si Turcæ cum decem vel duodecim millibus exercitu vel Poloniam vel Hungariam invadant, Rex alter alteri Subsidia mittere tenebitur: Quodsi ipsemet Turcarum Imperator in Persona vel Bassa aliquis cum potenti Exercitu veniret, Reges ipsimet in Personis suis ferre sibi Subsidia debent: Quodsi omnibus Viribus Turca aggrediendus erit, id Consilio mutuo peragetur: Denique pro Moldaviæ Palatino Rex Hungariæ fidejubet: Budæ feria III. ante festum Pentecostes Anno DMNI 1499.

Supra scriptum fœdus Rex Hungariæ approbat: Budæ fer. IV. ante festum Pentecostes Anno DMNI 1499.

Inter Wladislaum Hungariæ & Bohemiæ & Sigismundum Poloniæ Reges Fœdus perpetuum per Oratores Poloniæ Regis Budæ constitutum: Imprimis sancitur inter Fratres perpetua Amicitia & inter Regna perfectæ Vicinitas & Societas contra omnes Hostes, contra Turcam si Bellum gerendum erit, id petito a Sede Apostolica & aliis Principibus auxilio communi consilio geretur: De Moldavia conclusum est, ut superstitibus iisdem Regibus & eorum Prole

Prole Masculina legitime in Regnum eligendum, Moldavia ad Regnum Hungariæ pertineat: Interim Reges de Concordia, ratione istius Provinciæ rationes inibunt, & prospicietur, ne extinctis Regum Hæredibus Bellum ea ratione inter Regna oriatur, diuturnitas vero Temporis utriusque Regni Viribus non afferat nocumentum: Palatinus Valachiæ contra Turcas & Tartaros prædicta Regna invadentes cum omnibus Viribus suis illis resistere debet, si quid contra Regem Poloniæ moliretur, tanquam rebellis a Rege Hungariæ habebitur, si Turca vel Tartarus Moldaviam invadere vellet, communibus Viribus illi resistendum, pulsus Turcis Rex Poloniæ Moldavia excedat. De Bello contra Turcas suscipiendo communicatis Consiliis statuendum, capta ex Turcis Ejus esse debent, cujus ante erant, de novo verò adepta, ex æquo dividantur. Turca vel Tartaro Bellum contra aliquem Regem in Persona sua movente, ambo Reges in Personis suis illi resistent: De Finibus ut Commissarii cognoscant, neuter Regum cum aliquo Principe in Præjudicium alterius fœdus sanciat. Datum Budæ fer. VI. ante festum S. TRINITATIS A. D. 1507.

Oratores Sigismundi Regis Poloniæ fœdus subscriptum approbant, & Ejusdem Confirmationem a Rege sigismundo se obtenturos pollicentur: Budæ fer. II. post festum S. TRINITATIS Anno eodem.

Sigismundus Rex approbat fœdus subscriptum & Consilarii Regni qui tum erant præsentis in Comitibus Petricovienfibus: Die 1. Aprilis A. D. 1509.

Simile aliud Fœderis Exemplum sub nomine Wladislai Regis & Procerum Regni Hungariæ in forma vidimus a Notario publico editum.

LUDOVICUS Rex Hungariæ mittit Commissarios suos de Pace vel Induciis inter Sigismundum Regem Poloniæ & Albertum Magistrum Prussiæ: Budæ die S. Priscæ 1525.

Sigismundus Rex Poloniæ mittit Petrum Kmitha Palatinum Cracoviensem quo attenderet, ut Isabellæ Reginæ Hungariæ sufficienter de dote & contra dotem Marito ipsius caveretur: Cracoviæ die S. Dorotheæ Virginis A. D. 1540.

Johannes Rex Hungariæ dotem in Pecunia & Clenodiis ad septuaginta millia aureorum æstimatam a Sigismundo Principe & Sigismundo Augusto ac Bona Regina acceptam Isabellæ Uxori suæ una cum contra dotem in bonis specificatis reformat: Budæ Dominica Reminiscere Anno DMNI 1540.

Petrus Kmitha Palatinus Cracoviensis, acceptam subscriptam reformationem eamque Serenissimos Reges Poloniæ ratam habituros pollicetur: Budæ d. 15. Febr. Anno ut supra.

Johannes Rex Hungariæ & Isabella cum consensu illius renunciat bonis Paternis & Maternis, excepto si Sigismundus Augustus sine Prole masculina decesserit, reservat sibi bona materna in Italia, & summas pecuniarias in Regno Poloniæ & Ducatu Lithuanie: Budæ Dominica Reminiscere A. D. 1540.

Idem dat Facultatem certis suis mandatariis, ut reliquam summam Dotis a Regis Poloniæ Mandatariis accipiant & quietant: Varadini feria IV. Conductus Paschæ ut supra.

Mandatarii Regis Johannis recognoscunt se accepisse a Johanne LUBOMIRSKY: mandatario Regis Poloniæ XXXII. millia aureorum Hungaricalium, & in Clenodiis valentibus summam 8900. aureorum: In argento vero 390. Marcas, scutos 18. Cassoviæ die 14. Maji Anno DNI 1540.

Johannes Rex promittit Capitaneos Arcium Reginæ in Dote obligaturum, juramentum Fidei illi præstituros. Datum Dominica Reminiscere A. D. 1540. Forma Juramenti a subscriptis Capitaneis præstandi a Johanne Rege præscripta: Budæ Anno ut supra.

Johannes Rex Oppidum Dobrecense Reginæ Isabellæ in dote obligatum pollicetur, intra biennium de manibus moderni Possessoris se eliberaturum: Dat. ut supra.

Sigismundus Rex Hungariæ ad Regnum Hungariæ restitutus Matri suæ Isabellæ in loco Arcium quæ in dote illi erant obligatæ interceptarum Arces, Huft, Winar, & Hergen inscribit: Albæ Juliæ d. 20. Martii A. D. 1557.

Aliquot Exemplaria Litterarum in Negotio Isabellæ Reginæ Hungariæ & filii ipsius Johannis Sigismundi.

Petrus Kmitha: Palatinus Cracoviensis promittit reliquum dotis Reginæ Isabellæ debitæ Regi Hungariæ solutum iri: Datum Budæ d. 18. Febr. A. D. 1540.

CAP. VI.

REGNI BOHEMIÆ LITTERÆ.

Johannes Episcopus Lubocensis & Wilhelmus Hase Oratores WENCESLAI ROMANORUM & BOHEMIÆ REGIS ad conficiendum Fœdus & Pacem cum Wladislao Rege Poloniæ missi testantur, se hoc ipsum Fœdus confecisse ac promittunt, Regem suum id observaturum. Cracoviæ ipso die S. CORPORIS CHRISTI A. D. 1395.

Inter WENCESLAUM Romanorum & Bohemiæ Regem & Wladizlaum Regem Poloniæ Fœdus quo Amicitia & Societas contra omnes Hostes sancitur, nisi quod Rex Bohemiæ excipit, Romanorum Imperium, Electores, Episcopum Wratislaviensem, & ipsam Civitatem Wratislaviensem, Duces suos Poloniæ & Silesiæ, & promittit cum 600. Lanceis & totidem Balistariis Regi Poloniæ opem laturum: De Injuriis intervenientibus ut in Confinibus Consiliarii Jus dicant: Datum Pragæ d. 25. Junii: Anno DNI 1395.

SIGISMUNDUS: Romanorum Hungariæ & Bohemiæ Rex, una cum Wladizlao in finibus Regni conveniens tellatur, Regem falso fuisse infimulatum, quasi Hæreticis Wiceliffis faverit: Datum Lencoviae d. 8. Aprilis A. D. 1423.

GEORGIUS Bohemiæ Rex mittit Oratores suos ad Conventum in Bithom constituendum tractandæ Pacis & Concordiæ Causa & ad statuendum ea, quæ utriusque Regni tangunt incrementa: Pragæ d. 17. Novembr. A. D. 1460.

Oratores Regis Bohemiæ cum Nunciis Casimiri Regis Poloniæ in Conventu Bithomienfi Fœdus paciscuntur, quo spondent Reges præfatos Amicitiam & Societatem contra omnes Hostes tam Seculares quam Spirituales, summo Pontifice excepto conservaturos, damna mutua non inferantur, de castris & fortalitiis de quibus Regem Poloniæ inculpat Rex Bohemiæ in Conventu Regum eorundem personali Glogoviæ pro festo Circumcisionis celebrando jure decidatur: Inscriptiones veteres inter utraque Regna ibidem confirmari debent, exceptis Articulis Ducis Masoviæ contingentibus, quos Rex Poloniæ confirmare non tenebitur: De Dote Helisabethæ Regiæ ibidem transigetur: Datum in Bithom in Vigilia S. Jacobi: A. D. 1460.

Idem GEORGIUS REX BOHEMIÆ Conventu Personali cum Casimiro Glogoviæ instituto inter se fœdus ineunt, imprimis contra Turcarum Imperatorem promittit Rex Poloniæ, si Rex Bohemiæ a Turcâ bello infestetur, se in persona sua ei opem laturum, id ipsum Rex Bohemiæ facturus est contra alios præterea Hostes omnes, tam Seculares quam Spirituales, Summo Pontifice excepto, mutuum sibi spondent Auxilium, damna mutua arcentur. De Injuriis Jure transigatur, monera legitima cudatur, Causa Henrici Ducis Glogoviensis & Crosnensis a mutuis Commissariis ratione oppidorum & Villarum quæ Rex Poloniæ possidet, decidatur in oppido Babimost. De Castris Offviciemensi, Wolskenfi, Sieviorenfi, Zatornsfi, Beervvaldensfi, Zyvvicensfi convenit, ut Rex Poloniæ possideat ad Vitam: Dotem Helisabethæ Regiæ debitam, Rex Poloniæ vivente Rege Bohemiæ non repetat. Glogoviæ feria V. Ascens. DMNI 1462.

Proceres Regni Bohemiæ confederati significant Casimiro Regi Poloniæ, Georgium quondam Regem Bohemiæ a Paulo II. tanquam Hæreticum & Perjurum esse excommunicatum & Regno privatum, se ab illo tanquam obedientes Romanæ Ecclesiæ filios recessisse & petunt a Casimiro, cujus Conjunx & Filii, veri & legitimi sint Hæredes Regni Bohemiæ, ut eas in Patrocinium suum suscipiat, & quandoquidem a Georgio obsideantur, Opem Ejus implorant. Datum in Nova Domo Sabbathi post Festum SS. Philippi & Jacobi 1462.

Idem in simili forma scribunt ad Proceres Regni Poloniæ.

Oratores Ordinum Regni Bohemiæ ex Comitibus Cuthanensibus missi postulant WLADIZLAUM Casimiri Regis F. in Regem Bohemiæ post mortem Georgii electum: Cracoviæ Sabbatho die SS. Petri & Pauli A. D. 1471.

WLADIZLAUS Bohemiæ Rex cum Casimiro Rege Poloniæ Patre Suo sancit Fœdus eo adjecto ut si MATHIAS Rex Hungariæ Pacta vetera servare noluerit & alterutrum ex Regibus bello appetierit, mutuum sibi Auxilium totis Viribus ferre debent: Datum Pragæ d. 23. Apr. A. DMNI 1472.

MATHIAS Rex Hungariæ & Bohemiæ Oratoribus Casimiri Regis Poloniæ & Wladizlai ejus Filii Oppaviam conventuris, Bohemis qui ex Parte WLADIZLAI eo venturi sunt, usque ad numerum mille Equitum dat salvum Conductum: Budæ Feria IV. ante festum S. Petri ad Vincula A. D. 1473.

Christophorus de Schidlovvitz: Palatinus Cracoviensis: Regni Cancellarius, Sigismundi Regis apud FERDINANDUM Bohemiæ Regem Orator testatur, se eidem Regi exhibuisse Fœdus inter Casimirum Poloniæ & Georgium Bohemiæ Reges initum, cujus primum Articulum de Societate Belli contra Turcam FERDINANDUS REX ad ordines Regni sui relaturum se promittit, pariter de Societate contra Hostes, ut CAROLUS IMPERATOR exciperetur voluit, cæteri articuli de Injuriis non inferendis, de puniendis Transgressoribus & maleficis, de Securitate Viarum, de Moneta, de Commissariis sive Judicibus qui lites & controversias dirimant, in finibus utriusque Silesiæ & utriusque Poloniæ, & Conventus hac de causa faciant, dandis, secundum Præscriptum Ejusdem Fœderis conclusum est. Quod si Rex alter ab altero quidpiam prætenderet, Judicem vel Judices de consensu legent. Adjunctum est præterea, ut iidem Reges & Johannes Comes Scepusiensis Woyvoda Transylvannus, Olomucium Oratores suos ad tractandum de Pace Nuntios mittant: Pragæ feria IV. post Dominicam Oculi A. D. 1527.

CAP. XII.

DUCATUS SILESIAE LITTERÆ.

HENRICUS Dux Silesiæ & Dñus Glogoviensis Civibus Fraustadiensibus quindecim man-
fos franconicos donat. A.D. 1290.

HENRICUS II. Hæres Regni Poloniæ: Dux Silesiæ: Glogoviæ: Posnaniensis & Calif-
fienfis vendit certa macella & balneum construendi facultatem dat Civibus in Fravvenstadt.
Sabbatho post festum S. Nicolai Glogoviæ 1310.

PRZIMISLAUS Dux Silesiæ ex Testimoniis productis adjudicat pascua & duo molen-
dina: Rossinile unum: & unum Windmühl dictum civibus in Fravvenstadt: declaranda
Pascua continere decem manfos quos certis limitibus circumscribit. Datum in Kykenbach III.
Kalend. Martii Ao. DNI 1325.

Inter Wladizlaum Regem Poloniæ & **BOLEZLAUM:** Ducem Silesiæ: Dnum in
Legnitz induciæ factæ ad diem festum assumptionis B. M. V. Datum in octava S. Lucie
A. D. 1332.

JOHANNES Dux Silesiæ Jus quo Cives in Fravvenstadt deinceps Cives suos judicare
debeant præscribit: Fer. III. post festum S. Lucie Ao. DNI 1332.

CONRADUS Dux Silesiæ: Dñus Olesnicensis confirmat Venditionem bonorum Steyno-
vecensium per quendam hominem suum Civibus in Fravvstadt factam. Actum in Fravven-
stadt fer. IV. post festum S. Vincentii A. D. 1339.

Capitaneus Wratislaviensis nomine **JOHANNIS** Regis Bohemiæ & filiorum Ejus **CAROLI**
Marchionis Moraviæ & Johannis Ducis Karinthiæ cum Casimiro Rege Poloniæ ac Bolkone Duce
Svidnicensi ad festum S. Martini Inducias facit: Dat. in Byzdry fer. III. ante Nativ. B. V. M.
A. D. 1346.

WLADIZLAUS Dux Bithomiensis promittit Casimiro Regi Poloniæ se non recepturum
Regem Bohemiæ & filios ipsius ac Ducem Oppaviæ in suas Ditiones, donec inter præfatos
Reges fuerit concordatum. Datum in Luthom in Crastino S. Valentini A. D. 1346.

LADISLAUS Dux Opoliensis: Cujaviensis: Dobrinensis: Hedvigen filiam suam de-
spondet Alexandro Duci Lithuaniz Regis Wladizlai fratri uterino: Datum in Niepolomice fer.
IV. ante festum S. Margarethæ A. D. 1386.

CONRADUS Dux Silesiæ pacem statuit cum Wladizlao Rege Poloniæ, suo & **HENRICI**
Ducis Glogoviæ Patruï sui nomine ad festum S. Martini, ut invasores finium utrinque punian-
tur, captivi dimittantur: Datum in oppido Mielicz die B. Donathi A. D. 1391.

Conradus II. Dux Silesiæ cum Episcopo Posnaniensi & Generali Magistris Poloniæ ex Parte
Wladizlai Regis Poloniæ Inducias faciunt ad festum Pentecostes quibus ex Parte Ducis conti-
netur: **HENRICUS** Mediocris: Dominus Glogoviæ: Datum in Holstyn die S. Lucæ A. D. 1391.

LADISLAUS Dux Opoliensis cum Wladizlao Rege Poloniæ Inducias facit, ad Festum as-
sumptionis in nova Civitate Korczyn in crastino S. Jacobi Apostoli: A. D. 1391.

BOLKO & BERNHARDUS Duces Opolienses recognoscunt, quod Opoliæ obsessi a Rege
Wladizlao intervenientibus Ducibus Silesiæ in hunc modum concordiam ineunt: Relinquit
Rex Ducibus præfatis castra sua in Silesiæ quæ Ducis Ladislai Patruï eorum fuerunt, illi vicissim
promittunt, **LADISLAUM** inde nulla damna Regnò illaturum Castro Boleslavviecz cibaria &
præsidia non mittent: Cæteri Principes Silesiæ pro ipsis fidejudent: Ita tamen ut hæc fiant si-
ne Præjudicio **WENCESLAI REGIS BOHEMIÆ** Domini eorum hæreditarii. Datum in cra-
stino S. Dominici 1396.

Duces Silesiæ cum Wladizlao Rege Poloniæ de Prædonibus & profugis statuunt, quod eos
non sint in Terris suis consecuturi, ut inde Regno Regique inferant damna. De suis vero ho-
minibus per Judices Deputatos justitiam administraturum pollicentur. Datum prope Molen-
dinum Lubicense fer. III. infra octav. Pentecostes A. D. 1397.

Duces Sterinenses fatentur sibi a Spithkone de Melstzyn Palatino Cracoviensi obligata esse
bona Ducatus Lublinensis, Rosembergensis, & Gorgoviensis una cum fortalitiis in mille mar-
cis grossorum Pragensium. Datum in Bithom die XI. M. Virginum A. D. 1397.

Duces Silesiæ pro Johanne Episcopo Culmenfi & Duce Opolienfi Fratre & Patruo suo cer-
tis ex causis in Kaliscza a Rege Wladizlao arrestato & ad fidejussionem prædictorum Ducum di-
messo, promittunt illum hanc Injuriam non ulturum, neque quidquam contra Regem, Regi-
nam & Regnum Poloniæ jure vel bello tentaturum, quod si quid contra factum fuerit sese va-
des futuros, & sponte in Potestatem Regis venturos obligant: In Thesczyn A. D. 1399.

Bolko & Bernhardus Duces Opolienses similiter fidejudent pro supra scripto Fratre suo
Johanne Episcopo Culmenfi. Datum in Opol. Ao. DN. 1399.

Ladislau Dux Opoliensis agnoscit bona Olszyna & Rocovvin quadam in pecuniæ sum-
ma a Nicolao de Czatovvice sibi esse obligata: Datum Glogoviæ d. 30. Maji Ao. DNI 1400.

WENCESLAUS Romanorum & Bohemiæ Rex donationem propter nuptias a Jo-
hanne

hanne Duce Ratiborienfi HELENÆ uxori suæ factam approbat: Datum Pragæ die S. Zophiæ A. D. 1407.

Idem compromittit in Personam Wladizlai Regis Poloniæ super causis, quæ illi cum Johanne Episcopo Wladizlaviensi: Bolckone & Bernhardo Ducibus Opoliæ Avunculis suis intercedebant, arbitrio Vladislai decidendum: Datum in Karlstein A. D. 1405.

Propositiones Injuriarum quas Cives Wratislavienses contra Johannem Episcopum Wladizlaviensem & fratres Ejus Duces Opolienses apud Wladislaum Regem tanquam arbitrum deposuerunt.

Capitaneus Pczynensis & quidam alii Silesii nobiles fidejudent Wladizlao Regi & Vito Duci pro Johanne Duce Oppaviensi, quod hinc ad festum S. Johannis producent Litteras Wenceslai Romanorum Regis super tribus millibus marcarum per Eundem Ducem Conforti suæ inscriptis. Datum Vilnæ Dominica post octavam Epiphaniæ A. D. 1401.

WENCESLAUS Rex Romanorum & Bohemorum confirmat Helenæ Uxori Johannis Ducis Opaviensis & Ratiborienfis Donationem propter nuptias a Viro factam. Datum in Bethler die S. Andreae Ao. Dni. 1407.

Idem Wenceslaus ratam habet Dotem & Dotalitium quod Johannes Dux Opaviensis & Ratiborienfis Helenæ Uxori suæ constituit. Datum in Bocznil Dominica post Martini A. D. 1412.

Bolcko Dux Teschynensis & Glogoviæ Majoris fatetur se debere Wladizlao Regi Poloniæ 1000. sexagenas latorum grossorum infra unum Annum solvendas. Datum in Lelavv fer. VI. ante Dominicam Lætare A. D. 1418.

LUDOVICUS Dux Lignicensis approbat Dotem Catherinæ Johannis Kretendorff uxoris. Datum in Legnicz A. D. 1429.

Ejusdem Ludovici similis altera confirmatio.

Svantopolcus de Gorkovv fidelitatem promittit Regi Wladizlao contra omnes hostes, excepto Bernhardo Duce Opoliensi idque suo & Nicolai de Busczę fratris sui nomine. Cracoviæ fer. VI. ante Dominicam Oculi A. D. 1437.

Bolcko Dux Opoliæ cum Wladizlao Rege Poloniæ fœdus init, & in Electionem Casimiri Fratris præfati Regis in Regem Bohemiæ consentit & se utique adhæsurum promittit salvis Juribus suis. Datum in Loco campestri ante Strelcze Fer. II. post festum S. Francisci A. D. 1438.

Bernhardus: Johannes & Nicolaus simile Fœdus paciscuntur cum Wladizlao Rege Poloniæ & fratre Ejus Casimiro: Electo Rege Bohemiæ: Datum ut supra.

Wenceslaus Opaviensis & Ratiborienfis Dux pari ratione fœdus & reconciliationem cum Wladizlao Rege Poloniæ & Casimiro Fratre Ejus electo Rege Bohemiæ faciunt: Datum Ratisboriæ die S. Lucæ A. D. 1438.

Nobilitas & Civitas Brigenfis fœdus init cum Regno Poloniæ & Wladizlao Rege & Casimiro Fratre Ejus Electo Rege Bohemiæ illis se adhæsurus promittunt, & si hanc unionem Ducissa Brigenfis ac ipsius Filia tenere noluerint, illi tamen se servaturos recipiunt. Insuper per Pontes in fluvio Odra circa Civitatem Brzegensem Transitum se Regi & Exercitui ipsius daturos pollicentur. Datum in Loco Campestri Stationis Exercitus circa Civitatem Brzeg. die SS. Simonis & Judæ A. D. 1438.

Wladizlaus Rex Hungariæ & Poloniæ dat facultatem Civibus Wratislaviensibus quaqua versus per Regnum Poloniæ, Ducatum Lithuaniz & Regnum Hungariæ Negotiorum causa proficiscendi: Budæ Sabbatho post festum S. Stanislai A. Dni 1441.

Wladizlaus Hungariæ & Poloniæ Rex Conrado Albo Duci Silesiæ pro ipsius meritis 200. marcas in Kuppis Wieliciensibus & Bochnensibus ad Beneplacitum suum assignat: Budæ Sabbatho in crastino S. Priscæ A. D. 1443.

Bernhardus & Boleslaus Duces Opolienses cum Zbigneo Episcopo Cracoviensi, cum Castellano & Palatino Cracoviensi cum Syradiensibus & Woinicensibus Castellanis ac toto Regno Poloniæ Inducias paciscuntur, a festo S. Johannis Baptiste ad annum duraturas, captivi utrinque dimittantur, hostes Regni Poloniæ non juvabunt, de Injuriis ex arbitro judicium statuent, si Wladizlaus Rex Hungariæ & Poloniæ quemadmodum sperant redibit Conventum se facturos ad transigendum de Injuriis pollicentur, & stare velle Regis prædicti decisione. Glogoviæ Sabbatho ante festum S. Viti A. D. 1445.

Bernhardus & Bolcko Duces Opolienses cum Johanne de Czyczovv, Castellano Cracoviensi Regis Electi Bohemiæ Locumtenente Inducias paciscuntur, ad festum S. Johannis Baptiste. Datum Strelitz Dominica post festum Epiphaniæ A. D. 1447.

Duces Oppaviæ Ratiboriæ Teschnenses Orsvvicenses fœdus perpetuum ineunt cum Rege haud dubio Cazimiro (cujus nomen non exprimitur) Imprimis sopiuntur omnes hostiles respectus inter præfatos Principes & Regnum: Hostibus Transitum se non daturos Duces promittunt, Transfugas non recipient, res ablatas restitui facient, de Injuriis Judices dabunt, qui una vice in Skavvina altera in Ossvveciam judicent, de adventu Hostium Reges & Regnum certiores facient: Datum Cracoviæ Sabbatho ante Dominicam Carnis privii proximo in Conventionem inter prædictos Principes cum Prælatis & Dignitariis Regni Poloniæ celebrata. A. D. 1447.

Capitanei Consules & Communitates Civitatum Wratislaviensis, Namyslaviensis, & Novoforensis

forensis Internuncii Vincentii Archi-Episcopi Gneznensis ductu, aliorumque Senatorum cum Casimiro Rege de differentiis transigunt: Imprimis Inducias decennales statuunt, de Iniuriis quæ contingere possent Judices utrinque in Vielun & Namyslovv diversis Vicibus arbitrabuntur: Hostibus Transitum præcludent, vel de iis certiorum Regem facient: Verussium de Wierussov per Leonardum Mannheymer captum & Wratislaviæ detentum dimittent, accepta ab ea Cautione quod Injuriam Captivitatis non ulciscetur: Dat. in Vielun Fer. III. post S. Hedvvigis A.D. 1447.

Bernhardus Dux Opoliensis suo & Boleslai Nepotis sui nomine acceptat Inducias a Casimiro Rege oblatas & se reversales Litteras infra duas septimanas Bedzinium transmissurum pollicetur: Cracoviæ infra octavas Visitationis B. V. M. Anno DMNI 1448.

Casimirus Rex cum Conrado & Conrado Albo Juniore Ducibus Silesiæ Inducias paciscitur annales, interim de differentiis arbitros dabunt, captivi utrinque dimittentur, mercatoribus liber transitus permittitur. Dat. in Kobozyce fer. VI. ante festum S. Margarethæ proxima A. D. 1448.

Idem similes Inducias statuit cum Conrado Albo Duce Silesiæ Olsnicensi & Szyssovienfi Domino. Datum ut supra.

Bernhardus Dux Opoliensis paciscitur annuas Inducias cum Casimiro Rege Poloniæ in forma simili ut supra dat. in Strzelicz in Vigilia visitat. B. M. V. A. D. 1449.

Litteræ certæ Idiomate Bohemico scriptæ, continentes arbitramentum quoddam Bolkonis Ducis Teshinensis inter Casimirum Regem & Nicolaum de Wlodymno ac Nepotes illius Herbertos. Datum in Ossvvecim fer. IV. post Festum S. Francisci. A. D. 1449.

Boleslaus Dux Teshinensis Annæ Conjugi suæ inscribit bona dotalia in summa sex milium aureorum Hungaricalium & Tutores Ejusdem dotalii Casimirum Regem Poloniæ: Nicolaum Ratiboriensem: Wenceslaum & Przemyslaum Teshinenses Duces constituit. Datum Thesczyn: Dominica ante festum S. Michaelis. A. D. 1450.

Wenceslaus: Wladizlaus & Przemyslaus Duces Teshinenses consentiunt in dotem per Boleslaum Fratrem ipsorum Annæ Uxori suæ factam: A. D. 1450.

Prorogatio Induciarum inter Boleslaum Ducem Opoliensem & Casimirum Regem Poloniæ ad annum. Datum Glogoviz die festo Visitationis B. V. M. A. D. 1451.

Bernhardus: Boleslaus & Nicolaus Duces Opolienses: Johannes de Czatovvice & Johannes Gieltz inducias ad festum Bartholomæi cum Rege Casimiro concludunt, arbitros de Iniuriis dabunt, quicquid statuerint, ratum habebunt. Datum Syradiæ in Crastino S. Ægidii Abbatis A. D. 1452.

Idem prorogant Inducias cum Rege Casimiro. Datum in Pietrkovv Sabbato in crastino SS. Petri & Pauli A. D. 1453.

Przemyslaus Dux Toschecensis Inducias biennales sancit cum Rege Casimiro in forma prout alii Principes: Datum Pietrocoviz: die Visitationis B. V. M. A. D. 1453.

BARBARA: Ducis Nicolai Ratiborienfis relicta: ac Hanussius filius ipsius & nonnulli Nobiles Inducias paciscuntur ad annum cum Rege Casimiro. Datum in Czuvilin die SS. Petri & Pauli A. D. 1457.

Margaretha Ducissa Ratiborienfis simili forma inducias cum Casimiro Rege paciscitur. In Ratibor Dominica post festum S. Joh. Baptistæ A. D. 1457.

Wenceslaus & Przemyslaus Teshynenses Duces Inducias in eadem forma sanciunt cum Casimiro Rege: Datum in Teshyn in Vigilia Visitationis B. M. V. Anno quo supra.

Przemislaus Dux Ossvvecimensis Compositionem certam facit inter Regem Casimirum & Fratrem suum Ducem Ossvvecimensem Occasione Stipendii in Prussia promeriti: Datum Teshyni fer. V. post festum Divisionis apostolorum A. D. 1459.

Idem Dux Ossvvecimensis quietat Casimirum Regem de mille ducentis aureis: A. D. 1460.

Inter Casimirum Regem & Conradum Album Ducem Silesiæ pax perpetua constituitur, qua inter alia cavetur, ut si Rex Poloniæ Bellum Bohemiæ inferre voluerit, uno mense ante id Ducis denunciare teneatur: Id ipsum & Dux facturus, si Rex Bohemiæ Regnum Poloniæ invaderet. Calissii in crastino S. Laurentii A. D. 1460.

Reversales Litteræ Ejusdem Fœderis sub nomine Conradi Albi editæ. Datum in Wilovv sabbatho post assumptionis B. M. V. A. D. 1460.

Casimirus Rex Poloniæ recognoscit Debitum mille trecentorum aureorum Hungaricalium Johanni Oppavienfi & Annæ suæ Conjugi infra annum unum solvendum. Cracoviæ in octava B. M. V. A. D. 1461.

Janussius Dux Silesiæ Glivicensis prorogat Casimiro Regi Solutionem debiti duorum milium aureorum ac ducentorum aureorum ratione solarii a summa præfata provenientis. Datum in Glivice fer. IV. ante festum S. Priscæ A. D. 1468.

Przymislaus Dux Silesiæ & Teshinensis una cum sua comitiva recognoscit sibi satisfactum esse a Casimiro Rege pro Stipendiis in Terris Prussæ provenientibus. Cracoviæ fer. III. post festum S. TRINITATIS A. D. 1469.

Johannis Ducis Silesiæ Litteræ ad Casimirum Regem, quibus certum debitum sibi deberi asserit: Datum in Vigilia Omnium Sanctorum A. D. 1471.

Conradus Albus Dux Silesiæ prorogat Cafimiro Regi Solutionem summæ trium millium aureorum fratri suo debitæ ad annum: Datum in Koclin die Epiphaniæ A. D. 1472.

Idem Ejusdem Summæ Solutionem ad Annum prorogat: Datum in Marienberg fer. V. post festum S. Lucæ A. 1472.

Przemislaus Tefsinensis: Victorinus de Podiebrat Monſterbergenſis, Przemislaus Oſſwiecimenſis Duces pacta faciunt de mutua ſucceſſione: Datum in Sterczyn ſabbatho poſt feſtum S. Venceslai A. D. 1477.

Januſſius Dux Saganenſis & Henricus Monſterbergenſis certas arces aſſignant Mathiæ Regi Hungariæ pro ſumma XL. mill. florenorum: Actum Viennæ fer. II. poſt feſtum Innocentium A. D. 1489.

Vladizlaus Rex Hungariæ & Bohemiæ contributiones ſeu Bernas, quæ ex ditionibus Johanni Alberto in Regno Bohemiæ conceſſæ proveniunt eidem condonat: Datum Caſſoviæ die S. Marci A. D. 1491.

Johannes Albertus: Hungariæ Rex electus promittit Duci Saganenſi Ducatu ſuo paulo ante deſecto ſe rationibus illius ſi Regnum Hungariæ adeptus fuerit pro condonatione ipſa illi proſpecturum. Datum in Epperiez 8. Julii A. D. 1491.

Transſumptum earundem Litterarum ſub nomine Notarii publici

Catherina de Pockquietat Sigismundum Ducem Opavienſem de ſolutis tribus millibus quingentis florenis: Opaviæ fer. II. poſt feſtum S. Triburtii A. D. 1502.

Vladislaus Rex Hungariæ & Bohemiæ: Sigismundo fratri, Duci in Sileſia Oppaviæ Glogoviæ & in Gora & in ſylvis Gonzienſibus facultatem venandi concedit: Datum Budæ A. D. 1502.

Vladislaus Rex Hungariæ concedit Sigismundo Fratri ſuo: Opavienſi in Sileſia Duci: Potestatem ſignandæ monetæ mediorum Groſſorum ſecundum Pondus Regni Poloniæ: Datum Budæ die S. Elifabethæ A. D. 1502.

Luſatiæ infer. Marchionatus a Rege Wladizlao Hungariæ & Bohemiæ: jure pignoris Sigismundo Duci Sileſiæ & Opaviæ confertur. Budæ feria VI. poſt feſtum S. Bonifacii A. D. 1504.

Vladislaus Rex Hungariæ & Bohemiæ permittit fratri ſuo Sigismundo Jus ſignandæ monetæ ad pondus & normam ejus quæ in regno Bohemiæ cuditur: Budæ fer. IV. poſt feſtum CORPORIS CHRISTI A. D. 1504.

Idem eidem dat facultatem cudendæ monetæ ad pondus Wratislavienſe: Datum Budæ fer. II. poſt feſtum S. Urbani A. D. 1505.

Cum Wladizlaus Hungariæ & Bohemiæ Rex Emporium Wratislaviæ conſtituiſſet, Sigismundus Rex Poloniæ ratus ejusmodi Emporium ſibi & Ditionibus ſuis eſſe damnofum, tam ſuis ſubditis extra fines egrediendi, quam Wratislavienſibus ditiones ſuas intrandi, Ediſtum prohibitorium & pœnale promulgavit. Quod cum exoratus a fratre Wladizlao relaxaſſet, Wratislavienſes etiam dato Diplomate Emporio * renunciant, ſequæ eo amplius non uſuros pollicentur: Datum Sabbatho ante Dominicam Jubilate A. D. 1515.

Vladizlaus Hungariæ & Bohemiæ Rex hoc idem Emporium Wratislavienſe contra Conſuetudinem priſcam & detrimentum Regni Poloniæ ex cauſis ſupra ſcriptis abolet & tollit. Poſonii d. 26. Aprilis A. D. 1515.

Bernhardus: Hincko & Nicolaus fratres de Wierzbna recognoſcunt ſibi cum Sigismundo Rege conveniſſe, ut ratione arcis Bilavvii & Jurium ipſorum mille octingenti floreni mediorum groſſorum ipſis ſolverentur. Datum in Brunthal fer. II. poſt feſtum Nativitatis B. M. V. A. D. 1515.

Pacta matrimonialia per Oratores Fridrici Ducis Lignicenſis cum Sigismundo Rege Poloniæ conſecta, quibus Elifabeth ejusdem Regis Soror germana, præfato Duci Lignicenſi cum dote XX. mill. florenorum Polonorum in pecunia & in auro & argento ſimili ſumma deſponſata eſt: Cracoviæ d. 10. Nov. A. D. 1515.

Fridricus Dux Lignicenſis reformat ſummam ſumptuum Elifabethæ Conjugi ſuæ: Datum Dominica Quaſimodogeniti: A. D. 1516.

Idem fatetur ſibi ſolutos eſſe a Sigismundo Rege mille ſeptingentos & quinquaginta florenos ad rationem trium millium & quingentorum Florenorum ſibi in toto numeratorum. Datum Lignicii Sabbatho poſt feſtum S. Valentini A. D. 1517.

Idem fatetur numeratos ſibi eſſe mille ſeptingentos & quinquaginta florenos nomine Sigismundi Regis Poloniæ: Datum in Legnitz d. 5. Febr. A. D. 1527.


* LUDOVICUM vero Regem Jura Emporii Wratislaviæ egregie vindicaſſe, & SIGISMUNDUM Regem ad priſtina Commercia ſuos redire permiſiſſe, ad annum 1524. probat in Annalibus Sileſiæ Henclius.

I. De Dynastia SILESIÆ Libera Wartembergensi:

Primum sibi ex Dynastiis Silesiæ liberis locum WARTEMBERGENSIS vindicat, ab Oriente Polonia & Districtu Silesiæ Namslaviensi: ab Occidente Ducatu Olsnensi & Dynastiis Gotschütz & Medzibohr: a Meridie Districtu Namslaviensi & Ducatus Olsnensis Parte Berolstadiensi: a Septentrione vero Dynastia Medzibohr & Polonia cineta. Ducatus olim Olsnensis Portio, a quo circa annum CHRISTI 1495. cum is ad Monstherbergenfēs Duces transfiret, avulsa, diversos Dominos naeta est: Henricum ab Haugvitz: L. B. a Biskovitz: Zdenconem Leonem L. B. de Rosenthal: Joachimum I. Johannem Bernhardum, & Joachimum II. Maltzanios, inde Georgium L. B. a Braun: Cameræ Regiæ Silesiæ Præsidem, cujus Filius Georgius Wilhelmus: Ære alieno oppressus, eam an. 1552. d. 26. Apr. soluta Thalerorum Siles. Summa 140000. Abrahamo: Burggravio & Comiti de Dohna vendidit, Celeberrima & antiquissima Gente nato: cujus Filius Carolus Hannibal Bello Tricennali inclaruit: ex Filio Ottone Abrahamo: Toga & Sago indyto, Nepote gaudens Carolo Hannibale: an. 1711. d. 9. Apr. absque liberis defuncto: hinc ex Agnatis Borusfis, Vi Successionis in Fidei-Commissum perpetuum Familiæ ad Dynastiam Wartembergensem vocatus est Illustrissimus & Excellentissimus Dn. Dn. Alexander: Burggravius & Comes a Dohna: Dominus in Slobiten & Klein-Heyde: Potentissimi Borusfiæ Regis Campi Marefchallus: primusque in Consilio secretiore & Bellico Minister: qui quasitam Majorum Gloriam & bello & Pace propagavit: rebusque humanis an. 1728. d. 25. Febr. Regiomonte creptus, numerosam in Familiæ Solatium Sobolem reliquit. Ex duobus Filiis Primogenitus Dynastiam Silesiæ liberam Wartembergensem obtinuit, *ILLUSTRISSIMUS DN. DN. ALBERTUS CHRISTOPHORUS: BURGGRAVIUS ET COMES A DOHNA: ORD. S. JOHANNIS EQUES:* nat. 1698. d. 23. Septembr. Homagio Vi *DISPENSATIONIS CÆSARÆ* coram *SUPREMO SILESIÆ REGIMINE* an. 1728. d. 12. Julii præstito, de CUJUS & Gente & Liberis cumulatius in Supplemento ad Scriptores nostros agere constitutum est.

II. De Dynastia Silesiæ Libera Milicensi.

MILICENSEM, alteram Silesiæ liberam Dynastiam terminant a Septentrione Polonia: ab Occidente libera Dynastia Trachembergensis, Dynastia Sulaviensis & Ducatus Olsnensis: ab Oriente Medzibohr & Festenberg Dynastiæ Ducatus Olsnensis: a Meridie vero idem Ducatus Olsnensis, cujus & olim fuit Portio, cum ab Episc. Wratislav. Precislao de Pogarell: Conradus I. Dux Olsnensis eam suo ære anno 1358. recuperaret, & ad Posterōs transmitteret. Inde WLADIZLAUS UNG. & BOH. REX eorum Gente Piaſtea extincta an. 1494. die S. Andrea, Sigismundo L. B. Kurtzbachio eam Feudi Titulo concessit, verum eo defuncto, Fratribus Johanni & Henrico: Budæ an. 1514. die Mercurii post Reminiscere: Allodii nomine, quod Diplom. CLXXXI. & CLXXXII. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles. testantur. os Kurtzbachiorum Gentem ad Tab. II. Genealog. no. 57. Dissertat. II. exhibemus, ex qua Henricus II. L. B. in Trachenberg & Militſch: Dnus in Drum: Consil. Cæsareus Doctrina & Eloquentia præstantissimus, qui an. 1590. X. Kal. Quintil. obiit, Joachimum Maltzanium L. B. de VVartemberg & Pentzlin: antiquissima Gente Megapolitana natum, Evæ Lobkovvitzæ Neptis suæ Maritum Testamento hæredem scripsit: cujus Posterōs l. c. Dissert. II. Tom. I. invenies: Pronepos Ejus Excellentissimus Dn. Dn. Joachimus VVilhelmus: Comes Maltzanius: L. B. de VVartemberg & Pentzlin: Dynasta Silesiæ Milicensis: *S. C. R. M. CONSIL. INTIMUS*, cum satis & naturæ & Gloriæ vixisset, omnibus obiit desiderandus an. 1728. d. 6. Septembr. Milicii, Prole quidem destitutus, quare ex Fratre, Comite Nicolao Andrea Maltzanio: d. 19. Sept. 1718. defuncto, Nepotem, Filium Ejus natu minimum Testamento Hæredem scripsit Liberum Silesiæ Dynastiam Milicensem *ILLUSTRISSIMUM DN. DN. JOACHIMUM ANDREAM: COMITEM MALZANIAM:* natum an. 1706. d. 13. Jan. ob singulares quibus eminet Virtutes magnam de SE SILESIÆ Spem excitantem: Cujus Gentem cumulatius in Supplemento ad Scriptores nostros exponere animus est.



Nachricht an die Buchbinder.

Zu merken, daß beyliegendes Kupffer-Blat unmittelbar vor pag. 177. muß gebunden werden. Desgleichen, daß die Genealogischen Tabellen vermittlest Fälsgen eingehesftet werden müssen, damit alles recht deutlich könne gelesen, und nicht vieles in der Mitte durch den ordentlichen Heft verstoehen und für den Augen verborgen werde.

